PINDAR
OLYMPIA

1620



Car. Badham, M.A.

BOUND BY
Carss,
GLASGOW.

5044/D

# ΠΙΝΔΑΡΟΥ
# ΠΕΡΙΟΔΟΣ.

# PINDARI
## OLYMPIA, PYTHIA,
## NEMEA, ISTHMIA.

*IOHANNES BENEDICTVS*
*Medicinæ Doctor, & in Salmuriensi Academia*
*Regia linguæ Græcæ Professor,*

AD METRI RATIONEM, VARIORVM
EXEMPLARIVM FIDEM, SCHOLIASTAE
ad verisimiles coniecturas directionem, totum
authorem innumeris mendis repurgauit.

*METAPHRASI RECOGNITA, LATINA PARAPHRASI*
*addita, poëticis & obscuris phrasibus Græca prosa declaratis; denique*
*adiectis rerum & verborum breuibus & sufficientibus commen-*
*tariis, arduum eiusdem sensum explanauit.*

EDITIO PVRISSIMA, CVM INDICE
locupletissimo.

SALMVRII,
Ex typis PETRI PIEDEDII.

*Anno M. DC. XX.*
CVM PRIVILEGIO REGIS.

304219

CLARISSIMO ET SAPIENTISSIMO VIRO,

# D. IOHANNI HEROARDO,

CHRISTIANISSIMI REGIS LVDOVICI IVSTI IN SACRO CONSISTORIO CONSILIARIO, & Archiatrωn Comiti,

IOHANNES BENEDICTVS.

C*VM multoties, otium quod à functione munerum munere diuino in vita mihi impositorum, suppetere posset, aliquo in negotio collocare, tædiúmque longioris vacationis opere serio subleuare cogitarem,* VIR CLARISSIME, *modò sese* HVMANITAS, *modò sese* MEDICINA *porrectis vlnis offerebat. Vtraque me sui alumnum officij commonefaciebat, vtraque, literarum Græcarum quæ profiteor studia, sibi vendicabat, vtraque sui culturam certatim exigens animum inflammabat. Sed cum vtrique simul & semel satisfacere me non posse cognoscerem,*

utriusque tamen beneuolentiam retinere vellem; utrique meæ mediocritatis operam hoc ordine sum pollicitus. Tui gratia equidem, inquam, MEDICINA, ad quam à natura sum comparatus, Græcas literas ab ineunte ætate colui; tui in gratiam easdem ea procedente σὺν Θεῷ colere pergam. At siquidem istius ope tibi messem istam feci, patere quæso, patere mihi dilecta, vt quas primitias à me ex æquo reposcit, ipsi, quominus iniuriæ insimuler, priùs exoluam, quàm in horrea tua demessæ segetis aceruum conferam. Concessit illa, eáque lege concessit, vt postea totus in se colenda versarer. Exinde quidnam ex meo penu HVMANITATI promerem, diu multúmque meditatus, tandem Attico sale & facundia temperatum Lucianum inter oratores: Dorica grauitate, & poëtica sublimitate magnificum Pindarum inter poëtas elegi. Illius qua potui diligentia contextum, & fidelitate versionem recognoui: quod elucubratum opus anno superiore, fœliciter in lucem edidi, & bonis doctisque viris acceptum esse intellexi. Hunc ad vnguem examinaui, ab omni obscuritate paraphraseos ope vendicaui, rerum & verborum commentariis illustraui, & ni fallor, vix à doctioribus hactenus intellectum, acri sedulitate sic explanaui, vt in comprehendendo eius sensu tyrones vix hæsuri sint amplius. Iam quidem HVMANITATI debitas primitias exolui: restat vt, GVLIELMI COPI Basiliensis proaui materni, longo licet interuallo, vestigia sequens, reliquam messem MEDICINAE tribuam. Verùm dum ad eam inter priuatos Musæi parietes me quotidie matutinus agens comparo: & Clarissimi Doctissimíque viri D. RENATI CHARTERII Medici Professorísque Regij, & Illustrissimæ Principis Ludouici Iusti sororis primarij Medici, qui me in Galeni operum & Latinæ versionis maximè necessaria

*emendatione* συνεργὸν *adiunxit, & sic laudis ex tam heroico cœpto promanaturæ (qua si vellet, solus frui meritò posset) vir optimus, candidissimus, omnísque inuidiæ expers participem facere dignatur, lateri fideliter adhæreo: ne longioris in texendo opere magno moræ* MEDICINAM *tædeat, & promissorum obliuisci videar, datæ fidei pignus & arrham deponendam putaui. Qualis arrha, qualis depositarius esset eligendus, mihi mens ilico suggessit. Apud te medicorum Antistitem,* VIR CLAR. *paratum Pindarum, in pignus fidei, quam* MEDICINAE *dedi, deponendum monuit. Accipe igitur, quæso, & boni consule secundum hoc quantulæcunque eruditionis nostræ specimen, quod tibi voueo, dico, consecro. Scio equidem tua dignitate, ad quam probitas notissima, singularis doctrina, insignis Medicinæ peritia te supra gentis nostræ medicos omnes euexit, longè inferius esse hoc munusculum. At scio etiam ea te esse clementia, vt non tam tenuitatis eius rationem sis habiturus quàm mei animi virtutum & meritorum tuorum obseruantissimi, studiũ spectaturus. Quòd si laborẽ hunc meum, vt spero, in tuam clientelam recipere dignaberis, hoc emolumenti procul dubio inde consequar, vt extra omnem inuidię aleam versetur, & à probis viris, qui in via ardua nonnunquam labenti facilè ignoscunt, ingenuè probetur. Vale diutissimè, & viue fœliciter. Salmurij, septimo Idus Maij, Anno* DOMINI 1620.

# AD LECTOREM.

CVM animaduerterem, Candide Lector, communem cùm rudiorũ, tum eruditiorũ eſſe querelam, Pindarũ Lyricorũ Gręcorũ principem, ijs ſententiarum & ſtyli anfractibus variegatum, ea nube obſcuritatis obductum inuolui, vt à paucis intelligatur, quanuis non modò veterum, ſed etiam recentiorum calculo magni æſtimetur; hæc multis ab annis animum cupido inceſſit, vt ſiquando ſuppeteret otium, hunc authorem in puluere Academico accuratè expenderem. Obtigit tandem tempus illud quo conſilium animo diu agitatum, σὺν Θεῷ παλάμᾳ ſequutus ſum, & exequutus. Etſi verò (ſiquidẽ verbum ſapienti ſat eſt) ex prima pagina rationem huius inſtituti breuiter & dilucidè comprehenſam facilè colligere ac percipere poſſis, id tamen paulò fuſiùs explicabo. Primò contextum authoris ad metri normam examinandum putaui, ratus poëtam hac potiſſimùm via reſtituendum. Idcirco cùm variorum codicum ope, ac ingenij dexteritate coniunctis id aſſequi conueniret, illorum neceſſariam opem accerſiui, huius mediocres opes, operámque impenſam adhibui, quò voti compos fierem. Grauiſſimas difficultates extricandi facultatem ſuppeditauêre Scholia, quorum exegeſis veriſimiles coniecturas menti paſſim ſuggeſſit. Iacto ſtudij noſtri hoc fundamento, & reſtituto, quoad fieri potuit & licuit, authoris

contextu, necesse fuit vt Latinæ versionis aliquot locis immutatio sequeretur: quod secundò à nobis præstitum est. Enimuero cum hæc esset tantummodo προθεραπεία ad pleniorem sensus ardui declarationem, non substiti. Latinam paraphrasin tertiò adiunxi, in qua periodorum connexionem, sententiarum puram explanationem inuenies: jnuenies & historiarum, antiquitatum, fabularum ea arte paucis insinuatam enarrationem, vt rerum breuem commentarium, in quo mens acquiescat, habere te procul dubio confessurus sis. At quia non omnibus tanta breuitas sufficit, quartò commentarium addidi, in quo res paulò pluribus expono: eàdémque opera, non modò difficiliores voces ac dialectos quanta breuitate & perspicuitate fieri potest, excutio: sed & phrases poëticas Græca prosa expressas, siue acceptis Scholiorum verbis, siue illis proprij iudicij instinctu mutatis, ab omni obscuritate vendico. Iam Olympia, Pythia, & Nemeorum partem maximam hoc artificio illustraram, quum Clarissimi viri Erasmi Schmidij Delitiani nouus Commentarius in manus meas venit. Tunc paulum hæsi, & an pergerem, vtique dubitaui. Sed vt amicorũ, cum quibus cœptum hocce meum communicaram, consilio opus aggressus eram: sic eorundem consilio ad vmbilicũ duxi: tum quia diuersum illius à meo propositum in plerisque videbatur, tum quia, vt aliorum authorum, sic & huius ὑπομνηματισμοὶ plures extare non alienum putabant. Hæc mei in enarrando Pindaro propositi fuit ratio, via, methodus, Candide Lector. In quo quanquam nihil inextricatum reliquisse mihi videor, sicubi tamen ingenij tui acumen meliora comminisci poterit, deterioribus, in eorum gratiam quæ tibi probabuntur, æquitas tua, vt spero, facilè ignoscet. Vale, & meos in re literaria labores boni consule.

# CATALOGVS VICTORVM

## QVIBVS ENCOMIASTICA CARMINA SCRIPSIT PINDARVS.

### *OLYMPIONICAE.*

I. Hieron Syracuſanus, κέλητι.
II. Theron Agrigentinus, ἅρματι.
III. Idem Theron, in θεοξένια.
IV. Pſaumis Camarinæus, ἵπποις.
V. Idem Pſaumis, τεθρίππῳ, ἀπήνῃ, καὶ κέλητι.
VI. Ageſias Syracuſanus, ἀπήνῃ.
VII. Diagoras Rhodius, πύκτης.
VIII. Alcimedon παλαιστὴς, & Timoſthenes παλαιστὴς, & Meleſias ἀλείπτης.
IX. Epharmoſtus Opuntius, παλαιστής.
X. Ageſidamus, Locrus Epizephyrius, puer, πύκτης.
XI. Ageſidamo eidem, τόκος.
XII. Ergoteles Himeræus, δολιχοδρόμος.
XIII. Xenophon Corinthius, δρόμῳ, καὶ πεντάθλῳ.
XIV. Aſopichus Orchomenius, Cleodami filius, σταδιεύς.

### *PYTHIONICAE.*

I. Hieron Aetnæus Syracuſanus, ἅρματι.
II. Hieron idem, ἅρματι.
III. Hieron idem, κέλητι.
IV. Arceſilaus Cyrenæus, ἅρματι.
V. Arceſilaus idem, ἅρματι.
VI. Xenocrates Agrigentinus, ἅρματι.
VII. Megacles Athenienſis, τεθρίππῳ.
VIII. Ariſtomenes Aegineta, παλαιστής.

IX. Telesicrates Cyrenæus, ὁπλιτοδρόμος.
X. Hippocleas Thessalus, διαυλοδρόμος.
XI. Thrasydæus Thebanus, puer, σταδιεύς.
XII. Midas Agrigentinus, αὐλητής.

## *NEMEONICAE.*

I. CHromius Aetnæus, ἅρματι.
II. Timodemus Atheniensis, παγκρατιαστής.
III. Aristoclides Aegineta, παγκρατιαστής.
IV. Timasarchus Aegineta, παλαιστής.
V. Pytheas Lamponis filius Aegineta, παγκρατιαστής.
VI. Alcimides Aegineta, puer, παλαιστής.
VII. Sogenes Aegineta, puer, πένταθλος.
VIII. Dinis Megæ filius, Aegineta, σταδιεύς.
IX. Chromius Aetnæus, ἅρματι.
X. Thiæus Vliæ filius, Argiuus, παλαιστής.
XI. Aristagoras prytanis Tenedius Arcesilæ filius.

## *ISTHMIONICAE.*

I. HErodotus Thebanus, ἅρματι.
II. Xenocrates Agrigentinus, ἵπποις.
III. Melissus Thebanus, ἵπποις.
IV. Melissus idem.
V. Phylacidas Aegineta, παγκρατίῳ.
VI. Phylacidas, Pytheas, Euthymenes auunculus, Aeginetæ, παγκρατίῳ.
VII. Strepsiades Thebanus, παγκρατίῳ.
VIII. Cleander Aegineta, παγκρατίῳ.

Μούσα Ὑπομνηματιστῇ, Εἰς Βάσκανον.

ΣΚΟΤΟΣ σοι ἐχθρόν· τῷ μέλαν φεύγεις ΣΚΟΤΟΣ.
ΦΑΟΣ φίλον σοι· τῷ φλέγον ζητεῖς ΦΑΟΣ.
ΣΚΟΤΕΙΝΟΝ ὄμμα βασκάνου ΣΚΟΤΟΥΜΕΝΟΝ
ΦΑΕΙ Λυχνου, Πινδάρου τάκη ΦΑΕΙ.

# EXTRAICT DV PRIVILEGE du Roy.

PAR lettres patentes du Roy, il est permis à M. Iean Benoict Docteur en Medecine, & Professeur de la langue Grecque en l'Academie Royale de Saumur, de faire Imprimer par tels Imprimeurs que bon luy semblera, les œuures de Pindare, par luy corrigées, commentées, & amplifiées de paraphrase & metaphrase, icelles faire vendre debiter & distribuer dedans & dehors le Royaume. Faisant sa Majesté inhibitions & defenses à tous Imprimeurs, & Libraires, & autres Marchands quelconques, de faire imprimer, vendre, ny distribuer, soubs quelque pretexte, & en quelque maniere que ce soit, lesdictes œuures de Pindare, selon qu'elles ont esté corrigées, commentées, & amplifiées de paraphrase & metaphrase, par ledict Benoict, sans son congé & permissiõ, & ce pour l'espace de six ans, à cõmencer du iour & date de l'impression desdits liures, sur peine d'amende arbitraire, despens, dommages & interests, & confiscation des exemplaires qui seront trouués auoir esté imprimés & mis en vente contre la teneur des presentes. En outre sa Majesté a voulu qu'en inserant vn bref extraict d'icelles lettres au commencement ou à la fin desdits liures, elles soyent tenuës pour suffisamment signifiées. Comme appert par lesdictes lettres données à Paris, le 27. iour de Decembre 1619.

Par le Roy en son Conseil,

LE BOSSV.

# DE PINDARO.

PINDAROS plures fuiſſe teſtantur hiſtoriæ. Fuit huius nominis tyrannus Epheſiorum, Pindarus Melanis filius, Alyattæ verò Lydi ex filia nepos, de quo Aelian. l. 3. c. 26. Pindarus alius hiſtrio, quem mutato nomine Valla Dareũ appellat. Pindarus alius fuit C. Caſſij libertus, qui Caſſium Philippenſi prælio victũ, iuſſu ipſius obtruncatum, conſultationibus hoſtium ſubtraxit: vt refert Valer. Max. l. 6. cap. 8. Alius Pindarus Thebanus qui vniuerſæ Homeri Iliados epitomen Latinis verſibus conſcripſit. Eſt etiam Pindarus, nomen fluuij apud Plutarchum in vita Alexandri, vbi in Caria aperto prælio Darium Alexander ſuperauit. Suidas duos facit Pindaros Lyricos poëtas, alterum Scopelini filium, obſcuriorem priúſque Pindaro natum: alterum Daiphanti, celebrem illum cuius extant carmina.

Iam ſublata nominis homonymia veniamus ad noſtrum. Pindarus noſter fuit Thebanus, ex ijs Thebis quæ in Bœotia ſunt, oriundus. Hunc alij Daiphanti, alij Scopelini filium faciunt. Sunt qui binominem patrem dicant, vt idem ſit Daiphantus, & Scopelinus. Alij Pagonidis & Myrtûs filium aſſerunt, vt poſt mortem patris Myrto nupſerit Scopelino tibicini, qui Pindarum tibia canere docuerit. Recepta ex authoritate Suidę ſententia hęc eſt, illum fuiſſe Daiphanti filium. Auleticen in prima pueritia à Scopelino patruo eſt edoctus, & poſtmodum cùm rerum maiorum capax videretur, ab eo traditus eſt Laſo Hermionenſi poëtæ Lyrico, à quo non modò carmen componere, ſed etiam lyrã pulſare didicit: quam artem ita calluit, vt Lyricorum facilè princeps euaſerit. Habuit etiam Simonidem in carmine & lyra præceptorem, tum temporis præcipuum Lyricum. Fuit etiam, Suida teſte, Myrtidis mulieris diſcipulus. Factus ætate maturior, vxorem duxit, ex qua liberos tres ſuſcepit, Diophantum filium, filiáſque Protomachen, & Polymetin, quam Suidas Eumetin appellat. Fratrem habuit Erotionem. In matrimonio caſtè multos annos vixit, doctorum familiaritate, & Principum amicitia vſus. Ita piè ſe geſſit, vt Rheam, Apollinem, & Pana magna veneratione coluerit, & prope Rheæ templũ ædes habere voluerit. Fuit Lyricorũ Gręcorũ præſtãtiſſimus, vnde illud Antipatri *εἰς εἰκόνα Πινδάρου.*

Νεβρείων ὁπόσον σάλπιγξ ὑπερίαχεν αὐλῶν,
    Τόσσον ὑπὲρ πάσας ἔκραγε σεῖο χέλυς.
Οὐδὲ μάτην ἁπαλὸς ξουθὸς περὶ χείλεσιν ἑσμὸς
    Ἔπλασε κηρόδετον Πίνδαρε σεῖο μέλι.
Μάρτυς ὁ Μαινάλιος κερόεις Θεὸς, ὕμνον ἀείσας
    Τὸν σεῖο, καὶ νομίων λησάμενος δονάκων.

Quod ſic verto.

*Altiſonæ ceruina tubæ quàm tibia cedit,*
    *Tam cuiuſque tuæ cedit iniqua chelys.*
*Nec temere tenerum, tua circum, Pindare, labra,*
    *Flauarum examen mellificauit apum.*
*Qui tua cantauit, paſtorum oblitus auenæ,*
    *Teſtis Manalius corniger ille Deus.*

Cuius præſtantiæ, & eloquentiæ præſagium præbuit, quod adhuc puero apes in os eius mella congeſſerint. Vnde lib. 5. Anthologiæ Epigrammatum,

Θήβης δ' ὠγυγίης Ἑλικώνιος ἵστατο κύκνος,
Πίνδαρος ἱμερόφωνος, ὃν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Ἔτρεφε Βοιωτοῖο παρὰ σκοπιὴν Ἑλικῶνος,
Καὶ μέλος ἁρμονίης ἐδιδάξατο. πικτομένου γὰρ
Ἑζόμεναι λιγυροῖσιν ἐπὶ στομάτεσσι μέλισσαι
Κηρὸν ἀνεπλάσσοντο σοφῆς ἐπιμάρτυρα μολπῆς.

Quod ſic verto.

*Pindarus Ogygijs ſurrexit gloria Thebis,*
*Mellea cycneæ referens modulamina linguæ:*
*Quem pater in ſpecula Bœoti Heliconis alumnum*
*Eduxit Phœbus, decorat quem argenteus arcus:*
*Et iungenda lyræ docuit contexere verba.*
*Nam ſimul ac hauſit vitales ætheris auras,*
*Arguto ſuper ore fauos & dulcia mella*
*Finxit apis certum perdocti carminis omen.*

Quod prodigium refert Aelianus lib. 12. var. hiſt. c. 45. Extat etiam prædicti Antipatri epigramma in laudem eiuſdem, Antholog. l. 3.

Πιερικὰν σάλπιγγα, τὸν εὐαγέων βαρύβρομον
    Χαλκευτὰν κατέχει Πίνδαρον ἅδε κόνις.
Οὗ μέλος εἰσαΐων, φθέγξαιό κεν ὥς ἀπὸ μουσῶν
    Κάδμου ἐν θαλάμοις σμῆνος ἀπεπλάσατο.

Quod ſic verto.

*Pieridum lituus, ſancti grauis author & hymni:*
    *Pindarus exanimis hacce tenetur humo.*
*In Cadmi thalamis dicas finxiſſe poëma*
    *Pieridas, huius ſi melos audieris.*

Morum manſuetudine fuit etiam hoſpitibus & ciuibus iucundus, vnde Epigr. l. 3. Leonides canit,

Ἤπιος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.

Quod ſic verto.

*Ciuium amans, blandus peregrinis, dulceſonantum*
*Præſul Pieridum Pindarus hicce fuit.*

Quanquam autem eius laudi detrahere videtur, quod à muliere fuit ſuperatus carmine, veritas tamen probrum huiuſmodi tollit. Nam vt teſtatur Aelian. l. 13. c. 25. Pindarus poëta Thebis, in contentione imperitis auditoribus vſus, quinquies à Corinna ſuperatus eſt. Redarguens verò ruditatem ipſorum, Pindarus vocauit Corinnam. Quare meritum accepit à Quintiliano encomium, cuius hæc verba ſunt lib. 10. cap. 1. *Nouem Lyricorum longè Pindarus princeps: ſpiritus magnificentia, ſententijs, figuris beatiſſimus, rerum verborũmque copia, & velut quodam eloquentiæ flumine; propter quæ Horatius nemini credit eum imitabilem.* Ob has virtutes in vniuerſa Græcia honeſtiſſimo loco fuit habitus. Apud ſuos ciues ſolus Pindarus ad ſacra Apollinis eſt admiſſus, imò partem oblationum Apollinis meruit, & ſæpe ad ſacram eius cœnam vocatus eſt. Apud Athenienſes gratiam obtinuit, ob hunc verſum, *Λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα κλειναὶ Ἀθῆναι.* ob quem cùm à patria 1000 drachmis fuiſſet mulctatus (tunc enim hoſtiles erant hæ vrbes, Athenæ ſcilicet & Thebæ) huius certiores facti Athenienſes, ipſi ea pecunia miſſa, Pindarum liberarunt. Nec dubium eſt quin ab Hierone fuerit habitus in precio: ſiquidem illum laudibus proſequitur, & ab eo accepta beneficia commemorat. Nec viuo tantùm, ſed etiam mortuo ſuus fuit honos. Nam cùm Lacedæmonij Thebas cum tota Bœotia vaſtarent, Pindari ſolis ædibus pepercerunt. Nam cùm earum foribus adſcriptum extaret hoc carmen,

*Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὰν στέγαν μὴ καίετε* hoc eſt,
*Domum poëtæ Pindari ne exurite.*

Hoc admoniti Lacedæmonij ab incendio abſtinuerunt. Idem ab Alexandro Magno factum fuiſſe ferunt, qui captis Thebis ſolam Pindari domum conſiſtere paſſus eſt. Aelian. 13. l. var. hiſt. cap. 7. Natus eſt Olympiade 65. erátque quadragenarius cùm Xerxes Græciam vaſtaret, teſte Suida. Vixit vt quidam volunt annos 66. vel vt alij. 55. vel vt habent Græca carmina, 80. Obijt Olympiade 86. Abione Principe: vtque refert Suidas, contigit ipſi, vt pro votis vita defungeretur. Nam precatus erat vt quod eſſet in vita optimũ conſequeretur. Quare in theatro in Theoxeni adamati pueri genua reclinatus, animam efflauit. Qua de re vide etiam Val. Max. l. 9. 12.

## De Scriptis Pindari.

Scriptorum Pindari catalogus extat apud Suidam, numero 17. Olympionicæ, Pythionicæ, Nemeonicæ, Iſthmionicæ. Proſodia, Parthenia, Enthroniſmi, Bacchica, Daphnophorica, Pæanes, Hymni, Dithyrambi, Scolia, Encomia, Threni, Dramata tragica, Epigrammata heroica: præterea multa

alia. Ex his omnibus reliqui ſunt quatuor primi, quos ἐπίδοξον Græci vocant. Denominationis autem ratio hæc eſt, quòd certamina complectatur, quæ certis temporibus redibant. Victores in ſacris hiſce certaminibus, encomijs exornat Pindarus: ac primo quidem libro Olympionicas. Vnde primùm de Olympijs dicendum.

## De Olympicis ludis.

Olympici ludi in Græcia celeberrimi, ab Olympia Elidis vrbe nomen habent: Olympia à vicino monte Olympo: quæ & Piſa, Stephano authore, appellatur. Vel ſic dicti ſunt, quòd in Iouis Olympij honorem ab Hercule inſtituti fuiſſent. Hi ludi celebrabantur in Olympia, quinto quoque anno, vnde Ὀλυμπιὰς pro luſtro, ſeu quinquennio vſurpatur. Scholia Græca, & ipſe Pindarus Ode 2. Olymp. referunt inſtitutionem hanc ludorum Olympicorum ad Herculem. Item Ode 10. eiuſdem libri. Item Strabo lib. 8. Hercules ob negatam ſibi mercedem ab Augia Eleorum rege, collecta vicinorum manu Elidem inuaſit, Augiam occidit, & commilitonibus gratitudinis ergò ludos publicos aperuit, ex ſpolijs præmia proponens. Ita autem inſtituit vt plena Luna peragerentur. Initium erat 11 die menſis: ac per dies quatuor certamina erant in omni genere artium, præſertim in Curſu, Lucta, Saltu, Diſco, Quinquertio. Conueniebat ad ea ſpectacula vniuerſa Græcia. Die menſis 16. victoribus præmia decernebantur per Hellanodicas. Erant autem ex oleaſtri ramis. Plinius lib. 34. cap. 4. Qui ſemel viciſſet, inquit, ei erigebatur ſtatua: qui verò ter, ei erigebant ſtatuas, expreſſis etiam ipſorum membris, quas Iconas vocabant. De hiſce ludis plura vide apud Natalem Comitem initio libri quinti.

## De vocibus εἶδος, στροφὴ, ἀντιστροφὴ, ἐπῳδὸς, κῶλον.

Vox iſta Εἶδος pro certo carminis genere vſurpatur à Pindaro, qui ſic lyricum poëmatium appellat, vt Odas Horatius ſua carmina. Hinc τῶν κειστικῶν εἰδύλλιον deducitur: quo nomine ſua poëmatia Theocritus vocauit. Lyrici poëtæ, Stropha, Antiſtropha, & Epodo ſuis in poëmatibus vtebantur, eáque ad lyram ſecundum terniones canebant. Stropha & Antiſtropha colis ἰσαρίθμοις conſtabant. Epodi numerus impar erat. Stropham canentes ſaltatores à dextra ad ſiniſtram vertebantur. Cui reſpondet cœli ab ortu ad occaſum mortus. Orientem enim, dextram Homerus vocat, Occidentem ſiniſtram. In Antiſtropha mouebantur à ſiniſtra ad dextram. Cui reſpondet planetarum ab Occidente ad Orientem motus. Epodon verò pronunciantes, vno in loco ſtabant: cui terræ reſpondet ἀκινησία & immobilis ſtatio. Obſeruandum autem eſt, interdum δυάδας tantùm haberi, ſcilicet ſtrophen & antiſtrophen: vt Ode 5. Olympiorum. Interdum τριάδας, ſcilicet ſtrophen, antiſtrophen, & epodon, vt hac prima, multíſque alijs. Interdum Odas eſſe μονοστροφικοὺς: qualis eſt

14.Olympiorum. Interdum geminam ſtrophen, interdum geminam antiſtrophen fieri, vt videre eſt Pythiorum 5. Hanc ternarij ſectionem, non ſolùm Pindaro, ſed etiam alijs Lyricis, potiſſimùm tamen Steſichoro Himeræo in vſu fuiſſe conſtat, vnde parœmia. *Ne tria quidem Steſichori noſti*: de adeò indoctis vſurpata, vt cui ternarius ille Steſichoreius incognitus eſſet. Comici Græci eadem, nimirum Strophen, Antiſtrophen, & Epodon agnoſcunt: quibus plura addunt propter chorum, & perſonarum numerum. Rhetores κῶλον vocant membrum orationis, quæ periodi pars eſt, ſic dictum παρὰ τὸ ἐκεῖ κεῖσθαι ὅλον, quòd plenam etiam interdum per ſe habeat ſententiam: vel quòd integri ſui corporis pars ſit, quod periodus in oratione dicitur. Quare Pindaricum κῶλον, ſit verſus ſententiam per ſe habens, & ſuis certis legibus conſtans, vt author eſt Ariſtophanis interpres.

# ΠΙΝΔΑΡΟΥ

## ΟΛΥΜΠΙΑ.

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙῼ. Κέλητι.

HIERONI SYRACVSANO EQVO CELETE VICTORI.

ΕΙΔΟΣ Α.

ODE I.

## ARGVMENTVM.

*HAec Ode in laudem Hieronis Syracusanorum regis, qui Olympia equo celete vicerat, est conscripta. Cuius encomion, aliarum virtutum quibus erat præditus, prædicatione amplificat. Prædicat enim Hieronem à iustitia, sapientia, Musices peritia: præterea equum quo victoriam retulit, & locum vbi Olympica certamina agebantur, celebrat. Ab eo loco nimirum Peloponneso vel Elide, occasionem arripit digrediendi ad vulgatam de Tantalo & Pelope fabulam. Vnde ad Hieronem regressus, fœlicitatem quæ sequitur Olympionicas, proponit. Postremò concludit voto hanc Oden: precans vti Deus gloriam & dignitatem regiam Hieroni tueatur: & poëtam in studio celebrandi victores conseruet.*

παράφρασις.

Quemadmodum aqua, elementorum est præstantissimum; cæteráque metalla fulgore superat aurum, quod flammæ noctu

στροφὴ α΄. κωλ. ιζ΄.

,, Ἄριστον μὲν ὕδωρ· ὁ δὲ
,, χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ
,, ἅτε διαπρέπει νυ-
,, κτὶ μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.

μετάφρασις.

*Optima quidem est aqua: & aurum, velut ignis noctu ardens, coruscat eximiè inter*

lucentis inſtar coruſcat inter diuitias, quæ ſuperbum reddunt hominis animum. Vtque nullum eſt feruidius in cœlo ſidus, quod per vacuum aërem interdiu lucens contempleris. Sic anime mi, qui certamina decantare cupis, nullum ex quatuor ſacris illis certaminibus, tibi videri poſſit prǽſtantius Olympico, quod nunc carmine celebres. Vnde celeberrimus hymnus à doctis viris contexitur, vt Iouem Saturni filium canant, quum veniunt opulentam, & beatam Hieronis domum.

εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν
ἔλδεαι φίλον ἦτορ,
μηκέθ' ἁλίου σκόπει
ἄλλο θαλπνότερον
ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
ἐρήμας δι' αἰθέρος.
μηδ' Ὀλυμπίας ἀγῶνα
φέρτερον αὐδάσομεν·
ὅθεν ὁ πολύφατος
ὕμνος ἀμφιβάλλεται
σοφῶν μητίεσσι, κελαδεῖν
Κρόνου παῖδ', ἐς ἀφνεὰν ἱκομένους,
μάκαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν.

*ſuperbificas diuitias: at ſi certamina narrare cupis anime mi, ne iam Sole contempleris aliud ſplendidius interdiu lucens aſtrum per vacuum ætherem. Neque Olympico certamen præſtantius dicemus: vnde celeberrimus hymnus contexitur doctorum ingeniis, vt decantent Saturni filium, diuitem venientes & beatam Hieronis domum.*

Ἱέρων Συρακουσίων. Hieron Syracuſanus tyrannus, Dinomenis filius. Fratres habuit Gelonem, Polybulum, & Thraſybulum. Filium patris nomine Dinomenem. Hic ſeptuageſimam tertiam Olympiadem vicit, cúmque ſeptuageſimam ſeptimam viciſſet, in ea mortuus eſt. Victoria Olympiaca potitus, & Syracuſium & Aetnæum ſeſe ipſe proclamauit, adiacentémque Siciliæ ciuitatem Aetnam extruens, monti cognominem reddidit. Hunc, Aeliano referente v. h. l. 9. c. 1. aiunt Græcorum fuiſſe perſtudioſum, & plurimi doctrinam feciſſe. Item ad largienda beneficia propenſiſſimum fuiſſe, multóque promptiorem in dandis, quàm petentes in accipiendis. Erat autem laudabili animi magnitudine præditus. Et ſummo candore, ſine ſuſpicione, aut inquiſitione vlla, fratribus tribus conuixit: mirúmque in modum tum ipſos amauit, tum ab ipſis eſt redamatus. Eadem ratione vixit cum Simonide & Pindaro: neque Simonidem impediuit ſenectus profunda, quominus ad eum veniret. Erat enim Ceus ille auidiſſimus pecuniæ, magíſque ipſum commouit Hieronis propenſus ad largiendum animus. Idem Aelianus l. 4. c. 15. ait famam fuiſſe, hunc ignarum, & omnium hominum indoctiſſimum, ac ruſticitate nihilo inferiorē Gelone fratre extitiſſe: verùm cùm aliquando in morbum incidiſſet, literatiſſimum euaſiſſe, quum otium quod ei corporis imbecillitas imponebat, doctorum hominum ſermonibus audiendis tribueret, videlicet Simonidis Cei, Pindari Thebani, & Bacchylidis Iulietæ: ſed Gelonem indoctum permanſiſſe. Hunc, eodem Aeliano authore, l. 9. c. 5. Themiſtocles, cum equitatu venientem ad ludos Olympicos vetuit certamen ſpectare, dicens, Eum qui maximi periculi ſocium ſe non præbuiſſet, non æquū eſſe vt communis feſtiuitatis particeps fieret, quā ob rē laudatus eſt Themiſtocles. Alius Hieron fuit Syracuſanus tyrannus, de quo vide Iuſtinū lib. 23. & Sabellicū Enneade 4. l. 9. ipſo initio. & Plutarch. in Marcello.

κέλητι. Subaudi, *victoriam adepto*. Eſt autem κέλης *equus deſultorius*, de quo Euſtathius κέλης ἵππος ἄζυξ, καὶ κατὰ μόνας ἐλαυνόμενος. Ariſtophanis interpres in Nubibus, Celetem generoſiorem eſſe equum affirmat, quem ad certamen alerent equites, quó ve ipſi ſigillatim vterentur, quíque ad currus, vel bigas non ſubmitteretur. Ideo à Scholiaſte Comœdiæ quæ appellatur Εἰρήνη, *equi celetes* appellantur μονάτορες. Huius vſus nona Olympiade fuit inſtitutus : cúmque Centauri dicuntur commonſtraſſe, cùm antea curribus vterentur. Hoc ſine ephippijs exercebantur antiqui celeriter inſilire ad vſus bellorum. Iis Romani in prælio vtebantur vt ſudante altero tranſirent in ſiccum. Pares erant, *ideſt*, duo tantùm, vt eſt apud Sextum Pompeium. Quanquam Homerus Il. 15. ſub finem, quatuor equorum vſum ad deſultorios videtur deſignare, Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς. Ὅς ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους. Hæc equitandi ratio, genúſque exercitij videtur militiæ vmbra fuiſſe, cùm de Numidis ſic referat Liuius 23. l. *Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu : ſed quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam, in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat : tanta velocitas ipſis, támque docile equorum genus eſt.* Per tranſlationem ita dicitur nauis actuaria quæ vno tantùm remorum ordine agebatur, Latinè *celox*. Sic & γυναικεῖον αἰδοῖον. apud Ariſtoph. Schol. Præterea videtur Plin. l. 24. c. 5. κέλητας pro ſtatuis equeſtribus vſurpaſſe, *Equeſtres ſtatuæ Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio à Græcis exemplo : ſed illi celetas tantùm dicebant in ſacris victores : poſtea verò cùm bigis & quadrigis viciſſent.* Tandem vt Sſchol. in Theſmoph. Ariſtoph. κέλης σημαίνει τὸν μόνον ἵππον, καὶ ἐπὶ τούτῳ φερόμενον, τὸ σελλάριον γυμνόν. Dictus eſt à κέλλειν, hoc eſt τρέχειν ταχέως. Vnde verbum κελητίζειν, τὸ ἀζεύκτοις ἵπποις ἐποχεῖσθαι.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Exordium eſt operis, quod Poëta συγκριτικῶς tractat : qui demonſtraturus quantum cæteris præſtet certamen Olympicum, tria ſumit diuerſorum generum, in ſuo quæque excellentia: aquam in elementis, aurum in metallis, Solem in aſtris: quæ ſicut in ſuo genere excellunt, ſic & in ſacris ludis Olympia. Optima autem aqua (vt volunt) dicitur tribus de cauſis. Prima, quòd optimum ſit illud elementum ex quo alia oriuntur. Philoſophi autem naturæ contemplatione docti, alia tria ex aqua fieri obſeruarunt : ex parte craſſiore in ſeipſam compacta, terram: ex ſubtiliore, aërem : rurſus ex aëre, ignem fieri dixerunt. Secunda, quòd (vt cenſuit omnis antiquitas) ex eo elemento nata ſint omnia. Quam ob cauſam Thales Mileſius aquam πάντων ἀρχὴν appellauit, vt refert in eius vita Laërtius, & Orpheus Oceanum, Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων, vt & Il. 14. Homer. Tertia & potiſſima, quòd neceſſitate, vtilitate, & vſu ſit maior. Et Ariſtoteles ἄριστον ὕδωρ vocari putauit, quòd ad res multas expetatur. Ac ſanè nullum animal, ſiue λογικὸν, ſiue ἄλογον ſine aqua viuere poteſt: nec ſine illa vegetantur plantæ. Præterea ad corporis ſanitatem confert, vel potu, vel balneo. In balneum, quod Pindari imaginem habebat, extat hoc Epigramma. Anthol. Epigr. l. 4.

> Αἴθε σε Πίνδαρε μᾶλλον ἐμοῖς ἐκάθηρα ῥεέθροις,
> Καί κεν ἄριστον ὕδωρ τοὐμὸν ἔφησθα μόνον, quod ſic verto.

*Pindare si nostra purgasses corpus in vnda,*
*Optima sola tibi dicta fuisset aqua.* Et eodem libro
Πίνδαρον ἱμερόεντα παρ' ὕδασι Κῦρος ἐγείρει,
Οὕνεκα φορμίζων, εἶπεν ἄριστον ὕδωρ, quod sic verto.
*Pindarus à Cyro positus stat imagine ad vndas,*
*Quòd cithara modulans, optima dixit aqua.*

Erasmus in Adagijs, titulo Excellentiæ & inæqualitatis, hoc vsurpari docet, quoties rei vehementer laudatæ præfertur aliquid melius. Sed hoc mihi videtur ab authoris mente detortum, qui non dicit optimam esse aquam, aurum verò præstabilius: sed vt optima est aqua, aurum in diuitijs splendidissimum: sic & clarissimum inter certamina Olympicum.

ὁ δὲ χρυσός. Auri meminit, amator auri, & certè ὅπῃ τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει. Ratio ob quam de auro tam magnificè loquitur, hæc est, quòd sit omnium metallorum purissimum, & pretiosissimum: & quòd opulenti viri præ alijs sint conspicui: vnde sequenti Oda dicitur πλοῦτος ἀρίζηλος ἀληθινὸν ἀνδρὶ φέγγος.

αἰθόμενον πῦρ. Periphrasis est τοῦ πυρσοῦ *flammæ*. qualis Iliad. π. v. 293. κὰδ δ' ἔσβεσεν αἰθόμενον πῦρ. *extinxit ardentem ignem.*

μεγάνορος ἔξοχα πλούτου. Phrasis poëtica, pro ὁ δὲ χρυσὸς ὥσπερ πυρσὸς ἐν νυκτὶ διαπρέπει ἔξοχα πλούτου μεγάλως δυναμένου, καὶ παρασκευάζοντος αὐχητικοὺς τοὺς κεκτημένους. *aurum inter diuitias potentes, & quæ arrogantes faciunt eos à quibus possidentur, ita refulget vt flamma noctu.* Obseruanda in epitheto μεγάνορ metonymia effecti: quòd superbos sui possessores efficiat: simili tropo Teles appellat πλοῦτον θρασύτατον, ὑπερήφανον *audacissimum, arrogantem.* Vel quòd res arduas præstet, vnde Eurip. dicit τὰ χρήματα δύναμιν πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχειν, *pecunias inter homines plurimum valere.* Similiter χρυσὸν μεγασθενῆ *præpotens aurum* vocat author. Isthm. od. 5. Est autem μεγάνωρ poët. vocabulum à μέγας & ἠνορέη *robur, fortitudo.* ab ἀνήρ.

εἰ δ' ἄεθλα. Similitudinis ἀπόδοσις quam exornat ἀποστροφῇ, qua se ad seipsum conuertit. Est & metalepsis in voce ἄεθλα: nam propriè *præmia* dixeris, quæ hîc ἀγωνίσματα, *certamina* intelligit. Obiter notabo feruidum & fœcundum authoris ingenium, tum verborum magnificentia, tum rerum multiplicitate, vt rectè de illo iudicarit Horatius Carm. l. 4. od. 2.

*Monte decurrens velut amnis, imbres*
*Quem super notas aluêre ripas,*
*Feruet, immensúsque ruit profundo*
*Pindarus ore.*

γαρύεν. Doricè pro γηρύειν. Et poët. est γηρύω pro ὑμνέω, καταλέγω, *dico, prædico:* frequens est apud authorem. Alibi γαρυέμεν etiam Doricè habet. Nem. Od. 7. Ergo ἄεθλα γαρύεν, pro ἀγῶνας ὑμνεῖν.

ἔλδεαι. Ion. & poët. pro ἔλδῃ. Vsurpatur à poëtis ἔλδομαι, pro ἐπιθυμῶ. & ἐέλδωρ pro ἐπιθυμία. Deriuatum putat Eustath. ab ἕλω, τὸ αἱρέω. Ideóque δασύνεται.

φίλον ἦτορ. Hoc est ἐμὴ καρδία. Non enim possum non probare Heinsij viri in literis Græcis versatissimi obseruationem, qui annotat φίλον & ἐμὸν quandoque esse παράλληλα vt & ἴδιον. Sic φίλον ἦτορ, φίλον κῆρ & similia apud Homerum, & a-

pud Smyrnæum. l. 9. v.344. φίλους δ' ἀνὰ δώματ' ἀκοίτας Κτεῖνον ἀνηλειγέως, vbi agitur de Lemniadibus quæ maritos occiderunt, quos φίλους appellat vel archaiſmi ſchemate, vel ἰδίους ſignificando. Nam eos non occidiſſent, ſi chari fuiſſent.

ἀλίου. Commun. dicitur ἥλιος ſed Doricè ἅλιος. Deducit hanc vocem Euſtath. παρὰ τὸ εἰκεῖσθαι τὴν ἄλα. Quid ſi deducenda videatur ab Hebræo vocabulo H E L I O N, *excelſus*? quòd Sol de ſublimi terram illuſtret.

Θαλπνότερον. Duplicem admittit expoſitionem: vel θερμότερον *calidius*: vel φαεινότερον, *lucidius*. Nam feruore non ſolùm calefacit, ſed etiam rarefacit aërem: & per ſe obſcurum iubare illuminat. ἡλίῳ θάλπεσθαι, pro ζῶν, lege Od. 4. antiſtr. 1. Nemeorum.

ἐν ἁμέρᾳ Doricè pro ἡμέρᾳ. Ex tempore ſummum Solis ſplendorem indicat, & per collationem cum alijs aſtris, quia illius aduentu obſcurantur.

φαεινὸν ἄστρον. Solem καταχρηστικῶς vocat ἄστρον, pro ἀστήρ. Nam ἄστρον eſt ſignum ex multis ſtellis conflatum: ἀστὴρ verò ſimplex eſt ſtella, qualis Sol. Dicuntur autem Phurnuto ἄστρα quaſi ἄστατα, & quæ ſemper moueantur.

ἐρήμας δι' αἰθέρος, Deſertum appellat ætherem, quòd cùm mare piſces, terra quadrupedes, aër volucres habeat hoſpites, æther ſit vacuus, vt pote igneus, propter cuius calorem illa mundi pars nullum animal προσφοιτῶν accedere ſinat. Eſt igitur αἰθὴρ ὁ ἐν ὕψει ἀὴρ καιόμενος, ab αἴθω *ardeo*, vt vult Anaxagoras, ætheris nomine ignem ſignificans, quòd ſuperiora igne ſint plena. Sed Ariſtoteles lib. de mundoÆtherẽ pro Cœlo ſumens deducit ab ἀεὶ & θέω, quòd perpetua volubilitate rotetur, & currat: eóſque qui ab αἴθεσθαι deriuant, reprehendit: Vel deſertum dicit ætherem, quia cùm Sol vnus interdiu appareat, occultatis reliquis ſtellis, inanis videtur. Vel quia non colligit nubes præ calore. Non tam propriè aëra vacuum dixit Horatius Carm. l. 1. Od. 3. Notandum αἰθὴρ eſſe hîc fœminei generis, ſic & Sophocl. οὐρανίαν αἰθέρα, cœlum dicere volens, & Homer. μυδαλέας ἐξ αἰθέρος. Denique ἐρήμας Dor. pro ἐρήμης.

Ὀλυμπίας ἀγῶνα. Pro Ὀλυμπιακὸν: ſumitur vrbis nomen denominantis certamen, pro denominatiuo nomine. Aliàs hæc vrbs *Piſa* vocatur à Steph. Strabo Piſæ partem fuiſſe cenſet. Quicquid id eſt, hæc fuit vrbs Elidis, vrbs inter Oſſam & Olympum montes, quinquennali ludorum ſacrorum celebritate, quæ & Olympia dicebantur, toto terrarum orbe celeberrima.

φέρτερον. Triplici nomine præſtat cæteris, quòd celeberrimum hominum Herculem habeat authorem: quòd in Iouis Deorum maximi honorem inſtitutum fuerit: quòd ſplendidiore apparatu, quàm alia perageretur.

αὐδάσομεν. Doricè pro comm. αὐδήσομεν ab αὐδάω. Simili Doriſmo dixit 2. Od. huius libri αὐδάσομαι ἐνόρκιον λόγον. vtitur plurali, quia de ſe, déque ſuo animo, tanquam de duobus loquitur.

Ὅθεν Scil. ἐκ τοῦ Ὀλυμπιακοῦ ἀγῶνος, καὶ τούτου νίκης. Dicitur ἀμφιβάλλεται pro κοσμεῖται, γράφεται, & ὕμνος καταχρηστικῶς pro ἐγκώμιον. Nam ὕμνος pertinet ad Deos. Sumpta metaphora, vel à coronamentis quibus decorantur Hieronicæ, vel à ſplendidis veſtibus quibus ornantur locupletes. πολύφατος, hoc eſt, πολυθρύλλητος, & quia canentis ingenium celebre efficit, & quia decantati viri famam

diſpergit. Notanda in his παρασκευὴ ad laudes Hieronis.

σοφῶν μητίεσσι. Hoc eſt ποιητῶν ἀγχινοίαις. Sic appellat σοφοὺς poëtas, vt vim & authoritatem argumento addat: vel quia poëtis neceſſaria eſt multiplex ſcientia. Huiuſmodi autem argumentum, poſtulat magnum ingenium. Vnde monet Horatius. *Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam viribus.*

κελαδεῖν Κρόνου παῖδα. Declaratur ſcopus ὑμνῳδῶν, & finis ὑμνῳδίας. nimirum vt decantent Iouem qui τεκφραστικῶς, κρόνου παῖς appellatur, vt ab Horatio Carmin. l. 1. Od. 12. *pueri Ledæ*, Caſtor & Pollux. Aequum autem videbatur, vt cuius in honorem inſtituti erant ludi, apud victorem decantaretur, & victoris fortitudo ſimul prædicaretur. Ante κελαδεῖν, quod eſt poëticũ, ſubaudit. ἕνεκα.

ἱκομένους. Deſignat iſtos σοφοὺς hoc eſt ὑμνογράφους, Simonidem, Bacchylidem, & ſeipſum, qui familiares erant Hieronis, eiúſque domum frequentabant: vnde apparet non ſolùm Pindarum Olympionicas ceciniſſe. In hac voce nota ἀντίπτωσιν, accuſat. pro nóminat. vel etiam pro genit. vt congruat cum præcedente σοφῶν.

ἐς ἀφνεάν. Hoc eſt πλουσίαν. Hinc incipit laudare Hieronem, Primùm à Fortunæ bonis. Nam opulentam & beatam appellat eius domum. Deinde à bonis animi, vt à iuſtitia. Tandem à bonis corporis, quæ in eo non exigua fuëre, ſiquidem victoriæ compos factus eſt, in re tam ardua, quæ non ſine dexteritate, & robore corporis conficitur.

ἑστίαν. Quod vertimus *domum*, Larem propriè diceremus. Nam non dicitur de quauis domo priuata, ſed de præclariore aliqua vel vrbis, vel optimatis, in qua ſacer ignis non extinguatur, ſed focus ſemper luceat: vt Leonicerus obſeruat. Nihilominus annotat Budæus hanc vocem pro *domo* ſimpliciter vſurpari. Exemplum afferam ex Amorib. Lucian. καὶ μέσην ἑστίαν τῶν ἰδίων ἕκαστος οἴκων. & ibid. πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται.

παράφρασις.

Qui iuſtis ſub legibus pecoroſæ Siciliæ regnum adminiſtrat, virtutes omnes præſtabiles perfectè exercens, veluti Fortitudinem, Iuſtitiam, Temperantiam. Præter quas etiam artis Muſicæ peritia decoratur, ita vt norit cithara ludere, ſicuti nos conuiuantes circa iucundam menſam frequenter ludimus. Sed Doricam accipe citharam clauo appenſam, & cane Piſã, atque Phe-renicum Hieronis equum, ſi locus certaminis nobilitate, ſi equus eximius parta victo-

ἀντιστροφὴ κῶλ. ιζ.

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει
σκᾶπτον ἐν πολυμάλῳ
Σικελίᾳ· δρέπων μὲν
κορυφὰς ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν.
ἀγλαΐζεται δὲ καὶ
μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ,
οἷα παίζομεν φίλαν
ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ
τράπεζαν. ἀλλὰ Δωρίαν ἀ-
πὸ φόρμιγγα πασσάλου
λάμβαν᾽, εἴ τι τοι Πίσας τε
καὶ Φερενίκου χάρις
νόον ὑπὸ γλυκυτά-
ταις ἔθηκε φροντίσιν.

μετάφρασις.

*Iuſtum qui regit ſceptrum in diuite pecoris Sicilia: decerpens quide ſummitates ex ſingulis virtutibus: resplendet autem & muſices in flore, qualiter ludimus frequẽter nos viri iucundam circa menſam. Sed Doricam citharam à clauo exime, ſi tibi & Piſa, & Pherenici equi gratia mentem dulciſſi-*

ria Musam excitauit, & materiam encomij tuæ cogitationi gratā suggessit, quum nuper nullo calcari concitus corporis neruos omnes cursu contendebat, & victoriam peperit Domino suo.

ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας
ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέ-
χων,
κράτει δὲ προσέμιξε δεσπόταν,

*mis subiecit cogitationibus, quando iuxta Alpheum concitus ferebatur, corpus nō stimulatum in cursu prabens, & victoria admouit dominum.*

Θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει. Secunda laus Hieronis, ab animi bonis, nimirum à iustitia, omniúmque præclararum virtutum studio. Phrasis est poëtica, pro ὃς ἐν δικαιοσύνῃ τῆς Σικελίας πολυβάτων εὐπορούσης βασιλεύει. Poëticæ sunt istæ voces θεμιστεῖος pro δίκαιος à θέμις. Ἀμφέπω quod & ἀμφιέπω. vt πηδάλι' ἀμφιέπεσκε *clauos tractabat*, Apoll. Argon. I. pro κυβερνῶ, vel διοικέω. Doricum est σκᾶπτον. pro σκῆπτρον. & πολύμαλος pro πολύμηλος hoc est πολυθρέμμων, πολύβοτος *pecorosus*. Nam μῆλον non solùm *ouem* significat: sed etiam *pecus*. Fortè autem pecoris maximam partem oues constituebant. Per synecdochen autem πολύμηλον de omnibus alijs opibus intelligemus: fuit enim hæc regio, montibus, syluis, agris, pratis fœcunda: quam 4. Verr. Cicero ex Catonis sententia, *Cellam penuariam Reip. & ærarium vocat*.

δρέπων μὲν. Poëticè, pro ἀπανθιζόμενος τῶν ἀρετῶν τὰς κορυφαίας. Hîc intelligit τὸ τέλειον virtutum, Fortitudinis, Iustitiæ, Temperantiæ, aliarúmque. Est & hyperbole (Neque enim quisquam omnibus virtutibus præditus esse possit) sed eam mitigat vocabulo δρέπων. q. d. *carptim ex singulis virtutibus aliquid insignius sequitur*. Et κορυφὰς metaphoricè vsurpat: innuens virtutum insignia specimina. δρέπειν etiam est translatum ab ijs qui plantarum summitates decerpunt. Et obiter notandum vsitatiorem esse passiuam vocem. ἀρεταῖ πασᾶν, Doricus genitiuus pro com. ἀρετῶν πασῶν. Has laudes confirmat Aeliani testimonium, quód prima huius Odes annotatione videas.

ἀγλαΐζεται δὲ. Poëticum ἀγλαΐζομαι, pro λαμπρύνομαι, κοσμοῦμαι & simil. ab ἀγλαΐα poët. pro κόσμος. Nisi autem hæc sententia construatur cum præcedente ὃς ἀμφέπει, dictum erit ἀκαταλλήλως, pro ἀγλαϊζόμενος: vt congruat cum δρέπων. & μουσικᾶς ἄωτον pro μουσικῆς Doricè. Signif. igitur λαμπρύνεται ἐν μουσικῇ.

ἀώτῳ Translatum vocabulum, quo Musicæ suauitatem & amœnitatem exprimit. Nam nihil in planta flore est iucundius. Quam vocem multis locis, habet author, quum aliquid suauissimum & exquisitissimum denotat: Poëticè pro ἄνθος. ab ἄω spiro, quòd flores plerique iucundum odorem efflent. Scholiastes Musicæ florem explicat, & dicit esse τὰς ᾠδάς. Non possum probare Leoniceri sententiam, qui vix erraturum putat eum qui μουσικὴν bonas literas intellexerit hoc loco. Nam etsi μουσικὴ id significare possit: & Hiero μουσικώτατος euasisse dicatur apud Aelianum citato loco suprà: nihilominus sequentia satis supérque arguunt intelligendum hoc de Organica Musica. Cæterùm laudem hanc superioribus ἐπαγωγικῶς adiungit. Dictus fuit rex, diues, iustus, virtutibus omnibus insignis, nunc dicitur Musices peritus, quò veluti virtutes omnes, quæ ad vitam bene & iucundè agendam conferunt, complecteretur. At-

que vel ex hoc loco, veterum in colenda Mufica ftudium colligere eft: de quo vide quæ refert Erafmus in prouerbium ᾄδειν πρὸς μυῤῥίνην *canere ad myrtum.* Item Athen. lib. 14. Dipnofop.c.10.11.13.

οἷα παίζομεν. Demetrius Triclinius relatiuum hoc fimilitudinis fumit, pro relatiuo demonftrationis, vt fit pro, *qua parte ludimus.* Rectè παίζομεν. Nam in conuiuio & menfa res feriæ non conueniunt, fed adhibendus iocus,& delectatio. Conuiuijs Muficam adhibebant veteres vt ex Homeri hoc verfu declaratur, Φόρμιγγος δ' ἣν δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην. Et apud eundem paffim videre eft eam adhiberi conuiuijs nuptialibus,familiaribus, aliifque: vt lib. 4.Odyff.

Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα
Γείτονες, ἠδὲ ἔται Μενελάου κυδαλίμοιο
Τερπόμενοι· μετὰ δὲ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς Φορμίζων.

Nunquam fine lyra, cantúque epulabantur proci Penelopes.Sub finem lib. 1. Iliad. Apollo in Deorum conuiuio ad occafum vfque per totum diem lyram tenet. Finis autem Mufices in conuiuijs non fuit fola delectatio, fed vt Plutarchus docet, ὡς ἱκανὴν αὐτὴν οὖσαν, καὶ πραΰνειν τὴν τοῦ οἴνου ὑπόθερμον δύναμιν. Quam rationem etiam affert Athen.Dipn. l. 14.

φίλαν τράπεζαν. Puta vel προσφιλῆ *gratam*: vel φιλοποιὸν *amicitiæ conciliatricem*, quia compotationes amicos faciunt: vel fecundum antè propofitam Heinfij obferuationem,puta ἡμετέραν. Doricum φίλαν pro φίλην.

Ἀλλὰ Δωρίαν. Alia ad fe ipfum apoftrophe,qua προσφιλῆ θυμὸν hortatur, vt citharam capiat, quam Doriam appellat,vel ἱστορικῶς. Aiunt enim primos Parnaffi incolas fuiffe Δωριεῖς Dorienfes, qui primi lyram compegerunt: vel μυθικῶς: quia Mercurius citharæ primus inuentor, eam Apollini dono dedit: Græcis δῶρον. Lat. *donum.* Vel μετωνυμικῶς: quòd ea Doricum melos canere vellet.Rectiùs quidem intelligas, fi poftremam acceptionem alijs anteponas. Nam Pindarus lyram fuam Harmoniæ Doricæ accommodauit,& Dorica cùm grauitate, tum Dialecto, Hieronis epinicium concinnauit. Complures autem funt Harmoniæ,Dorica, Aeolica,Ionica,Phrygia,Lydia. de quibus vide Apuleium in Afino. Lucian.in Harmonide. Athenæum lib. 14. Platon. in libris de Rep.Plutarch. in lib.de Mufica.

ἀπὸ πασσάλου Solebant veteres πάντα τὰ ἀγκρεμάσαι fuam fupellectilem, & arma,vt ex Homero Odyff. 21. cernere eft. Ἔνθεν ὀρεξαμένη ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον. h. eft. *Hinc extenfa à clauo accepit arcum.Clauo fufpendere*, in prouerbium venit. de quo vide librum Adagiorum titulo *Indiligentiæ.*

Φερένικος. Pherenicus nomen equi Hieronis, ἀπὸ τοῦ φέρειν τὴν νίκην, ei impofitum: de quo Bacchylides. Ξανθότριχα μὲν Φερένικον Ἀλφεὸν παρ' εὐρυδίναν πῶλον ἀελλοδρόμον νικήσαντα. *Flauum Pherenicum, velociffimum equum, qui iuxta Alpheum latos vortices habentem vicit.* Equorum fic funt nomina apud veteres. Apud Homerum Xanthus, Podarges, Aethon, Lampus: apud Ariftoph. in Nebulis, Coppatias, & Samphoras. Solis equi, Phlegon, Aethon, Pyrous,& Eous.

νόον ὑπὸ γλυκυτάταις. Oratione profa, ὑπέθηκε νόον γλυκυτάτην εὐπείαν λόγων, rectè diceres.

ὅτι παρ'

ὅτε παρ' Ἀλφεῷ, Loquitur καταχρηστικῶς, quia non eſt in ipſo certaminis loco fluuius Alpheus: ſiquidem Piſa diſtat ab Elide ſtadijs quinquaginta. Fontes enim habet in Arcadia Alpheus, vnde originem ducens Elim circumfluit. Paulò antè citatus Bacchylides eodem pacto, παρ' Ἀλφεῷ νικήσαντα dixit.

σύτο. Poët. 3. per. ſing. pl.q. per. pas. pro ἐσέσυτο. Præt. commun. habet σέσυμαι. vnde pl.q. per. ἐσεσύμην. ſed poëtæ dicunt pro ijs ἔσσυμαι, ἐσσύμην, per hyperthеſin. Tert. per. σύτο neglecto aug. pro ἔσσυτο. Verbum σεύομαι ſign. *Impetu feror, irruo.*

δέμας Poët. pro σῶμα. dictum παρὰ τὸ δέειν. Quia corpus eſt animæ vinculum & carcer. Quæ eſt Themiſtij ſententia apud Stob. ſerm. 119. τοῦτο γὰρ δέμας ὀνομάζουσιν, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν. *Corpus* δέμας *appellant, tanquam anima ab eo hoc in loco præter naturam* δεδεμένη, *ligata ſit.* Huic aſtipulatur Macrob. in Somn. Scip. l. 1. Sed Euſtath. quaſi δῶμα τῆς ψυχῆς appellat: vel putat à δέμειν *ſtruere*, deductum, ob ſtructuram membrorum.

ἀκέντητον. hoc eſt. ἀμάστικτον. *Calcari non indigens.* ac proinde natura celer & alacer. Laus equi non parua: quam Homer. quibuſdam equabus tribuit, αἴσου inquit, κέντροιο θέουσαι. Fit ex α. priu. & κεντέω *pungo, ſtimulo.*

κράτει. Intellige τὴν νίκην. Cuius ſignificationis exempla vide in Lexicis. δρόμοισι. Poët. & Ion. pro δρόμοις, & δεσπόταν Dor. pro δεσπότην. verbi προσμιγνύω ſimilem ſignificationem habent Lexica, vbi intranſitiuè ſumi videbis.

παράφρασις.

Syracuſarum regi, quem equorum ſtudium, & equeſtre certamen delectat. Cuius nunc gloria ſplendet in Elide, quò deduxit è Lydia, fortibus viris inſignem coloniam Pelops, quem amauit Neptunus terram continens, poſtquam Deorum commiſeratione, is quem pater cæſum epulis appoſuerat, in lebetē eſt cōiectꝰ, recoctúmque vitæ reſtituit Clotho, & cui pro humero ab imprudēte Cerere abſorpto repoſitus eſt eburneus præclarus. Multa ſanè miranda ſcribuntur & dicuntur, ea tamen fabuloſa. Quæ quanquam falſa ſunt, ſcitè tamen mendaciorum fucis oblita mentem magis decipiunt, quàm veri ſermones afficiunt.

ἐπῳδ. κωλ. ιγ'.

Συρακόσιον, ἱπποχάρμαν
βασιλῆα. λάμπει
δέ οἱ κλέος παρ' εὐάνορι Λυ-
δοῦ
Πέλοπος ἀποικίᾳ, τοῦ μεγασθε-
νὴς
ἐράσσατο γαιάοχος Ποσει-
δῶν,
ἐπεί νιν καθαροῦ λέβητος ἔ-
ξελε
Κλωθὼ, ἐλέφαντι φαίδι-
μον
ὦμον κεκαδμένον.
„ ἦν θαύματα πολλά.
„ καί πού τι καὶ βροτῶν φρένα,
„ ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον,
„ δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικί-
„ λοις
„ ἐξαπατῶντι μῦθοι.

μετάφρασις.

*Syracuſiũ equis gaudentem regem. Spledet autem eius gloria apud inſignem viris Lydi Pelopis Coloniam: quem præpotens amauit terram continens Neptunus, poſtquam eum puro ex lebete exemit Clotho, eburneo humero ſplendidè ornatum. Sunt miranda multa: & vtique mortalium mentem, magis quàm verus ſermo, variegatæ mendacijs diuerſis decipiunt fabulæ.*

Συρακόσιον, Syſtole pro Συρακούσιον metri cauſa. Legunt alij Συρακουσίων ἱπποχαρ-

μᾶν. *Syracuſanorum hominum equis gaudentium regem*, dicentes. Quia putant, vt refert Schol. Hieronem cum vincebat non eſſe Syracuſanum, ſed ab Aetna, cui nomen dedit, antè Catane appellatæ, Aetnæum cognominatum. Sed contra illos affirmat Didymus, tum iam Syracuſium, nondum verò Aetnæum appellatum. Quinetiam lectionem hanc reijcit metrum. ἱπποχάρμαν Doricè pro ἱπποχάρμην. Duplicem habet ſignificationem ἱπποχάρμης. dicitur *qui pugna gaudet equeſtri*. Nam χάρμη ſig. *pugnam*. Item *equo gaudens* à χαίρω. Reperitur & ἱπποχάρμης. Regi conueniens epitheton. Conſtat autem Principes olim ad hanc victoriæ gloriam equos ſtudiosè aluiſſe, & exercuiſſe. Quî enim potuiſſet in hoc certamine Pherenicus ſine calcari ſua ſponte corpus ad curſum accommodare, non priùs exercitatus, præſertim per dies illos ad præparationem conceſſos? Itaque non caſu, ſed ſcientia, reſque ſtudio cum Pherenico victoriam reportauit. Ad hunc vſum præcipuè alebantur & formabantur equæ: vnde Virg. Georg. 2. dicitur *mittere Eliadum palmas Epirus equarum*. Quod & colligere eſt ex Plutar. in vita M. Caton. τῶν ἢ Κίμωνος ἵππων, αἵς Ολύμπια τρὶς ἐνίκησεν, ἢ ταφαὶ πλησίον εἰσὶ τῶν ἐκείνε μνημάτων. *Equarum Cimonis, quibus Olympia ter vicerat, ſunt etiam ſepulchra prope illius monumenta*. vbi & habetur quis honor illis mortuis tribueretur.

βασιλῆα Ionicus accuſat. pro comm. βασιλέα. Notandum tria Epitheta cum ſuperiore ſubſtantiuo δεσπόταν, quod ad Pherenicum equum refertur, cohærere: primum patriam, Syracuſas: ſecundum, ſtudia: equorum curam: tertium dignitatem, & vitæ conditionem, regni dominationem, explicat.

λάμπει ᾗ οἱ κλέος. Laudis amplificatio à loco victoriæ. Notus apud Siculos Hieron erat, & bene audiebat, ob iuſtam regni adminiſtrationem, aliáſque virtutes. Sed iam longiùs eſt notior apud Peloponneſios vbi Olympijs deuictis claret. Ambiguum eſt ad vtrum referatur hæc ſententia, ad equum-ne, an ad Hieronem. Poteſt ad vtrumque referri commodè: ſed ad Hieronem magis propriè.

περ' εὐάνορι. Εὐάνωρ. Dor. pro εὐήνωρ. Hoc eſt καλοὺς ἢ ἀνδρείους ἄνδρας ἔχουσα. Sic εὔανδρον χώραν, ſynonyma voce legimus 1. Pyth. Coloniam Pelopis πελοπηΐδας intellige Elidē. Quia regno, filiáque Oenomai potitus, Lydiam reliquit, Elidémque incoluit, ac totam Cherſoneſum à ſe Peloponneſum denominauit.

Λυδῶ. Ex præſenti loco Lydius fuit Pelops. Sed vt annotat Schol. alij Paphlagonem, alij Græcum ex Oleno oriundum dixerunt. Sed veriſimilius eſt Lydum illum fuiſſe, ſiquidem pater eius Tantalus, Imolo patre Lydiæ rege eſt genitus, vt refert Zezes hiſt. 10. Chil. 5.

τῶ μεγαδενής. Articulus præpoſitiuus pro relatiuo ὃ. paſſim apud poëtas. Duo ſequuntur epitheta Neptuni. μεγαδενὴς à μέγα & σθένος. Sic dictus à magnitudine imperij, ſiquidem mare eſt ampliſſimum, cui præeſt: vel à maris violentia, & maximarum beluarum ferocitate, quam regit. Deinde γαιάοχος hoc eſt τ̃ γῆς συνεκτικὸς *terram continens*, ἀπὸ τὸ γαῖαν ἔχειν. Nam mare terras ambit: vnde & Ἀμφιτρίτη maris Dea. Errat Leonicerus qui hanc vocem, *terræ concuſſor* vertit, non enim eſt ἐνοσίγαιος, vel ἐνοσίχθων, ſed γαιάοχος, quam vocem fuſiùs explicant Lexica.

ἐράσσατο. Geminato σ. pro ἐράσατο neglecto augmento. 3. perf. Aor. med. tanquam ab ἐράζομαι. Sic Hesiod. in Theog. Μνημοσύνης ἐξαῦθις ἐράσσατο. Hîc Pelopis coloniæ facta mentione digreditur ad eius historiam. In qua digressione tria explicantur. Primò διήγημα μυθῶδες *narratio fabulosa*. 2. ἐπίκρισις *censura*, qua in vanitatem veterum fabularum inuehitur. 3. veriora sese narraturum promittit. Explicat Aretius hunc Neptuni amorem, quòd Insulam ambit mare, quod amoris videtur esse. Paulò aliter mox explicabimus.

ἐπεί νιν. Antiquum νιν pro αὐτόν. Illud διήγημα μυθῶδες quod author perstrinxit breuiter, pluribus ad loci lucem exequar. Tantalus cùm aliquando à Dijs ad conuiuium fuisset vocatus, vt parem gratiam referret, eos hospitio excepit, lautásque epulas apparauit, & cæsum filium ad conuiuij magnificentiam apposuit. Sed cùm hæc Dij cognouissent, ab epulis abstinuerunt. Sola Ceres nescia, humerum deuorauit, cùm quæsita filia rediuisset. Miserti verò Dij eum rursus in lebetem iecerunt, recoctúmque vitæ restituerunt, & pro absorpto humero eburneum reposuerunt, qui Pelopidis, vt Spartiatis pilum, signo fuit: vt testatur Isacius. Clotho autem vna Parcarum ex lebete puro Pelopem exemit: exemptum, Neptunus amauit. Quo falulæ inuolucro videntur veteres innuisse, hominum officij esse quum beneficijs à Deo cumulantur, gratos se præstare, ita vt neque rebus charissimis parcant, non liberis ipsis. Quod si fecerint, res amissas diuina ope facilè recuperauerint, imò si vitam prodegerint, eam receperint. Neptunus exemptum lebete Pelopem amauit, quia antequam ad incrementum naturalis caloris peruenisset, naturáque superuacaneos humores concoqueret, fuisset ille valetudinarius. Sed cùm venisset ad pubertatem vigente magis natiuo calore sanus euasit. Dictúsq; est à Neptuno amatus ex quo conualuit, quia filij eius, & amici, viri strenui ac bellicosi fuerunt. Quod cum ratione Physica conuenit, teste Aristot. in hist. Anim. vbi scriptum reliquit multos ad pubertatem vsque fuisse valetudinarios, qui emisso semine sani facti sunt, aut contrà. Qua si constitutione corporis fuerit Pelops, bene illum δὶς ἡβήσαντα Lycophron appellauit. Denique Clotho è lebete exemit, quippe ipsi erat πεπρωμένον reuiuiscere: neque enim, si valetudinarius erat, verè viuebat. *Non est viuere, sed valere vita*, Martialis ait.

ἐλέφαντι φαίδιμον. Eburneo humero putarunt nonnulli opes & potentiam significari. Dictum fuisse Pelopem à Tantalo patre cæsum, epulísque Deorum appositum: quòd insigni iniuria filium affecisset. Quem Dij postea miserti recoquendum curarunt, & eburneo humero instruxerunt: hoc est, beneficijs innocentem leuarunt, scilicet opum magnitudine, nominis celebritate, ac potentia. Ebur enim diuitias, humerus potentiam denotat. Vnde apud Homerum omnia magni pretij finguntur eburnea vel aurea. Fuit diues, vnde *Pelopis talenta*. Pòtens, qui Peloponnesum tenuit.

κεκαδμένον. Part. præt. pass. Doric. pro κεκασμένον. mutato σ. in δ. à κάζω. cuius præt. pass. κέκασμαι. Hæc verba Latinè redduntur à Virg. *humeróque Pelops insignis eburno*. De hac fabula eiúsque sensu plura vide apud Nat. Comit.

ἦν θαύματα πολλά. Pro θαυμάσιά ἐστι τὰ πολλά. Nec poſſum cadere in Aretij ſententiam qui τὰ πολλὰ explicat per philoſophicum illud ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ *vt plurimum*. Senſus enim eſt ὄντως τὰ πλείω τῶν πραγμάτων ἔκπληξις. καί που κατά τι παραφύεσιν ἔξω τοῦ ἀληθοῦς λόγου τὰς φρένας τῶν ἀνθρώπων, καὶ λόγοι ψεύδεσι ποικίλοις πεποικιλμένοι. *Sanè multa res admirationem pariunt, & ſermones varijs exornati mendacijs, hominum mentes à vera ratione abſtrahunt.* ſic Triclinius exponit. Porrò ſynceram hanc lectionem eſſe puto ἦ θαύματα πολλά, hoc eſt εἰσὶ πολλὰ θαυμαστά. vt τὸ ἦ non ſit affirmatiua particula, ſed mendosè legatur pro ἦ, quod ſæpe vſurpatur pro ἐστι. & θαῦμα pro θαυμαστὸς ſæpe, vt θαῦμα ἰδέσθαι. *mirabile viſu:* vnde Triclinius exponit πολλὰ θαυμάσια εἰσὶν. Sic θαυματὰ pro θαυμαστὰ ſumere non erit opus. Mira illa conſiſtunt in fabulis, vt ſequentia docent. Propterea vt ait Natalis Comes, Sunt hæ ſolæ propè fabulæ quæ iucunda, quæ magnifica, quæ admirabilia fecerunt antiquorum poëmata, eáque locupletarunt. Quibus vt fidem facerent, poſſibilia plerunque excogitarunt, veriſimilia pronuntiarunt: ſiquidem oportet vt *ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris*, alioqui non perſuaderent.

ὑπὲρ τὸν ἀληθῆ λόγον. Huic ſententiæ reſpondet illa Menandri Τὸ πιθανὸν ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχει ἐνίοτε μείζω, καὶ πιθανωτέραν ὄχλου, *Probabilis oratio vim veritate habet aliquando maiorem, & perſuadendo vulgo aptiorem.*

δεδαιδαλμένοι. Præt. paſſ. part. à δαιδάλλω, quod à poëtis vſurpatur pro κοσμέω & ποικίλλω. *orno, variego.* Sumptum à Dædalo artifice præſtantiſſimo, à quo *Dædalea opera* dicta quæ nouo artificio & admirando fabricata ſunt. De quo vide Eraſm. in Chil. vbi citatur hic verſus. Oportet igitur vt poëtæ fabulas ſuas arte mira conſtruant. Nam vt eſculenta boni ſucci per ſe ſunt ſatis iucunda: ſed inſipida condimentis egent, vt grata reddantur. Sic veritas ſimplici oratione, mendacium multiplici colore perſuadetur. Hinc Eurip.

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.
κοὐ ποικίλων δεῖ τ' ἀνδιχ' ἑρμηνευμάτων.
Ἔχει γὰρ αὐτὰ καιρόν. ὁ δ' ἄδικος λόγος
Νοσῶν ἐν αὐτῷ φαρμάκων δεῖται σοφῶν.
*Simplex eſt oratio veritatis,*
*Nec varijs eget interpretationibus bifariam.*
*Eſt enim opportuna per ſe: contrà ſermo iniuſtus*
*Cùm æger in ſe ipſo ſit, pharmacis eget callidis.*

ἐξαπατῶντι Dor. pro comm. ἐξαπατῶσι. Nam tertiam pluralem præſentis efferunt vt datiuum participij eiuſdem temporis.

| παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. ιζ΄. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Sed hoc gratia poëtices efficit, quæ tam artificiosè fabulas contexit, vt nihil ſit tam inſolens, quod non reddat ſuaue, decus afferen- | „ χάρις δ', ἅπερ ἅπαντα τεύ- „ χει τὰ μείλιχα θνατοῖς, „ ἐπιφέροισα τιμὰν, „ καὶ ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν | *Sed gratia* poëtices, *quæ omnia facit quæcunque blãda mortalibus; afferens bono-* |

do ſuis fictionibus : ita vt ſua ſolertia credibile ſæpe efficiat quod fidem omnem ſuperat. At cum tempore veritas emergit, & innoteſcit. Verùm in fabulis nihil eſt de Dijs proferendum quod eorum honori detrahat (vt quum à Cerere deuoratum Pelopis humerum finxerunt) ne vlla blaſphemiæ culpa teneamur. Fili Tantali Pelops, aliter & contrà quàm priores hiſtorici & poëtæ, hanc hiſtoriam narrabo. Dicam enim, cùm pater tuus legitimas epulas viciſſim præberet Dijs apud Sipylum ſuam, te, à Neptuno ob tridentem inſigni, fuiſſe raptum,

ἔμμεναι τὸ πολλάκις.
ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι,
μάρτυρες σοφώτατοι.
ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά. μείων γὰρ αἰτία.
υἱὲ Ταντάλου, σὲ δ', ἀντία προτέρων, φθέγξομαι,
ὁπότ' ἐκάλεσε πατὴρ τὸν εὐνομώτατον
ἐς ἔρανον, φίλαν τε Σίπυλον,
ἀμοιβαῖα Θεοῖσι δεῖπνα παρέχων,
τότ' ἀγλαοτρίαιναν ἁρπάσαι,

*rem, etiam quod eſt incredibile, ſolertia effecit ſæpe eſſe credibile. Sed poſteri dies teſtes* ſunt *ſapientiſſimi. Eſt autem homini dicere conueniens de Dijs honeſta. Minor enim culpa eſt. Fili Tantali: te, contrà quàm priores, dicam, quando vocauit pater ad legitimas epulas, charámque Sipylum; mutuam Dijs cœnam præbens, tunc tridente inclytum* Neptunum *rapuiſſe,*

Χάρις δ'. Ἀπολογία, cur fabulis plus tribuatur quàm narrationibus veris. Quia nimirum ea eſt poëtices gratia, vt ſolerti inuentione, vt ſpecioſa elocutione, de rebus fictis tanquam factis, & re ipſa exiſtentibus agat : & ſic miro lepore, & ſermonis elegantia falſa pro veris ſuppoſita perſuadeat. Poſt χάρις ſubaud. ποιητικῆς γραφῆς. Poëtica phraſis ſic aliter reddi poteſt. χάρις δὲ τῆς ποιητικῆς, ἧς δύναμίς ἐστι ψυχαγωγική, καὶ ἅπερ ἐν ἀνθρώποις ἡδέα γίνεται, τὰ τοιαῦτα ποιεῖ πάντα, αὐτῷ τιμῆς ἀξίαν ἐπιτιθεῖσα ἑαυτῇ, πολλάκις μῦθοι ἐμηχανήσατο δοκεῖν πιστὸν, τὸ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἄπιστον ὄν. vide Od. 14. Olymp. de Charitibus.

τὰ. Sume hîc pro ἅπερ ἐστι, vel ὅσα. vox μείλιχος poët. eſt pro ἡδὺς vel γλυκὺς. vt ab authore noſtro Od. 8. Pyth. dicitur μείλιχος αἰὼν pro γλυκὺς. θνατοῖς Dor. pro θνητοῖς. ἐπιφέροισα Dor. pro ἐπιφέρουσα. Item τιμὰν pro τιμὴν. vſurpatur hîc verbum ἐπιφέρω ea ſignificatione qua ἐπάγω. Sic Lucian. dixit ἐπιφέρειν τούτῳ φήμην, *de hoc dicere.*

ἄπιστον ἐμήσατο πιστὸν. Verbum μήδομαι (cuius Aor. 1. med. ἐμησάμην) eſt poëticum: quod Euſtath. ſic exponit, τὸ βουλευτικῶς μεταχειρίσασθαι, *inito conſilio aliquid tractare.* Hîc ſig. μήσασθαι, ταῖς βουλαῖς καὶ τῇ ἀγχινοίᾳ ποιεῖν τι. *aliquid conſiliis, & ſolertia efficere.* Hæc ita declares: βουλεύεσθαι, ἐργάζεσθαι. Verum igitur eſt πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. Item,

*Miranda canunt ſed non credenda poëtæ.*

Hinc Ouid.

*Exit in immenſum fœcunda licentia vatum,*
*Obligat hiſtorica, nec ſua verba fide.*

ἔμμεναι. Hîc ſume pro δοκεῖν vt annotat Triclinius. vel pro νομισθῆναι vt interpretatur Scholiaſtes.

Ἁμέραι δὲ ἐπίλοιποι. Hoc eſt, ὁ δὲ χρόνος περιὼν, τὴν ἀλήθειαν ἀπογυμνοῖ. Elegans

ἐξομολογία, quæ docet falſas narrationes ſuo tempore ſponte corruere, emergente veritate. In quam ſententiam à Schol. citatur Demoſthenes inquiens, τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται καὶ περὶ αὐτὰ καταῤῥεῖ. Hinc ſenarius prouerbialis,

πάντ' ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει.

*Omnia ſub auras tempus aperiens refert.*

Vnde Gellius admonet quendã veterum poëtarum *Veritatem* temporis filiam vocaſſe. Quod hîc ἁμέραι ἐπίλοιποι, ab Herodoto, ὁ ἐπίλοιπος χρόνος dicitur. Simılem vide ſententiam Olymp.10. Antiſtr.3.

μάρτυρες σοφώτατοι. Similiter Thales Mileſius dicit τὸν χρόνον σοφώτατον ἁπάντων, ἀνευρίσκειν γὰρ πάντα. *Tempus rerum omnium ſapientiſſimum, vt quod cuncta adinueniat.*

ἔστι δὲ ἀνδρὶ φάμεν ἐοικός. Pro πρέπον dicit τὸ ἐοικός: cui addit ἀνδρὶ emphaticè, quaſi dicat, *viri boni eſt officium.* φάμεν Ion. pro φάναι infin. verbi φημί. Diceres autem proſa, προσῆκον, ſeu πρέπον ἐστὶ τῷ ἀγαθῷ ἀνδρὶ περὶ τῶν Θεῶν εὔφημα λέγειν. Huc refer ſimilem Luciani ſententiam, Aiac. & Agamem. Dial. οὐ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν Θεῶν. *Non fas eſt de Dijs quicquam dicere.* Sic non probat Plato quod dixit Homerus, Riſum Dijs ortum eſſe inextinguibilem. Οὐκοῦν Ὅμηρον, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἀποδεξόμεθα περὶ Θεῶν, Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι Θεοῖσι. *Ergo neque Homerum audiemus quum dicit, Inextinguibilis riſus Dijs concitatus eſt.* Idem l. 2. de Rep. planiùs & pleniùs poëtas in his reprehendit Τί αὐτῶν μεμφόμενος λέγεις; ὅπερ, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ καὶ μάλιστα, καὶ πρῶτον μέμφεσθαι. ἄλλως τε ἐάν τι μὴ καλῶς ψεύδηται. τί τοῦτο; ὅτε ἂν εἰκάζῃ τις κακῶς οὐσίας τῷ λόγῳ περὶ Θεῶν, καὶ ἡρώων οἷοι εἰσίν. *Quid in ipſis reprehendis? Quod & primò, & maximè reprehendo, eſt, præſertim quum aliquis non bene mentitur. Quid iſtud? quando quis verbis malè fingit quales Dij & Heroës ſint.*

μείων γὰρ αἰτία. Id eſt οὐδεμία ἐστὶν αἰτία. *Nulla eſt culpa* q. d. *Omnia de Dijs honeſta ſunt dicenda vt nulla blaſphemiæ culpa teneamur.* Vel μείων ſimpliciter intelligendum. q. d. *Satis frequenter multiſque alijs delictis Deos offendimus: ſaltem abſtinendum eſſet à dictis blaſphemis, honeſtáque illis tribuenda: & ſic minor eſſet culpa. Humanum enim eſt cadere, culpámque leuis lapſus venia dignantur. Sed impium illis indigna adſcribere, in quæ crimina maiora minoribus addita grauiùs animaduertunt.* Vel ſecundum Aretium ſume μείων αἰτία, pro *minor eſt cauſa:* vt ſit ſenſus. *Genio & conuiuijs indulgere minor eſt cauſa, ſeu minus eſt, quàm deceat Deos: Ergo de his neque cogitari, neque ſcribi debet.* Iudicet lector de his obſcurioribus.

υἱὲ Ταντάλου. Apoſtrophe ad Pelopem, qua honeſtiorem de Pelope & Tantalo narrationem pollicetur, qua meliora dicat, quàm priores poëtæ & hiſtorici.

σὲ δ', ἀντία προτέρων φθέγξομαι. Schol. hoc φθέγξομαι ſumit pro δοξάσω & ἐγκωμιάσω q.d. ἐναντία καὶ ἕτερα οἷς εἶπον οἱ πρότεροι ποιηταὶ δοξάσω καὶ ἐρῶ. Sed ſimpliciùs velim ſumi cum Triclinio, ἐναντίως τῶν προτέρων ἱστορικῶν καὶ ποιητῶν φθέγξομαι καὶ εἴπω. Etenim φθέγγομαι, τὸ λέγω, ἀγορεύω, ſimpliciter ſignificat. Et cuiuis ſatis apparet authorem diuerſam, non laudem, ſed narrationem polliceri. Obiter hic notanda eſt ellipſis vocum ἱστορικῶν, ſeu ποιητῶν. Porrò ſic conſtruo φθέγξομαι δὲ

ἀγλαοτρίαιναν τότε σὲ ἁρπάσαι.

ὁπότ' ἐκάλεσε. Hinc vera ducitur narratio : & post ἐκάλεσε, ſuba. Θεὺς, poſt πατὴρ abſolutè poſitum ſuba. ὁ σός.

εὐνομώτατον. Hoc eſt δικαιότατον. Sic appellat Tantali conuiuium, vt innuat, nihil mali in eo fuiſſe commiſſum : quod fuiſſet, ſi filium Dijs appoſuiſſet. Item vt doceat æquiſſimum fuiſſe parem gratiam Dijs referre eos mutuo conuiuio excipiendo.

ἔρανον. Hoc epularum genus ab Athenæo ſic definitur. Ἔρανοί εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων ἀγωγαὶ, ἀπὸ τοῦ συνερᾷν, καὶ συμφέρειν ἕκαστον. Eſt igitur ἔρανος conuiuium, ad quod quiſque pro ſe cibum & potum áffert : ſine quibus qui accedebat ἀσύμβολος dicebatur. Dici videtur ἀπὸ τοῦ ἐρᾷν: quòd ita inter ſe in amicitiæ ſymbolum homines comeſſaturi conueniant, qui ἐρανισαὶ vocantur. Metonymicè ſpeciem pro genere ſumas, vt ſit ἔρανος idem quod δεῖπνον. Vel, quod magis probo, in propria ſignificatione : vt Tantalus dicatur tecto tantùm, & menſa excepiſſe Deos, qui ſua ſymbola, nectar ſcilicet & ambroſiam attuliſſent: ſiquidem non corruptibili cibo, prout mortales, ſed incorruptibili veſcebantur, & amicitiæ cauſa eidem menſæ accumbebant. δεῖπνον erat ſecundum Tantali mentem: ἔρανος ſecundum Deos.

φίλαν τε Σίπυλον. Hoc epitheton Sipyli vel ad Deos vel ad Tantalum refertur. Si ad Deos, intellige προσφιλῆ, non enim locum, niſi gratum adimus. Si ad Tantalum, intellige ἰδίαν. Eſt autem Sipylus nomen homonymum montis & vrbis Lydiæ, ex qua Pelops oriundus. Sipylus à Stephano in Phrygia ponitur, ſed harum gentium termini confunduntur frequenter ob viciniam.

δεῖπνον ἀμοιβαῖον. *Cœna mutua.* Dicit Aretius hoc eſſe ἑρμηνευτικὸν τοῦ ἐράνου: ne putemus Deos partes ſuas contuliſſe. Verùm non video quid obſtet iſtud, quominus dicamus reuera fuiſſe collatitiam cœnam, ob cauſas ſuprà allatas. Volo Tantalum epulas humanas Dijs appoſuiſſe ; non tamen veriſimile eſt Deos eas attigiſſe, ſed nectar & ambroſiam, quibus epularentur, attuliſſe; quæ humanis oculis non cerneret Tantalus. Quare quod hic δεῖπνον ἀμοιβαῖον præbere ſe putauit, illi ἔρανον effecerunt. Nunc ἀμοιβαῖα dicit, quia prior à Dijs exceptus conuiuio fuerat.

Ἀγλαοτρίαιναν. Dor. pro ἀγλαοτρίαιναν Epitheton Neptuni, quod hîc per ἀντονομασίαν pro ipſo Neptuno habemus. Comp. ex ἀγλαὸς *ſplendidus* & τρίαινα *tridens*, inſigne Neptuni. vel ab ἀγάλλομαι *exulto, gaudeo*, quòd eo exultet Neptunus, vt Iupiter fulmine, vnde τερπικέραυνος dicitur.

παράφρασις.

Illo amore tui accenſo, & in aureis equis ſublatum in cœlum, vt ipſi Nectar & ambroſiam miniſtrares, quemadmodum Ioui Ganymedes, qui eundem in

ἀντιστρ. κῶλ. ιζ.

δαμέντα φρένας ἱμέρῳ,
χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις
ὕπατον εὐρυτίμου
ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι,
ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ

μετάφρασις.

*Cùm domitus eſſet cupidine, auratis in equis vt in altißimam latè honorati Iouis domum transferret.*

vſum ante tua tempora raptus eſt. Quare cùm non ampliùs apud homines cõſpicereris, & te quæſitum miſſi à matre viri non inueniſſent, neque reduxiſſent, ilico ſumpta hinc occaſione calumniandi, clam dixit aliquis ex vicinis inuidis, te ad ignem in lebete elixatum, diſſectíſque cultro membratim carnium extremitatibus, ac menſæ appoſitis, diſtributum & eſum à Dijs ad conuiuium vocatis.

ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τωὔτ' ἐπὶ χρέος.
ὡς δ' ἄφαντος ἔπε-
λες, οὐδὲ ματρὶ πολλὰ μαιό-
μενοι φῶτες ἄγαγον,
ἔννεπε κρυφᾶ τις αὐτί-
κα φθονερῶν γειτόνων,
ὕδατος ὅτι τε πυ-
ρὶ ζέοισαν ἀμφὶ ἀκμὰν
μαχαίρᾳ τάμον κατὰ μέλη,
τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν
σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον.

*Quò poſteriori tempore venit & Ganymedes Ioui ad eundem vſum. Poſtquam autem nuſquã conſpicuus fuiſti, nec matri qui te multum quærebant viri adduxerunt: dixit clam ſtatim aliquis ex inuidis vicinis, quod circa feruentem igne vehementiã aquæ gladio membratim diſſecuiſſent, & menſis extremitates carnium tuarum diſtribuiſſent, & comediſſent.*

δαμέντα φρένας ἱμέρῳ. Diceres oratione proſa: μαλαχθέντα πόθῳ τὸν νοῦν. Eſt part. Aor. 2. ἐδάμην à δαμάω. *domo*. Quia verò profitetur honeſta de Dijs dicere Pindarus, hic amor de honeſto eſt intelligendus: nequis putet maſcula libidine Neptunum exarſiſſe, & hunc, vt Ganymedis raptum interpretetur, quem nonnulli non ad miniſtranda Ioui pocula, ſed ad ſtuprum fuiſſe raptum crediderunt.

χρυσέαισιν. pro comm. χρυσέαις. & hoc pro χρυσῷ ἐν ἅρματι, *aureo in curru* qui ab equis traheretur. Aureos autem equos, ab ornamentis, appellat, quæ auro eſſent diſtincta.

εὐρυτίμου Compoſitum vocabulum ex εὐρὺς *latus* & τιμὴ *honor*, vt ſit εὐρύτιμος, *qui longè latéque honoratur*. ποτὶ Dor. pro πρὸς.

δῶμα Διὸς Periphraſis cæli. Ambiguum autem eſt vtrum in ſui, an in Iouis gratiam, Neptunus Pelopem rapuerit. Malim ad Neptunum referre, qui Pelopis amore captus, eum pincernam habere voluit, vt Ganymedis amore captus Iupiter, eum quoque per aquilam rapuit eundem in finem. Miniſterium huiuſmodi Iouis in domo exercebatur, vbi Deorum cœtus epulari ſolebat.

μεταβᾶσαι. Dor. pro μεταβῆσαι. Inf. Aor. 2. verb. μεταβαίνω *tranſeo*. Sed hoc loco μεταβατικὸν eſt pro μεταβιβάζω *transfero*, μεταφέρω. Et conſtui debet μεταβᾶσαι cum præcedenti ἁρπάσαι. Niſi vt ſentit Aretius, elliptica ſit oratio, & ſubaudiendum ſit φημὶ, vel ſimile quid. At melior altera conſtructio.

ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ. Obſerua hyperbaton, nam ad ſuperiora pertinet δευτέρῳ χρόνῳ, vt temporum conſtet ordo. Sic ergo conſtruendum, ποτὶ δῶμα Διὸς μεταβᾶσαι δευτέρῳ χρόνῳ, ἔνθα ἦλθε καὶ Γανυμήδης. &c. & reuera Pelops tempore poſterior eſt Ganymede.

Γανυμήδης. Ganymedes Trois filius, à γάνυμαι *lætor*, & μῆδος *conſilium*, dictus: quaſi *prudentia & conſilio exultans*. Cuius rei amore captus Iupiter eum ad ſe rapuit.

rapuit. Neque enim,teſte Xenophonte,propter libidinem, ſed honeſti, & ſapientiæ nomine id factum eſt. Paucis autem, cùm id huic loco conueniat,vbi honeſtè de Dijs ſentiendum affirmatur, ſenſum huius fabulæ perſequar. Ganymedes ſignificat hominis animam conſilio & prudentia munitiſſimam. Hunc raptum fingunt, quia numini nihil eſt amabilius quàm vir prudens & ſapiens,quem his virtutibus ad diuinam naturam propè accedentem, Deus ad ſe rapit. Ioui autem pocula miniſtrare, nihil eſt aliud quàm ſapientiæ incumbere. Sic & Pelopis raptus eſt exponendus.

τοῦτ' ἐπὶ χρέος. Dor. & poët. pro τὸ αὐτὸ. fit per craſim à τὸ & αὐτὸ. articulo & pronomine,& ex ο. & α. fit ω. vt in Αντόα Αντῶ. Quia verò hîc ſequens dictio initium ducit à vocali, ο finale amittitur, & accentus in primam ſyllabam retrahitur. χρέος autem *vſum* à conſequenti intellige διακονίαν. i. *miniſterium*. τωὐτῷ μηνὸς *eodem menſe*, Olymp. 13. pro χρέος communiùs diceres χρείαν.

ὡς δ' ἄφαντος. Non conſpicuus fuit Pelops, poſtquam à Neptuno raptus in cœlum tranſlatus eſt. Quia qui ſtudent ſapientiæ, & ad cœleſtes eriguntur contemplationes, conſortium, conſpectúmque hominum fugiunt vt intra ſe toti recipiantur.Lucas Euang. cap. 24. hoc vocabulum vſurpat eodem ſenſu, ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. *ab eorum conſpectu euanuit.* ἔπελες autem eſt imperf. verb. poëtici πέλω,aliàs πέλομαι. *ſum.* ματεῖ. Dor.pro μητεῖ.

μαιόμενοι. hoc eſt ζητοῦντες. Μαίομαι poët.eſt pro ζητέω, ἐρευνῶ. Qua in ſignificatione hîc vſurpatur.Aliàs pro ἐπιθυμῶ vt Od. 8. Olymp. μαιομένων μεγάλαν ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν. *cupientium magnam virtutem animo conſequi*. Originem ducit à μάω vel μαιμάω, τὸ ὁρμῶμαι, προθυμοῦμαι *cupio, geſtio*. ἄγαγον Dor. pro ἤγαγον. Aor. 2. ver. ἄγω. Ἔννεπε. redupl. ν. pro ἔνεπε. Imperf. verbi poët. ἐνέπω. alias eſt imperat. vt Odyſſ. initio ἄνδρα μοι ἔννεπε. *Dic mihi muſa virum*. κρυφᾷ Dor.pro κρύφα. Dicitur etiam κρυφῆ. & deducitur à κέκρυφα præt.verbi κρύπτω.

φθονερῶν γειτόνων. Huius mendacij authores facit vicinos, in quos plerunque cadit inuidia;vnde olim Heſiod. ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων. Eſt autem inuidiæ ea natura,vt omnia interpretetur in peius.

πυρὶ ζέοισαν. Dor.pro ζέουσαν. q.d. εἰς ὕδωρ ζέον ἀκμαίως. Deinde ἀκμὰν pro ἀκμὴν, Dor. & τάμον. neglecto augmento pro ἔταμον Aor.2.verbi τέμνω. & τραπέζαισι poët.pro τραπέζαις. Ἀμφὶ δεύτατα. Hoc vt exponi debeat,dubium eſt.Schol. ἔσχατα καὶ μικρότατα interpretatur : vt ſint minutiſſimæ carnium particulæ, quoniam, inquiunt,in diuiſione,& diſſectione victimarum, quod minutiſſimum, id poſtremum eſt. Vel μετὰ τὸ σῶμα μέλη δεύτερα,vt ſunt χεῖρες, πόδες, κεφαλή. Vel δεύτατα, βεβρεγμένα τῷ αἵματι i. *polluta ſanguine*. Hunc locum citat Athenæus ad probandum ſecundas menſas: & ſic differt ab expoſitionibus iſtis illius ſententia. Eius verba hæc ſunt. ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις αἱ δεύτεραι τράπεζαι, πολυτελῶς μεμεριμνημέναι, παρίστησι Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονίκαις, περὶ τῆς Πέλοπος κρεουργίας διηγούμενος, τραπέζαισί τ' ἀμφὶ δεύτατα. &c. i. *fuiſſe etiam apud antiquos ſecundas menſas ſumptuosè apparatas, oſtendit Pindarus in Olympionicis, de conciſis carnibus Pelopis, ita loquens.* &c. Quòd ſi hunc ſequamur, τὸ, ἀμφὶ δεύτατα exponemus,*circa menſas ſecundas*. h. e. *circa conuiuij*

*exitum.* Et hæc opinio veriſimilior videri poſſit, quia ad epularum magnificentiam, dixerunt Pelopem à Tantalo appoſitum. In ſecundis autem menſis, non ſolùm delicatiſſima, ſed etiam magnificentiſſima dantur.

παράφρασις.

Quia verò abſurdum eſt helluonem appellare Deorum aliquem, in hanc non venio ſententiam: ſed honeſta de Dijs loquor, vt culpa vacem: ac ne maledicentia damnum capiam. Nam Dijs maledixiſſe ſæpe nocet. Quòd ſiquem homine Dij honore cumulauerunt, fuit hic Tantalus. Sed hac fœlicitate vti neſciuit, faſtúque animum extulit; propter quem in pœnæ irrogationem Iupiter ſcelerum vltor, ipſius capiti ſaxum ingens ſuperappendit, quod cùm demouere cupiat, nec tamen poſſit, mœrore & ſolicitudine ſemper angitur.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

„ ἐμοὶ δ' ἄπορα γαστρίμαργον
„ μακάρων τιν' εἰπεῖν.
„ ἀφίσταμαι. ἀκέρδεια λέλογχε
„ θαμινὰ κακαγόρως. εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα θνατὸν Ὀλύμπου σκοποὶ ἐτίμασαν, ἦν Τάνταλος οὗτος. ἀλλὰ γὰρ
„ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. κόρῳ δ' ἕλεν
ἄταν ὑπέροπλον,
τάν οἱ πατὴρ ὑπερκρέμασε, καρτερὸν αὐτῷ λίθον.
τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν,
εὐφροσύνας ἀλᾶται.

μετάφρασις.

*Mihi verò abſurdum* eſt *helluonem Deorum aliquem appellare. Abſtineo* ab hoc. *Noxa ſortitur crebrò maledicos. Quòd ſiquem virum mortalem Olympi cuſtodes honorauerunt, fuit Tantalus hic. Sed enim concoquere magnam fœlicitatẽ non potuit: ſed ſaturitate accepit damnum immenſum, quod ei pater* Iupiter *ſuperappendit, validum lapidem, quem ſemper cupiens à capite depellere, à lætitia aberrat.*

ἐμοὶ δ' ἄπορα. Iſtud αὐτὶ τοῦ ἄπορον, inquit Triclinius. Et hoc puto pro ἄτοπον. hîc ellipſis notanda τοῦ ἐστὶ, vel δοκεῖ. Et μάκαρες vt & ab alijs poëtis dicuntur ſimpliciter οἱ Θεοί.

γαστρίμαργον. Exponit Triclinius μάργον, ἤγουν μαινόμενον τὴν γαστέρα, τοῦτ' ἐστὶν, ἀκρατῆ τῆς γαστρός. Idque rectè. Nam dicitur γαστρίμαργος *helluo*, à γαστὴρ & μάργος quaſi μὴ ἀργὸς *qui impigro eſt ventre, & in eo curando & inferciendo ſedulus.* Ariſtot. ἠθικ. Nichom. l. 3. c. 11. λέγονται γαστρίμαργοι, ὡς παρὰ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν. *Vocantur helluones, vt qui præter decorum ventrem impleant.* Tradit Magnum etymolog. huius vocabuli etymon apertè ſatis ab Ariſtotele indicatum, quum τῷ περὶ τῶν ζώων declarat quodnam ſit illud animal μάργον, quod ex putredine inter terram & aquam naſcitur, & ex quo natum eſt non deſinit γηΐφαγεῖν, donec terra perforata in ſoli ſuperficiem erumpat: vnde factum dicit vt qui priſcorum Philoſophorum ætatem ſunt ſecuti, τοὺς πολυφάγους, γαστριμάργους appellent: q. d. *circa ventrem inſanos*, quòd nihil aliud, niſi ingluuiem curent.

ἀφίσταμαι. Hoc eſt, πόῤῥω γίνομαι τοῦ τοιαῦτα περὶ Θεῶν λέγειν. *Procul ab eo abſum, vt de Dijs talia dicam.* vel ſumitur pro ἀπέχομαι. Eſt autem ἦθος poëtæ, pietatem & bonos mores declarans. Sumitur ἀφίσταμαι pro ἀπέχομαι. vt ἀφίστασθαι τῆς κληρονομίας *abſtinere ab hæreditate.*

ἀκέρδεια, Pindaricum vocabulum pro βλάβη. Ex α. priu. & κέρδος *lucrum* q. d. *Non lucrum*, vel, *illucroſitas*. Notanda ἀπολογία cur mala de Dijs non ſint dicenda:

quia maledicos damnum ſequitur. Huic reſpondet illud Lucani,l.3.de bel. ciuili. *-quis enim læſos impune putaret Eſſe Deos?*

κακαγόρως. Duplici Doriſmo pro κακηγόρους: nam ου in ω vertunt per omnes caſus tertiæ declin.& η in α mutant. à κακῶς & ἀγορεύειν.

εἰ δέ τιν' ἄνδρα. Epanodos ad fabulam Tantali: hîc θνατὸν & ἐτίμασαν Dor. pro θνητὸν, & ἐτίμησαν. In quo autem conſiſtat honor quem à Dijs accepit Tantalus, ex ipſius hiſtoria colligere licet, Quum ſcilicet ad Deorum epulas eſt vocatus,& rerum diuinarum cognitione, quod pauciſſimis contingit, eſt imbutus.

Ολύμπου σκοποὶ. Periphraſis τῶν Θεῶν, qui è cœlo, Prophanis crediti ſunt, tanquam è ſumma ſpecula res humanas intueri. Hîc enim Olympus pro cœlo accipitur, qui mons eſt de quo hac Oda diximus: hinc Ολύμπιοι, & Ολύμπια δώματ' ἔχοντες à poëtis dicuntur Dij. σκοποὶ ὀλύμπου hoc eſt ἔφοροι τοῦ οὐρανοῦ.

ἀλλὰ γὰρ. Alij dixerunt propter facinus in Pelope cõmiſſum, irrogatam Tantalo pœnã. Sed aliã hîc aſtruit cauſam, nimirũ faſtũ & inſolentiã, ob quã rebus ſecundis vti neſciuit. In καταπέψαι metaphora eſt ſumpta à corporis humani parte, cuius eſt cibos concoquere. Nam vt ventriculus copia ciborum obrutus turget, interdum euomit, interdũ torquetur: ſic homines natura ſunt comparati vt in proſperis rebus ſe non contineant, ſed ſupra modum efferant, vnde caſu graui decidũt. Hinc ſapientum monita. εὐτυχῶν μέτριος ἴσθι. ἀτυχῶν δὲ φρόνιμος.& Horatius. *-ferre magnam Diſce fortunam.*

κόρῳ δ'. Satietatẽ hîc intellige ἀλαζονείαν & ὄγκον. Ab antecedẽti cõſequẽs: ſolẽt enim qui fortunæ bonis tanquã ſaturi turgent, inſolẽtes eſſe. Vnde illud Theognidis,

τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο.
*Faſtum copia gignit, opes vbi prauus adeptus.*

ἕλεν. Eſt Aor.2.verbi αἱρέω, neglecto augmento pro εἷλεν.& ἄταν Dor. pro ἄτην. Ατη *noxa*. βλάβη, πῆμα, ζημία. quam ὑπέροπλον per traiectionem dicit, ἀμήχανον *ineluctabilem*, vel ὑπερβολικὴν *ſummam*. ὑπέροπλος vox eſt poëtica, quaſi *omnia ſuperans arma*. In ἄταν eſt ἀντωνυμία: ſiquidem ita *lapidem* appellat, qui cauſa eſt τῆς ἄτης. ταὶ verò Dor. pro τῷ & præpopoſitiuus articulus pro ſubiunctiuo. πατὴρ ſc. ἀνδρῶν τε Θεῶν τε Iupiter.

λίθον καρτερὸν. hoc eſt ἰσχυρὸν vel μέγαν. Sunt qui tradunt Tantalum rerum naturalium ſciẽtia claruiſſe, ac demonſtrare voluiſſe, ſolẽ eſſe ignitũ ferrũ vel lapidẽ, atque ob eã rẽ capiti eius lapidẽ, i. ſolẽ imminere. Nã Phyſici ſolẽ vocari lapidẽ aſſeuerant, vt apud Anaxagorã,& Euripidẽ in Oreſte liquet. Hæc annotat Leonicerus. De hoc ſupplicio facit mentionẽ Euripides, ſed aliã eius cauſã, nimirum linguæ impotentiam dicit.

Διὸς πεφυκὼς ὡς λέγουσι Τάνταλος,
Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,
Αέρι ποτᾶται, καὶ τίνει ταύτην δίκην,
Ως μὲν λέγουσιν, ὅτι Θεοῖς ἄνθρωπος ὢν,
Κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
Ακόλαστον ἔσχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.

Nihil autem aliud eſt lapis ille capiti perpetuò imminens, quàm labor aſſiduus, & ſtudium proficiendi in rerum cognitione: quod ſiquidem fit ignoran-

tiam depellendo, contra quam noctes diésque luctandũ est, exedit animũ cura vincendi, reijcit omnes corporis voluptates, in quibus versatur maxima vitæ iucunditas: ac quanuis aliquando amouere velit hanc discendi solicitudinem, nequit tamen: ea enim imposita est necessitas, quam optimè mortaliũ omniũ agnouit Ecclesiastes c. 1. v. 13. *Hanc negotiationem molestam dedit Deus filijs Adam, vt in ea se affligant. In multitudine sapientiæ multa ira: & qui addet sapientiam addet dolorem.* Vide Natal. Comit. qui pluribus hanc fabulam persequitur. Satis est quæ ad hunc locum pertinent attulisse. Τάνταλος autem dictus, authore Platone quasi ταλάντατος *miserrimus*.

τὸν pro ὄν, αἰεὶ pro ἀεί. μενοινῶν à poëtico μενοινάω vel μενοινέω idem quod in prosa προθυμοῦμαι. βαλεῖν simplex pro composito ἀποβαλεῖν hoc est ἀπώσασθαι. εὐφροσύνας Dor. pro εὐφροσύνης. & ἀλᾶται ab ἀλάομαι poëtico, pro ἁμαρτάνω: quæ duo genitiuum regunt: sic ἁμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ *aberrare à via*. Totam hanc periodum sic prosa efferres. Ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθη ἀπολαῦσαι τῆς εὐδαιμονίας. ἀλαζονείᾳ δὲ μεγίστην ζημίαν εἷλεν, ἐπεὶ ὁ Ζεὺς ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ λίθον μέγαν ἀπήρτησεν, ὅντινα προθυμούμενος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀπώσασθαι, τῆς εὐφροσύνης ἁμαρτάνει. Vocem ἀλᾶται Leonicerus & Aretius interpretantur τιμωρεῖται *punitur*: sed nullam huius verbi significationem huiusmodi reperio.

παράφρασις.

Quia etiam nectar, ambrosiámque, quibus Dij fouent immortalitatem, furatus est, vt eã coæqualibus daret compotoribus: non solùm ipsi impositum est vt vitam ærumnosam & laboriosam viuat, quum præter illas tres pœnas, esuriendi, sitiendi, standi, quarta adhibita est, scilicet saxum capiti imminens. Sed etiam filius ipsius Pelops, qui Iouis in domo immortalitatem degustauerat, ad mortales homines, mortẽ suo tẽpore obiturus, est relegatus. Vnde apparuit quàm sit hallucinatus, quũ se furtũ illud Dijs inscijs commissurum putauit: siquidem illis omnia videntibus fuit conspicuum, & postea vindicatũ. Postea verò demissus ad mortales Pelops, cũ ætatẽ florentẽ, & maturã attigisset, eiúsque mentũ nigra barba tegeret, cõiugiũ est meditatus, ei paratũ qui Oenomaũ vicisset.

στροφὴ γ. κῶλ. ιζ.

ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον
τοῦτον, ἐμπεδόμοχθον,
μετὰ τριῶν τέταρτον
πόνον, ἀθανάτων ὅτι κλέψας
ἁλίκεσσι συμπόταις
νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν. οἷσιν ἄφθιτον
θέσαν. εἰ δὲ Θεὸν
ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέμεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν
ἀθάνατοι οἱ πάλιν
μετὰ τὸ ταχύποτμον
αὖθις ἀνέρων ἔθνος.
πρὸς εὐάνθεμον δ', ὅτε φυὰν
λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
ἑτοῖμον ἀνεφρόντισεν γάμον,

μετάφρασις.

*Habet autem auxilio carentẽ vitã hanc, constãter ærumnosam, cum tribus quartũ laborem, quòd furatus Deorum, coæqualibus cõpotorib⁹, nectar ambrosiámque dederit, in quibus immortalitatẽ posuerũt. Quòd si Deum vir aliquis sperat latere quippiam faciens, fallitur. Idcirco demiserũt filiũ immortales ei rursum ad breuis æui hominum genus. In florida autem ætate, quũ lanugo nigrum eius mentum tegeret, paratas nuptias animo volutauit.*

ἔχει δ' ἀπάλαμον βίον. Hoc est, διάγει δὲ βίον τοῦτον διηνεκῶς μοχθηρὸν, πρὸς ὃν οὐκ ἔστι τι μηχανήσασθαι, ἢ ἀπαλλαγῆς ὁδὸν εὑρίσκειν, παλάμης, τοῦτ' ἔστι, βοηθείας καὶ τέχνης τυχόντα. *Vitam hanc viuit perpetuò laboriosam, aduersus quam nihil moliri possit, &*

*liberationis viam inuenire, auxilium & artem nactus.* Cæterùm ἀπάλαμον peculiari huius loci significatione, exponi debet, *Insuperabilis*, *ineluctabilis*, cui nulla arte nec ope obsisti potest, ἀμήχανος, ἀνεκπάλαιστος. Sic Virg. *ineluctabile tempus*, Item *ineluctabile fatum*. Fit ex α. priu. & παλάμη. Hoc est τέχνη, βοήθεια. vt apud nostrum authorem Olymp.10. Θεοῦ συμπαλάμῳ. *Ope diuina*, & Theog. παντοῖαι βιότου παλάμαι. *Vitæ adminicula*, siue *subsidia*.

ἔμπεδόμοχθον. Componitur ἐμπεδόμοχθος ex ἔμπεδον poët. aduerb. pro quo comm. dicas σταθερῶς, βεβαίως, διηνεκῶς, *firmiter*, *constanter*, *perpetuò*. & μόχθος *labor*, *ærumna*, *dolor*. Itaque sign. *in perpetuis ærumnis versantem*, *constanter laboriosum*. Itaque non probo Aretij sententiam qui deducit hoc vocabulum ab ἐμπεδάω, *ligo*, *vincio*. Nam non simpliciter innuit author, vinctum fuisse ærumnis, sed perpetuo dolori addictum. Sic & malè Leonicerus ἀπάλαμον vertit *imbellem*. Nam legendum fuisset ἀπάλαμνον, hoc est ἄναλκιν.

μετὰ τριῶν τέταρτον. Ambigitur vtrum intelligere oporteat Tantalum quatuor pœnis obligatum fuisse, τῷ πεινῆν, τῷ διψῆν, τῷ ἑστάναι, καὶ τῷ ἔχειν ἐπὶ κεφαλῇ λίθον: an verò cum Ixione Sisypho, & Tityo quartum laborare. Iudicet lector.

ἀθανάτων ὅτι κλέψας. Priùs fastum & insolentiam Tantali dixit Deos impulisse vt in pœnam, ipsius capiti imminentem lapidem suspenderent. Nunc & ob aliud delictum alia pœna irrogatur, nempe ob furtum. Cùm enim nectar & ambrosiam furatus sit, vt hæc daret æqualibus compotoribus, vitæ in perpetuum ærumnosæ est alligatus, quinetiam filius eius ad mortales denuo relegatus. Verùm quid sit hoc furtum audi. Dicitur Tantalus ambrosiam, & nectar Dijs furatus, quia fuit rerum cœlestium suauissimæ & subtilissimæ cognitionis inuentor: qua nihil putes iucundius. Quam quia hominibus alijs, iísque numini exosis impertiuit, impune non tulit. Neque enim prophanis & impijs arcana Dei patefacienda putabant prisci homines.

ἁλίκεσσι. Doricè & poëticè pro ἥλιξι ab ἧλιξ coætaneus, ἔφηλιξ, ἡλικιώτης. δῶκεν, Aor. 1. pro ἔδωκεν. οἷσιν pro οἷς: est & ellipsis præposit. ἐν. Hîc ἄφθιτον. pro ἀθανασίᾳ. θέσαν pro ἔθεσαν. Aor.2. ἔθην. verbi τίθημι. Triclinius hæc verba οἷσιν ἄφθιτον θέσαν exponit δι᾽ ὧν ἀθάνατον αὐτοὶ τοῦτον ἐποίησαν, *quibus immortalem ipsi reddiderunt illum*. Sumendo verbum τίθημι pro ποιῶ, cuius significationis exempla passim reperias, vt ἀγαθὸν τιθέναι *bonum reddere*. Et referendo ad Tantalum. Sed ita non video sensum. Quare malo ad Ambrosiam, & nectar referre ἐν οἷς οἱ Θεοὶ ἀθανασίαν ἔθηκαν. His enim, vt fabulæ ferunt, Dij fouebant immortalitatem. Quod satis innuunt etymologiæ τοῦ νέκταρ, ἀπὸ τοῦ νη, & κτείνειν, & τοῦ ἀμβροσία. ex α. priu. & βροτὸς *mortalis*. Vnde illud

*Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit.*

Nisi per obscurum hyperbaton referas hæc verba ad Pelopem quem Neptunus in cœlum rapuerat vt nectar ministraret, & sic construas, οἷσιν ἄφθιτον θέσαν, υἱὸν ὃν τοῦ ἕνεκα προῆκαν ἀθάνατοι &c. q.d. *Quibus immortalem fecerant filium, quem postea ob scelus paternum ad mortales iterum Dij demiserunt*. Eligat lector.

εἰ δὲ Θεόν. Falluntur, inquit, qui putant sua scelera Dijs ignota. Huc referendum illud Senecæ Tragici, *credis hoc posse effici Inter videntes omnia vt la-*

*teat Deos?* πάντη γὰρ ἔστι, πάντα τε βλέπει Θεός. Ideóque rogatus Thales Milesius, num lateret Deos homo iniustè agens, respondit, ne cogitans quidem. Quod apophthegma, disticho expressit Lucianus Epigr. εἰς Θεούς.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας,
Οὐ λήσεις δὲ Θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος. Quod sic verti.

*Mortales si forte latent tua crimina nequam,*
*Quod tecum reputas non latet hocce Deos.*

ἔλπεται. Pro ἐλπίζω poët. ἔλπομαι. Item ἔρδων ab ἔρδω. poët. pro δρέω, ποιῶ, ἐργάζομαι. λασέμεν. poët. Ion. & Doricè pro comm. λήσειν infin. fut. λήσω à λανθάνω. Schmidium sequutus sic restitui ob metrum. τοὔνεκα poët. pro τούτου ἕνεκα.

τοὔνεκα προῆκαν υἱόν. Patris scelus in filio punitur. Sic reges grauissimè læsi non solum sceleratum puniunt: sed totam familiam, liberos nimirum fugæ ignominia notant. Sic potuit Tantalus iste Principi alicui ob animi dotes fuisse acceptus, & propter eum filius. Sed cùm offendisset eum, pœnas sumpsit Princeps de Tantalo: & filium ab aula dimisit in vulgus hominum. Hæc enim sunt allegorica.

ταχύποτμος. Hoc est ὠκύμορος. Nam homines sunt ἐφημέριοι. Vnde Antiphon. τὸ ζῆν ἔοικε φρουρᾷ ἐφημέρῳ. *Vita similis est carceri vnius diei*. Deducitur. à ταχὺς *celer*, & πότμος poët. pro θάνατος.

μετ'. Propositio hæc hoc loco poët. sumitur pro πρὸς. *ad.* vt ap. Homer. Il. δ. βῆ δ' μετ' ἄλλους. & alibi μετ' νῆας ἐλαύνειν. & passim apud alios poëtas: & apud authorem nostrum. Isthm. Od. 7. Pyth. 4. & 9. Nem. 3. οἱ poët. pro αὐτῷ. & pleonasmum nota vocum συνωνύμων, πάλιν, & αὖθις, qui familiaris est poëtis. πρὸς εὐάνθεμον. Digressus ad Tantalum, nunc ad Pelopem regreditur poëta: cuius historiam persequuturus, narrat vt nuptias est meditatus, & cum Oenomao curuli certamine congressus. Sic prosa phrasim hanc exprimas, ὅταν δ' ἐν τῇ ἀνθηρᾷ ἡλικίᾳ λάχναι μέλαιναι γένειον αὐτοῦ ἔσκεπον. *Quum verò in florida ætate lanugo nigra mentum eius tegeret.*

εὐάνθεμος. Poët. pro εὐανθὴς seu ἀνθηρὸς, ex εὖ & poët. ἄνθεμον pro ἄνθος. Quas voces satis explicant trita lexica. φυάν. hoc est ἡλικίαν. Dor. pro φυήν. Poëtæ φυὴ pro φύσις vsurpant. μέλαν nomen pro participio μελαινόμενον, vel dicitur λάχναι μέλαν γένειον &c. pro λάχναι μέλαιναι. hoc est *lanugo* seu *barba nigra*, ob quam nigrum erat mentum.

ἔρεφον. neglecto augmento pro ἤρεφον à verbo ἐρέφω τὸ σκέπω *tego*, *contego*: quod malui vertere sic, quàm *corono*. Nam procul à se distant τὸ ἐρέφω, & τὸ στέφω. quanquam Schol. illud per hoc interpretatur: quod puto esse remotius. Nam simpliciter, rectè dicitur barba mentum tegere: quare metaphorico verbo non est exponendum.

ἑτοῖμον γάμον. Aretius exponit, *alacres nuptias*, quas sponte adibat. Id tolerari quidem potest. Sed malim interpretari *paratas nuptias*: seu quia coniugium erat cuiuis propositum aduersus Oenomaum decertaturo, postquam vicisset: seu quia paratum erat ipsi à fatis, in quibus erat vt socerum profligaret.

παράφρασις.

Statuítque Hippodamiã inclytam à patre ipſius Piſæ domino obtinere. Ideóque Neptuni opẽ implorauit. Solum autem ad mare noctu ſe contulit, Deúmque illum grauiter inſtrepentem, & tridente inſignem inclamauit. Qui quidem ilico ferè ad pedes apparuit. Tum eo viſo Pelops conceptis verbis preces fundit. Age Neptune, ſi tu Veneris es amator, & amatoribus, mihi præſertim Hippodamiam ambienti, faues, Oenomai æream haſtam, quominus me vincat impedi. Me autem curru velociſſimo vectum in Elidis poſſeſſionem deducito, tuáque manu victoriæ admoueto. Nam profligatis iam tredecim viris, filiæ procis, nuptias eius protelat.

ἀντιστρ. κωλ. ιζ.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὐδοξον Ἱπποδάμειαν
σχεθέμεν. ἄγχι δ' ἐλθὼν
πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
ἄπυεν βαρύκτυπον,
εὐτρίαιναν. ὁ δ' αὐτῷ
παρ' ποσὶ σχεδὸν φάνη.
τῷ μὲν εἶπε. φίλια δῶρα Κυπρίας, ἄγ' εἴτι
Ποσείδαον ἐς χάριν
τέλλεται, πέδασον ἔγχος
Οἰνομάου χάλκεον,
ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτάτων πόρευσον ἁρμάτων
ἐς Ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον·
ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσαις
ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

μετάφρασις.

*Vt à Piſata Patre inclytam Hippodamiã haberet. Cùm autem veniſſet prope canum mare ſolus in nocte, inclamabat grauiter ſtrepentem, tridente inſignem Neptunũ. Hic autem ipſi ad pedes ferè apparuit. Cui quidem Pelops dixit. Si quid ſuauia dona Veneris Neptune ſunt in gratiam, age impedi haſtam Oenomai æream. Me autem in velociſſimis trãſmitte curribus ad Elin, ac victoriæ admoue: ſiquidem interfectis tredecim viris amantibus, differt nuptias*

Πισάτα Doricus genitiuus pro Πισάτου, à Πισάτης pro Πίσης βασιλεύς: periphraſis Oenomai. Hic, vt Triclinij habent ſcholia, Cùm filiam amaret ob formæ pręſtantiam, nullíque viro locare vellet, omnes eius procos ad curſus certamen prouocabat, curru celerrimo fretus. Ratus itaque ſe à nemine ſuperari poſſe, ita certamen inſtituebat. Proco quidem concedebat, vt Hippodamiam ſuo curru veheret, & curſu præiret. Ipſe verò à tergo ſequens, haſtámque manu tenens, quando procum erat prætериturus, eum haſta tranſuerberatum interficiebat. Hoc ita ſe habuiſſe teſtãntur Apollonij verſus quos in ſequentibus citabo. Vide & Euripid. in Tauris. vide & Lucianum in Charidemo.

εὔδοξον Ἱπποδάμειαν. Hoc eſt δόξαν ἀγαθὴν ἔχουσαν. Hippodamiæ mater fuit Eurythoë. Hæc & Hippodame 3. Georg. dicitur. Sic appellata eſt Briſei filia, alia Anchiſæ, tertia Pyrithoi vxor. σχεθέμεν Ion. Dor. & poët. pro σχέθειν *habere* à σχέθω poëtis vſitatiſſimo.

ἄγχι δ' ἐλθὼν Quia omnium rerum magnarum (*vt loquitur Cicero.*) à Dijs immortalibus principia ducuntur, ſine quibus agendi non ſunt capienda primordia: antequam cum Oenomao manum conſerat Pelops, Dei beneuolentiam ſupplici precatione ſibi conciliat. Ac Neptunum potiùs quàm alium compellat, quia ab eo ſe amari ſciebat.

πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ. Hæc verba tres notatu dignas circunſtantias continent, loci, perſonæ, temporis. Loci, quum ad mare venit, qui locis alijs videtur aptior, ſiquidem Dei marini opem implorabat. Perſonæ, quum nemi-

nem secum ducit, quia preces futuro necessaria est solitudo. Quod ij potissimum experiuntur qui verum Deum norunt. Temporis, quum noctem eligit potiùs quàm diem: tum quia nocte silent & quiescunt omnia: tum quia in tenebris nulla velut interdiu oculis obiecta sese offerunt, quæ mentis attentionem in oratione inprimis necessariam auertant. πολιᾶς hîc sumit pro λευκῆς. Nam πολιὰ θάλασσα dicitur quia est λευκὴ διὰ τὸν ἀφρόν. Dor. ὄρφνα pro ὄρφνη. Poët. vocab. sic appellatur νὺξ, ἀπὸ τοῦ ἐρέφειν *tegere*, vnde ὀρφὴ & pleonasmo τοῦ ν, ὀρόφνη. deinde syncope ὄρφνη. Nam in nocte, iam color vnus ineſt rebus, tenebrísque teguntur omnia. ὄρφνη παροξυτόνως appellatur *nox*. ὀρφνὴ ὀξυτόνως *obscura*. ab adiectiuo ὀρφνός.

ἄπυεν 3. perf. sing. imperf. Dor. & poët. pro ἤπυεν. Dor. & poët. est ἀπύω. comm. ἠπύω. Φωνῶ, ἐπικαλῶ, *loquor*, *voco*, *inuoco*. Fit ab ἔπω verso ε. in η. & pleonasmo τοῦ υ. vt à πλήθω, πληθύω. Habes hoc verbum Olymp. 5. Pyth. 2. 5. & 10.

βαρύκτυπον. Hoc est βαρὺν κτύπον ποιοῦντα. Ioui & Neptuno proprium epitheton, illi, quia tonitru grauem sonum edit, huic, quia strepitu aquarum fremit. Idem tribuitur Neptuno, Nem. 4. εὐτρίαιναν. autem per ἀντωνυμίαν vocat Neptunum vt in superioribus ἀγλαοτρίαιναν.

παρ' Metri causa pro παρὰ & φάνη pro ἐφάνη 3. per. Aor. 2. pass. verbi φαίνομαι.

τῷ μὲν εἶπε Nimirum Neptuno, & est articul. loco pronomin. τούτῳ Quæri autem posset, cur non Veneris potiùs quàm Neptuni opem imploret hîc, vbi de coniugio agitur. Respondebo, quia non tam arte, quam Marte peragenda res erat. Venerem enim tantùm implorant amatores; quum puellæ gratiam astu sibi conciliare conantur. Sed ad potiendum Hippodamia, non mellea linguæ cuspide cor eius erat vulnerandum: sed æneo hastæ mucrone patris eius confodiendum pectus: non donorum ἀκμῇ sed armorum αἰχμῇ tentandum negotium. Idcirco Deum hunc fortissimum à quo amabatur, inuocat vt pote equi primum inuentorem, & currus peritissimum agitatorem: quibus ad hoc opus susceptum, opus habebat.

Φίλια δῶρα Κυπρείας. Hoc est προσφιλῆ δῶρα τῆς Ἀφροδίτης. Tota autem phrasis est poëtica, quam sic reddit Triclinius. Ἄγε ὦ Πόσειδον, ἐὰν ἀρεστά ὦσι τὰ προσφιλῆ δῶρα τῆς Ἀφροδίτης ἀνενέργητον ποίησον τὸ ἔγχος τοῦ Οἰνομάου τὸ σιδηροῦν, ἐμὲ δὲ ἐπὶ ταχυτάτου ἅρματος παράπεμψον εἰς τὴν Ἦλιν, τῇ νίκῃ δὲ ἕνωσον. Venus per ἀντονομασίαν dicitur *Cypria*, á Cypro ipsi sacra. Vnde Horat. *Sic te diua potens Cypri.* Dicitur & *Cypris*.

Ποσείδαον Vocat. pro Πόσειδον à poët. Ποσειδάων pro Ποσειδῶν. τέλλεται poët. pro comm. ὑπάρχει, γίνεται, ἐστὶ, à τέλλομαι, *orior*, *fio*, *sum*, *existo*. πέδασον hoc est κατάσχε. Dor. pro πέδησον. Imperat. mod. Aor. ἐπέδησα à verbo πεδάω.

ἔγχος. hastam ἐκ περιαιρέσεως nominat, eo quòd cùm cursus initium à fluuio Clade, finem ad Isthmum Corinthiacum esse voluisset, ipse cum hasta à tergo currens, in curru procum sequeretur, & sic à tergo comprehensum transfigeret,

ἐμὲ δ'

ἐμὲ δ᾽ ἐπὶ ταχυτάτων. Vires viribus, arma armis opponenda. Idcirco Pelops cùm sciret Oenomaum quatuor habere perniciſſimos equos ex ventorum flatu creatos, Pſillam, Arpinnam, Ocyon & Aoraton, velociſſimos quoque poſtulat. Eſt autem enallage numeri pro ταχυτάτου ἅρματος.

πόρευσον, Imperat. Aor. 1. ἐπόρευσα. à πορεύω. quod per ἀγαγεῖν & πέμψαι explicat Heſychius, *duco, mitto, traijcio, tranſueho*. Ἆλιν Dor. pro Ἦλιν. κράτος poët. pro νίκη. vt antè κράτει προσέμιξε.

ἐπεὶ τρεῖς καὶ δέκα. Hæc eſt Pelopis petitionis ἀπολογία, quæ non exiguam habere vim debet ad flectendum Neptuni animum: ab indignitate facti, quia indignum eſt Oenomaum tot occidiſſe viros: & ab æquitate petitionis, quia æquum eſt, vt tandem aliquis nuptias conſequatur, quas ille per nequitiam differt. Nam quanuis oraculo diceretur monitus, fore vt à genero occideretur, ideóque filiam nulli viro locare vellet: nonnnlli tamen exiſtimant hoc de oraculo, fuiſſe ab Oenomao ſuppoſitum, vt procos propoſito certamine deterrendo, quam amabat ipſe forma præſtantiſſimam filiam nemini concederet. Tredecim autem procos interemit, quorum hæc ſunt nómina. Mermnes, Hippothous, Pelops Opuntius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Automedon, Laſius, Chalcon, Tricoronus, Alcathus, Ariſtomachus, Crocalus: quorum capitibus Marti templum conditurus erat. Alij 15. alij 6. tantùm enumerant. In Græcis Threnis 13. dicuntur Πέφνε δὲ τρεῖς καὶ δέκα ἄνδρας, τετάρτῳ δ᾽ αὐτὸς πεδάθη. plura vide ap. Schol. & Natal. Comit.

περίφρασις.

Certè periculum magnum magno præditum animo virũ poſtulat. Cùm autem ſemel, ſerius, ocyus, fit cuiuis moriendum: quis generoſus animus nõ malit res periculoſas aggredi, in iiſq; ætate media occumbere, quàm rerum eximiarum expertẽ vitam ad ſenium ingloriam prorogare, fruſtráq; tedio ſe macerare? Quare hoc certamẽ pro glorioſis Hippodamiæ nuptijs fortiter ſubibo, licèt alea reſertum. Tuverò gratũ euentũ impertiri velis. Sic precatus eſt, nec infectũ fuit quod rogauit: ſed Deus illum honore cumulaturus, dedit inauratũ currum, & indefatigabiles equos temoni iunxit.

ἔπω. κῶλ. ιγ΄.

„ θυγατρός· ὁ μέγας δὲ κίνδυ-
„ νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
„ τα λαμβάνει. θανεῖν δ᾽ οἶσιν
„ ἀνάγκα,
„ τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν
„ σκότῳ
„ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁ-
„ πάντων
„ καλῶν ἄμμορος; ἀλλ᾽ ἐμοὶ μὲν
οὗτος
ἄεθλος γε ὑποκείσεται· τὺ δὲ
πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
ὡς ἔννεπεν· οὐδ᾽ ἀ-
κράντοις ἐφάψατ᾽ ὦν ἔπε-
σι. τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς,
ἔδωκεν δίφρον χρύσεον ἐν πτεροῖ-
σίν τ᾽ ἀκάμαντας ἵππους.

μετάφρασις.

" *filiæ. Magnum autem periculum imbellem virũ non admittit. Mori autem quibus neceſſe, cur aliquis* ex illis *ignobile ſenium in tenebris deſidens maceret fruſtra rerum omnium præclararum expers? Sed mihi quidẽ hoc certamẽ ſubibitur; tu verò euentum gratum da. Sic dixit: neq, irrita attigit verba. Hunc enim decorans Deus, dedit currum aureum, & in alis indefeſſos equos.*

ὁ μέγας δὲ κίνδυνος. Rectè Triclinius exponit, τὸ πρᾶγμα ἐφ᾽ ᾧ μέγας ἐστὶ κίνδυνος. *negotium in quo magnum ineſt periculum.* Præclara autem eſt ſententia de fortitudine: de qua Ariſtoteles in libro de virtutibus, quæ huic loco quadrant, Ἀνδρείας ἐστὶ τὸ δυσέκπληκτον εἶναι ὑπὸ φόβων τῶν περὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸ εὐθαρσῆ εἶναι, καὶ εὔτολμον

D

περὶ τοὺς κινδύνους. καὶ τὸ μᾶλλον αἱρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς, ἢ αἰσχρῶς διασωθῆναι, καὶ τὸ νίκης αἴτιον εἶναι· *Fortitudinis est inconcussum à mortis metibus, & constantem in malis, & intrepidum ad pericula esse: & malle honestè mori quàm turpiter seruari, & victoriæ causam præbere.*

ἄναλκιν. Hoc est ἀσθενῆ, δειλὸν, ἐ γενναῖον. Fit hæc vox, poëtis maximè familiaris, ex α pleonasmo τοῦ ν. & ἀλκὴ vis. ἀναλκεία. ἀσθένεια. & λαμβάνει, i. δέχεται.

θανεῖν δ' οἶσιν ἀνάγκα. Intelligit omnes homines, quorum seriùs ocyus versatur vrna. Hanc in sententiam Plato τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βίε μὴ μακροῦ, ἀλλὰ λαμπροῦ δεῖσθαι. & Sophocl. in Aiace, ἢ καλῶς ζῆν, ἢ καλῶς τεθνηκέναι Τὸν εὐγενῆ χρή. Hinc *lethi necessitas* 3. Od. 1. Car. Horat.

τί κε τις. Istud τις, inquit Triclinius, quod infinitè dicitur, vim habet pluralis. ἀνάγκα Doricè pro ἀνάγκη, ἀνώνυμον h. e. ἄδοξον. ἕψοι, hoc est τήκοι ἢ καταναλίσκοι. Schol. autem actiuum pro passiuo sumi notat sc. ἕψοιτο. quoniam aliquis non ἕψει *macerat* senium, sed ab eo ἕψεται *maceratur*. Verbum autem ἕψω Atticè formatur pro circunflexo ἑψέω. Metaphoricè hìc vsurpatur, ab ijs sumptum quæ coquuntur & elixantur, quorum proinde succus absumitur. μάταν. Doricè pro μάτην comm. σκότῳ hoc est, ἀφανείᾳ ἢ ἀδοξίᾳ. Metaphora à tenebris noctis, in quibus incognita sunt omnia. ἄμμορος poët. pro ἀμέτοχος. cui oppon. ἔμμορος. Sententiam totam prosa sic efferas, vt rectè Schol. Ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἀνάγκης τὸ θανεῖν, διὰ τί δή τις ἄδοξον τὸ γῆρας ἐν ἀδοξίᾳ ἢ ἀφανείᾳ καθεζόμενος, τήκοι καὶ καταναλίσκοι, πάντων τῶν καλῶν ἀμέτοχος ὑπάρχων;

Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν. Rectè Herodotus, μεγάλα πρήγματα μεγάλοισιν κινδύνοισιν ἐθέλει καὶ αἱρέεσθαι. Hoc facit Pelops, coniugium arduum Hippodamiæ vitæ suæ discrimine ambit. Est autem in his syntomia, qua abrumpit argumentationem, sic concludens. Igitur par est vt hoc suscipiam.

ὑποκείσεται. Futur. med. verbi ὑπόκειμαι. *subeo, supponor*. Translatū ab ijs qui onus aliquod subeunt, & in humeros sublatū ferunt. Proinde hìc est hypallage, pro ἀλλ' ἐγὼ μὲν τούτῳ τῷ ἄθλῳ ὑποκείσομαι. i. τοῦτον τὸν ἄθλον ὑποδύσομαι. Odyss. l. 11. Mortem igitur ingloriæ vitæ anteponit. Contrà quàm Achilles apud Homerum, qui asserit se malle ingloriam vitam apud superos agere, quàm apud inferos rex esse. Qua de re vide festiuum Dialogum apud Lucianum. ἆθλον ὑποστῆναι, dixit Plutarch. in Cam.

τὺ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι. hoc est, δίδου ἀπόβασιν πράξεως προσφιλῆ. sunt Dorica τὺ pro σύ. φίλαν pro φίλην, & δίδοι pro δίδου quod à διδόω formatur, imperat. est δίδοε. ου. comm. δίδοθι. sic Olymp. 7. δίδοι χάριν. Πρᾶξις aliquando est *fors* seu *status fortunæ*, siue εὐπραγία, siue δυσπραγία, vt in Aiace Soph. ὦ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν: est vocabulum μέσον.

ὡς ἔννεπεν. Hoc est, οὕτως εἶπε. Est συμπέρασμα, conclusio precum Pelopis, & ad sequentia transitio.

οὐδ' ἀκράντοις. Nota ἀντίπτωσιν. Nam τὸ ἐφάπτομαι regit genit. ergo dicendum erat ἀκράντων ἐπῶν. Poët. est ἄκραντος pro ἄπρακτος, ἀτέλεστος, à verbo poëtico. κραίνω, τὸ τελέω *perficio*: ἂν. Doricè pro οὖν & ἔπεσι metri caussa pro ἔπεσι.

ἀγάλλων hoc eſt τιμῶν, & κοσμῶν. Poët. eſt ἀγάλλω. cuius paſſ. eſt ἀγάλλομαι. Etymon eſt petendum ab ἄγαν & ἅλλομαι. *ſalto, exulto, glorior.*

δίφρον χρύσεον. Puta non auro factum, ſed deauratum, ad decus & magnificentiam, quales ſunt magnatum currus, qui omnia quàm vulgus ſplendidiora habent. χρύσεος. *Aureus*, pro inſigni, & eximio ſæpe vſurpatur, vt χρυσῆ ἀφροδίτη.

πτερόεντας. Poët. & Ion. pro πτεροῖς. Alas intellige, dextram & læuam temonis, cui alligantur equi vt ſint currui inſtar alarum, quibus ita velociter trahatur vt volare videatur. Sic ἱστία in nauibus πτερὰ vocant: vt ap. Heſiod. in Erg. νηὸς πτερά. & apud Homer. ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται. *Remi ſunt alæ nauibus.*

ἀκάμαντας. Hoc eſt οὐ κοπιῶντας, ἀκόπους, ἀκοπιάστους *indefeſſos*. Poët. ἀκάμας vt Heſiodo dicitur ἀκάμας ἥλιος. & ἀκάματος ex α. priu. & κάμνω *laboro*. Innuit etiam fuiſſe ταχυτάτους. *celerrimos*. Et aiunt Pelopem à Neptuno currum accepiſſe, primúmque eius vſum docuiſſe, vt equi Bellerophon. Hîc non omittendum, maluiſſe poëtam auxilio diuino Pelopis victoriam tribuere, ſiquidem encomio ipſum cohoneſtare ſtudet, quàm fraudi & proditioni Myrtili quē pretio corruperat: vel Hippodamiæ, quæ cùm forma præſtantem Pelopem vidiſſet, eius amore flagrauit, & clam cum Myrtilo egit vt Pelopi victoriam aduerſus patrem concederet. Senſum fabulæ paucis expediam. Eſt hæc humanæ vitæ imago, in qua aduerſus pericula, calamitates, & voluptates contendendum: à quibus ſi vincamur, in perniciem prorſus ducimur: ſi vincamus, viri fortes & conſtantes cenſemur, fortitudinémque tanquam Hippodamiam per vniuerſum vitæ curriculum contubernalem habemus.

παράφρασις.

Sic adiutus vicit Pelops Oenomaum, virginémq; Hippodamiam duxit vxorē, ex eáq; ſex populorum duces virtutũ ſtudioſos filios ſuſcepit. Nunc verò vita functus, & prope fluuium Alpheum ſepultus, magnificis exequijs & parentationibus decoratur, tumulúmq; habet quē athletæ ambiunt, ſitum ad arã, in qua frequentes hoſpites, qui luſum & ſpectatũ venerunt, ſacra faciunt. Vnde eminus cernitur gloria, quã obtinent victores olympicorũ certaminũ, qui in loco vbi aduerſus Oenomaũ cucurrerat Pelops, certare ſolent, & pedũ celeritate, & pancratio in quo vigor roboris qui audaces ad laborē reddit" homines, tot⁹ adhibetur. Quicunque autem victoriã conſequitur, reliquam vitam cum dulci animi tranquillitate exigit,

στροφὴ δ. κωλ. ιζ.

ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν,
παρθενόν τε σύνευνον·
τέκε τε λαγέτας ἕξ,
ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς,
τύμβον ἀμφίπολον
ἔχων πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. τὸ δὲ κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων, ἐν δρόμοις
Πέλοπος. ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται,
ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι.
" ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
" ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν..

μετάφρασις.

*Cepit igitur Oenomaum fortem, virginemq́ coniugem: & genuit duces ſex, virtutum curam habentes. Nũc autē in exequijs magnificis mixtus eſt, iuxta Alphei meatum reclinatus, tumulum qui vndique ambitur habens frequentiſſimã hoſpitibus ad aram. Gloria autem eminus conſpicitur Olympicorum certaminum, in curſibus Pelopis: vbi velocitas pedum certat, & vigores roboris audaces in laboribus. Qui autem vincit, reliqua in vita habet mellitam trãquillitatem,*

ἑλεν δ' Οἰνομάου βίαν. Periphrafis pro εἷλεν Οἰνόμαον. Sic apud Homer. βίη Πριάμοιο pro *Priamus*, βίη Ἡρακλέος pro Ἡρακλῆς. Certaminis huius rationem & exitum fcitè his verbis defcribit Apollonius.

Ἐν δ' δύω δίφρεσι πεπονήατο δηριόωντες·
Καὶ τὸ μὲν προπάροιθε Πέλοψ ἴθυνε τινάσσων
Ἡνία· σὺν δ' οἱ ἔσκε παραιβάτις Ἱπποδάμεια.
Τὸν δὲ μεταδρομάδην ἐπὶ Μύρτιλος ἤλασεν ἵππους,
Σὺν τῷ δ' Οἰνόμαος προτενὲς δόρυ χειρὶ μεμαρπὼς,
Ἄξονος ἐν πλήμνῃσι παρὰκλιδὸν ἀγνυμένοισι
Πίπτεν, ἐπεσσύμενος Πελοπήϊα νῶτα δαΐξαι.

Quos verfus his Latinis transfero.

*Arte laborati currus certamen inibant,*
*Hic gemini, primúfque Pelops agitabat habenas,*
*Fræna regens: illic fimul Hippodameia fedebat.*
*Iámque fequens currebat equis, & terga premebat*
*Myrtilus aligeris, porrectam vbi protinus haftam*
*Oenomaus vibrans, fractum decliuis in axem*
*Concidit, vt properat Pelopis transfigere dorfum.*

Prædicat autem fortunam Pelopis à victoria, à nuptijs quas obtinuit, à fobole quam ex ijs fufcepit, à morte, & gloria poft mortem, à fepultura, & fepulturæ loco.

σύνευνον. hoc eft, σύγκοιτον, σύλλεκτρον. Vox poëtica σύνευνος, ex σὺν, & εὐνή. Dicitur tam maritus quàm vxor, quòd alter cum altero in eodem lecto cubet.

ἁ. Doricè pro ἡ. & τέκε. neglecto augmento pro ἔτεκε. Aor. 2. verbi τίκτω. fed perperam, contra metrum legitur ita, pro τέκε τε vt Canterus ex vetutiffimo codice legit. Τίκτω autem viris tribuitur pro γεννῶ.

λαγέτας. hoc eft λαῶν ἡγεμόνας. fit à λαὸς populus & ἄγω duco. quafi λαῶν ἀγέτης. hoc eft ἡγέμενος. Quæ vox recurrit Pyth. 3. 4. & 10.

ἕξ. Numerantur fex Pelopis filij. Nimirum ab alijs, Atreus, Thyeftes, Pittheus, Alcathous, Plifthenes, Chryfippus. Ab alijs Atreus, Thyeftes, Alcathous, Hippalcmus, Pittheus, Dias. Chryfippum autem ex Axiocha nympha, Plifthenem ex alia natum putant. Ab alijs Atreus, Thyeftes, Hippalcmus, Plifthenes, Pittheus, Pelops iunior. Notiffimi omnium fuerunt Atreus & Thyeftes, inter quos odia magna intercefferunt. Alcathous à robore commendatur, quia leonem Citheronium occidit. Pittheus Trœzene regnauit, & auus Thefei maternus fuit. Plifthenes Agamemnonem & Menelaum filios habuit, quos Atreo iuuenis moriens commendauit: à quo quum tanquam proprij fufcepti & educati fuerint, Atridæ funt dicti. Chryfippus patri fuit dilectiffimus. Sed cùm nihil certi habeant authores de prole quam fufcepit ex Hippodamia Pelops, his non immorabimur.

ἀρεταῖσι μεμαλότας. Antiftrophe ex Triclinij fententia, vel hypallage potiùs. Nam inuerfa vice oratio profertur, ídq; licentia poëtica: pro οἷς ἀρεταὶ μεμήλασι,

*qui virtutum curam gerunt*.Sic,*dare claßibus auftros*,pro,*dare claßes auftris*. Eft autem μεμαλότας Dor.pro μεμηλότας.partic.accuf.caf.à præt. medio μέμηλα. verbi imperfon. μέλει.

μέμικ᾽) ἐν αἱμακουρίαις.Periphrafis,pro *mortuus eft*.αἱμακουρίαι vel αἱμακορίαι. Perperã apud etymol.in fing. num.αἱμακουρία.Authore Scholiafte,Hefychio, Etymolog.& Corintho,vox eft Bœotica, quæ fignificat τὰ ἐναγίσματα vel ὀπικτέρεα *parentationes mortuorũ*,à nomine αἷμα *fanguis*.& κορέω*faturo*: quòd animæ defunctorum quafi fanguine faturentur. Moris enim erat in veterum fuperftitionibus,pro mortuorum animabus pecudes mactare,ipfarúmque fanguine Deos inferos litare,vt liquet ex his Apollonij verbis Argon. 2.παρὰ δ᾽ ἄσπετα μῆλα, Ἢ θέμις οἰχομένοισι ταφήια λαιμοτόμησαν. Magnificas autem inferias Pelopi perfolutas effe tradit author,quæ maximo apparatu,quippe regi,factę fuiffent.In duobus autem magnificentiam hanc videtur ponere,in victimarum fcilicet multitudine, & tumuli extructione. Viris enim opulentis, & illuftribus fplendidæ fiebant exequiæ,& erigebantur tumuli, quibus ad nepotes deferretur memoria.Sic loco citato Apollonius Idmonem Abantiadem ab apro interfectum à focijs honoratum canit his verfibus.

Ταρχυον μεγαλωστί. συνεκτερέϊζε δ᾽ λαός,
Αὐτῷ ὁμοῦ βασιλῆι Λύκῳ. παρὰ δ᾽ ἄσπετα μῆλα,
Ἢ θέμις οἰχομένοισι ταφήια λαιμοτόμησαν.
Καὶ δή τοι κέχυται τοῦδ᾽ ἀνέρος, ἐν χθονὶ κείνῃ
Τύμβος.σῆμα δ᾽ ἔπεστι, καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι.
*Magnificè exequias ftruxerunt: tota parentat*
*Vrbs cum rege Lyco: iugulant in funera multas*
*Lanigeras pecudes,defunctis munera fueta.*
*Illa dies tumulum erexit regionibus illis:*
*Quem feri poterunt etiam monftrare nepotes.*

Annotat Aretius Hæmacuriam,feftum fuiffe apud Peloponnefios,in quo iuuenes Græci, fefe fingulis annis flagris cædebant vfque ad fanguinem, Pelopis iuxta fepulchrum,eóque cruore illi litabant. Dicitur idcirco ab αἷμα & κοῦρος *iuuenis*.

πόρῳ κλιθεὶς hoc eft Ἀλφειῷ ποταμῷ παρακείμενος. Nam πόρος pro ποταμὸς interdum fumitur, & κλίνομαι pro παράκειμαι,γειτνιάω: vt ἁλὶ κεκλιμένη *mari adiacens*, apud Homer.& λίμνη κεκλιμένος apud eundem.

τύμβον ἀμφίπολον.Negant nonnulli monumentum fuiffe Pelopis, fed templũ potiùs: & Eleos ei priùs facra facere folitos quàm Ioui: ad Herculis imitationem, qui primus honoris caufa id fecit.Alij fumunt pro πειπολούμενον qui circuiri poteft: quia erat in medio vrbis. Nam οἰκισταὶ qui funt coloniarum deductores, ciuitatum conditores ex more in medijs ciuitatibus fepeliebantur. Alij dicunt ἀμφίπολον appellari,quòd ab ijs qui vel lufum,vel fpectatum venerant,ob fplendidam eius ftructuram circumluftraretur. Aut quòd cùm in ftadij medio collocatus effet,ab athletis ambiretur.Propriè autem ἀμφίπολος tefte Ammon. eft κοινὸν ὄνομα τοῦ ἄρρενος καὶ θηλείας δούλης. Hîc dicitur pro

ἐν κύκλῳ περιπολούμενος.

πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ. Cùm magna, tum ad certandum, tum ad ſpectandum, ex vniuerſa Græcia hominum multitudo Piſam conflueret, ibíque eſſet ara in qua hoſpites ſacra faciebant, præſertim antequam certamen inchoaretur ( quippe incipiebant Olympia die Lunæ decimo quinto tranſacto, peractis antè ſolennibus ſacrificijs) ideo frequentiſſimam hoſpitibus aram meritò nuncupat. Aiunt quidam Iambum Apollinis filium, accepta à patre diuinandi arte, de religione ibi reſpondere ſolitum ſciſcitantibus: cúmque plurimi eò ad diuinationem venirent, aram πολυξενώτατον dictam. Eámque Iouis & Pelopis fuiſſe cenſent, qui hanc expoſitionem admittunt.

τὸ δὲ κλέος. Intellige ſplendorem & magnificentiam, quæ glorioſum & celebre hoc certamen efficiebant: ſiue ludorum apparatum reſpicias, ſiue victoris athletæ decus & honorem ſpectes.

Δέδορκε. Præt. med. verbi δέρκω. Hîc accipitur paſſiuè pro βλέπεται, περιφανές ἐστι. Actiuè ſumitur initio Aiacis maſtigoph. Sophocl. ἀεὶ μέν ὦ παῖ Λαρτίου δέδορκά σε.

τᾶν pro comm. τῶν. genit. plur. Doricus. Ὀλυμπιάς. autem hîc ſumitur pro Ὀλυμπικὸς ἀγών. vt Olymp. 2. & 10. Nem. 6. Iſthm. 1.

τηλόθεν pro ἐκ μακροῦ. ἐν δρόμοις Πέλοπος. Hoc eſt *in loco vbi Pelops aduerſus Oenomaum cucurrerat*. ſic dicitur, ἐν δρόμοις Πέλοπος, quia ibi ſe exercebant & certabant athletæ vbi aduerſus Oenomaum cucurrerat Pelops. Vel quia ibi regnauerat, & ſedem poſuerat incolendam, totius Peloponneſi Dominus, & rex Pelops. Vel quia, vt exiſtimarunt quidam, non ſolùm in Iouis, ſed etiam ſimul in Pelopis honorem hi ludi erant ab Hercule inſtituti.

ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται. Hoc eſt ὅπου ταχυτὴς ποδῶν ἁμιλλᾶται. Significatio τοῦ ἵνα pro ὅπου apud alios authores reperitur. Habes exempla in Lexicis. ταχυτάς. Dor. pro ταχυτής. vno vocabulo ποδωκεία.

ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι. Hoc eſt. αἱ τῶν ἀκμαίων ἰσχύες αἱ γενναίως πρὸς τοὺς πόνους χωροῦσι. vbi ἀπὸ κοινοῦ repetendum poſt ἰσχύες, ἐρίζονται. vt ſit ſenſus, *vbi & vires ætate vigentium certant, quæ labores generosè adeunt*. Hæc autem verba, ſunt ἐπεξήγησις qua deſcribuntur Olympia à generibus certaminum. & πένταθλον intelligit author, ſcilicet ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην. Præponit autem ταχυτᾶτα ποδῶν: quia primùm eſt inuenta curſus exercitatio, primáque hæc fuit Olympicorum certaminum conſtitutio, in qua primus omnium Corœbus Eleus victor eſt renuntiatus.

ὁ νικῶν δὲ. Sume participium præſentis, pro participio Aoriſti, ὁ δὲ νικήσας. ſubaudi ἐν τούτῳ ἀγῶνι. λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον hoc eſt περὶ τὸν αὐτοῦ ἐπίλοιπον βίον. ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν. Hoc eſt ἠρεμίαν γλυκεῖαν, Metaphora ſumpta à cœli ſerenitate, quã ſequitur maris tranquillitas. Et μελιτόεσσα nomen eſt poëticum, cuius maſculinum fuerit μελιτόεις, neutrum μελιτόεν. Hoc eſt, *dulcis inſtar mellis, iucundus*. Conſiſtebat hæc animi tranquillitas in perpetua commotione iucunditatis ex ſucceſſus recordatione; quem cùm optarent omnes athletæ ( præſertim quia in agone præſtantiſſimo glorioſiſſimum erat vincere, nec ad vlteriorem gloriam prouehi quiſquam poterat ) lætitia incredibili perfundebantur, ſi conſeque-

rentur: quæ cùm quotidie recurreret, tranquillè vitam exigebant. Non enim amplius gloriæ maioris œstro percellebantur, quia maximam ſibi compararant. Propterea dixit Horatius,

*Sunt quos curriculo puluerem Olympicum,*
*Collegiſſe iuuat, metáque feruidis*
*Euitata rotis, palmáque nobilis*
*Terrarum dominos euehit ad Deos.*

παράφρασις.

quam creat, fouétque perpetua præmiorum recordatio. Fieri autem ſolet vt bonum illud quod noſtris animis quotidie obuerſatur, homini cuiuis mortali ſummum veniat. Ex ijs autem qui hoc bonũ ſunt conſequuti, oportet vt nunc Hieronem Aeolico, varióque carmine, veluti coronamento decorem, qui rectè obſeruata certaminis equeſtris lege ſuperauit. Eóque libentiùs id facio, quòd confido me nullum amicum, ex ijs qui nunc ſunt, vtrumque horum habentem, honeſtarum rerum peritiam, & potentiæ præſtantiam, celebri hymnorũ artificio ornaturum. Deus qui res tuas curat, hanc ſolicitudinem gerit Hiero vt quæ tibi ſunt cordi facilè conſequaris. Quæ niſi citò defecerit, ſpero

ἀντιστρ. κῶλ. ιζ.

„ ἀέθλων γ' ἕνεκεν. τὸ δ' ἀ-
„ εὶ παράμερον ἐσλὸν
„ ὕπατον ἔρχεται παν-
„ τὶ βροτῷ. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
αἰοληΐδι μολπᾷ
χρή. πέποιθα δὲ ξένον
μὴ τιν' ἀμφότερα,
καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον
τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυ-
χαῖς.
„ Θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
„ ὼν, τεαῖσι μήδεται
„ ἔχων τοῦτο κῆδος Ἱέ-
„ ρων
„ μερίμναισιν. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λί-
ποι,
ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπο-
μαι

μετάφρασις.

*propter premia victoriæ. Semper autem quod vno* quolibet *die* obuenit *bonum, ſummum venit omni mortali. Me autem coronare illum equeſtri lege Aeolico cantu oportet. Confido enim amicum nullum vtraque* habentem, *& rerum honeſtarum peritum, vel potentia præſtantiorem ex ijs quidem qui nunc ſunt, illuſtribus ornaturum hymnorum plicis. Deus cuſtos tui, tuis prouidet curis, habens hanc ſolicitudinem Hiero. Quòd ſi non citò defecerit, adhuc ſpero ſuauiorem*

ἀέθλων γ' ἕνεκεν. Hoc eſt διὰ τὰ τοῦ ἀγῶνος βραβεῖα: quæ præmia erant oleagina corona: quã nõ lucri cauſa (non enim oleæ frondes magni ſunt momenti) ſed honoris, famæ, & glorię gratia magni faciebãt. Videtur autem illam tranquillitatis fruitionem, ad victoriam Olympici ludi reſtringere, propter cuius præmia victor ſemper lætetur: cùm alijs de rebus triſtari poſſit: ſiquidem multæ diuerſæque calamitates vitam humanam circunſtant.

τὸ δ' ἀεὶ παράμερον. Dor. παράμερος pro comm. παρήμερος *quotidianus*, ὁ παρ' ἑκάστην ἡμέραν ὢν, ἢ γινόμενος: *qui ſingulis diebus eſt, fit, vel obuenit.* vt παρήμερα πράγματα. *res quæ quotidie accidunt, aut geruntur*, παράμερος ἄρτος *quotidianus panis.* Vult probare nullam eſſe maiorem fœlicitatem ea quæ ex huius certa-

minis victoria & præmijs proficiſcitur: & hanc rationem affert, quia ſingulis diebus recurrit. q. d. *Bonum illud quod animis noſtris quotidie obuerſatur, eſt maximum & ſummum: fœlicitas autem illa quam palina nobilis Olympicorum ludorum victoribus creat, reliquam vitam comitatur: proinde eſt bonum ſummum, eóque maius nullum inueniatur.* Loquitur ex communi hominum ſenſu, qui cùm ſint ἐφήμεροι, ἐφήμερα φρονοῦντες, & in diem viuant, præſentibus tantùm afficiuntur: nec præteritorum bonorum meminiſſe ſolent: ſed quod in dies bonum malúmue obuenit, ſolummodo conſiderant.

ὕπατον comparatè dicit. Nam bonum illud ſummum aſſerit, quod vno quolibet die obuenit, cùm alia ſint quæ minora mereant dici, ſi obiter tantùm ijs fruamur. Quare non vnicam eſſe hanc, ſed maximam tranquillitatis reliquæ vitæ materiam innuit: non vnicum ſed maximum bonum, quod multis æquipolleat, & in quo lubens animus acquieſcat. Rei autem bene geſtæ memoriam καθ' ἑκάστην ἡμέραν refricabat continuus honor, & ſumptus quem deinceps ex impenſa publica victores faciebant: quod ex his Xenophanis Colophonij verbis colligere eſt.

Ἀλλ' εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τις ἄροιτο,
  Ἢ πενταθλεύων ἔνθα Διὸς τέμενος,
Πὰρ Πίσαο ῥοῆς ἐν Ὀλυμπίῃ, εἴτε παλαίων,
  Ἢ καὶ πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν ἔχων.
Εἴτ' ἔτι δεινὸν ἄεθλον ὃ παγκράτιον καλέουσιν,
  Ἀστοῖσιν κ' εἴη κυδρότερος προσορᾶν,
Καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο
  Καὶ κε σιτεῖν δὴ δημοσίων κτεάνων.
Ἐκ πόλεως καὶ δῶρον ὅ οἱ κειμήλιον εἴη.
  Εἴτε καὶ ἵπποισιν ταῦτά γ' ἅπαντα λάχοι.

*Quòd ſiquis leuitate pedum certamina tentet,*
  *Pentathlum ſiquis, eſt vbi ſylua Iouis,*
*Hîc prope Piſæas vndas, vbi Olympia ſurgit:*
  *Seu grauis ars pugilum, ſiue palæſtra iuuat,*
*Seu graue certamen quod pancration dixêre,*
  *Ciuibus ad ſummum mox venerandus erit.*
*Huic dabitur ſedes inter certamina prima.*
  *Impenſa hinc illi publica ſumptus erit.*
*Donáque ab vrbe feret, quæ ſint monumenta per æuum,*
  *Atque hæc vel celeri conſequeretur equo.*

ἐσλὸν. Dor. pro poëtico ἐσθλόν. De re, & de perſona dicitur. vide lexica. Magnum etymolog. deducit ab ἐθέλω, quòd ea cupiamus quæ ſunt bona.

βροτῷ pro ἀνθρώπῳ. Sic autem hæc declares. ἀεὶ δὲ τὸ ἀγαθὸν, τὸ κατὰ τὴν παρεσῶσαν ἡμέραν, κράτιστον καὶ ὕψιστον ἔρχεται παντὶ τῷ ἀνθρώπῳ.

ἐμὲ δέ. Nunc totus ad Hieronem, à quo digreſſus erat, in odæ colophonem redit, qui cùm victoriam reportarit, tantæ tranquillitatis cauſam, meritò celebrandus eſt encomio. στεφανῶσαι cum alluſione transfert à coronis quibus Olym-

pionicæ

pionicæ decorabantur, quæ quidem flaccescunt, sed carmina semper virent. q. d. ἐμὲ δὲ πρέπει ἐγκωμιάσαι ἐκεῖνον τὸν ἐξ Ὀλυμπίας ἐν νόμῳ ἱππείῳ νενικηκότα, διὰ μολπῆς αἰολίδος.

ἱππικῷ νόμῳ. Supple ὃν ὑποτεθέμην ἱππικῷ νόμῳ νικήσαντα: vt sit hic sensus, *Oportet me Aeolico cantu mihi propositum Hieronem coronare, qui lege equestri vicit.* Lege autem sancitum erat, authore Triclinio, vt non solùm proprijs pedibus cursu pedestri: sed equis etiam equitando certarent in Olympicis, celete nimirum, curru, & quadrigis. Vel equestri lege dicit victorem, quòd bene & ἀκριβῶς obseruato certaminis ritu superauerit, ita vt citra fauorem coronam acceperit.

αἰοληΐδι. Poët. pro αἰολίδι comm. fit ab αἰολίς. cui additur ε. & fit inusitatum αἰολεΐς. Deinde poët. & Ion. ει dissoluitur in ηϊ. Vox ista sumitur pro Πινδαρικῇ, si verum est ex Aeoli propagine oriundum Pindarum. Vel pro Θηβαϊκῇ: quia Aeoles aliquando Thebas incoluerunt: vel pro ποικίλῃ *varia, variegata*: nã αἰόλος *variegatum* significat. Variegantur autẽ carmina strophis, antistrophis, epodis, tum modulatione quæ fit ad lyram citharámue. Quam sententiã cæteris antepono. Neque putem poëtam respicere ad illud Αἰολέων ἦθος, de quo Athenæus, cuius cantus est superbus, & tumidus, molle tamen quippiam habet, quandoquidem testatus est se Doricam accipere velle citharam, cuius modulatio est grauis.

μολπᾷ Dor. μολπῇ. à præt. medio μέμολπα. verbi poët. μέλπω *cano, celebro.*

πέποιθα δὲ ξένον. Hæc ad Pindarum, & Hieronem refero. q. d. *Hieronem laudaturus sum, quod eò studiosius faciam, quia scio & confido mihi nullum eße amicum hoc tempore, & ingenio clariorem, & potentia potiorem: ac proinde qui laudari magis meruerit.* Sic modestè sua carmina commendabit poëta, & Hieronem à rerum honestarum studio, & potentiæ præstantia laudabit. Itaque non assentior ijs, qui ad solum Pindarum hæc referunt, vt sentiant eum velle Hieronem canere, sui ingenij viribus fretum. Quasi sit sensus huiusmodi. *Confido nullum aliũ eße poëtam, eorum qui nunc sunt, Hieronis amicum, qui me rerum præclararum peritia, & ingenij facultate superet, ad laudes Hieronis præclariùs hymno persequendas.* Neque enim est verisimile Pindaro venisse in mentem vt se alijs præferret: siquidem nihil est inuidiosius, nihil sordidius quàm seipsum tantopere laudare. Sic igitur prosa reddas hanc periodum. Πέπεισμαι ἀκριβῶς μηδένα με ἔτι φίλον τῶν νῦν ἀνθρώπων ἐγκωμιάσειν τοῖς ὕμνοις, ἀμφότερα ἔχοντα, καὶ ἐπιστήμονα τὰ κατὰ ψυχὴν, καὶ σώματος ἰσχὺν τούτου ἀνδρειότερον.

ξένον sume pro φίλον. μή τινα pro μηδένα. τῶν γε νῦν supple ἀνθρώπων. κλυταῖσι. poët. pro κλυταῖς. δαιδαλωσέμεν Ion. & Dor. infinit. pro δαιδαλώσειν. à verbo poëtico δαιδαλόω pro comm. δαιδάλλω.

ὕμνων πτυχαῖς. Periphrasis pro ὕμνοις. vel est metaphora sumpta ab ijs quæ plicis δαιδάλλονται & ποικίλλονται vt per κρύψιν quam & Aretius notat, tacitè etiam sua carmina commendet, quòd varia sententiarum, & verborum ornamenta habeant.

Θεὸς ἐπίτροπος. Apostrophe ad Hieronem cum εὐχῇ, vt eius dignitatem Deus foueat. ἐπίτροπος hoc est φροντιστὴς τῆς σῆς εὐδαιμονίας. Huius periodi varium sensum

proponit Schol. sed huius loci perspicuitatem à nostra haurito paraphrasi. Atque hic breuitatis causa reliquas interpretationes omitto.

ἐὼν. Ion. partic. pro ὢν verbi εἰμὶ. τεαῖσι. pro τεαῖς. & hoc Dores pro σαῖς. Nam Dor. τεὸς dicunt pro σὸς *tuus*. μερίμναισιν. poët. pro μερίμναις. Ita hæc reddas. Θεὸς ὁ ὑπάρχων σὸς φροντιστὴς ἐν ταῖς σου μερίμναις, τὰ ὑπὲρ σοῦ βουλεύεται.

εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι. Subaudi ζωὴ vita, vel κῆδος ἐπιτρόπου Θεοῦ. Sed posteriorem sensum præfero: quia retulit rerum Hieronis successum ad diuinam prouidentiam, qua deficiente non præberetur Pindaro nouum laudis argumentum.

παράφρασις.

me profectum ad Cronium Olympiæ promontorium soli expositum, & ex victoria quam celeri quadriiugo curru adeptus fueris, nactum laudis materiã, vnde ad verborum copiam via sternitur, suauius carmẽ decantaturum. Itaque musa robustissimum telum, magnam nimirum cõponendi carminis facultatẽ alit mihi. Hominum autẽ alij alijs maiorẽ dignitatis gradum obtinent: sed rex ad supremum est euectus, ita vt nemo sit ipso superior. Idcirco ne longiùs oculos circunferas vt dignitatem regia maiorem inuenias. In cuius sublimitate vtinam reliquum vitæ tempus exigas: ego verò quandiu viuam, cum tantis victoribus, qualis tu es, conuerser, & canendi peritia vbique apud Græcos sim cõspicuus.

ἐπῳ. κῶλ. ιγ.

σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
ἐπίκουρον εὑρὼν
ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὦν μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. ἐπ' ἄλλοι-
σι δ' ἄλλοι μεγάλοι. τὸ δ' ἔσχατον
κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι· μηκέτι
πάπταινε πόρσιον.
εἴη σέ τε τοῦτον
ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
τε τοσσάδε νικαφόροις
ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίαν καθ' Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾶ.

μετάφρασις.

*cum curru celeri me decantaturũ, adiutricem nactum viam verborum, ad expositum soli quum venero Cronium. Mihi igitur Musa fortissimum telum robore nutrit. Alij supra alios magni* sunt: *supremũ verò ad summitatem attollitur in regibus. Ne amplius circunspice longiùs. Cõtingat te hoc* vitę *tẽp⁹ in sublimi transigere: méque tantis cum victoribus versari conspicuum sapientia inter Græcos vbique.*

κλεΐξειν. Infin. futuri 1. Dor. pro comm. κλεΐσειν. à verbo κλεΐζω quod per ectasin dicitur κληΐζω deinde fit dissyllabum κλῄζω. Oritur à κλέος *laus, gloria*. Vnde κλέω. Deinde κλείω. & κλεΐζω. τὸ δοξάζω.

ὁδὸν λόγων ἐπίκουρον. Victoriam intellige curru quadriiugo partam, quæ hymni materiam longè suauiorem suppeditaret: siquidem re iterum præclarè gesta, adiuta fuisset Musa Pindari, cui quo pluribus factis is se commendasset, ampliora ad extollendam virtutem sæpius exploratam spatia patuissent.

εὐδείελον. Rectè Triclinius meo iudicio hanc vocem sic exponit, τὸν μετέωρον, καὶ καλῶς ἔχοντα τοῦ ἡλίου κατὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν, καὶ τὰ περὶ τὴν δείλην ἑώαν. *sublimem & bene situm tum ad solis occasum, tum ad ortum.* Nam promontorium illud ob altitudinem suam citius matutinum solem recipiebat, serius vespertinum amittebat. Dicitur εὐδείελος quasi εὖ πρὸς δείλην, δηλαδὴ ἑώαν καὶ ὀψίαν, κείμενος.

Κρόνιον. Synecdoche partis Olympiæ, pro tota vrbe. Erat enim Cronius collis, ſeu promontorium illius vrbis, ex quo athletæ certantes conſpiciebantur: cùm circa ipſum ludi celebrarentur.

καρτερώτατον βέλος. Intellige metaphoricè validam magnámque hymni componendi facultatem. Similis eſt metaphora 2. Olymp. ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, &c.

ἀλκᾷ Dor. datiuus pro ἀλκῇ.

ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι. Non poſſum admittere eorum interpretationem qui ſubaudiunt πράγμασι: quia non agitur de ijs qui aliqua virtute excellunt, ſed de ijs qui alij alijs gradum & dignitatem ſuperiorem poſſident: vt colligere eſt ex eo quod addit, ſupremum attolli in regibus, quò nihil longiùs reſpicias, nihil altiùs ſuſpicias. Quod niſi ſic intelligas, non tam bene cohærebit ſententia.

τὸ δ' ἔσχατον. Hoc eſt, τὸ τελευταῖον, καὶ τὸ ὑπερβολὴν ἔχον. Ideo Petrus regem ὑπερέχοντα vocat. & à Philone dicitur περιπεμφθεὶς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἐπὶ πρύμναν, αὐωτάτω. & à Philippo, ἐξουσίαν ἰσόθεον accepiſſe. Pariter ait Philo, Τῇ μὲν οὐσίᾳ τοῦ σώματος, ἴσος παντὸς ἀνθρώπου ὁ βασιλεύς. τῇ ἐξουσίᾳ δὲ τοῦ ἀξιώματος, ὅμοιός ἐστι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ. οὐκ ἔχει γὰρ ἐπὶ γῆς αὐτοῦ ὑψηλότερον. *Corpore quidem rex cuiuis alteri homini par eſt: poteſtate verò dignitatis, ſimilis eſt ei qui ſupra omnes eſt Deo: non enim habet in terris ſe quicquam excelſius.*

πόρσιον. Poët. aduerb. pro comm. πορρώτερον. Deducitur à πρόσω, per metatheſim πόρσω. comparat. πόρσιον. ſuperlat. πόρσιστα qui extat Ode 9. Nem. pro hoc diceres μηκέτι ἀπόβλεπε πορρωτέρω.

εἴη σε τοῦτον. Epilogus qui gemino voto conſtat. Priore, perpetuam Hieroni regiam dignitatem optat: poſteriore, vt ſibi contingat nomine carminum per vniuerſam Græciam clarere, quibus non alijs ſolùm, ſed ſibi quoque famam immortalem pariat. Hæc ita declares, εἴη δέ σε μὲν τοῦτον τὸν χρόνον ὃν ζῶμεν ἐν ὕψει καὶ εὐδαιμονίᾳ διαζῆν, ἐμὲ δὲ τοὺς νικῶντας ὑμνεῖν, φανερὸν τῇ σοφίᾳ πανταχῇ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ὄντα.

τοσσάδε νικαφόροις pro τοσούτοις νικηφόροις. primùm τοσσάδε. pro τοσάδε. Deinde νικαφόροις pro νικηφόροις.

ὑψοῦ πατεῖν. Pro διέρχεσθαι ἐν ὕψει.

ἐμὲ δέ. Notandum poëtam non gloriari ſe ſapientia poëſeos eſſe conſpicuum, ſed optare vt talis ſit, & videatur: alioqui in manifeſtam arrogantiæ ſuſpicionem inćideret. Hic Dor. eſt Ἕλλανας pro Ἕλληνας & παντᾷ, pro παντῇ.

proponit Schol. ſed huius loci perſpicuitatem à noſtra haurito paraphraſi. Atque hic breuitatis cauſa reliquas interpretationes omitto.

ἐὼν. Ion. partic. pro ὢν verbi εἰμὶ. τεᾶισι. pro τεαῖς. & hoc Dores pro σαῖς. Nam Dor. τεὸς dicunt pro σὸς *tuus*. μερίμναισιν. poët. pro μερίμναις. Ita hæc reddas. Θεὸς ὁ ὑπάρχων σὸς φροντιστὴς ἐν ταῖς σου μερίμναις, τὰ ὑπὲρ σου βουλεύεται.

εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι. Subaudi ζωὴ vita, vel κῆδος ἐπιτρόπου Θεοῦ. Sed poſteriorem ſenſum præfero: quia retulit rerum Hieronis ſucceſſum ad diuinam prouidentiam, qua deficiente non præberetur Pindaro nouum laudis argumentum.

παράφρασις.

me profectum ad Cronium Olympiæ promontorium ſoli expoſitum, & ex victoria quam celeri quadriiugo curru adeptus fueris, nactum laudis materiã, ,, vnde ad verborum copiam ,, via ſternitur, ſuauius carmẽ ,, decantaturum. Itaque muſa ,, robuſtiſſimum telum, magnam nimirum cõponendi carminis facultatẽ alit mihi. Hominum autẽ alij alijs maiorẽ dignitatis gradum obtinent: ſed rex ad ſupremum eſt euectus, ita vt nemo ſit ipſo ſuperior. Ideirco ne longiùs oculos circunferas vt dignitatem regia maiorem inuenias. In cuius ſublimitate vtinam reliquum vitæ tempus exigas: ego verò quandiu viuam, cum tantis victoribus, qualis tu es, conuerſer, & canendi peritia vbique apud Græcos ſim conſpicuus.

ἐπῳ. κῶλ. ιγ.

σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
ἐπίκουρον εὑρὼν
ὁδὸν λόγων, παρ' εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. ἐμοὶ μὲν ὦν μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. ἐπ' ἄλλοι-
σι δ' ἄλλοι μεγάλοι. τὸ δ' ἔσχατον
κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι· μηκέτι
πάπταινε πόρσιον.
εἴη σέ τε τοῦτον
ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
τε τοσσάδε νικαφόροις
ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίαν καθ' Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾶ.

μετάφρασις.

*cum curru celeri me decantaturũ, adiutricem nactum viam verborum, ad expoſitum ſoli quum venero Cronium. Mihi igitur Muſa fortiſſimum telum robore nutrit. Alij ſupra alios magni* ſunt: *ſupremũ verò ad ſummitatem attollitur in regibus. Ne amplius circunſpice longiùs. Cõtingat te hoc vitę tẽp⁹ in ſublimi tranſigere: méque tantis cum victoribus verſari conſpicuum ſapientia inter Græcos vbique.*

κλεΐξειν. Infin. futuri 1. Dor. pro comm. κλεΐσειν. à verbo κλεΐζω quod per ectaſin dicitur κληΐζω deinde fit diſſyllabum κλῄζω. Oritur à κλέος *laus, gloria*. Vnde κλέω. Deinde κλείω. & κλεΐζω. τὸ δοξάζω.

ὁδὸν λόγων ἐπίκουρον. Victoriam intellige curru quadriiugo partam, quæ hymni materiam longè ſuauiorem ſuppeditaret: ſiquidem re iterum præclarè geſta, adiuta fuiſſet Muſa Pindari, cui quo pluribus factis is ſe commendaſſet, ampliora ad extollendam virtutem ſæpius exploratam ſpatia patuiſſent.

εὐδείελον. Rectè Triclinius meo iudicio hanc vocem ſic exponit, τὸν μετέωρον, καὶ καλῶς ἔχοντα τοῦ ἡλίου κατὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν, καὶ τὰ περὶ τὴν δείλην ἑῴαν. *ſublimem & bene ſitum tum ad ſolis occaſum, tum ad ortum.* Nam promontorium illud ob altitudinem ſuam citius matutinum ſolem recipiebat, ſerius veſpertinum amittebat. Dicitur εὐδείελος quaſi εὖ πρὸς δείλην, δηλαδὴ ἑῴαν καὶ ὀψίαν, κείμενος.

Κρόνιον. Synecdoche partis Olympiæ, pro tota vrbe. Erat enim Cronius collis, seu promontorium illius vrbis, ex quo athletæ certantes conſpiciebantur: cùm circa ipſum ludi celebrarentur.

καρτερώτατον βέλος. Intellige metaphoricè validam magnámque hymni componendi facultatem. Similis eſt metaphora 2. Olymp. ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, &c.

ἀλκᾷ Dor. datiuus pro ἀλκῇ.

ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι. Non poſſum admittere eorum interpretationem qui ſubaudiunt πράγμασι: quia non agitur de ijs qui aliqua virtute excellunt, ſed de ijs qui alij alijs gradum & dignitatem ſuperiorem poſſident: vt colligere eſt ex eo quod addit, ſupremum attolli in regibus, quò nihil longiùs reſpicias, nihil altiùs ſuſpicias. Quod niſi ſic intelligas, non tam bene cohærebit ſententia.

τὸ δ' ἔσχατον. Hoc eſt, τὸ τελευταῖον, καὶ τὸ ὑπερβολὴν ἔχον. Ideo Petrus regem ὑπερέχοντα vocat. & à Philone dicitur παρὰ πεμφθεὶς ὑπὸ τῆς φύσεως, ἐπὶ πρύμναν, αὐωτάτω. & à Philippo, ἐξουσίαν ἰσόθεον accepiſſe. Pariter ait Philo, Τῇ μὲν οὐσίᾳ τοῦ σώματος, ἴσος παντὸς ἀνθρώπου ὁ βασιλεὺς. τῇ ἐξουσίᾳ δὲ τοῦ ἀξιώματος, ὅμοιός ἐστι τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ. οὐκ ἔχει γὰρ ἐπὶ γῆς αὐτοῦ ὑψηλότερον. *Corpore quidem rex cuiuis alteri homini par eſt: poteſtate verò dignitatis, ſimilis eſt ei qui ſupra omnes eſt Deo: non enim habet in terris ſe quicquam excelſius.*

πόρσιον. Poët. aduerb. pro comm. πορρώτερον. Deducitur à πρόσω, per metatheſim πόρσω. comparat. πόρσιον. ſuperlat. πόρσιστα qui extat Ode 9. Nem. pro hoc diceres μηκέτι ἀπόβλεπε περαιτέρω.

εἴη σε τοῦτον. Epilogus qui gemino voto conſtat. Priore, perpetuam Hieroni regiam dignitatem optat: poſteriore, vt ſibi contingat nomine carminum per vniuerſam Græciam clarere, quibus non alijs ſolùm, ſed ſibi quoque famam immortalem pariat. Hæc ita declares, εἴη δέ σε μὲν τοῦτον τὸν χρόνον ὃν ζῶμεν ἐν ὕψει καὶ εὐδαιμονίᾳ διαζῆν, ἐμὲ δὲ τοὺς νικῶντας ὑμνεῖν, φανερὸν τῇ σοφίᾳ πανταχῇ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ὄντα.

τοσσάδε νικαφόροις pro τοσούτοις νικηφόροις. primùm τοσσάδε. pro τοσάδε. Deinde νικαφόροις pro νικηφόροις.

ὑψοῦ πατεῖν. Pro διέρχεσθαι ἐν ὕψει.

ἐμὲ δὲ. Notandum poëtam non gloriari ſe ſapientia poëſeos eſſe conſpicuum, ſed optare vt talis ſit, & videatur: alioqui in manifeſtam arrogantiæ ſuſpicionem incideret. Hic Dor. eſt Ἕλλανας pro Ἕλληνας & παντᾷ, pro παντῇ.

Οὐ ἔσθ' ὅς κέν σ' ἔλησι μετάλμενος, οὐδὲ παρέλθῃ. hoc eſt,

*Huic tu valdè appropinquans impelle propè currum & equos:*
*Ipſe verò incumbe benefacto in curru*
*Paululum in ſiniſtram horum: at dextrum equum*
*Punge vociferans, laxáque ei habenas manibus:*
*Ad metam autem tibi ſiniſter equus appropinquet,*
*Vt tibi modiolus videatur ſummum attigiſſe*
*Rotæ benefactæ: in lapidem verò vites impingere,*
*Ne quo modo equóſque vulneres, & currus confringas,*
*Gaudium quidem alijs, probrum verò tibi*
*Erit: proinde dilecte prudens cautus eſto:*
*Si enim ad metam præterueharis perſequens,*
*Non erit qui te aſſequatur tranſiliens, neque prætereat.*

Hæc cùm ignoraret Pſeudoreſtes malè corruit: qui (vt eſt in Electra Sophoclis) cùm laxata læua habena, ex equis alter curſum inflexiſſet, imprudens ad ſummam columnam offendit: quo facto modiolos rotarum, axémque perfregit, ipſe ex curru excuſſus eſt: deinde loris implicatum equi huc illuc fugientes miſerè diſcerpſerunt. Amphitryo apud Theocritum pręcepta Neſtoreïs ſimilia filio tradit.

Ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσσαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχῷ σύριγγα φυλάξαι,
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φρονέων ἐδίδασκε.

*Ita equos currui iunctos agitare, & circum metam*
*Tuto inflectere rotæ modiolum vt eam vitaret,*
*Amphitryo filium ſuum prudens docebat.*

Quare hæc Ode Theroni pro vitata à quadrigis meta, contexitur.

εἶδος β. Hæc Oda ſecundo collocatur ordine, ſecundum victoriæ tempus. Hiero enim ſeptuageſimam tertiam Celete, Theron ſeptuageſimam ſeptimam Olympiadem quadrigis vicit.

ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. Exordium ducitur à propoſitione, quæ interrogatione, & ſubiectione conſtat. In quibus eſt ἀπορία, cùm veluti hæſitet in perſonarum delectu. Quod imitatur Horatius. l. 1. Car. Ode 12.

*Quem virum, aut Heroa, lyra, vel acri*
*Tibia ſumes celebrare Clio?*
*Quem Deum cuius recinet iocoſa*
*Montis imago?*

Differt tamen nominum inuerſione, Pindarus habet

θεόν, ἥρωα, ἄνδρα. Horatius, *Virum, heroa Deum.*

Dicuntur hymni ἀναξιφόρμιγγες hoc eſt ἄνακτες ſeu ἀνάσσοντες τῆς φόρμιγγος: quia primùm carmina componuntur, deinde ad hæc lyra aptatur, vt ſuam poëſi det melodiam: & vt ait Triclinius, lyra eſt ὑπουργὸς τῶν ὕμνων, *miniſtra hymnorum.* Scholiaſtes exponit etiam per paſſiuam vocem quaſi ὑπὸ τῆς φόρμιγγος ἀνασσόμενοι, *Hymni citharæ dominio ſubiecti.* Sed prior interpretatio eſt potior. Nam

(vt meo iudicio rectè obſeruat Triclinius) nomen iſtiuſmodi cõpoſitionis non denotat πάθος, ſed ἐνέργειαν vt ἀλεξίκακος, παυσίκακος, πληξίππος, ἀλεξιάρης *malorum depulſor, mala ſedans, equorum domitor; dirarum depulſor*, ſic ἀλεξίμορος, *mortis expulſor*, ἀλεξιφάρμακον *remedium aduerſus venena*: aliáque id genus.

τίνα Θεόν. Quod eſt ἀπορία, hoc eſt *addubitatio*, ratione poëtæ, qui incertus eſt quod ſumpturus ſit canendi argumentum: Id fit ἀνακοίνωσις hoc eſt *communicatio*, ratione cùm poëtæ tum Muſæ, cum qua conſultando communicat genus argumenti tractandi.

ἤτοι Πίσα μὲν, Διός. Subiectio qua ſuperiori interrogationi reſpondet: primùm huic τίνα Θεόν: quando dicit, Piſa quidem eſt Iouis. Eſt enim Piſa illi Deo ſacra ob quinquennalem, quæ ibi fiebat, ſacrorum ipſi certaminum celebrationem. De Piſa vide ſuperiori Oda. Supple hîc ἱερὸν ἐστι.

Ὀλυμπιάδα δὲ. hoc eſt τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα: vt ſuperiori Oda vocem hanc ſumi documus, in τῶν Ὀλυμπιάδων κλέος, ſtrophe 4. τὸ δὲ ἔστασεν Dor. pro ἔστησεν. à verbo ἵστημι. Scriptum reliquit Iſacius Herculem Alcmenæ filium, at non Idæum Dactylum Olympia in Iouis honorem inſtituiſſe: ídque videtur in his atteſtari Pindarus. Ferunt enim Herculem poſt debellatum Augiam Elidis regem, quoniam ſibi promiſſam mercedem ob fimi boum purgationem non accepiſſet, ex illis populationibus & præda certamen inſtituiſſe Ioui Olympico, atque illud Olympicum nominaſſe. Vide *Augiæ ſtabulum repurgare*, apud Eraſm. Secundo loco, huic reſpondet τίν᾽ ἥρωα. Nam Heros habitus eſt Hercules.

ἀκρόθινα πολέμου. Transfert hanc vocem à primitijs frugum, pro qua dixit Euripides, ἀκροθίνια. Sed addit πολέμου, vt differentiam indicet & κατάχρησιν exponat. Nam vox iſta propriè ſignificat primitias frugum, videlicet frumenti, tritici, hordei: ex ἄκρον *ſummum*, & θὶν *aceruus*: quia ex ſummitate acerui decerpebantur. Hîc verò abuſiuè manubias belli appellat, quas Ioui, hoc certamine inſtituto, tum primùm conſecrauit. De hac voce vide Theſaurum Stephani.

Θήρωνα δὲ, Tertio huic reſpondet τίν᾽ ἄνδρα. Cuius nomen hîc ſubjicit, nimirum Theronem, in quo magnam laudum ſegetem inuenit, Fortitudinem & dexteritatem, qua certaminis Olympici victoriam obtinuit: hoſpitalitatem, patriæ defenſionem, virtutis lumen clarius quàm in maioribus, rectum in vrbes ſubditas imperium.

τετραορίας ἕνεκα νικαφόρου. hoc eſt ἐνδέχεται μέλεσιν ὑμνεῖν, ὅτι τεθρίππῳ ἐνίκησε. Vox τετραορία eſt poëtica pro τέθριππος, vel τέθριππον. Fit à τέτορα. Dor. pro τέτταρα Atticè, & τέσσαρα comm. & ſyncope τέτρα. & verbo ἀείρω τὸ συζευγνύω *iungo*. Cuius præt. med. eſt ἦορα. & neglecto augmento ἄορα. Nomen adiectiuum eſt τέτρωρος vel τετράορος *quadriiugus*. νικαφόρου. pro νικηφόρου. à νίκη *victoria*, & φέρω *reporto*.

γεγωνητέον. Gerundium, quod ſignificat ὑμνητέον. A verbo γεγωνέω quod quid ſit vide apud Euſtathium. Ab authore noſtro hîc ſumitur pro ὑμνεῖν *celebrare, & alta voce prædicare*. vt & Pyth. Ode 9,

ὄπι hoc eſt φωνῇ. Duplex vocis ὂψ eſt ſignificatio: aliquando eſt φωνή. aliquan-

do ὄψις: de qua vide lexica.

δίκαιον ξένον. Secundum laudis argumentum, ab hoſpitalitate: cuius iura ſatis obſeruare dicitur, quando δίκαιον ξένον vocat. Hîc hoſpitem eum intelligit, qui excipit hoſpitio: aliàs & ſumitur pro eo qui excipitur. In hoſpitalitate iuſtitia etiam erat obſeruanda: hoc eſt, non ſolùm nulla iniuria inferenda, ſed beneficentia in hoſpites exercenda, vnde Odyſſ. 2.

οὐ μὲν καλὸν ἀτέμβειν, οὐδὲ δίκαιον ξείνους.
*Nec honeſtum nec iuſtum eſt lædere hoſpites.*
πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοι.

vt Odyſſ. 3. idem ait: vnde & Ξένιος Ζεὺς, qui hoſpitibus iura dare dicitur. Rectè igitur δίκαιον ξένον dixit.

ἔρεισμα. hoc eſt στήριγμα, τείχισμα, ἀσφάλεια. *columen, arx, tutela.* Sic Lucianus quendam vocat ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων. Metaphora ſumpta à fulcris illis quibus innititur & firmatur ædificium. Et eſt hoc tertium laudis argumentum: quòd Theron ſit patriæ columen, & fulcimentum.

εὐωνύμων τε πατέρων. hoc eſt εὐκλεῶν προγόνων. Fit εὐώνυμος, ex εὖ, & ὄνυμα Aeol. pro ὄνομα. dicitur *clarus, boni nominis*: aliàs ἀριστερὸς, ſeu λαιὸς *ſiniſter, læuus*, vt εὐώνυμος χείρ. idque κατ᾽ ἀντίφρασιν, vel κατ᾽ εὐφημισμόν. De voce ἄωτος dictum ſuperiori Oda. Eſtque in his quartum laudis argumentum. Nam etſi pro Roſcio Amerino dicat Cicero eum ſibi proprium, ſolúmque videri honorem, quem neque maiorum commendatione, neque per alterius calamitatem aſſequutus ſis: tamen honorificum eſt claros progenitores habuiſſe, ſi non modò non degeneres ab ijs, ſed etiam virtute & nomine ſuperes. Propterea cæteris addit Theronis laudibus, hanc quoque eximiam, quòd ſit flos clarorum auorum. Sic Horatius Mecænatem facit commēdatiorem, quòd regibus atauis eſſet editus. Theronis progenitores clari fuerunt, vt qui Cadmi nepotes.

ὀρθόπολιν. hoc eſt ὀρθῶν καὶ σώζων τὴν πόλιν. Quod facit qui remp. afflictam erigit, malè moratam corrigit, bonis legibus dirigit. Quintum laudis argumentum. Magiſtratns, & Principis epitheton poëticum: potéſtque per alia quæ apud Scholiaſten extant exponi, nimirum ἐρυσίπολις, & σωζόπολις.

| παράφρασις. | ἀντιστρο. κωλ. ιδ΄. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Qui poſtquam relicta patria, | καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ, | *Qui cùm laboraßet mul-* |
| ſedes non ſine magno animi | ἱερὸν ἔσχον οἴκημα | *tum animo, ſacrā tenue-* |
| labore ſubinde mutaſſent, tā- | ποταμοῦ. Σικελίας τ᾽ ἔσαν | *rūt ſedem fluuij: Siciliæ-* |
| dem proximam fluuij ſedem | ὀφθαλμός· αἰών τ᾽ ἔφε- | *que fuerunt oculus: vitá-* |
| incoluerunt, ſcilicet Agrigen-" | πε μόρσιμος, πλοῦτόν τε | *que inſequebatur fœlix,* |
| tum, ſacro Mineruæ templo " | καὶ χάριν ἄγων | *diuitias & gratiam affe-* |
| decoratum: atque ita virtuti-" | γνησίαις ἐπ᾽ ἀρεταῖς. | *rens natiuis virtutibus.* |
| bus natiuis excelluerunt: quæ," | ἀλλ᾽ ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας, | *Verùm ô Saturnie, fili* |
| comite fœlici fato, diuitias & | ἕδος Ὀλύμπου νέμων, | *Rheæ, ſedem Olympi gu-* |
| gratiam ſortitæ ſunt, vt in Si- | ἀέθλων τε κορυφὰν, | *bernans, & certaminum* |
| cilia omnium nobiliſſimi, & | | |
| illuſtriſſimi cenſerētur. Quo- | | |

πόρον τ᾽ Ἀλφεῦ,
ἰανθεὶς ἀοιδαῖς,
εὔφρων ἄρουραν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον,

*summitatem, meatumq́ Alphei, delectatus hymnis beneuolus aruum patrium adhuc ipsis cura,*

rum hæreditaria terra cùm per seriem nepotum ad Theronem vsque descenderit, oratum te velim Iupiter Saturni & Rheę fili, qui cœlum, qui olympicum certamẽ omnium præstantissimum, & meatum Alphei regis, vt hisce meis hymnis cum delectatione exaudi- tis, beneuolentiã tuã posteris, scilicet Theroni & Xenocrati testeris, conseruato ipsis natali & hæreditario solo: adeò vt nullis inimicorũ odijs, nullis vicinorum bellis inde expellãtur.

καμόντες οἱ πολλά. Ex eo quod progenitorum clarorum florem appellauit Theronem, Pindarus ansam arripit illorum historiam attingendi: quum ait labores ab ipsis exantlatos esse, quibus superatis sacram fluuij sedem tenuerunt. Sed quorum habet rationem? Illa diuersimodè narrantur. Quidam hoc ideo dictum intelligunt, Theronis auos multum animo laborasse, quia cùm antè Rhodij essent, belli ciuilis fugiendi causa, mutata sede Siciliam incoluerunt: ibíque contra barbaros gesto bello vrbem condiderunt. Sed quam vrbem? Aristarchus Acragantem putat, Acraganti fluuio homonymam. Sed Artemon Gelam sentit intelligendam, Gelæ fluuio homonymam, & Agrigentinos fuisse Geloorum colonos. Et hinc colligit, illud καμόντες πολλά, referendum non ad Agrigenti, sed ad Gelæ conditores. Illi enim hospitio excepti sunt à Rhæsto: hi verò ægrè & vix locum occuparunt. Etenim Antiphemus Rhodius, & Entimus Cretensis, qui coloniam miserant Gelam, primùm quidem non mediocriter in congregandis hominibus laborarunt, illos è Peloponneso, Rhodo, & Creta cogentes ad traiectũ: deinde in habitatione construenda, rursus confecto cum Sicanis bello. Sed Artemonem erroris arguit Menecrates. Antiphemum enim, eiúsq; socios de migrandis sedibus, & ponẽda colonia laborasse negat: imò ex facili omnia successisse asserit: & totum ad hanc historiam refert: scilicet, Theronis maiores à Cadmo fuisse oriundos, Cadmo fuisse filium Polydorum, Polydoro Aemonem: Aemonẽ hunc cùm in venatione ciuem quendam occidisset, cum socijs Athenas secessisse: postea relictis Athenis, Rhodum cum Argiuis incoluisse. Tandem Agrigentum venisse, & ad Theronem vsque viginti septem generationes fuisse numeratas. Quæ Menecratis sententia videtur præferenda. Omitto Hippostrati historiam, qui maiores Agrigentinorum Gellenos ait non adeò diuites fuisse: sed pro custodia vrbis stipendia merendo molestè & humiliter vixisse.

ἱερὸν ἔσχον οἴκημα. Sacrã sedem fluuij appellat Agrigentum περιφραστικῶς, quia vrbs illa prope fluuiũ nominis eiusdem condita, veneratissimum habebat Mineruæ templum: vel quia Agrigentum Proserpinæ pro sponsalibus donis à Ioue datum est. Quanquam sunt qui hoc referre velint ad Gelam Gelæ fluuio homonymam. Sed verisimilius est de Agrigento sacram sedem esse intelligendam. Sic Horat. Syluam Albuneam fluuio cognominem, vocauit domum Albuneæ, nisi vrbem ibi sitam, Tibur nimirum intelligas.

Σικελίας τ᾽ ἔσαν. Maiores Theronis *Oculum* Siciliæ vocat, totius regionis illustrissimos & nobilissimos: metaphora sumpta ab oculo, quæ corporis pars est præstantissima, & clarissima, sine quo vita est infœlix, nec morte multò me-

F

lior. Similis tranſlatio apud Cicer. de Nat. Deor.extat, *Hi duos oculos oræ maritimæ effoderunt*. Sic Iulianus vrbem Damaſcum τῆς ἑώας ἁπάσης ὀφθαλμὸν, *totius Orientalis regionis oculum* dixit. Apud Catullum *Peninſula, Inſularumq́; ocellus Sirmio* dicitur. Vide plura in Eraſmi adag.

αἰών τ᾽ ἔφεπε μόρσιμος Aduerſis rebus ſuccedit fœlicitas,& contrà: ſic poſt multos labores ἐπηκολούθησε βίος εὔμοιρος, *Vita fœlix eſt ſequuta*: ob virtutem & diuitias quas poſſederunt. Quæ duo coniungit ad perfectiorem fœlicitatem denotandam: quia vt teſtatur Callimachus hymno in Iouem

Οὐκ ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
Οὔτ᾽ ἀρετὴ ἀφένοιο.

Sumitur ἐφέπω hîc pro ἕπομαι: vt Pyth. Oda prima ταὶ φιλοκτητάο δίκαν ἐφέπων.

γνησίαις hoc eſt ἰδίαις: vt virtutes intelligantur innatæ, genuinæ, non fictæ. Etenim οὐκ ἔστι διδακτὸν ἀρετὴ, οὔτ᾽ ἐπεισακτόν τι. Vel pro ἐκ τοῦ γένους συγγεγενημέναις. Sæpe enim fortes creantur fortibus & bonis.

ἀλλ᾽ ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας. Apoſtrophe ad Iouem cum ſupplicatione,eáque non inidonea. Nam dandæ & conſeruandæ fœlicitatis penes Iouem eſt facultas: nam valet ima ſummis mutare,& inſignem attenuat Deus, obſcura promens.

Ὅν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε.

Sic ſenſerunt Ethnici pietatis ſtudioſi. Hîc nota periphraſin Iouis,qui Saturnius & Rheæ filius vocatur, de cuius parentibus vide Theogoniam Heſiodi. Attributa ſunt hæc, quòd Olympum, quòd certamen præſtantiſſimum,quòd Alphei meatum regat.Nam fama erat(teſteLactantio de falſa religione)Iouẽ in Olympo monte plerunque verſari: cúmque gratum eſſet Olympicum certamen,ei præeſſe,& Alphei ſibi ſacri curam gerere.κορυφὰν ἀέθλων,intellige κορυφαῖον hoc eſt ἐξοχώτατον ἄεθλον.

ἰανθείς. Metaphora ſumpta à plantis & herbis, quæ quum imbribus & rore perfunduntur, deinde Sole calefiunt, geſtire & exhilarari videntur.

πατρίαν.Etſi Thero,poſteríque ſtirpem à Laio Thebano ducant: nihilominus ſiquidem mutatis ſedibus, poſteri ſolum aliud incoluerunt diutiſſimè, terram patriam meritò nuncupauit partem illam Siciliæ, cui præerat Thero,quam per longam generationum ſeriem poſſidebat.

παράφρασις.

Quod non ita pridem contingere potuiſſet, cùm inter ſe diſſiderent Theron & Hierõ: inter quos ſi quid iure vel iniuria factum eſt, quãuis non poſſit,ne tẽporis quidem longinquitate, fieri infectũ: obliuio tamen cum rebus ſecũdis cõiuncta,efficiet vt nulla odia inter ipſos viguiſſe videãtur. Nam quum aduerſę fortunæ fœlicitas, mœſtitiæ lætitia ſuccedit, malorum moleſtia ſuperata ſupprimitur.

ἐπῳ. κῶλ. η.

„ λοιπῷ γένει. τῶν δὲ πεπραγμένων
„ ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
„ ἀποίητον οὐδ᾽ ἂν
„ χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
„ δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι
γένοιτ᾽ ἄν.
ἐσθλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων
πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν.

μετάφρασις.

*poſtero generi. Actorum autem iure vel iniuria infectum ne tempus quidem omniũ parens poſſit reddere operũ finem. Sed obliuio forte cum proſpera eſſe poſſit: Bonis enim à gaudijs malum perit odioſum domitum.*

τῶν δὲ πεπραγμένων. Digreſſionis initium per gnomen conſolatoriam, qua ne fatalibus maiorum calamitatibus perturbetur, Theronem docet. In primis verò diſſenſionem attingit, quæ inter Theronem, Gelonem & Hieronem viguit: in qua ſi quid iure vel iniuria factum infectum fieri nequeat, id tamen temporis longinquitas, obliuio, meliórque fortuna ſupprimet. In ſcholijs narratur Polyzelum Theronis fuiſſe generum, qui cùm à fratre Hierone miſſus fuiſſet ad debellandos vicinos Siciliæ barbaros, bellum inconſulto fratre compoſuit, ideóque Hieroni ſuſpectus fuit. Et cùm Thraſydæus Theronis filius ſuaſiſſet Polyzelo vt Hieronem inuaderet, opémque promiſiſſet: Hieronem hoc cognito ſtatuiſſe Agrigentum capere, Theronémque & Thraſydæum. Ad quem etiam miſit Simonides conſilium dans, vt perturbaret potiùs quàm futuræ proditionis & proditorum delationem indicaret. Hic verò veritus, rebus Hieroni ceſſit, & poſtea tyrannidem ab ipſo recepit, odiúmque eſt ſolùtum: ita vt affinitatem vnà contraxerint, ab Hierone in vxorem accepta Theronis ſorore. Quo fit vt expoſcat Pindarus obliuioni anteacta tradi. Sed Didymus hiſtoriam tractat accuratiùs, teſtem proferens Timæum qui res Siculas digeſſit. Theron, *inquit*, rex Agrigentinorum contracta affinitate cum Gelone, filiam Demaretam, à qua & Demareteum numiſma, ipſi collocat. Sed cùm moribundus eſſet Gelo, Polyzelus exercitum, vxorémque fratris excepit mandato Gelonis: adeò vt in Polyzelum tranſlata fuerit affinitas quam Theron ipſe cum Gelone contraxerat. At cùm hic nobilis & illuſtris per Siciliam fieret, inuidia percitus frater Hieron, ſumptóque belli aduerſus Sibaritas prætextu, ipſum patria expellit: ſed Polyzelus bellum iſtud ex animi ſententia cōfecit. Quem ſucceſſum non ferens Hiero, neſcius quò ſe verteret, Polyzelum rerum nouarum accuſare conabatur. Ob quæ grauiſſimè indignatus Theron, nimirum filiam generúmque ita tractari, bellum contra Hieronem ſuſcepit prope Gelam, Sicilię fluuium: ſed noxa nulla accepta eſt, ſtatímque conſopitū eſt bellum. Tunc enim in ipſos incidit Simonides Lyricus, & regum inimicitias diſſoluit. Quæ cùm anteactis temporibus acciderint, à Ioue petit poëta, inquit Didymus, vt reliquum vitæ curriculum, pacem inter ſe fouentes decurrant.

οὐδ᾽ ἀποίητον ἄν. Hanc ſententiam his verbis effert Plato in Protag. οὐ γὰρ ἄν τό γε πραχθὲν ἀγένητον θείη. & Agatho.

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ Θεὸς στερίσκεται
Ἀγένητα ποιεῖν ὅσσ᾽ ἂν ᾖ πεπραγμένα. Eò reſpicit Flaccus 29. Od. l. 3. Carm.

*Cras vel atra*
*Nube polum pater occupato,*
*Vel ſole puro: non tamen irritum*
*Quodcunque retro eſt efficiet, neque*
*Diffinget, infectúmque reddet*
*Quod fugiens ſemel hora vexit.*

paſſim huiuſmodi ſententiam reperias.

οὐδ᾽ ἂν χρόνος. Ne tempus quidem, *inquit author*, quod factum eſt, infectum facere poteſt. Verùm dicere poſſumus, id non minùs à tempore, quàm ab obli-

uione fieri. Nam si χρόνος ἀναιρεῖ πάντα, καὶ λήθην ἄγει: id à tempore fit primariò, à quo inducitur obliuio.

ὁ πάντων πατὴρ. Tempus omnium parens rectè dicitur, quia etsi ipsum res non agit, cum ipso tamen omnia fiunt. Ideóque Menander

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται, καὶ κρίνεται. Et hic Senarius.
χρόνος μαλάσσει πάντα κἀξεργάζεται. Et Sophocles.
Ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος,
Φύει τ᾽ ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται.

Hinc frequens illud, *Omnia cum tempore.*

λάθα δὲ. Vox Dorica pro λήθη. Obliuioni facultatē & vim tribuit obliterādi res anteactas. Nam si, vt definit Plato, λήθη μνήμης ἐστὶν ἔξοδος, id meritò præstare dicitur, vt rerū anteactarum deleta memoria eas veluti infectas efficiat, in primis si calamitatem sequitur fœlicitas, qua quum homines fruuntur, se nihil aduersi anteà sensisse putant. Pindaro astipulatur Euripid.

Ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν ὡς εἶ σοφὴ,
Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία Θεός. Et Sophoc.
Ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ, καὶ βραχὺ
Χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστώτων κακῶν.

Etenim cùm infortunij recordatio, potiùs quàm infortuniū ipsum cruciet, sempérque malum reddat pręsens & continuum: obliuio verò contrarios effectus edat: ab omnibus afflictis expetitur, vt quę facta velut infecta reddat.

πότμῳ σὺν εὐδαίμονι. Duo sunt quibus corrigi mala possunt, primùm λήθη *obliuio*: deinde πότμος εὐδαίμων, *prospera fortuna*. Ratio additur in his ἐσθλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων. Etenim bonorum aduentu depellitur malorū dolor, & succedit lætitia & gaudium. Obiter dicā δίκα & δίκαν Dor. dictum pro comm. δίκη & δίκην. & θέμεν infin. esse Ion. & Dor. pro θεῖναι. & θνάσκει Dor. pro comm. θνήσκει. Hæc autem posterior sententia sic prosa posset efferri. λήθη δὲ τοῦ πεπραγμένου γένοιτ᾽ ἄν. ὑπὸ γὰρ τέρψεως ἀγαθῶν ἀναιρεθεῖσα βλάβη συγγνὴ θνήσκει, τοῦτ᾽ ἔστι, τῆς μνήμης ἐκπίπτει.

παράφρασις.

In primis quum diuina pronidētia mutata vice, fœlicitatē ad fastigium euexerit. Quæ mea sententia Cadmi filiabus conuenit: & quàm sit vera cōprobatur exēplo Inûs, & Semeles, quæ post graues calamitates, absorpto & obruto infortunio à bonis præstantioribus, omnis noxæ expertes sibi videntur fuisse. Quarū altera, nimirū Semele, longis capillis decora, quanquā fulmine fuit extincta, viuit inter cœlestes Deos, eámque Pallas amat semper, amat etiā valdè Iupiter Palladis pater: amat & Bacchus eius filius, qui sacram sibi hederam gestat.

στροφὴ β. κωλ. ιδ´.

ὅταν Θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλὸν
ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπαθον αἳ μεγάλα. πένθος
δὲ πίτνει βαρὺ
κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
Ζώει μὲν ἐν Ολυμπίοις,
ἀποθανοῖσα βρόμῳ
κεραυνοῦ τανυέθειρα Σεμέλα. φιλεῖ
δὲ μιν Παλλὰς αἰεὶ,
καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα· φιλεῖ
δὲ παῖς ὁ κισσοφόρος.

μετάφρασις.

*Quādo diuina sors miserit sursum opes altas. Cōgruit autem hic sermo in bona sede locatis Cadmi filiabus, passæ sunt quæ grauia. Sed luctus opprimitur grauis potioribus à bonis. Viuit quidem inter cœlestes mortua fragore fulminis passis crinibus Semele: quam etiam semper amat Pallas, & Iupiter pater valdè: amat etiam filius hederiger.*

ὅταν Θεῦ μοῖρα. Initium ſtrophes cum fine præcedentis epodi ſcohæret. poſtea proponuntur exempla fatalium malorum, quæ melior fortuna tandem ſuſtulit. Verba hæc poëtæ ſic declares, ὅταν ὁ Θεὸς κτ' τὴν πρόνοιαν εὐδαιμονίαν εἰς ὕψος ἄγῃ.

ἀνέκας. Oritur in hac voce difficultas ob variam interpretationem. Poſtrema interpretatio habet, *tandem*. Leonicerus exponit *procul*, ſed illud propriè eſt ἀνέκαθεν: nec ſatis exprimere ſenſum videtur. Lexicon Pindaricum habet hoc commodè ſignificare poſſe οὐρανόθεν, καὶ ἄνωθεν: quia ſupernè de cœlo bona mittit Deus in terras. Præterea docet τὸ ἀνέκας idem valere interdum ac ἀνέκαθεν: quòd μεταφορικῶς aliquando vſurpetur pro παρὰ προσδοκίαν *præter expectationem*, vel παρ' ἐλπίδα, ſeu πόῤῥω τῆς ἐλπίδος, *præter ſpem*, ſeu *procul à ſpe*: ſed nullo exemplo probat. Scholiaſtes ſimplicius exponit εἰς ὕψος. Triclinius εἰς παράτασιν χρόνου μακρὰν, *in longam temporis productionem*: quibus facilè aſſentior. Nam putem ἀνέκας *ſurſum* ſignificare, ἐμφατικῶς, vt maximas opes innuat: videtúrque vocis non inutilis pleonaſmus: vel longitudinem temporis declarare. Nam breuis fœlicitas nequeat præteritorum malorum recordationem tollere, imò confirmet potiùs: ſiquidem citò recurrens infortunium, anteacta recolligit. Sed longa fœlicitas & maxima, exhauſta antè mala commodè delet. Iudicet lector. Videtur compoſita vox ex ἀνὰ ſignificante ἄνω. & ἑκὰς *procul*.

ὄλβον ὑψηλόν. Altas opes, ab effectu dicit, vt prima oda. μεγάνορα πλοῦτον. vel ſine tropo, *altas*, hoc eſt *magnas*, ſeu *ſummas*; quod ego malim. Vox ὄλβος tum πλοῦτον, tum εὐδαιμονίαν ſignificat. Hîc vtrumuis intelligas, manebit ſenſus. Nam fœlicitatis maxima pars conſiſtit in opibus. Imputat hîc Deo bonorum largitionem quia δωτὴρ ἑάων eſt creditus Iupiter.

ἕπεται δ' ὁ λόγος. Hoc eſt ἀκολουθεῖ ſeu ἁρμόζει οὗτος ὁ λόγος θυγατράσι τοῦ Κάδμου, ταῖς νῦν ἐνδόξῳ τάξει ἱδρυμέναις, αἵτινες ἔπαθον συμφορὰς μεγάλας. Non video autem cur ἕπεται ab Aretio ſumatur pro ἀμφέπεται *complectitur*. Non enim alia exempla priùs allata ſunt, vt vocabulum *complecti* intelligatur. Sed illarum Cadmi filiarum proponitur exemplum, ad ſententiæ propoſitæ probationem. Ideóque exponas, *congruit*, *competit*, *conuenit*, *pertinet*. Eſt itaque προσαπόδοσις qua præcedens ſententia Cadmi filiabus applicatur: quarum exemplum citiùs in mentem venit, & potiùs quàm aliud proponit, eo quòd author eſt generis Cadmus, à quo Theronis maiores ortum duxerunt.

εὐθρόνοις. Sic ab Homero ἐΰθρονος ἠὼς *aurora bona* ſeu *pulchra in ſede collocata*, dicitur. Leonicerus exponit, *generoſas*: ſed mihi videtur non reſpondere menti authoris, qui non generis rationem nunc habet, ſed honoris, quo potitæ ſunt Ino & Semele vita functæ. Nam inter Deos relatæ perhibentur: ac proinde in præclara ſede collocatæ. Minùs probo Aretij cōiecturā, qui legere vellet εὐφρόνοις h.e. *prudentes*. Nā quomodo prudentes eas appelles, quæ Bacchæ fuerunt? deinde typographi errorem eſſe puto, nam dicendum eſſet εὔφροσι in dat. plur.

Κάδμοιο κούραις. pro comm. genit. Κάδμου. eas recenſet Heſiodus,

Κάδμῳ δ' Ἁρμονίη θυγάτηρ χρυσῆς ἀφροδίτης,
Ἰνὼ καὶ Σεμέλην, καὶ Ἀγαυὴν καλλιπάρῃον,

Αὐτονόῳ τε. Sed hic de Inone & Semele tantùm fit mentio : de quibus atque alijs duabus earum ſororibus vide Eurip.in Bacchis,& Theocr.Idyll.27.

πένθος δ' πιτνεῖ. Hoc eſt. πένθος μέγα ὑπὸ μείζονων καὶ ἐπικρατεστέρων ἀγαθῶν καταπίπτει καὶ ἀφανίζεται. Vox πιτνεῖ poët.eſt pro πίπτει cõm. à πιτνέω. Sic formatur à priſco πέτω, verſo ε in ι, fit πίτω, inſerto ν, grauitonũ πίτνω. Hinc Atticè verbũ circunflexum πιτνέω: ſic πιτνεῖ χαμαὶ, *humi cadit*, legitur od. 8. Pyth. Plura vide exempla in lexicis. Obiter notãda γνώμη. Nam vt effuſa magna lux tenebras vel Cimmerias diſpellit : ſic magna proſperitas aduerſæ fortunæ ſuccedens, malorum præteritorum delet veſtigia: præterea, vt Quem res plus nimio delectauêre ſecundæ, Mutatæ quatient : ſic tanto maiorem delectationem percipiet ex proſperis rebus, qui poſt acerbas calamitates illis potietur.

ζώει μὲν. Hoc eſt. ζῇ Σεμέλη ἐν τοῖς Θεοῖς τὸν Ολυμπον οἰκοῦσι. Fabulam vide apud Natal.Com. ζώω. verbum poët.& Ion.pro ζάω. ἀποθανοῖσα Dor.pro ἀποθανοῦσα. & βρόμῳ κεραυνοῦ pro κεραυνῷ. ſeu πυρὶ κεραυνίῳ. τανυέθειρα. vocatur quia paſſis ac longioribus crinibus quàm cæteræ Deæ pingebatur: & vocabulum componitur ex τανύω, *extendo*, & ἔθειρα *coma*. Σεμέλα Dor.pro comm. Σεμέλη.

φιλεῖ δέ μιν Παλλάς. Vel ſimpliciter amat, vt inter Deas verſantem : vel quia tutelaris & indigena erat Dea. Nam Mineruæ ſimulachrum ei pater Cadmus poſuit in Oncis Bœotiæ vico. Amat eandẽ magnopere Iupiter pater Mineruę, vt cuius concubitu ſit potitus. Amat Bacchus Deus, vt qui ſit eius filius.

παῖς. Quia puer, non ſolùm vox eſt ambigua, ſed etiam ætatem adoleſcentia priorem denotat: exiſtimaui exponendum *filius*, quæ vox omni ætati conuenit: quam interpretationem habet etiam Leonicerus. Horatius tamen dicit *Semeles puer*. Od.19.l.1.

κισσοφόρος. Periphraſis Bacchi *puer hederiger*, ſeu *hedera coronatus*. & ſic appellatur, vel quia pro ſceptro thyrſum ex hedera geſtabat: vel quia ad ebrietatem depellendam, arbor hæc cùm natura ſit frigida, fronti & capiti admouebatur. Sacra fuit ipſi hedera : quia Ciſſus Bacchi comes, inter ſaltandum incommodiùs cum Satyris, perijt : ac iuſſu Bacchi fuit in arborem mutatus, quam Græci κισσὸν appellarunt. Vel quia paruus Dionyſus in illa arbore eſt occultatus: vel quia racemos vuarum imitatur. Vel quia ſemper eſt viridis, & iuuenis, qualis ipſe Deus fingebatur.

παράφρασις.

Alteri nimirum Inoni, in Nereidum choro, vt aiunt, vitam immortalem viuere conceſſum eſt. Quæ poſtquam cum Melicerta aufugiſſet, cúmque eo ſe in mare præcipitẽ dediſſet, Neptuno Veneris precibus exorato, in Leucotheam marinã

ἀντιστροφὴ κώ. ιδ'.

λέγοντι δ' ἐν καὶ θαλάσσᾳ,
μετὰ κόραισι Νηρῆος
ἁλίαις, βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι, τὸν ὅ-
„ λον ἀμφὶ χρόνον. ἤτοι
„ βροτῶν γε κέκριται
„ πεῖρας οὔ τι θανάτου,
„ οὐδ' ἁσύχιμον ἁμέραν

μετάφρασις.

*Aiunt autem & in mari cum filiabus Nerei marinis, vitam immortalem Inoni conſtitutam eße,*
\\ *omne per tempus. Sanè mortalium cognoſcitur terminus nullus mortis: neque tranquillum diem*

ὁπότε παῖδ' ἀλίου
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ
τελευτάσομεν.
» ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι
» εὐθυμιᾶν τε μέτα, καὶ
» πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

*quando filium solis stabili cum bono finiemus. *Nam fluxus aliàs alij cum voluptatibus & laboribus homines inuadunt.*

Deam est cõuersa. Hinc humanę vitæ vanitatẽ collige, & variabilis fortunæ instabilitatem. Ac sanè vt neque mortis nostrę tempus compertum habemus: sic neque nouimus an per totum vitæ curriculum, non interrupto bono fruentes, ad tranquillum vsque diẽ, mortem nimirũ, exigemus. Siquidem aliàs aliæ mutationes rerum contingunt, vt modò bonorum voluptate fruantur, modò malorum molestia crucientur homines.

λέγοντι δ'. Doric. pro comm. λέγουσι. & θαλάσσᾳ Dor. pro comm. θαλάσσῃ dati. Item Νηρῆος, ectasi Ionica pro comm. Νηρέος. Hîc secundum habes exemplum ex familia Cadmi desumptum: nimirum de Inone, cuius fabulam vide lib. 4. Metamor. & Odyss. 5. Sententiam hanc prosa sic effer. λέγουσι δὲ κεκυρῶσθαι τῇ Ἰνοῖ κατὰ πάντα τὸν χρόνον, διατριβὴν ἄφθαρτον ἐν τῇ θαλάσσῃ, σὺν ταῖς τοῦ Νηρέος θυγατράσι θαλασσίαις.

ἤτοι. Postquam consolando Theronem docuit verbis & exemplis, succedentem rebus aduersis prosperitatem, præterita mala delere: hinc occasionem arripit exclamandi in humanæ vitæ vanitatem, & fortunæ variabilis instabilitatem. Et monet ignotam esse mortis horam, incertúmque an vnum eundémque diem sine aliqua noxa finiemus: quandoquidem aliàs aliæ fiunt fortunæ mutationes.

κέκειται. Scholiastes per compositum διακέκειται exponit. h. e. *diiudicatur, cognoscitur*. Triclinius per πεφανέρωται h. e. *declaratur*. Idque ab vtroque rectè: sed malè vt habent vulgati codices, *præscriptus est*. Nam reuera cuique moriendi tempus præscriptum est & præfinitum: sed nemini declaratum: ita vt nemo sciat quis sit futurus vitæ suæ terminus. Præterea exegesis est petenda ex sequenti sententia, vbi si repetas ἀπὸ κοινοῦ, vt necesse est, κέκειται, interpretari debes, *iudicatur*, vel, *cognoscitur*. Mens authoris est, moriendum esse omnibus, sed nemini notum quando. In quam sententiam Eurip.

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλεται.
Κοὐκ ἔστι θνητῶν ὅστις ἐξεπίσταται
Τὴν αὔριον μέλλουσαν εἰ βιώσεται.
*Debetur orco nemo non mortalium.*
*Nec nouit vllus crastinum an viuet diem.*

& Hesiodus

Κρύψαντες κατέχουσι Θεοὶ βίον ἀνθρώποισι.
*Occultum diui retinent mortalibus æuum.*

πεῖρας Poët. inserto ι. pro πέρας. Deinde ἁσύχιμον ἁμέραν Dor. pro comm. ἡσύχιμον ἡμέραν. Item ἀλίου Dor. pro comm. ἡλίου. vt priori Oda. τελευτάσομεν. Dor. etiam pro τελευτήσομεν.

οὐδ' ἁσύχιμον ἡμέραν. Repete ἀπὸ κοινοῦ præcedens κέκειται. vt docui superiori annotatione. Ideóque sustuli ex vulgata interpretatione vocabulum, *scimus*.

Diceres autẽ ſoluta oratione, οὐδὲ κέκριται ὁπότε ἀνύσομεν τὰν ἡσυχίας ἡμέραν σὺν ἀγαθῷ ἀβλαβεῖ. Diem tranquillum appellari putant Schol.& Triclin. τὸν θάνατον, quia in morte quieſcimus. Poſſes etiam intelligere hoc pacto verba hæc. *Neque compertum eſt nobis an vnum eundémque diem exacturi ſimus cum tranquillitate illæſo bono noſtro*: ſiquidem Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

παῖδ' ἀλίου. Periphraſis eſt diei: qui filius eſt Solis: quia cùm per ſe caliginoſus ſit aër, ſol aduentu ſuo noſtrum horizontem illuſtrat, & lucem diémque nobis affert & generat.

ῥοαὶ δέ. Hoc eſt ῥεύματα ſeu μεταβολαὶ τῆς τύχης ἄλλοτε ἄλλαι εἰς ἀνθρώποις ἔρχονται μετὰ τέρψεων καὶ λυπῶν. Pulchrè ſonat ῥοαὶ: qua voce declarantur fluxus perpetui fortunæ tranſeuntis, quæ nunc tibi, nunc alij eſt benigna. Similis γνώμη eſt Iſthm. 3. αἰὼν δὲ κυλινδομέναις, &c. Item Ol. 7. & 12. Hoc ſignificat figmentũ illud doliorum quæ ſunt apud Iouem, de quibus Iliad. vltimo. Et ſcitè Plautus in Amphit.

*In hominum ætate multa eueniunt huiuſmodi,*
*Capiunt voluptates, mox rurſus miſerias.*

εὐθυμιᾶν. Doricus genit. plur. pro εὐθυμιῶν. ab εὐθυμία quæ Democrito eſt animi tranquillitas, ſeu animus terrore liber.

ἄνδρας. Notat Aretius Pindarum à muliebri ſexu tranſire ad virilem, in quo oſtendat etiam graues calamitates reperiri. Puto tamen ſimplicius ſumendum pro ἀνθρώποις.

ἔβαν poët. pro ἔβησαν. Aor. 2, ἔβην verbi βαίνω.

παράφρασις.

Eam viciſſitudinem, in recta tui generis linea inuenies. Nam fatum quod lætam ſortem tuis atauis, cum opulentia diuinitus immiſſa, impertiuit, alio tempore fortunam planè contrariam cum damno excitauit. Idque ex quo Oedipus fatalis Laij filius, patrem incognitum in via obuium interfecit, & reſponſum in Pythone, de ſuſcipienda prole patri datum compleuit, & ad exitum perduxit.

ἐπῳδ. κῶλ. η.

οὕτω δὲ μοῖρ', ἅ τε πατρώϊον
τῶνδ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον
θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ,
ἐπί τι καὶ πῆμ' ἄγει
παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ,
ἐξ οὗπερ ἔκτεινε Λάϊον μόριμος
υἱὸς
συναντόμενος. ἐν δὲ Πυ-
θῶνι χρησθὲν παλαίφατον τέ-
λεσσεν.

μετάφρασις.

*Sic & fatum, quod paternam hanc habet iucundam ſortem cum diuitijs à Deo profectis, aliquam etiam cladem adducit in contrarium verſam alio tẽpore. Ex quo interfecit Laium fatalis filius occurrens, & in Pythone editum oraculũ vetus perfecit,*

οὕτω δὲ μοῖρα. Tertium Oedipi exemplum adducit, ex eadem conſanguinitate deſumptum. Nam Laius Oedipodis pater à Phœnice originem duxit, Phœnix fuit Cadmi frater, vterque filius Agenoris. Exemplum datur familiare & domeſticum, quia magis afficit animum. μοῖρα verte *fatum*, vel, *diuina prouidentia*; cuius miniſtra dicitur τύχη, *fortuna*, ſeu *caſus*. Et certè, cùm poëta re-

rum

rum regimen non casui, sed Deo semper antehac tribuerit, facilè sentio hanc etiam ipsius hoc loco esse mentem.

ἅ τε πατρώϊον. Ad genus Theronis, ad Oedipum præcipuè, eiúsque filios, proximè sequenti stropha refert hæc dicta. Nam maiores Oedipi diuites ac fœlices fuêre, sed à Laio quem filius Oedipus interfecit, calamitas initium duxit. Dilucidè prosa sic efferas poëtæ verba. Οὕτως ἡ μοῖρα ἥτις συνέχει ταύτην εὐδαιμονίαν πατρῴαν, τὴν εὐφραντικὴν, σὺν ὄλβῳ θεοπέμπτῳ, κατά τινα χρόνον, τινὰ βλάβην ἐπάγει ἐς τὸ ἐναντίον τετραμμένην.

τόνδε. Alij legunt in plur. genit. τῶνδε pro τούτων. Hoc est, *harum rerum*: sed puto commodiùs in accus. sing. legi τόνδε: vt iungatur cum πότμον. Nam cùm priùs exempla consanguineorum attulisset, & alia à proprijs majoribus depromere vellet, rectè dixit, *fatum quod regit hanc paternam, seu auitam fortunam*: referendo non solùm ad Laium, cuius, & Cadmi genus refertur ad Agenorem.

θεόρτῳ. Scholiastes, & post eum Aretius, exponit, ὑπὸ θεοῦ ὀρθουμένῳ *qui à Deo regitur*: ac si θεόρτος fieret à Θεὸς & ὀρθόω. Sed fit à Θεὸς, & ὀρτὸς. Istud inusit. ab ὄρω, seu ὄρνυμι. vt sit ὃν ὁ Θεὸς ὀρίνει καὶ δίδωσι. sicut exponit & Scholiastes.

παλιντράπελον. Hoc est ἀντεστραμμένον, ἐναντίον. Nam πάλιν sign. *in contrarium* & τράπελος. à τρέπω *verto*: quasi *in contrarium versus*: vnde Triclin. interpretatur εἰς τοὐναντίον τετραμμένος.

ἐξ οὗ περ. Facti illatio. Et περιφραστικῶς Oedipum non nominans, notat per μόριμος υἱός. Vide hanc historiam fusè in Oedipode tyranno: & summam in Lexicis vulgatis scriptam inuenies.

ἐν δὲ Πυθῶνι. Hoc est, τὸ πάλαι χρησμῳδοτηθὲν ἐν Πυθῶνι παρ' Ἀπόλλωνος, ἐπὶ πέρας ἤγαγε, πατροκτονήσας Λάϊον Οἰδίπους. Vox τέλεσσεν. dicitur gemin. σ. & negl. augm. pro ἐτέλεσεν. Oraculum quò respicit, à Scholiaste sic refertur. Μὴ σπεῖρε παίδων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ. *Noli serere liberorum sulcum inuitis Dijs.* Adscribam & illud quod refert Leonicerus.

Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς.
Δώσω τοι φίλον υἱόν. ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστὶ,
Σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὡς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς Κρονίδης, πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας.
Οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν. ὁ δ' ηὔξατο σοὶ τάδε πάντα.

Sic versum versu reddo.

*Laie Labdacida, prolem petis ipse beatam.*
*Filius en dabitur tibi, quem te lumine vitæ*
*Fata iubent priuare: dedit Saturnius atris*
*Hoc precibus Pelopis: natum quia dempseris illi.*
*Hinc peperit tibi tanta suis incommoda votis.*

| παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ιδ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quod scelus acribus ocu- | ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐριννὺς | *Sed intuita acre E-* |

lis intuita Erinnys, Eteoclem & Polynicem parricidæ Oedipi filios, de regno alternatim tenendo diſſidentes, & litem ſingulari certamine dirimere intendentes, bellicoſos viros cæde mutua peremit. Occiſo autem Polynici ſuperſtes fuit Therſander, ex Argia Adraſti filia natus, qui in iuuenum tutis certaminibus, & periculoſis belli conflictibus honorẽ eſt conſequutus. Et Adraſti aui materni familiæ fuit vindex, quando cum Diomede facta in Thebanos expeditione, vterque parentibus illatam iniuriam vltus eſt. Ex cuius ſtirpe originem ducentem. Theronem Aeneſidemi filium, decet conuenítque à me poëta carmen encomiaſticum, ac lyræ accommodandum obtinere.

πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλο-
φονίᾳ γένος ἀρήϊον.
λείφθη δ' Θέρσανδρος ἐ-
ριπόντι Πολυνείκει,
νέοις ἐν ἀέθλοις,
ἐν μάχαις τε πολέμου
τιμώμενος. Ἀδραστειδᾶν
θάλος ἀρωγὸν δόμοις,
ὅθεν σπέρματος ἔχον-
τα ῥίζαν, πρέπει
τὸν Αἰνησιδάμου
ἐγκωμίων τε μελέων
λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

*rinnys interfecit ipſi per mutuam cædem, prolem Martiam: relictúſque eſt Therſander interfecto Polynici, iuuenilibus in certaminibus, & in pugnis belli honoratus, Adraſtidum germen auxiliare domui: à quo ſeminis habentem radicem, decet filium Aeneſidami encomiaſtica carmina lyráſque conſequi.*

ἴδοισα δ' ὀξεῖ' Ἐριννύς. Dicit ἴδοισα. Dor. pro comm. ἰδοῦσα. Sume ὀξεῖα pro aduerb. ὀξέως, non pro epitheto, quanquam id tolerabile eſſet. Sic Heſiodus ὀξέα καὶ λιγέως ἰάχεσκεν: Idémque ὀξεῖα χέρμῳ. Fit ab ὀξύς. Græcis Ἐριννὺς dicitur quæ *furia* Lat. ab ἔρις. & νοῦς. Hîc autem trium illarum furiarum vnam intellige Tiſiphonẽ, quæ cædem per iram, vel odium, vel aliter patratam vlciſci credebatur.

πέφνεν ἑοῖ σὺν. Hoc eſt. ἀνεῖλεν αὐτῷ δι' ἀλληλοφονίας γενναίους καὶ πολεμικοὺς υἱούς. Dicitur πέφνεν negl. augm. pro ἔπεφνεν. Imperf. verbi poët. πέφνω pro comm. κτείνω, φονεύω, Deinde ἑοῖ poët. pro οἱ, hoc eſt, αὐτῷ. Eſt & Dor. ἀλλαλοφονία pro comm. ἀλληλοφονία. Sume ἀρήϊον poët. & Ion. pro ἄρειον ab ἄρης. *Mars*. Vide Statij Thebaidem, de conflictu Eteoclis, & Polynicis.

λείφθη δ' Θέρσανδρος. Therſandet fuit Polynicis filius ex Argia, teſte Statio, qui vnà cum cæteris Græcorum principibus ad Troiam nauigauit, & in equo ligneo delituit. Vnde 2. Aen.

*Læti ſe robore promunt,*
*Therſandrus, Sthenelusque duces.*

Hic in Myſia cæſus à Telepho interijt.

ἐριπόντι. Poët. pro πεσόντι. Part. Aor. 2. ἤριπον verbi ἐρείπω. poët. pro πίπτω. quaſi εἰς ἔραν πίπτω.

νέοις ἀέθλοισιν. Encomium à ſtrenuitate, tum in certaminibus, quibus iuuenes exercebantur citra periculum vt ea eſſent tanquam belli præludia, ad vires roborandas, & dexteritatem pariendam: tum in prælijs bellicis, quorum duo ſuppetunt exempla. Vt quum Therſander & Diomedes Thebas exercitu oppreſſerunt in cæſorum parentum vltionem. Et quum Therſander ex Thebis quinquaginta naues duxit ad Troiam, vt teſtatur Dictys: vbi eum ſe fortem præbuiſſe, hoc ſolum arguit, quòd ſelecti fuerant duces præſtantiſ-

fimi,ad ligneum equum ingrediendum.

ἐν μάχαις πολέμου. Sic loquitur ad differentiam pugnarum illarum quæ in certaminibus & ludis exercentur. μάχη eſt Lat. *conflictus*, ſeu *prælium*. Et πόλεμος tempus durantis expeditionis, vt Lat. *bellum*.

Αδραστίδαν. Rectè matronymicum vocabulum hoc appellaueris. Nam Argia mater Therſandri, fuit Adraſti filia. Doricum eſt Αδραστίδαν pro Αδραστίδων. Qui genitiuus non eſt circunflectendus, quia fit à fœminino Αδραστὶς: ad differentiam genitiui nominis maſculini Αδραστίδης. Non malè iudicaueris, ſi dicas genit. plur. pro ſingulari Αδραστίδος poni, vt ſic reddatur ſenſus, *Germen Adraſteidis*, hoc eſt, *Argiæ Adraſti filiæ*. Sic Scholia.

θάλος ἀρωγόν. Quia Therſandet & Diomedes vlti ſunt parentum iniurias à Thebanis illatas. Nam cùm Tydeus & Adraſtus, ille Diomedis pater, hic Therſandri maternus auus, Polynici aduerſus fratrem opem ferrent, Tydeus à Melanippo quodam Thebano cæſus eſt, & Adraſtus magno cum detrimento in regnum redijt.

ὅθεν σπέρματος. Nimirum Theronis majores, qui genus à Laio ducunt; ſi legas ἔχοντι Dor. pro comm. ἔχουσι. Sed arridet mihi Schmidij lectio, qui ſcribit ἔχοντα & refert ad τὸν Αἰνησιδάμου. Nam ſic clarior eſt ſenſus. Metaphor. dicit ῥίζαν. Habes enumerationem majorum Theronis in ſuperioribus.

πρέπει τὸν Αἰνησιδάμου. Epanodos ad Theronis commendationem: quem periphraſticè deſignat per Aeneſidami filium. Comm. dices Αἰνησίδημος ſed Dor. Αἰνησίδαμος. λυρᾶν. genit. Dor. pro λυρῶν. & τυγχανέμεν pro τυγχάνειν.

ἐγκωμίων. Poëticum & Pindaricum vocabulum ἐγκώμιος pro comm. ἐγκωμιαστικός. q. d. vt rectè exponit Aemilius Portus, τυγχάνειν μελέων καὶ ἡδέων ἐπέων, ἅπερ ταῖς λύραις ᾄδεται πρὸς τὸ ἐγκωμιάζειν τὸν ἐγκωμίων ἄξιον.

λυρᾶν τε. Quia nunc lyram dicit, quam antè φόρμιγγα vocauit initio, in ἀναξιφόρμιγγες, quæritur an idem ſint lyra, & cithara. Reſpondeo neceſſariò idem eſſe Muſicum organum apud Pindarum, quod nunc lyram, nunc φόρμιγγα, vt Δωρίαν φόρμιγγα ſuperiore Oda, vocat. Ipſe etiam interpres vbique ferè lyram per citharã exponit. Id etiã videtur arguere Horatius quum hunc locũ imitatur.

*Quem virum, aut heroa lyra.* &c.

Id ipſum arguit hæc phraſis quæ extat apud Athenæum. lib. 14. Dipnoſoph. Vbi de Clinia agens dicit ἐκιθάριζε τῇ λύρᾳ. Item Ariſtoph. verba in Nebulis.

Πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντ' ἐγὼ κέλευσα,
Ἆισαι Σιμωνίδου μέλος τὸν κριὸν ὡς ἐπέχθη,
Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶναι ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν.

Quo loco, & Athenæi, ſi lyra & cithara diuerſa eſſent, λυρίζειν erat dicendum, non κιθαρίζειν. Verùm Anaxilas λυροποιὸς Dipn. Athen. l. 14. videtur lyram à cithara diſtinguere, hiſce verſibus.

Ἐγὼ δὲ βαρβίτοις, τειχόρδοις, πηκτίδας,
Κιθάρας, λύρας, σκινδαψοὺς ἐξηρτυόμαν.

At hoc nihil obſtat quo minus hoc firmum maneat, hæc duo idem eſſe apud Pindarum, ſiquidem ea confundere ſolet, nullúmque diſcrimen notãt ſcholia.

Quicquid id eſt, ſi non idem fuêre lyra, & cithara, ſaltem admodum vicina extitêre, ſiquidem λυρικὸς, λυρῳδὸς & κιθαριστὴς idem ſunt.

παράφρασις.

Nam in Olympia victoriã quadrigis eſt adeptus, & præmium inde reportauit. Præterea in Pythijs & Iſthmijs, cõmuni ſtudio educati equi ab ipſo eiuſdémque hæreditatis conſorti fratre, communem etiam vtrique, victoriæ quadrijugo curru, duodecies ad metam circumacto partæ, gloriam cõpararunt. Res autem eſt iucunda, & ad diſpellendam moleſtarum curarum nubẽ valida, ſuſcepti certaminis ſucceſſus. Nec parum accedit opis ex opibus, viris virtute præditis: quarum ſubſidio eorum generoſus animus ad res præclaras capeſſendas excitatur magis, vnde occaſionem & opportunitatem variarum rerum oblatam amplectitur (Cuius luculentum præbes exemplum, quum tu ad virtutem natus, & opibus inſtructus, equos aluiſti, Olympia decertaſti, quæ ſequuta eſt victoria, comitata corona, perennis honor additus.) Sic comite virtute opulentia dat res præclaras indagare.

ἀντισρ. κω. ιδʹ.

Ολυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
γέρας ἔδεκτο. Πυθῶνι
δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελ-
φεὸν,
Ισθμοῖ τε, κοιναὶ χάρι-
τες ἄνθεα τεθρίππων
δυωδεκαδρόμων
ἄγαγον. τὸ δὲ τυχεῖν
πειρώμενον ἀγωνίας,
παραλύει δυσφρόνων.
» ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
» δεδαιδαλμένος
» φέρει τῶν τε καὶ τῶν
» καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
» μέριμναν, ἀγροτέραν.

μετάφρασις.

Nam apud Olympiam ipſe præmium accepit. Apud Pythonem autem eiuſdem ſortis partic pẽ ad fratrem: & apud Iſthmum communes gratiæ flores quadrigarum duodecim curſus cõficientiũ attulerũt. Experiẽtẽ autẽ certamen potiri, liberat à triſtibus curis. Diuitiæ etiã virtutibus ornatæ aſſerunt horum atque illorũ opportunitatem, profundam ſuſtinentes ſolicitudinem, indagatricem.

Ολυμπίᾳ γὰρ αὐτός. Ratio quare Theronem laudari conueniat: tum quia propriam in Olympijs, tũ quia cum fratre communes in Pythijs & Iſthmijs victorias obtinuit. Hoc eſt quod proſa diceres, αὐτὸς μὲν γὰρ Ολυμπιονίκης γενόμενος ἆθλον ἤρατο. Vel. κατὰ τὴν Ολυμπίαν βραβεῖον ἐδέξατο.

Πυθῶνι δέ. &c. Sic proſa loquaris. Εν τῇ Πυθῶνι δὲ, καὶ τῷ Ισθμῷ, κοινῶν ἵππων χάριτες, ἐς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τὸν ὁμόκληρον, ἐξαίρετα βραβείων ἄνθη ἤγαγον. Notanda ellipſis præpoſitionis ἐν. ὁμόκλαρος. Dor. pro comm. ὁμόκληρος: ex ὁμοῦ ſimul. & κλῆρος ſors, hæreditas. ἀδελφεὸν poët. pro ἀδελφόν.

ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν. Vel quia Theron & Xenocrates, ex eadem familia fuêre, vel quia eodem præmio donati, vel quòd communes equos ad ea certamina miſerint. Vel quòd communi ſorte ſoleant fratres adire hæreditatem. ἔδεκτο pro ἐδέδεκτο.

ἄνθεα. Metaphorica vox, qua brabea, vel victoriam ſignificat.

δυωδεκαδρόμων. Compoſitum vocabulum ex δυώδεκα duodecim, & δρόμος curſus. Nam quadrigæ duodecies ſe ad metam circumagebant, vnde, ſequenti Oda, metam vocat δωδεκάγναμπτον, quòd toties ad eã currus flecteretur. & δρόμος dictus etiam e δωδεκάκυκλος. Auſonius tamen Epitaphio 35. curſum definit ſeptenario.

*Proſphore clamoſi ſpatioſa per æquora Circi,*
*Septenas ſolitus victor adire vias.*

Et Seneca Epiſt. 30. quum narrat ſe frequenter inuiſiſſe hominem ſibi charum & decrepitum, vt ſciret, nunquid cum corporis viribus minueretur etiam animi vigor: qui ſic creſcebat illi, quomodo manifeſtior notari ſolet agitatorum lætitia quum ſeptimo ſpatio palmæ appropinquant. Lætitia agitatorum videtur hîc eorum eſſe, qui in certamine Olympiaco agitant quadrigas omnium proximè ad metam.

τὸ δὲ τυχεῖν. A fructu, & victoriæ bono cōſequenti laudat Theronem. Dicitur autem ei qui certamen expertus vincit, triſtes abigi curas, ſiue eas ſuſcepit ſtudio vincendi, cùm dubitet de ſucceſſu: ſiue eas aliunde ortas ſuſtinet. Quis enim moleſtiarum nubem non diſcutiat, quum ſibi ex palma certaminis, lumen honoris exurgit? Fortè autem reſpicit ad ea diſſidia quæ mouerat Hieron Syracuſanus, quorum moleſtiam, ſucceſſus huiuſmodi deleat. Hanc ſententiam proſa ſic efferres, τὸ δὲ ἐπιτυχεῖν καὶ νικῆσαι ἀποπειρώμενον ἀγῶνος, τῶν δυσκόλων φροντίδων ἀπολύει.

παραλύει δυσφρόνων. Hoc exprimi etiam poteſt per illa Heſiodi verba ἐλύσατο δυσφροσυνάων. Qui vt δυσφροσύνην vocat *curas moleſtas:* ſic eaſdem δύσφρονα Pindarus. ex δὺς *difficultatem* ſignificante & φρὴν *mens:* cui voci δύσφρων, oppon. εὔφρων, & τῇ δυσφροσύνῃ, ἡ εὐφροσύνη.

ὁ μὰν πλοῦτος. Commendatio Theronis à diuitijs: quas cùm habuerit cum virtute coniunctas, opportunitatem rei bene gerendæ attulerunt. Primùm quidem ad alendos equos ſumptus ſuppeditarunt: deinde animus viri generoſus ad res præclaras veluti certamina Olympica, poſſeſſorem earum impulit: hinc obtigit victoria: ex victoria manauit honor. Itaque diuitiæ comite virtute harum atque illarum rerum opportunitatem Theroni attulerunt, ἱπποτροφίαν, τὸ ἐν Ολυμπίᾳ ἀγωνίζεσθαι, τὸ νικᾶν, τὸ ἆθλον καὶ βραβεῖον δέχεσθαι, τὸ τιμᾶσθαι. Sic intellecta verba Theroni applicabis, vt par eſt. Neque id obſtabit quominus ſit generalis ſententia. μὰν. Dor. pro μὴν.

δεδαιδαλμένος. Poëticè pro κεκοσμημένος. De verbo δαιδάλλω, vide ſuperiore Oda in δεδαιδαλμένοι μῦθοι. Huc refer ſententiam Callimachi citatam prima antiſtropha in his, ἔφεπε μόρσιμος αἰών.

φέρει τῶνδε, καὶ τῶν. Laudat honeſti viri diuitias à multiplici vſu quem præbent. Quod quanquam in Theronis exemplo oſtendimus, obiter tamen ornatus gratia paucula addemus. Primùm ad animi bona faciunt diuitiæ. Nam ἡ πενία κωλύει πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν, ὁ δὲ πλοῦτος εἰς ταῦτα χρήσιμος. Item ad pietatem & beneficentiam exercendam, vt docet Theocritus in Charitibus. Δαιμόνιοι τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσός. &c. Deinde ad bona corporis, & vitæ humanæ neceſſaria. Nam ex diuitijs, Menandro teſte, πάντα σοι γενήσεται, Ἀγρὸς, οἰκίαι, θεράποντες, ἀργυρώματα, φίλοι, δικασταί. Tandem ad externa, vt ad honores. Etenim vt omnium patet oculis, eximij ac diuites in rebuſpubl. ad dignitatum gradus euehi ſolent.

βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν. Poſſet aliquis prima fronte arbitrari hoc referendum eſſe ad curas quas in bonis tuendis diuites ſuſtinent. Sed qui vocem ἀγροτέραν ſtatim ſequentem expendet, videbit hoc intelligendum de ſtudio rerum præ-

clararum, quo ſemper flagrant & obſtringuntur eximij virtute opibúſque viri, ideóque in profundam ſolicitudinem immerguntur. Idcirco cum interpretibus Pindaricam hanc vocem ἀγροτέραν expone ἀγρευτικὴν τῶν καλῶν *rerum honeſtarum indagatricem.* Neque enim locus hic alium ſenſum admittit: ſiquidem diuitiarum cum virtute coniunctarum laudes complectitur. Solicitudo verò, quam faceſſit hominum animis opum poſſeſſio, eſt vitioſa, ob eámque vituperantur diuitiæ. De vocabulo ἀγροτέρα alio ſenſu alibi dicemus.

παράφρασις.

Ac tum homini verum lumen affert, adeò vt quemadmodum ſtella præfulgida noctu micat inter ſydera: ſic ille inter diuites cęteros ſit maximè conſpicuus. Huiuſmodi autem diuitiarum poſſeſſor nouit quid poſt vitæ huius curriculum ſit futurum. Nimirum impias animas quæ ſe inemēdabiles in hac vita prębuerunt, ſcelerum pœnas poſt mortem expendere. Et apud inferos iudicem eſſe, qui nulla gratia infirmandam iudicij neceſſitatem & ſententiā pronuntians pœnas illis infligit.

ἐπῳδ. κῶλ. η.

ἀςὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
αὐδεὶ φέγγος. εἰ δέ μιν ἔχει
τὶς, οἶδεν τὸ μέλλον,
ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρέ-
νες
ποινὰς ἔτισαν. τὰ δ' ἐν τᾷ-
δε Διὸς ἀρχᾷ
ἀλιτρὰ, κατὰ γᾶς δικά-
ζει τὶς, ἐχθρᾷ λόγον φράσαις
ἀνάγκᾳ.

μετάφρασις.

Quę diuitiæ ſunt *ſtella præfulgida , verum homini lumen. Quòd ſi eas habet aliquis , nouit futurum quòd mortuorum hîc mox intractabiles mentes , pœnas luunt: & quæ* fiunt *in hoc Iouis imperio ſcelera, ſub terra iudicat aliquis , inimica ſententiam pronuntians neceßitate.*

ἀςὴρ ἀρίζηλος. Commendationem verarum opum amplificat, quum innuit diuites virtute ornatos inter alios micare, & verum lumen ex diuitijs capere: vt differentiam conſtituat inter ſplendorem adulterinum & inanem improborum diuitum, qui veluti mala marſupia, tanti fiunt quantum pecuniæ continent: & verum illum proborum diuitum, quibus diuitiæ ſunt tanquam adminiculum ad faciliùs ſuum lumen virtuti vindicandum. Eſt autem ἀλαθινὸν. Dor. pro comm. ἀληθινὸν. Hanc phraſin proſa ſic reddas. πλοῦτος ἀρετῇ ὀπηδὸς, ὡς ἀςὴρ ἐστιν ἔκδηλος, ἀληθινὸν φῶς τοῖς ἀνθρώποις.

εἰ δέ μιν ἔχει τὶς. Ex ijs commoditatibus quæ ex diuitijs virtutem comitem habentibus, & cum profunda ſolicitudine res magnas indagantibus naſcuntur, hanc vnam omniúmque maximam profert, ſcilicet notum eſſe, fore vt qui improbè vixerunt, poſt mortem plectantur in inferis: qui verò ſeſe à ſceleribus continuerunt, beatiſſima quiete potiantur. Sed quî ſcit illud diues & virtute præditus ? quia didicit etiam bene agere: docente conſcientia, ὅτι ἐσθλῷ αὐδεὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι Θεὸς, Κἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην. Quod non nouit diues improbus: qui vel animam cum corpore emori putat, atque ita nullas de ſceleratis pœnas poſt mortem ſumi: vel nulla mali conſcientia torquetur: quod ſi ipſi accideret, diuinam vltionem pertimeſceret: vel quia, peior

Epicureo, nullo numine res humanas regi credit. Aretius hanc sententiam pro digressione sumit, ad pœnas diuitijs abutentium. Sed malim cum Leonicero sumere ista verba pro amplificatione à fructu diuitiarum virtutibus ornatarum.

οἶδε τὸ μέλλον. Hoc est Ὃς ἔχει τόνδε μετὰ τῆς ἀρετῆς πλοῦτον, ὁρᾷ καὶ προὸς τὸ μέλλον, ὅτι αἱ ψυχαὶ αἱ ἐν ζωῇ ταύτῃ ἀδιόρθωτοι, τῶν θανόντων ὅτι τάχιστα δίκας διδοῦσι. Porrò ἀπάλαμνος, rectè exponitur à Triclinio per ἀδιόρθωτος, & ἀπαιδαγώγητος: quia praui adeò natura sunt plerique, vt sit πρὸς ἐκείνους μηδὲν παλαμᾶσθαι ἢ μηχανᾶσθαι ἀδύνατον. Alioqui ἀπάλαμνος dicitur *imbellis, imperitus* &c. & interferitur ν. Consule sextum Aeneidos, vbi sceleratorum pœnas, & piorum præmia describuntur. Passim etiam apud authores sententiæ in hanc rem occurrunt.

τὰ δ' ἐν τᾷδε. hoc est καὶ ὅτι δικαστής τις ἐστὶν ἐν ᾅδου, ὅστις τῆς τιμωρίας λόγον ἀποφαίνει, μηδένα μηδενὸς ἔχων λόγον, καὶ δικάζει τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἡμαρτηκότας. Iouis imperium est κόσμος, qui in sortem obtigit ipsi. Nam terra in qua, cœlum sub quo viuimus, Ioui: mare Neptuno: Orcus Plutoni in partem hæreditatis obuenit, vt ferunt fabulæ. τᾷδε ἀρχᾷ Dor. pro comm. τῇδ' ἀρχῇ.

δικάζει τις. Nullum definit iudicem: sed illi sunt, Pluto, Minos, Aeacus, Rhadamanthus, cuiuis notissimi ex poëtis. γᾶς. Dor. pro comm. γῆς.

ἐχθρᾷ ἀνάγκᾳ. Dor. pro comm. ἐχθρᾷ ἀνάγκῃ. Sic cum Triclinio, & Lambino in 3. Od. l. 1. Carm. Horatij, sententiam illam iudicis inferorum aduersus improbos & sceleratos, vocari iudico, quia iudicium illud nulla ratione potest infirmari, nulla gratia inflecti, nullo denique pretio corrumpi. Et vt Triclinius inquit, διότι ἀπαραίτητόν ἐστι τὸ ἐκεῖ δικαστήριον, καὶ διότι οὐδεὶς ἐκεῖ φίλος. Videtur etiam sumi posse pro ἀναγκαίᾳ ἔχθρᾳ, hoc est *necessario odio*, quo iudices sententiam in sceleratos pronuntiant. Neque enim fieri potest quin incorrupti iudices corruptissimos homines oderint. Etiam ἐχθρὰ ἀνάγκα potest exponi per Horattj verba, *sæua necessitas*. Od. 35. l. 1.

*Te semper anteit sæua necessitas.*

παράφρασις.

Bonis contrà, bene esse, quibus noctu pariter, paritérque interdiu Solis perpetua fax lucem præbet: atque ab omni labore immunem vitam degunt: neque ipsis opus est robore manuum terram colere, & nauiculariam exercere, quo vitata pauperie necessarium victum comparent. Iidémque fideli iuramento, & pietate delectati, apud Plutonem & Proserpinam honoratos Deos omni mœrore vacuum æuum

στροφὴ. δ'. κῶλ. ιγ'.

ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ,
„ ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἅλι-
„ ον ἔχοντες, ἀπονέστερον
„ ἐσλοὶ νέμονται βίο-
„ τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
„ τες ἀλκᾷ χερῶν,
„ οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
„ κεινὰν παρὰ δίαιταν. ἀλ-
„ λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
„ Θεῶν, οἵτινες ἔχαι-
„ ρον εὐορκίαις,
„ ἄδακρυν νέμονται
„ αἰῶνα. τοὶ δ' ἀπροσόρα-

μετάφρασις.

*At æqualiter noctu semper: æqualiter etiam interdiu solem habentes, non laboriosam boni degunt vitam: terram non turbantes robore manuum, neque marinam aquam, inopem propter victum. Sed apud honoratos Deos* illi *qui gaudebant fidelitate in iureiuraudo, illachrymabili fruuntur æuo. Alij au-*

transfigunt. Alij verò nimi- τὸν ὀκχέοντι πόνον. tem visu horrendum to-
rum mali & impij, pœnis lerant cruciatum.
visu horrendis addicti, grauissimum sustinent cruciatum.

ἴσον ἢ νύκτεσιν. Opponit bonorum fœlicitatem infœlicitati malorum: & vt his labores & cruciatus sunt sustinendi quàm in vita maiores & fæuiores: sic illis paratus est tranquillitatis portus aliquis. Videtur Pindarus in his respicere ad Elysios campos. De quibus vide Homer. Odyss. l.4. Hanc in sententiam Pindari Valer. Flaccus in Argon. ait.

*Lucet via latè*
*Igne Dei, donec syluas & amœna piorum*
*Deueniant, campósque, vbi Sol, totúmque per annum*
*Durat aprica dies.*

Νύκτεσιν Poët. pro νυξί. Metri causa αἰεὶ, pro comm. ἀεὶ. ἁμέραις Doricè pro ἡμέραις.

ἀπονέστερον. hoc est οἱ ἀγαθοὶ καὶ εὐσεβεῖς βίον ἄπονον διάγουσι. Est autem Pindaricus comparat. ἀπονέστερος, pro comm. & regulari ἀπονώτερος q.d. *minùs laboriosus*. sed ad sensum exprimendum conijcere oportet simplicius sumendum pro *laboris expers* vel *non laboriosus*.

ἐσλοί. Dor. pro comm. poët. ἐσθλοί.

οὐ χθόνα ταράσσοντες. hoc est οὐ γεωργοῦντες, siue τὴν γῆν οὐκ ἐργαζόμενοι, οὔτε τῇ ναυτιλίᾳ χρώμενοι. Sicut dixit Herodotus ναυτιλίῃσι χρέωνται. *nauiculariam exercent*, vt Valla interpretatur.

κεινάν. Dor. & poët. primùm inserto, ι. metri causa: deinde mutato ε. in α. Iliad. γ. κεινὴ τρυφάλεια. *vacua galea*. Grauis scribendus in vltima ad differentiam accusat. fœm. pronom. κεῖνος. si scriberetur κείναν, esset accusat. fœm. Doricus pro ἐκείνην. Hunc locum quodammodo interpretatur Horatius. Epist. 1.l.1. epist.

*Impiger extremos currit mercator ad Indos,*
*Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.*

παρὰ μὲν τιμίοις. Hellenismus elegans pro τιμίοις Θεοῖς. Intellige Deos infernos, Plutonem & Proserpinam.

εὐορκίαις. Virtutem vnam proponit pro multis alijs. Neque enim non intelligit in genere τοὺς εὐσεβεῖς τρόπους, καὶ τὴν δικαιοσύνην.

τοὶ δ' ἀπροσόρατον. Opponit bonorum conditioni conditionem sceleratorum: quorum cruciatum vocat ἀπροσόρατον, quasi μὴ προσβλέπεσθαι δυνάμενον, *cuius aspectum ferre non possis*. De horrore inferorum vide Tibull. Eleg. 3. lib.1. & Statium l. 4. Thebaidis. vide etiam Plutarchum. Poët. est vox & Pindar. ἀπροσόρατος. pro qua diceres δυσόρατος.

ὀκχέοντι. Dor. & poët. pro ὀχέουσι: addito κ. metri causa, & mutato ε. in ον. Igitur ὀκχέω. pro ὀχέω vt & ab eodem Pindaro ὄκχος pro communi ὄχος. Metaphora sumpta à vehiculis.

Qui-

**παράφρασις.**

Quicunque autem ad tertiã vſque metempſychoſim, in vtróque loco commorati, in mundo dum vixerunt, in domo Plutonis, poſtquam vita functi ſunt, omnino ab iniuſtis facinoribus abſtinuerunt, & iuſtitiæ morúmq; honeſtati ſtuduerũt: viam quam inſtituit Iupiter ad Saturni vrbem, qua beatorum ad inſulam perueniendum, peregerunt, vbi refertam omnigenis delicijs vitam degunt animæ beatorum. Nam locum illum lenes Oceani auræ perflant, & flores aureo colore micantes ornant: quorum alij ab humo, alij pulchris ab arboribus producuntur, alios aqua educat; vnde monilia, corolláſque componunt, quibus manus læti inuoluunt & implicant.

**ἀντιστρ. κωλ. ιδ.**

ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
ἑκατέρωθι μείναντες,
ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν· ἔνθα μακάρων
νᾶσον Ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέουσιν· ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει,
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις.

**μετάφρασις.**

*Quicunque autem ſuſtinuerunt, ter fuerunt cõmorati, continuere omnino ab iniuſtis animã, peregerunt Iouis viã ad Saturni vrbem, vbi beatorũ inſulam Oceanides auræ perflant, floréſque auri micant, alij quidem ab humo, alij à pulchris arboribus: aqua autem alios educat, quorum monilibus manus implicant, & corollis.*

ὅσοι δ'. Vitam beatorum in fortunatis inſulis deſcribit: ac diſertè dicit, fœlicem illum locum pertinere ad viros bonos, qui ad tertiam vſque metempſychoſim probè in terris vixerunt. Huius opinionis authores primi putantur Aegyptij, apud quos verſatus eſt Pythagoras, qui in Græciam eam introduxit. De qua vide Diogenem Laërtium in Pythagora. Platonem in Menone, Phædone, Phædro, & Gorgia. Hoc dogma paucis declarat Ouid. lib. 15. Metamor.

*Morte carent animæ, ſemperq́, priore relicta*
*Sede, nouis domibus viuuntq́, habitantq́, receptæ.*

& Virgilius Aeneid. 6.

*animæ quibus altera fato*
*Corpora debentur, Lethæi ad fluminis vndam,*
*Securos latices & longa obliuia potant.*

& eodem lib.

*Has omnes vbi mille rotas voluêre per annos,*
*Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,*
*Scilicet immemores ſupera ut conuexa reuiſant,*
*Rurſus vt incipiant in corpora velle reuerti.*

ἐτόλμασαν. Doricè pro ἐτόλμησαν. à τολμάω, in ſignificatione τοῦ τλῆμι, ſeu καρτερέω. *ſuſtineo.* vt 2. de Rep. Plat. τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων *ſuſtineat ab alienis abſtinere.* Sic proſa periodum hanc efferas. ὅσοι δ' ἐκαρτέρησαν ἄχρι τρίτης μετεμψυχώσεως ἐν ἑκατέρῳ τόπῳ μένειν, δηλαδὴ τῷ Αἴδει, καὶ τῷ κόσμῳ, τῆς ἀδικίας παντελῶς ἀπεχόμενοι, ἐπορεύθησαν ὁδὸν ἣν ὁ Ζεὺς ἔταξε πρὸς τύρσιν Κρόνου.

ἀπὸ πάμπαν. Tmeſis notanda : nam referendum illud ἀπὸ ad ſequens ἔχειν, cum quo debet componi, vnúmque vocabulum conſtituere, ea ſignificatione qua vſurpatur Il. α. λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει.

*à peſte manus graues abſtinebit.*

& apud Heſiod.

ὕβριν γὰρ ἀτάσθαλον οὐκ ἐδύναντο Ἀλλήλων ἀπέχειν.

*à mutua iniuria ſibi temperare non poterant.*

ἔτειλαν ὁδὸν. Pindarica phraſis pro ὁδὸν ἤνυσαν, ſeu ἐτελείωσαν, καὶ τὴν πορείαν ἐπορεύθησαν: ſiue, vt Scholia habent, ἔτειλαν pro ἐστάλησαν, & Triclinius. ἐστείλαντο. Ita vt τὸ τέλλειν, quodammodo dicere poſſimus vſurpatum hîc per aphæreſin, pro verbo στέλλειν. Quod fieri poſſe teſtantur lexicographi : ſed nullo nituntur exemplo.

Διὸς ὁδὸν hoc eſt ἣν ὁ Ζεὺς ἔταξε, ſeu πορεύει. Innuit ergo Iouem ijs qui bene vixerunt, iuſtam mercedem retribuere, ſcilicet aſſignata ſede in Saturni vrbe, vbi ſunt fortunatæ inſulæ.

Κρόνου τύρσιν. Interpretare Κρόνου πόλιν. hoc eſt ἐν ᾗ ὁ Κρόνος ἔχει οἴκησιν. dé voce τύρσις vide lexica. Ibi autem puto collocari Saturni vrbem, quia ſub eo viguit ætas aurea, omnium bonorum ferax, qua ſponte naſcebantur omnia, qua cœli temperies innoxia, qua legibus nullis adſtricti viuebant in otio & libertate. Qua de re lib. Platonis de regno lege. Hæc Saturni vrbs & inſulæ fortunatæ, ipſiſſimum puta Ηλύσιον πεδίον. Cuius deſcriptionem pete ex 4. Odyſſ. & confer cum hoc Pindari loco.

ἔνθα μακάρων νᾶσον. Subintellige hîc οὖσαν. Et locum hunc ita redde, ἔνθα οὖσαν μακάρων νῆσον, πλησίον ὧν Ὠκεανὸς ἡδείαις αὔραις περιπνέει. Eximiam hîc habes topographiam. Deſcribitur enim illius inſulæ mira fœlicitas, cuius commendatio tribus potiſſimum rebus conſtat : prima, quòd lenibus auris Oceani perfletur: ſecunda, quòd floribus aureis ſcateat, qui vel è terra, vel ex arbore, vel ex aqua ſurgunt: tertia, quòd iudicem Rhadamanthum habeat Saturni aſſeſſorem, ibíque ſint viri clariſſimi, Cadmus, Achilles, Peleus: aliíque. De his fortunatis inſulis lege Luciani librum 2. de vera hiſtoria. & Zetzem in Heſiodi lib. 1. Operum, vbi quartum genus hominum deſcribitur heroicum. Ibi enim Zetzes eleganter recitat fabulam fortunatarum inſularum. Vide & quæ collegit Natalis Comes in Mythol.

ἄνθεμα. Vox eſt poëtica ἄνθεμον, pro ἄνθος comm. Aliàs nomen eſt herbæ de qua vide Theophraſtum lib. 7. c. 13. hiſtor. ſtirpium· Hi flores ſunt roſæ, violæ; hyacinthi. vnde Tibullus de campis Elyſijs,

*Floret odoratis terra benigna roſis.*

χρυσοῦ. hoc eſt χρυσοῦ *flores aurei.* hoc eſt *aurei coloris*, ſiue *pulchri & eximij.* Nam *aureum* figuratè dicitur pro *eximio* vt χρυσῆ ἀφροδίτη.

φλέγει. hoc eſt λάμπει, vt apud Plutarch. in Romul. ὅπλοις φλέγουσι *armis fulgentibus*. vox paſſiua occurrit ea in ſignificat. apud Pindar. Nem. Od. 10. & Iſthm. 7. actiua pro φωτίζειν Od. Pyth. 5. Dicas igitur oratione proſa ἄνθεα δ' ὡς χρυσὸς στίλβει, ſeu λάμπει.

τὰ μὲν χερσόθεν. hoc eſt, τὰ μὲν ἐκ γῆς, τὰ δ᾽ ἀπὸ δένδρων φυόμενα, ἄλλα δ᾽ ἐν ὕδατι Ϛεφόμενα. Αγλαῶν ſume pro ὠυθαλῶν.

ὅρμοισι τῶν. hoc eſt ἀφ᾽ ὧν ἀνθῶν ἀναπλέκουσι χερσὶν ὅρμους, καὶ ϛεφάνους. Sic vſus florum declaratur, ex quibus ſerta parãtur ad manus & capita, in lætitiæ & fœlicitatis ſignum exornanda. ὅρμοισι poët. pro ὅρμοις. χέρας metri cauſa pro χεῖρας. ἀναπλέκοντι. Dor. pro comm. ἀναπλέκουσι.

παράφρασις.

ex recto Rhadamãthi iudicis decreto, quem pater Saturnus, Rheæ ſupremam omnium Deorum ſedem occupantis maritus ſibi aſciuit, & habet promptum aſſeſſorem. In hac beatorum inſula recenſentur Peleus & Cadmus, eóque mater Thetis, corde Iouis precibus exorato, tranſtulit filium Achillem.

ἐπῳδ. κῶλ. κ.

βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ραδαμάνθυος,
ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖ-
μον αὐτῷ πάρεδρον,
πόσις ὁ πάντων Ρέας
ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖ-
σιν ἀλέγονται.
Αχιλλέα τ᾽ ἔνεικ᾽, ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ.

μετάφρασις.

*decretis in rectis Rhadamanthi, quem pater habet Saturnus promptum ſibi aſſeſſorem, maritus Rheæ omnium ſupremum habentis ſolium. Inter hos Peleus & Cadmus recenſentur, Achillẽq́; trãſtulit eò mater, poſtquam Iouis cor precibus flexit.*

βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς. Commendatio iudicis ab æquitate iudicij conſueta. Rhadamanthus, quia ſe iuſtitiæ obſeruantiſſimum in vita declarauit, putatus eſt mortuorum iudex: de quo paſſim poëtæ. Dictus ἀπὸ τοῦ ῥεῖα *facilè* & δαμάω *domo:* quaſi qui facilè domet, ſuóque imperio ſubijciat.

πάρεδρον. Ergo in iudicijs præſidere credebatur Saturnus, cui adiunctus eſſet conſiliarius ob ſuam iuſtitiam Rhadamanthus. Sumptum à more Iudicum, qui ſuos habent aſſeſſores, cum quibus de judicio ferendo conſultant: quorum dignitas appellatur παρεδρεία. Lat. *aſſeſſura.*

ὑπέρτατον πάντων. Omnium ſupremum occupare ſolium Rhea dicitur, quia Deorum omnium habita eſt mater. ἐχοίσας. Dor. pro ἐχούσης.

Πηλεύς. Hic fuit Aeaci inferorum iudicis filius, & inter beatos fortunatarum inſularum incolas recenſetur, ſine dubio ſingularem eius ob innocentiã. Nam cùm Chretheis filia Hippolyti, Acaſtíque vxor, eius amore capta fuiſſet, nec tamen ipſi, vt ſecum congrederetur, perſuadere potuiſſet, apud Acaſtum accuſauit, quòd ſuam pudicitiam tentaſſet. Eum idcirco ad Pelei montis verticem adduxit Acaſtus, atque vinctum feris laniandum reliquit. Sed eius innocentiæ miſertus Iupiter, enſem per Vulcanum miſit, quo ſe à feris tueretur. Deinde cùm ruptis vinculis in vrbem veniſſet, paucis comitantibus, Acaſtum debellauit, & imperio eſt potitus.

καὶ Κάδμος. Hic fuit Thebanorum rex, vir vt aiunt præclarus, cui Iupiter ob multas quas ſuperauit difficultates, filiam Harmoniam nuptum collocauit. Hunc ſenem factum Iupiter ad Elyſios campos cum vxore Harmonia miſit, propter prudentiam & fortitudinem, qua laborum omnium victor

euaſerat: quia Deus bonis fortibúſque viris adeſt in vita, & defunctis beatitudinem impertit.

Ἀχιλλέα τ'. Achilles ex Homero notiſſimus, à Pindaro inter Elyſiorum camporum, ſeu fortunatarum inſularum incolas collocatur: quod Thetidi matri fuit conceſſum.

ἐν τοῖσιν ἀλέγονται. Articulus τοῖσιν poët. pro τοῖς, & pro pronomine τούτοις, ἀλέγονται pro καταλέγονται, ἀριθμοῦνται. Hîc præter vulgatas ſignificationes, ἀλέγω accipitur pro ἀριθμῶ, καταλέγω. compoſitum ex α congregante & intendente, & λέγω. vide magnum Etymol.

ἔνεικε Poët. Aor. primus ἔνεικα à verbo φέρω. μάτηρ. Dor. pro comm. μήτηρ. λιταῖσι. hoc eſt ἱκεσίαις, εὐχαῖς precibus, ſupplicationibus. Aliàs Λιταὶ Deæ finguntur à poëtis filiæ Iouis, de quibus Homerus lib. 9. Iliad.

παράφρασις.

Qui Hectorem proſtrauit, inexpugnabilem & incõcuſſam Troię columnam, qua ſtante, vt ſtaret, qua ruente, vt rueret Ilium, erat in fatis. Qui Cycnũ etiam, & Memnonem Aethiopiæ regem, Tithoni & Auroræ filium interfecit. Reconditæ ſunt in mente mea peracutæ, p omptæque inuentiones multæ ad encomiaſticos hymnos, qui à doctis ſolummodo intelliguntur, apud vulgus interprete opus habent. Atque hæc poëtices facultas qua polleo, à naturali ſolertia promanat, quæ omni artis adminiculo præpollet. Ac ſanè doctus dici debet, & reípſa talis eſt, quem naturæ ſolertia multarum rerũ cognitione muniuit. Qui verò ſunt vſi doctoribus, non tam ſolida ſcientia valent: ac nihilominus multiloquio vehementes natura doctis irrito clamore non cedunt: ſimileſque ſunt coruis, qui quãquam partibus omnibus aquilæ ſunt impares,

στροφὴ. ε. κῶλ. ιδ'.

„ ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
„ ἄμαχον, ἀστραβῆ κίο-
„ να. Κύκνον τε θανάτῳ πόρεν·
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίο-
πα. πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
φωνᾶντα συνετοῖσιν· ἐς
δὲ τὸ πᾶν, ἑρμηνέων
„ χατίζει. σοφὸς ὁ πολ-
„ λὰ εἰδὼς φυᾷ·
„ μαθόντες δὲ, λάβροι
„ παγγλωσσίᾳ κόρακες ὥς,
„ ἄκραντα γαρύετον,

μετάφρασις.

„ *Qui Hectorem proſtrauit Troiæ inexpugnabilẽ, firmam columnam. Cycnum quoque morti dedit: & Auroræ filium Aethiopẽ. Multæ mihi ſub cubito celeres ſagittæ intra pharetrã ſunt ſonantes prudentibus: apud vulgus autẽ interpretibus indiget.*
„ *Sapiens eſt qui multa nouit naturæ ſolertia. Qui autem diſciplina vſi ſunt, vehementes garrulitate, velut corui, irrita clamant.*

ὃς Ἕκτορ'. Commendatur Achilles trium magnorum virorum cæde, videlicet Hectoris, Cycni, & Memnonis. Hector autem fuit omnium Priami filiorũ & Troianorũ fortiſſimus, quo viuente vt ſtaret, quo mortuo vt rueret Troia, erat in fatis. Ideóque ἄμαχος & ἀστραβὴς κίων hîc appellatur, etſi manu Achillis ceciderit. Similia ipſi tribuit Lycophrõ, quũ ſic apud ipsũ Caſſandra loquitur.

Σὺ δ' ὦ ξύναιμε πλεῖστον ἐξ ἐμῆς φρενὸς
Στερχθεὶς, μελάθρου ἔρμα, καὶ πάτρας ὅλης.
*Frater mihi dilecte mente plurimum,*
*Tutela ſolæ qui domus, & patriæ es.*

ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα. Tranſlatum à fulcris & columnis ædificiorum, in quas omnis domus inclinata recumbit. Sic columen familiæ is dicitur per quem

ſtat, & à quo ſuſtinetur. Et hæc ſententia ἄμαχος & ἀστραβὴς κίων, dici poteſt prouerbialiter, de re pariter, & perſona ſingularis conſtantiæ, quam neque præmiorum ſpe, neque periculorum metu poſſis vnquam ab integritate deijcere. Vide plura in Adag. Eraſ. titulo *Fortitudinis*.

ἀστραβῆ. Hoc eſt ἄστρεπτον, ἢ ἀμετακίνητον. Dicitur autem ἀστραβὴς, pro ἀστραφὴς, mutato φ. in β. quaſi *non diſtortus*, ac proinde *firmus*, *ſtabilis*, à priuatiuo α. & verbo στρέφω.

ἔσφαλε. Hoc eſt κατέστρεψε. *ſubuertit*, vt in metaphora maneat. Nam verbum σφάλλω ſignificat etiam καταβάλλω, πτεροδίζω *deijcio, ſupplanto, proſterno*: vt, σφήλας ἐπὶ τὴν γῆν τὸν ἄνθρωπον. Dixit ἔσφαλε Dor. pro ἔσφηλε.

Κύκνον τε. Cycnum hìc intelligit illum qui fuit Neptuni filius. Nam cùm hic Græcos prohiberet ne ad portum appellerent, ab Achille eſt occiſus. Alius fuit Cycnus, Martis filius, ab Hercule interfectus. θανάτῳ πόρε, pro παρέδωκε θανάτῳ, hoc eſt ἔκτεινε.

Ἀοῦς τε. Dor. pro ἠοῦς. Periphraſis qua Memnon ſignificatur. Nam parentes habuit Tithonum & Auroram: imperauítque Aethiopibus: de quo vide Heſiodi Theogoniam. Loquitur autem Pindarus ex Homeri ſententia qui Memnonem ab Achille interfectum tradit. Verùm alij malunt à Theſſalis fuiſſe ex inſidijs occiſum.

πολλά μοι. Longa digreſſione vſus, tandem ad Theronis laudes regreditur, quas vt pluris faciat, priùs ſua carmina commendat, vt ſciat ille ſe non à vulgari poëta commendari. Loquitur autem ænigmaticè. Nam ὠκέα βέλη, ſignificat λόγους ἐγκωμιαστικοὺς, ſeu inuentiones & argumenta egregia & opportuna encomiorum, acumine ingenij excogitata. Pharetra eſt ingenium ipſum, in quo cuduntur inuentiones, & continentur veluti ſagittæ in pharetra.

ὑπ' ἀγκῶνος. Notat locum, & in metaphora perſiſtit. Nam ἀγκὼν eſt cubitus, vbi oſſa brachij coniunguntur: & hìc dependebat pharetra. Obiter modum indicat quo geſtabatur pharetra. Non enim à tergo ſolùm geſtabatur, vt hæc verſu docet Heſiodus,

κοίλην δ' ἀμφὶ στήθεσσι φαρέτρην
Καββάλετ' ἐξόπιθεν:

Sed etiam ſub vlnis ferebatur, vnde bubulcus ὑπωλένιον φαρέτρην appellat: Pro eodem autem ſumuntur promiſcuè, ὠλένη, πῆχυς & ἀγκών.

φωνᾶντα. Doricè & poët. pro φωνήεντα. Hoc eſt φωνὴν ἀφιέναι δυνάμενα. τοῖς συνετοῖσιν pro συνετοῖς, hoc eſt φρονίμοις, εὐπαιδεύτοις. q. d. *vocem emittunt quam audiunt viri prudentes & eruditi*, hoc eſt, *comprehenduntur à doctis*. Hinc collige doctos cum acutè audientibus, indoctos cum ſurdis tacitè comparari. Vt vno verbo dicam, ſignificat obſcura eſſe ſua carmina: ita vt ab eruditis tantùm euolui poſſint, qui vim argumentorum, & compoſitionis ſuauitatem intelligunt.

ἐντὶ Dor. pro εἰσὶ. Citra ænigma dixiſſet. εἰσί μοι πολλαὶ ἐγκωμίων εὑρέσεις ὀξεῖαι ἐν τῇ ὠκείᾳ διανοίᾳ, ὧνπερ οἱ εὐπαίδευτοι μόνοι νοοῦ συλλαμβάνονται.

ἐς δ' τὸ πᾶν. Hoc eſt εἰς τὸ κοινὸν, καὶ τοὺς πολλοὺς ἑρμηνείας χρήζει τά μου ποιήματα. Vſurpatur hic τὸ πᾶν peculiari ſignificatione, & authori propria, pro τὸ κοι-

ιμὸν, οἱ πολλοὶ, τὸ πλῆθος hoc eſt, *vulgus*, *plebs*.

χατίζει. Hoc eſt χρείαν ἔχει, ἐνδεῖται. Vocabulum eſt poëticum, de quo vide Euſtath. & Magn. Etymol. Communiter dicitur χρήζω, τὸ χατίζω. Sic & χατέω eſt poëticum. Non mirum autem eſt hunc authorem apud ineruditos egere interprete: ſiquidem & eruditiſſimi quique in eo explicando grauiter laborant, tot habet digreſſiones, tot támque crebras fabularum, hiſtoriarum, ſententiarum inſertiones, vnde cum ſequentibus præcedentium obſcurus nexus: tot habet etiam ſchemata, intricatas phraſes, hyperbata, verborúmque δαιδάλματα.

σοφὸς ὁ πολλά. Gnome, qua reddit rationem cur tanta facultate poëtices valeat. Nimirum quòd non diſciplina, ſeu doctrina, ſed naturæ vi polleat, quæ arte longè ſit præſtantior. Controuertitur vtrum natura plus poſſit arte, in primis in poëſi, &, naſcatur-ne poëta, an fiat: vnde & Horatius,

*Natura fieret laudabile carmen an arte,*
*Quæſitum eſt.*

Hanc quæſtionem ſoluit Pindarus, & naturam anteponit arti. Cui aſtipulatur Menander,

Η φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.
*Natura ſuperat omne doctrinæ genus.*

Et Horatius,

*Ingenium miſera quia fortunatius arte*
*Credit, & excludit ſanos Helicone poëtas*
*Democritus.*

Non putandum támen Naturam Arti à Pindaro ſic anteponi, vt doctrinam excludat: ſed potiùs hoc velle, nimirum carmina quæ naturæ præclaræ ſolius impetu promanant, eſſe meliora, quàm quæ ſolius artis ductu contexuntur: ſiquidem quiuis rerum æquus æſtimator videt naturam arte excoli, & perfici: quanuis egregia natura faciliùs arte carere poſſit, quàm ars commoda natura. Vnde meritò arti præferatur natura. Rectè tamen cum Horatio dicam:

*ego nec ſtudium ſine diuite vena,*
*Nec rude quid poßit video ingenium: alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.*

Etenim ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων: ſed διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Quò fit vt poëta noſter dicat Od. 7. huius libri Ep. 3. δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει.

κόρακες ὥς. Manifeſtè per aquilam intelligit naturam, ac proinde ſe ipſum, qui natiua polleat ingenij ſolertia. Per coruum intelligit artem, vtque vult Scholiaſtes, taxat Bacchylidem aduerſarium. Dicit autem eos qui diſciplina vſi ſunt, etſi tam excelſo non ſint ingenio, tanta tamen, támque ardua audere aggredi vt non cedant ingenio potioribus: quemadmodum coruus infauſtum animal, non cedit aquilæ audacia, etſi ferociore animo natura ſit aquila, quàm coruus, qui affectata tantùm ferocit audacia, & robore eſt infirmior. Itaque corui naturam attingit, de qua ſic Aelian. lib. 2. de Animal. cap. 51. Ο κόραξ οὐκ αὖ αὐτὴν ἐς τόλμαν ἀθυμότερον εἴποις τῶν ἀετῶν. ὁμόσε γὰρ καὶ αὐτὸς τοῖς ζώοις χωρεῖ. οὐ μήν τοι

τοῖς βραχυτάτοις. ἀλλ᾽ ὄνῳ τε καὶ ταύρῳ. κάθηται γὰρ κατὰ τῶν τενόντων, καὶ κόπτει αὐτούς. *Coruus aquilæ nihil de animo cedit, quò minùs quàm hæc ſit audax.* Non enim *contra puſilla tantùm animalia venire audet : ſed & contra aſinos & boues pugnat, quorum in ceruicibus conſidens, eos percutit.*

ἄκραντα γαρύετον. Hoc eſt ἀτελῆ, καὶ μάταια, καὶ ἀσύνετα φθέγγονται, πρὸς τὸν συνετὸν καὶ θεῖον ὄρνιν Διὸς τὸν ἀετὸν ἀντιβοῶντες. De voce γαρύω dictum Ode prima.

παγγλωσσία. Pindaricum vocabulum, pro λαλιά, φλυαρία : ex πᾶν, & γλῶσσα *loquacitas*, quum quis effutit quicquid in buccam venit.

παράφρασις.

ea tamen non ſunt minùs feroces & audaces. His ergo dotibus inſtructus, animè mi, ad inſtitutum redi. Quis ille eſt ad quem celebris noſtra laudatio ex beneuola mente proficiſcens collimat ? Ego directo ad Agrigentū ſermone, veraci mente deierabo illam ciuitatem centum abhinc annis, ex quo eam extructam eſſe conſtat, neminem tuliſſe, qui animo ad benefaciendum amicis eſſet pro penſiore, & manu largiore, quàm Theron.

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ΄.

Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον,
ἄγε θυμὲ, τίνα βάλλομεν
ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας οἰστοὺς
ἱέντες ; ἐπί τοι
ἀκράγαντι τανύσαις,
αὐδάσομαι ἐνόρκιον
λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
τεκεῖν μή τιν᾽ ἑκατόν
γε ἐτέων πόλιν,
φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
εὐεργέταν πραπίσιν, ἀ-
φθονέστερόν τε χέρα,

μετάφρασις.

*Iouis aduerſus auem diuinam. Intende nunc in ſcopum arcum, agedum anime mi, quem petimus, ex beneuola mente glorioſa tela mittentes? in Agrigentum dirigens, proferam iureiurando firmatum verbum, veraci mente, peperiſſe nullum intra centū annos ciuitatem, amicis virū magis beneuolū pectore, largioremq́ manu,*

Διὸς ὄρνιχα. Periphraſis aquilæ, quæ volucrum regina, Iouique ſacra fertur. Fabulantur enim Ioui, antequam in bellum aduerſus Titanas exiret, ſacrificanti in Naxo augurium futuræ victoriæ aquilam dediſſe : quare illum auem hanc ſibi eſſe ſacram in poſterum voluiſſe : & in reliquis expeditionibus aquilæ effigiem pro ſignis militaribus habuiſſe. Tributa autem eſt Ioui aquila propter perſpicacitatē, & rapacitatem, quatenus in terris regnaſſe putatur : quia debēt eſſe perſpicaces & ingenioſi reges, & exploratores habere, quorum oculis videant quæcunque in regno, & extra regnum geruntur, ad ſui ſuorúmque tutelā. Propter rapacitatē : quia, etſi boni eſt paſtoris tondere pecus non deglubere, plerique tamen principes & reges, ingenioſos habent tributorum imponendorum conſultores, ritúque tyrannico intimas ſubditorum medullas exugunt.

ἔπεχε νῦν σκοπῷ. Apoſtrophe ad animum, quem hortatur vt arcum ad ſcopum intendat, hoc eſt (vt metaphoram explicemus) redeat ad Theronem quē ſibi tanquam odes ſcopum propoſuit, vt victorem collaudaret. Quare per ſcopum, Theronis laudes intellige : per arcum, ingenium ipſum, ex quo ſagittæ emittuntur, hoc eſt carmina, & laudum præconia.

τίνα βάλλομεν. Interrogatio : quaſi dicere vellet. *Agedum anime mi ex longa di-*

*greßione redi ad tuum ſcopum: quem quæſo petimus noſtris verſibus?* Et hoc fa cit ad ſuauitatem orationis: quaſi ferè oblito ſibi Theronem in memoriar vellet reuocare.

μαλθακᾶς. Dor.pro comm. μαλθακῆς. Sic autem mentem appellat, non mo lem, non languidam: ſed amicam, ſed beneuolam. Idque conuenienter ad mol liendam arcus & ſagittarum acerbitatem: & ad differentiam, inter illam telo rum, hanc verborum iaculationem, conſtituendam. Nam tela in aliquem emit tere eſt inimici, ſed laudes, beneuoli animi. μαλθακὸς. hic idem ac εὔνους, προσφιλής.

εὐκλέας οἰστούς. Hoc eſt ἔνδοξα ᾄσματα. Hic obſerua metonymiam effecti pro ef ficiente: quòd carmina poëtæ encomiaſtica, victorem Theronem clarum red dant: vel ſi mauis, quòd ſuo carmine celebris fiat poëta. Simili tropo apud Ho ratium *palma nobilis* prima primi lib. Oda. & 29. *Nobiles libri Panætij* dicuntur.

ἐπί τοι. Reſponſio ad præcedentem interrogationem, τίνα βάλλομεν. h.e. ἐπὶ Ἀκράγαντι τείνων τὸν λόγον κατ' ἀλήθειαν ὀμόσω. h. e. *encomium dirigens ad Agrigentum in veritate iurabo*. &c. Vbi notes velim me vocem τανύσαις hic ſumere pro Aeolico participio: non vt alij pro ſecunda perſona optandi Aoriſti prioris actiui. Nam ſic videtur meliùs fluere ſententia, quàm ſi per optandi modum, vim tamen hortandi vel imperandi habentem exponas. Solent autē Aeoles nomina & participia 5. decl. terminata in ας. efferre per αις. vt pro Αἴας. Αἴαις. pro τύψας. τύψαις.

αὐδάσομαι. Priori Oda monuimus Doricè dictum pro αὐδήσομαι ſicuti αὐδάσομεν. prima ſtropha. Præmunit iureiurando laudes quas eſt Theroni attributurus, ne de fide & candore eius dubitemus. ἀλαθεῖ Dor. pro comm. ἀληθεῖ.

τεκεῖν. Laudat Theronem ab animo ad liberalitatem propenſiſſimo: quam laudem collatione temporum illuſtrat: quum affirmat nullum ante annos centum in ciuitate extitiſſe liberaliorem. Item à perſonis quibus munera largitur, quum dicit φίλοις εὐεργέταν. Rege digna laus: virtus Principi neceſſaria. Vnde interrogatus Alexander Magnus, quis eſſet rex optimus, Ille, inquit, qui donis amicos retinet, & inimicos beneficijs amicos reddit. Ideò & ipſe ſua omnia dono dedit aliquādo amicis, ſolámque ſpem ſibi ſeruauit. Vt autem à diuitijs Pindarus Theronem laudauit: ſic ab earum vſu legitimo commendat: quin etiam tacitè munera pro ſuis hymnis poſtulare videtur.

μή τιν' ἑκατόν γ' ἐτέων πόλιν. Illud μή τινα, ſi conſtruatur cum πόλιν, exponendum erit, *nullam vrbem à centum annis tuliſſe virum liberaliorem*, & ſic de quauis ciuitate videbitur loquutus: ſi cum ἄνδρα, ſic interpretabimur, *ciuitatem nullam virum tuliſſe munificentiorem ſeu liberaliorem*: & ſic optimè referetur ad Agrigentum de quo præmiſit, ſe eò tela directurum: à quo condito vſque ad Theronis ætatem centum numerabantur anni. Nam, vt refert Triclinius, conditum eſt Agrigentum Olympiade quinquageſima, Therō autem vicit ſeptuageſima: Olympiades autem viginti, centum annos faciunt. ſiquidem quinquennium ſingulæ denotant.

εὐεργέταν. Dor. pro comm. εὐεργέτην. Vox πραπίδων, eſt poëtica, pro φρεσὶ, vel διανοίαις. Cuius etymon habes in magno Etymol. ſed quia inidoneum mihi videtur omitto. Sed Aemilij Porti ſententiam probo, qui deducit à πρὸ, ἀπὸ, & ἰδεῖν.

δεῖν. q. d. προσπῖδες. Hoc eſt, *curæ, ſolicitudines, mens,* eo quòd eminus, & è longinquo res proſpiciunt antequam accidant,

ἀφθονέστερος poët. comparat. pro ἀφθονώτερος.

παράφρασις.

Cui hæc virtus vnde gloriam conſequebatur, furiorum quorundam, Capyos ſcilicet & Hippocrátis cōſobrinorum, inuidiam conflauit: qua perciti iniuſtè in ipſum inſolentes egerunt: ac non ſolùm maledictis lumen hoc virtutis obſcurare voluerunt: ſed etiam malè factis, indicto videlicet bello, extinguere tentarunt. Interim quemadmodum maris arenam nemo numerarit, ſic neque quot beneficijs alios exhilararit, recenſere poſſis.

ἐπῳδ. κωλ. η.

Θήρωνος. ἀλλ' αἶνον ἔβα κόρος
οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλ-
λὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν
τὸ λαλαγῆσαι θέλων,
κρύφον τε θέμεν ἐσλῶν, κα-
κοῖς
ἔργοις. ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περι-
πέφευγεν.
ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλ-
λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναι-
το;

μετάφρασις.

*quàm Theronem. Sed gloriam inuaſit inſolentia, non iure ſe opponens, ſed furioſis à viris tumultuari volens, & occultationem afferre rerum honeſtarum, per mala facta. Siquidem arena numerum refugit, ille quot gaudia alijs contulerit, quis recēſere poßit?*

ἀλλ' αἶνον. Hoc eſt ἀλλὰ ταύτην εἰς τὸ εὐεργετεῖν εὐχερείας δόξαν, καὶ ἔπαινον ἐπέβη ὕβρις. Etenim liberalitatem ſequitur laus & gloria: laudem & gloriam inuidia. Nam τοῖς διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος. Inuidiam autem ſequitur iniuria. Hîc, authore Scholiaſte, notantur Capys, & Hippocrates conſobrini Theronis: qui licèt ab eo beneficia complura accepiſſent, vt florentem & gloriæ lumine clareſcentem conſpexerunt, inuidia permoti bello diuexarunt, ſed ab ipſo prope Himeram deuicti ſunt.

κόρος. Tota eſt metaphorica hæc ſententia. Vtitur poëta vocibus κόρος & μάργος, quia inuidi quorum inuidia tranſit ad inſolentem inuiſi inuaſionem, ſimiles ſunt ijs qui edacitate turgidi nauſeant aut eructant. Vt ergo ſatietas helluonum corrumpit ſtomachum, atque interdum excitato vomitu peruertit: ſic inuidi liuore turgentes non ſe continuerunt, quin deterrimos odij effectus ediderint, vt auctam Theronis gloriam viderunt. ἔβα, & δίκᾳ Dor. pro comm. ἔβη, & δίκῃ.

ἀλλὰ μάργων. Hoc eſt ὑπὸ μανιωδῶν ἀνδρῶν θορυβῆσαι θέλων τῷ λόγῳ. Nam vox poëtica λαλαγεῖν hoc ſignificat. Notanda duplex inuidorum iniuria: verbis primùm in τὸ λαλαγῆσαι. deinde factis in κακοῖς ἔργοις. Huius libri Od. 9. ſumitur pro ἐκφωνεῖν, ſeu λαλεῖν.

κρύφον. Pro κρύφιον: vt ex Ariſtarcho notat Scholiaſtes, qui hoc per κρύψιν interpretatur, hoc eſt κρύψιν καὶ ἀφανισμὸν ποιεῖν τῶν ἀγαθῶν. vel cum Triclinio, pro κρύφιον *occultam*, vt ſic conſtruamus, κρύφιον αἶνον τῶν ἀγαθῶν κακοῖς ἔργοις τιθέναι. *rerum præclararum laudem occultare per mala facta, & iniurias.* θέμεν. Ion. & Dor. pro θεῖναι.

ἐπὶ ψάμμος. Cohærent iſta cum præcendente Θήρωνος. Nam quæ interceſſit digreſſio, quaſi parentheſi eſt includenda. παρεβολικῶς autem & ὑπερβολικῶς docet Theronem fuiſſe liberaliſſimũ. In parœmiam venit, *Arenam ſuperat*, quum infinitatem ſignificamus. vide Chil. Eraſ.

χάρματα. Vocat τὰς εὐεργεσίας *gaudia*: nam pleroſque nihil magis delectat quam munera. Vnde Seneca, *Omnium dulciſsimum eſſe ait, accipere.* Eleganti autem interrogatione concludit: quod ad ſuauitatem facit.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΘΗΡΩΝΙ εἰς Θεοξένια.

ΕΙΔΟΣ Γ.

EIDEM THERONI in Theoxenia.

ODE III.

## ARGVMENTVM.

*Occaſionem huius encomij præbuerunt equi Theronis victoriam conſequuti: quod ei nuntiatum eſt quum Theoxenia celebraret. Hinc Pindarus Theronem à corona equorum, & victoriæ loco prædicat. Deinde per digreſſionem narrat quomodo Hercules ab Hyperboreis oleam impetrarit: & locum in Elide certaminibus Olympicis conſecratum oleis ornarit: quomodo etiam aureis cornibus inſignem ceruam apud Hyperboreos captam in Peloponneſum tranſtulerit.*

παράφρασις.

Inſtituo inclytum Agrigentum ornare, eximia laude Theronis equos pedibus indefeſſos celebrando: quos illi renuntiatum eſt victoriam Olympicam reportaſſe, cùm Theoxenia agitaret. Quorum ſacrorũ cùm fuerint authores Ca-

Στροφὴ α, κῶλ. θ.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἁδεῖν,
καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ,
κλεινὰν ἀκράγαντα γεραίρων, εὔ-
χομαι,
Θήρωνος Ὀλυμπιονίκαν
ὕμνον ὀρθώσαις, ἀκαμαντοπόδων
ἵππων ἄωτον.

μετάφρασις.

*Tyndaridis hoſpites amãtibus placere opto, pulchricomæque Helenæ, inclytum Agrigentum decorans, conſtructo hymno in laudem equorum Theronis qui*

ſtor & Pollux, ipſis, necnon Helenæ ſorori, hoc carmine placere opto. Muſa autem mihi ſic aſtitit, noua varietate admirandum in Theoxenia ſcribendi commento modũ, vt carmen vocémque, qua ornatur chorea, Dorico numero accõmmodauerim.

μοῖσα δ' ὅτω ποι παρέςα
μοι νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον,
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ.

*in Olympijs vicerunt pedibus indefeßi. Muſa autem ſic aſtitit mihi nouum commento modum Dorico carmen vt accommodarem cothurno.*

Θεοξένια. Nomen habent παρὰ τὸ ξενίζειν τοῖς Θεοῖς: quòd Dij omnes excipi viderentur conuiuio. Ideo Heſychio dicitur κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς Θεοῖς. Pindari Scholiaſtes inſtitutum hoc à Dioſcuris ſacrum dicit. Cùm enim ſe inter Deos reciperet Hercules, Caſtori & Polluci curam Olympiorum commiſit, vt ea ex inſtituto ſuo diſponerent. Illi interea feſtum nouum excogitarunt, idque Theoxenia nominarunt: eo quòd Dij tunc hoſpitio excipi viderẽtur. Sacra autem facienti & Theoxenia obſeruanti Theroni nuntius venit, ipſius equos in Olympia viciſſe. Ideo poëta de Dioſcuris & Helena mentionem facit honoris cauſa, vt de Theoxeniorum authoribus. Verùm hoc feſtum in multis Græciæ locis celebrabatur, nulli priuatim Deo ſacrũ, ſed omnibus in vniuerſum. Athenis autem potiſſimum videtur celebratum. Nam inter propria Reip. illius inſtituta hoc fuit, quod Θεοὺς ξένους colerent quamplurimos: vnde Heſychius, Θεοὶ ξενικοὶ παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, οὓς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. Interdum hæc ſacra Deo alicui peculiariter dicabantur, vt capere eſt ex lib. 9. Athenæi, διατέτακται παρὰ Δελφοῖς τῇ θυσίᾳ τῶν Θεοξενίων, vbi videntur Apollini peculiariter conſecrata, qui Delphis colebatur. Cui etiam Theoxenio cognominato apud Pellenenſes eadem celebrabantur: vnde Pauſanias in Achaicis, ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ἱερὸν, τὸ δ' ἄγαλμα χαλκοῦ πεποίηται, καὶ ἀγῶνα ἐπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι. Huius certaminis apud Pellenenſes præmium fuit argentũ. In Theoxenijs etiam à Caſtore & Polluce inſtitutis, ludi agebantur, in quibus qui viciſſent, chlænam pro præmio accipiebant.

Τυνδαρίδαις. Initium ducit à propoſita ſibi commendatione authorum feſti Theoxeniorum. Quærit autẽ Scholiaſtes cur non vouerit hanc Oden, vel Ioui, cui ſacra erant Olympia, vel Herculi, qui ea inſtituerat. Et reſpondet, quia Caſtor & Pollux iuſſu Herculis regebant hæc certamina. Sed Ariſtarchus ait apud Agrigentinos in honore eſſe Dioſcuros, ideóque ipſum vti more patrio. Sed Didymus eò refert, quòd à maioribus Theron Argiuus eſſet. Argis autem, & in Peloponneſo coluntur Dioſcuri. Hic Tyndaridæ dicuntur Caſtor & Pollux, à Tyndaro patre putatitio, quòd ex Leda eius vxore ſint nati. Et cùm alter à Ioue, alter à Tyndaro eſſet conceptus, nihilominus ambo Tyndaridæ nuncupantur. Sed in Theocriti Dioſcuris, Iouis ambo filij dicuntur.

Ὑμνέομες Λήδας τε, καὶ αἰγιόχω Διὸς υἱώ,
Κάστορα, καὶ φοβερὸν Πολυδεύκεα πύξ ἐρεθίζειν.

φιλοξείνοις. Hoſpitales appellantur, quia cùm Theoxenia inſtituiſſent, ad ea multi peregrini confluebant, quos beneuolentia dignabantur, & comiter excipiebant.

καλλιπλοκάμῳ. Hoc eſt *formoſæ*. Nam ſynecdochicè, *pulchricoma* dicitur Helena, pro, *omnibus partibus formoſa*, cùm ſit, vt Homerus ait, etiam καλλιπάρῃος. Sed quia magna formæ pars, & gloria mulierum non vltima, ſunt pulchri capilli, eam ab his commendat. Nec non Homerus Il. 3. ἠΰκομον. & Ody. ο. καλλίκομον vocat. Ἑλένᾳ Dor. pro comm. Ἑλένῃ.

κλεινὰν. Dor. pro comm. κλεινὴν. De Agrigento habes ſuperiore Oda. Sed locum hac interpretatione clariorem reddamus. Τοῖς Διοσκούροις τοῖς φιλοξένοις, καὶ τῇ καλῇ Ἑλένῃ ἀρέσκειν ἐφίεμαι, τιμῶν τὴν ἔνδοξον Ἀκράγαντα, διὰ τοῦ ἀνεγεῖραι ὕμνον, κόσμιον ἐξαίρετον, τῶν τοῦ Θήρωνος ἵππων τοὺς πόδας ἐν δρόμοις μὴ καμνόντων, καὶ Ὀλύμπια νικησάντων.

εὔχομαι. Hoc eſt ἐφίεμαι, ποθῶ, ἐπιθυμῶ: vt & ſumitur Ode Nem. 8. χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι *aurum alij optant, alij campum*. & 9. εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι *opto hanc virtutem reſonare*. & apud Xenoph. εὔχομαι ἀθέμιστα *opto nefaria*.

Ὀλυμπιονίκαν. Hoc vocabulum Scholia & Triclinius iungunt cum ὕμνον: & hic exponit Ὀλυμπιονίκας ὑμνοῦντα. Sed malim cum Aretio ſumere pro genitiuo Dorico qui mutat ων in αν hac in declinatione: ídque iungere cum ἵππων: ſiquidem equi Theronis in certamine Olympico victores ſunt proclamati.

ὕμνον ὀρθώσαις. Pindarica phraſis ὀρθοῦν ὕμνον *erigere hymnum*. Hoc eſt *componere carmen in laudem alicuius, quod alta voce canatur*. Et videtur alluſiſſe ad ὄρθιον νόμον, de quo vulgata Lexica. Hæc notat Lexicon Pindaricum.

ἀκαμαντοπόδων. Non reperitur hæc vox in vulgatis Lexicis. Eſt autem ἀκαμαντόπους Poëticum vocabulum, quod ſignificat ἀκάμαντας πόδας ἔχων, καὶ μὴ δυναμένοις δαμᾶσθαι πόνοις. *qui pedes habet indefeſſos, & qui nullo labore domari fatigarique poſſunt*. Huius libri Od. 4. tribuitur τῇ βροντῇ *tonitrui*, & 5. τῇ ἀπήνῃ *vehiculo*, hoc epitheton.

ἄωτον. Intellige κόσμον ἐξαίρετον. Huius vocis expoſitionem vide in priori Oda.

Μοῖσα. Dor. pro μοῦσα. Eſt autem αἴτιον. Cur Agrigentum & Theronis equos laudando, placere etiam Dioſcuris optet. Quia nimirum, ſic ſuaſit Muſa quæ Aretio & Leonicero putatur Clio, vel Calliope: Verum Marſilius Ficinus in argumento in Platonis Ionem ſub finem teſtatur Pindarum à Polymnia fuiſſe afflatum.

παρέστα. Dor. pro παρέστη: Et ſic hanc ſententiam exponas cum Triclinio, ἐπίνοια τῶν ἐγκωμίων μοὶ παρέστη, ἤγουν ἐπῆλθε. Nihil enim aliud eſt Muſa, quàm inuentio quæ mentis ſolertia ſuggeritur.

νεοσίγαλον. Dor. pro νεοσίγηλον. Hoc eſt νεοποίκιλον ἐπινοήσαντι ἁρμόσαι τὸ γεγωνεῖν εἰς Θεοξένια. Et vt exponit Triclinius, καινοτέραν ἔχοντα ἀγλαΐαν. Hoc eſt, *qui nouum argumentum, varietate & elegantia admirandum adinueni*, quod in Theoxenia ſcribo. Νεοσίγηλος autem vox eſt poëtica, quæ deducitur à νέος & σιγή. q. d. διὰ καινότητα καὶ κάλλος τοῖς βλέπουσιν ἐμποιῶν μετὰ θαύματος σιγὴν: *qui nouitatis, & pulchritudinis cauſa cern ſilentibus entium cum admiratione inducit*. Cuiuſmodi ferè eſt etymon vocabuli σιγαλόεις in Lexicis, & apud Euſtath.

Δωρίῳ πεδίλῳ. hoc eſt ῥυθμῷ. Metaphoricè ſumitur Doricum calceamentum pro harmonia vel rythmo. Tranſlatum ab vſu Tragœdiarum & Comœdiarum in quibus certo calceamenti genere vtebantur. Dicit etiam Scholiaſt. dici ἀπὸ τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον, nēpe τὴν βάσιν ἐναρμόσαι τῷ Δωρίῳ μέλει. *greſſum componere choreæ ad Doricum melos.* Vide in Doricam harmoniam quæ annotauimus 1. Od. Ant. 1. in hęc verba, Δωρίαν φόρμιγγα. Alibi quoque appellatur αἰολὶς μολπή.

παράφρασις.

Etenim equorum Theronis victoria ob quam implicatæ ſunt illorum iubis corollæ, exigit à me vt debitum hoc encomium, afflatu Muſarum contextum, in gratiam Theronis Aeneſidemi filij profean, quod ad citharam diuerſas voces exprimentem, ad tibiæ cantum, & viuæ vocis modulationem decenter aptetur. Quinetiam hoc ipſum exigit Piſa, à qua ad victores homines redundat non vulgaris gloria, quam diuina poëtarum carmina decantant.

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν
ζευχθέντες ἔπι στέφανοι
πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
καὶ βοὰν αὐλῶν, ἐπέων τε θέσιν,
Αἰνησιδάμου
παιδὶ συμμίξαι πρεπόντως·
ἅ τε Πίσα με γεγωνεῖν, τᾶς ἄπο
θεύμοροι νίσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί.

μετάφρασις.

*quo ſplendida inſtituitur chorea. Quia iubis adnexæ corollæ, exigunt à me hoc diuinitus ſtructum debitum, & citharam variè ſonantem, clamorémque tibiarum, & carminum ſtructuram Aeneſidemi filio commiſcere decenter. Et Piſa e*xigit *me celebrare, à qua diuinitus data veniunt ad homines carmina.*

ἀγλαόκωμον. hoc eſt, vt mihi videtur rectè exponere Triclinius, λαμπρὰν συνιστῶν χορείαν, *choream conſtituens ſplendidam.* Nam κῶμος *ſaltationem* ſignificat, Vtque dicit Scholiaſtes ἐκώμαζον ὑμνοῦντες τὴν νίκην. Et quia hîc agitur de Theoxenijs à Caſtore & Polluce inſtitutis, conijcere licet choream à comitatu ad Dioſcurorum templum duci ſolitam eſſe illius celebritatis tempore. Alioqui victorem amici canentes domum honoris cauſa deducebant. Vox autem ἀγλαόκωμος dicitur, vel vt ἀγλαὸς περὶ τὸν κῶμον *ſplendidus erga choream:* vel vt ἀγλαΐζων τὸν κῶμον. *ornans choream.*

ἐπεὶ χαίταισι. Duæ cauſæ quibus impellitur ad ſcribendum carmen continentur hac antiſtropha. Nimirum quòd illud à ſe exigant coronæ quibus equi fuerunt ornati. Item locus certaminis, Piſa videlicet. Et his verbis hanc periodum declares. ἐπειδὰν οἱ στέφανοι ταῖς τῶν ἵππων θειξὶν συνδεδεμένοι, ἀπαιτοῦσιν ὀφειλόμενον ὕμνον ὑπὸ τῶν Μουσῶν κατεσκευασμένον· καὶ κιθάραν ποικιλόφωνον, καὶ αὐλῶν ἡδεῖαν ἠχὼ, καὶ ἐπέων συνθήκην, χάριν Θήρωνος Αἰνησιδήμου παιδὸς εὐπρεπῶς συναρμόξαι. Quæri hic poteſt quibus hæ coronæ darentur. Negat primùm Scholiaſtes iubis equorum alligari, & vult circumponi capillis eorum qui choream agitabant. Deinde exponens hæc verba, ζευχθέντες &c. iunctas ait iubis equorum has corollas. Et hoc meliùs: ſiquidem vicerant equi Theronis: ac proinde coronam præ-

mium victoriæ merebantur.

ἔπι. Sic notatur accentu, quia post vocem quam regit, ponitur: alioqui scribendum foret, ἐπὶ. Sic paulò pòst in τὰς ἄπο. vel sume pro ἐπιζευχθέντες.

πράσσοντι. Dor. pro comm. πράσσουσι. Cuius compositum ἐισπράττω est vsitatius hoc sensu. Translatum ab institoribus qui æs alienum exigunt. Sic & χρέος eadem translatione τὸ ὀφείλημα. Sic beneuolentiam Theronis captat, quum profitetur poëta se tam egregio regi encomium debere.

Θεόδματον. Dor. pro comm. θεόδμητον. Commendat sua carmina quòd mente diuinitus afflata condiderit illa. Hic per Deum intelligit, vel Apollinem Musarum principem, vel Musam illam de qua paulò antè dicebat, μοῖσα δ' οὕτω ποι παρέστα μοι, &c. Componitur θεόδμητος ex Θεὸς, & δμητὸς. q.d. ὑπὸ θεῶ δεδμημένος, à verbo δέμω. *ædifico*. Hæc vox occurrit Olymp. 6. Pyth. 9. Isthm. 6.

ποικιλόγαρυν. Dor. pro comm. ποικιλόγηρυν. hoc est ποικίλην φωνὴν ἔχουσαν. γῆρυς hoc est φωνή. Notandus hic συναθροισμὸς & synonymia. Nam hæc tria sumit pro præsenti hymno seu encomio, citharam variè sonantem, tibiarum modulationem, & viuæ vocis concentum: quæ simul sonantia suauiorem reddebant laudem Theronis. Nihil tamen hic abundat, quandoquidem apertè docet Pindarus hæc in chorea obseruari, citharæ, tibiæ, & vocis harmoniam.

βοὰν αὐλῶν. Leonicerus, & cum eo Aretius, dicit Pindarum vocem tibiarum sibi tribuere, quòd vt in ipsius vita fuit explicatum, non solùm cithara, sed & tibia canere potuit. Verùm non sui rationem in his habere videtur: sed duntaxat carminis quod his musicis instrumentis esset accommodatum. βοὰν. Dor. pro βοὴν.

ἐπέων θέσιν. Non solùm σύνθεσιν compositio carminis: sed etiam eius ἄρσις καὶ θέσις eleuatio, & depressio quę fit viua voce, intelligitur.

ἅ τε Πίσα. Subaudi ἐπιτρέπει με γεγωνεῖν. Altera causa impellens quæ hac antistropha continetur. Nimirum locus certaminis: vnde petit & aucupatur digressionem de Herculis peregrinatione ad Hyperboreos. Hic ἁ. Dor. pro ἡ. & τᾶς. primùm Dor. pro τῆς artic. præposit. deinde pro subiunct. ἧς. Et sic exponenda hæc, ἡ τε Πίσα ἐπιτρέπεταί με γεγωνεῖν, ἀφ' ἧς Θεοδώρητοι εἰς νικήσαντας ἀνθρώπους ἔρχονται ὕμνοι.

Θεύμοροι. Dor. & poët. θεύμορος dicitur κατὰ κρᾶσιν pro θεόμορος, hoc est ὑπὸ τῶ Θεῶ κατὰ μεῖραν δεδομένος. Ex vocibus Θεὸς *Deus*, & μόρος à μείρω *diuido*. Simpliciter sume hoc loco pro θεόσδοτος: seu vt habet Triclinius, θεοδώρητος.

νίσσοντ'. Per elisionem pro νίσσονται. à νίσσομαι, hoc est πορεύομαι. vox est poëtica.

| παρέφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. θ. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| Ad eos nimirum quibus incorruptus certaminis arbiter | ᾧ τινι κραίνων ἐφετμὰς Ἡρακλέος προτέρας | Cuicunque exequens iussa Herculis antiqua |

vir Aetolus,ſeu Eleus, antiqua Herculis mandata exequens,in decus & ornamentum ſupra palpebras capiti circumpoſuit coronam glauci oleaſtri:quem celebris ille Amphitryonis filius, ab Iſtri fontibus, qui hoc arborum genere aliíſque conſiti obumbrantur, olim attulit,vt eſſet pulcherrimum monumentum Olympicorum certaminum.

ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας βλεφάρων
αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν,
ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας, τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας,
μνᾶμα τῶν Ὀλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων.

*verus certaminis iudex Aetolus vir ſuper palpebras comis circumpoſuerit glaucum ornamentum oliuæ, quam aliquando Iſtri ob opacis fontibus attulit Amphitryoniades, monumentum pulcherrimum Olympicorum certaminum.*

ᾧ τινι. Obſeruant ſcholia Pindarum à plurali numero ad ſingularem deficere:nam relatiuum eſt, ad præcedens ἀνθρώπους. Referre vellet Aretius ad Αἰνησιδάμου παιδὶ. Sed primò non poſſunt parentheſi includi quæ inter hęc verba interceſſerunt. Nam diſertè alteram cauſam impellentem continent. Deinde remotiora ſunt illa: & videtur non de certo victore loqui author; ſed indefinitè de quouis. Tertiò nullus error in numeri mutatione: ſiquidem ὅστις ſignificat *Quicunque*:quæ vox eſt indefinitè notans omnes victores.

κραίνων ἐφετμάς. Senſus eſt ſic extricando ſententiam colligendus: οἷς τελειῶν τὰς παλαιὰς ἐντολὰς Ἡρακλέους, ὁ Ἠλεῖος ἀνὴρ δίκαιος Ἑλλανοδίκης, ἀμφιβάλοι ταῖς κόμαις ὑψόθεν βλεφάρων στέφανον ἐξ ἐλαίας γλαυκῆς εἰς κόσμον. Videris hîc ὑψόθεν referendum ad βλεφάρων,& ἀμφὶ per tmeſin auulſum eſſe à βάλοι.

ἐφετμὰς Ἡρακλέος. Quia iuſſerat Hercules, vt à iudicibus certaminis victores in perpetuum oleaſtri corona decorarentur.

ἀτρεκής. Epitheta iudicis, ἀτρεκὴς à iuſtitia, hoc eſt :δίκαιος, ἀληθής, ἀπροσωπόληπτος: & αἰτωλὸς à patria. Nam ex Eleis(qui poſtea Aetoli dicti ſunt, ex quo Aetolus Oxylus ipſis præfuit ) eligebantur iudices.

ἑλλανοδίκας. Dor. pro ἑλληνοδίκης. hoc eſt , *Græcorum iudex*. Deſcribuntur autem ἑλλανοδίκαι à Varino ἄρχοντες Ἠλεῖοι οἱ διέποντες τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπικόν. De quibus vide Pauſaniam in Eliacis. Primùm autem Elei vnum iudicem elegerunt: deinde duos: tandem etiam nouem. Hi præſtito iuramento de victoribus pronuntiabant. Ariſtodemus Eleus ex ſingulis tribubus vnum elegit, vt eſſent decem numero. Quinquageſima Olympiade, ex omnibus duos electos eſſe,author eſt Suidas,vt vigeſima quinta Olympiade nouem conſtituti fuerant: ac tres equorum curſus,tres quinque certaminum ludos obſeruabant. Reliqui tres præmia diſtribuebant. His additus eſt decimus totius certaminis Præſes. Ac ſemper electi ſunt,qui iuſtitia & pietate integerrimi erant. Fuit etiam hoc nomine peculiaris apud Athenienſes magiſtratus, qui pecunias rerum ſacrarum nomine debitas exigebat:ipsíſque choragis in ſacrorum ſumptus erogabat.

Αἰτωλὸς ἀνήρ. Reſpicit ad Oxylum,quem Hercules Olympiorum author primum vnúmque iudicem conſtituit, patria Aetolum. Hic Heraclidis in Pelo-

ponnesum migrantibus itineris fuit dux: qui memores beneficij Eleorum dominatum illi permiserunt. Vnde Elei, Aetoli dici cœperunt. De Oxylo vide Pausaniam in prioribus Eliacis. ὑψόθεν pro ὑψόθι.

γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας Pro κόσμον ἐλαίας γλαυκόχροος hoc est γλαυκῆς. Dicit ἐλαίαν, quod vertit κότινον Scholiastes: quam vocem κότινον, Theocriti interpres Id. 5. ἀγριέλαιον vocat *Oleastrum, oleam syluestrem,* qua constat paratas fuisse Olympionicis coronas. κόσμον intellige στέφανον: quod erat ornamentum victoris. Est oleastri, non verò oleæ, glaucus color.

ταί. Dor. pro τήν. Estque articulus præpositiuus loco subiunctiui. Atque hinc digressionem aggreditur, qua commemorat, quomodo & vnde oleastri ab Hercule in Peloponnesum fuerint translati. Ostendit ab Istri fontibus translatam plantam.

σκιαρᾶν. Dor. pro σκιαρῶν. Est autem σκιαρὸς *vmbrosus,* ἀπὸ τοῦ σκιὰν αἴρειν *vmbram attollere, magnam facere.* Pro quo passim apud Homerũ σκιόεις. παγᾶν. Dor. pro πηγῶν. Fuerunt vmbrosi fontes ob densitatem ibi plantatorum oleastrorum, aliarúmque arborum. Deinde transplantata arbor, in ipso loco certaminis certatoribus vmbram & coronam exhibuit.

Ἴστρου. Ister & Danubius eiusdem fluuij sunt nomina, vnde binominem vocat Ouidius. De hoc vide Plin. l. 4. c. 12. Pomponium Melam l. 2. c. 1. & Strab. l. 4. & 7. Mirum autem est dici allatum oleastrum ab Hercule ex Istri fontibus, & Hyperboreis populis. Nam nec oleam, nec oleastrum totus ille tractus habet: habuerit saltem, nec-ne, vehementer dubitari potest. Pomponius Mela Danubij fontes in Germania ponit. Strabo iuxta Sueuos, & ad Hercyniam syluam Istri fontes collocat. Aristot. l. 1. Meteor. c. 14. ait ex Pyrenæo Celticæ regionis monte oriri Istrum & Tartessum.

Ἀμφιτρυωνιάδας. Dor. pro comm. Ἀμφιτρυωνιάδης. Præterea interseritur α. pro Ἀμφιτρυωνίδης. hoc est, *Hercules,* ab Amphitryone putatitio patre.

μνᾶμα. Dor. pro comm. μνῆμα. Causáque est finalis facti Herculis, nimirum vt esset monumentum Olympici certaminis, & inde victoribus fierent coronæ. Sic autem redde posteriora verba pedestri oratione. ἣν ἐλαίαν ὁ Ἡρακλῆς ἤνεγκέ ποτε ἀπὸ τῶν Ἴστρου πηγῶν σκιαζομένων τῇ περὶ αὐτὰς ἐλαιῶν φυτείᾳ, μνημόσυνον κάλλιστον ἐσομένην τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ ἱερῶν ἀγώνων.

| παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. θ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| postquam oratione sua ita flexit Hyperboreorũ Apollinis cultorum animos, vt petitionem impetrarit. Nam ille beneuolo erga eos animo affectus plantam hanc petijt, vt ea consereret Iouis delubrum, quo confluentes vndique hospites recipiuntur, cuius ex frondibus, communis | δᾶμον Ὑπερβορέων πείσαις, Ἀπόλ-<br>λωνος θεράποντα. ὅ γε<br>πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει πανδόκῳ<br>ἄλσει, σκιαρόν τε φύτευμα,<br>ξυνὸν ἀνθρώποις, στέφανόν τ' ἀρετᾶς. | *populo Hyperboreorum cùm persuasisset, Apollinis cultori. Ipse amica cogitans, Iouis petit omnes excipiente luco, vmbrosámque plantam, cõmunẽ hominibus, coronámque virtutis. Iã enim ab ipso,* |

homi-

hominibus vmbra, & strenuis certaminum victoribus corona pararetur. Iam enim plenilunium instare: quum aureo curru vecta Luna vesperi, toto orbe illustratur, victimis honorandæ sibi sunt Iouis patris aræ.

ἤδη γὰρ αὐτῷ, πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέντων, διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μήνα,

*aris patri sacratis, plena luna, aureo curru vecta, vespere totum oculum illustrauerat.*

δάμον ὑπερβορέων. Ostendit quibus rationibus allatis impetrarit oleastrum ab Hyperboreis. Atque interea Herculis eloquentiam obiter innuit, qui οὐ βίᾳ, ἀλλὰ πείθων λόγῳ impetrauit postulatam plantam. Ac talem Herculem Gallicum describunt. Vide Lucianum in προσλαλιᾷ seu *Hercule.* talem etiam extitisse Herculem istum docet Pindarus: dicitur δάμον Dor. pro comm. δῆμον. Cùm autem hic ad Istri fontes author collocet Hyperboreos, verisimile est illum regionis illius situm ignorasse. Et certè testatur Strabo multa de Hyperboreis fabulosè narrari: quæ quum sequutus fuerit noster poëta, nihil mirum si non certa de situ regionis est locutus. Iam ergo Leonicerum & Aretium imitati, loco id postulante, locupletum authorum in lectoris gratiam non solùm citemus, sed hic scribamus verba. Primùm Græca Scholia oriundos esse hos à Titanibus ostendunt, citato poëta Pherenico, qui sic ait

Ἀμφί δ' ὑπερβορέων, οἵ τ' ἔσχατα ναιετάουσι,
Ναῷ ὑπ' Ἀπόλλωνος, ἀπείρητοι πολέμοιο.
Τοὺς μὲν ἄρα προτέρων ἐξ αἵματος ὑμνήσουσι
Τιτάνων βλαστόντας, ὑπὸ δ' ἐρόμεν αἰθρήεντα,
Νάσσασθαι βορέαο γύῃ Ἀειμαστὸν ἄνακτα.

Vnde satis patet ad boream eam fuisse gentem, nec tamen satis cognitam. Quare Strabo lib. 11. ait Græcos scriptores, vniuersos septentrionales olim Scythas, & Celtoscythas appellasse. Qui verò eos distinxêre, eos qui suprà Euxinum, & Istrum, & Adriam habitant, Hyperboreos, & Sauromatas, & Arimaspos vocasse. Et lib. 7. fabulosè narrari de Hyperboreis multa ait. Et lib. 15. Megasthenem eadem narrasse de Hyperboreis, quæ Simonides, Pindarus, & alij poëtæ, quòd mille annis viuant, nimirum significans fabulosa de his omnia tum fuisse. Tamen idem author grauiter refellit lib. 1. Herodotum, qui hos populos esse negat: quum postquam multa de ijs dixit hoc addit, εἰ δὲ εἰσί τινες ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι, εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι. Idque in Melpomene. Cui rectè respondet, non ideo dici Hyperboreos, quòd boreas apud eos non spiret: sed quia hi boreæ sunt proximi. Mela lib. 3. cap. 5. *In Asiatico*, inquit, *littore primi Hyperborei, super Aquilonem, Ripheósque montes, sub ipso syderum cardine iacent, vbi sol non quotidie vt nobis, sed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit, & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox vsque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis, cultores iustißimi, & diutius quàm vlli mortalium, & beatiùs viuunt, quippe festo semper otio læti, non bella mouere, non iurgia, sacris operari, maximè Apollinis, quorum primitias Delon misiße, initio per*

*virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes vlterioribus, moremq́; eum diu & donec vitio gentium temeratus est, seruasse feruntur. Habitant lucos, syluasq́; & vbi eos viuendi satietas, magisq́; tadium cepit, hilares redimiti sertis, semetipsi in pelagus ex certa rupe pracipites dant. Id eis funus eximium est,* Et lib.1.cap.2. inter Asiæ populos eos connumerat. Plinius l.4. c.12. *Pone eos montes,* inquit, (Ripheos intelligit) *vltraq́; Aquilonem, gens fœlix, (si credimus) quos Hyperboreos appellauêre, annoso degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq́; syderum ambitus, semestri luce, & vna die solis auersi: non vt imperiti dixêre, ab æquinoctio verno in autumnum, semel in anno solstitio oriuntur eis soles, brumáque semel occidunt. Regio aprica, fœlici temperie, animi afflatu noxis carens. Domus ijs nemora, luciq́; & Deorum cultus viritim, gregatímque, discordia ignota, & ægritudo omnis: mors non nisi satietate vitæ, epulis, delibutisq́; senibus luxu, ex rupe quadam in mare salientibus, hoc genus sepulturæ beatissimum.* Quidam eos in prima parte Asiæ littorum posuêre, non in Europa, qui sunt ibi, similitudine & situs, Attacorum nomine. Alij medios fecêre eos inter vtrumque Solem Antipodum, occasum, exorientémque nostrum, quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interueniente. Qui non alibi, quàm in semestri luce constituêre eos, serere matutinis, meridie metere, occidente Sole fœtus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt.

Ἀπόλλωνος θεράποντα. Ab hac gente coli solitum Apollinem docet Mela, loco citato: cui Plinius l. 4.c. 12. astipulatur, *Nec licet,* inquit, *dubitare de gente illa, cùm tot authores prodant frugum primitias solitos Delum mittere Apollini, quem pracipuè colunt. Virgines ferebant eas, hospitijs gentium: per annos aliquot venerabiles, donec violata fide, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituêre, hisq́; ad conterminos deferre: atque ita Delum vsque: mox & hoc ipsum exoleuit.*

πιστὰ φρονέων. hoc est φιλικὰ διανοούμενος, nimirum ὥσπερ φιλικῶς ἔχων πρὸς αὐτούς. Vt doceat Herculem, cùm beneuolo erga Hyperboreos esset animo, verbis amicè obtinere voluisse oleastrum, non vi tanquam hostiliter illos excipiendo. Et per πιστὰ fidem amicitiæ notat.

Διὸς αἰτεῖ. Prima ratio Herculis. Nimirum quia αἰτεῖ τοῦ Διὸς ἄλσους χάριν, *postulat in gratiam luci Iouis.* Ἄλσος *lucus* vel *delubrum.* Est πᾶν χωρίον ἀφιερωμένον Θεῷ id est *locus omnis Deo consecratus,* licèt sit ψιλὸν φυτῶν. hoc est ἀφύτευτον, *nudus arboribus,* sicuti 2.Il. Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν, Ποσιδήϊον ἄλσος vocat, qui Neptuno tantùm sacer erat, & arboribus carebat.

Πανδόκῳ. Lucum vocat πανδόκον *omnes excipientem,* hoc est *amplissimum,* vt παντοδαποὺς ἀνθρώπους exciperet. Nam ex gentibus omnibus ad Olympicos ludos plurimi confluebant: vnde & πανήγυρις apud Græcos dicebatur. Neque quisquam virtutis amans inde excludebatur. Scribitur autem πανδόκος Ion. mutato χ. in κ. vt & huius lib. Od.4.

σκιαρὸν φύτευμα. Secunda ratio: nimirum vt hoc φύτευμα esset κοινῆς ἀνθρώποις σκιᾶς ποιητικόν. hoc est *communem hominibus vmbram faceret.* Proinde non in pro-

prios vſus poſci, ſed in aliorum vtilitatem: vt tempore certaminum ſub vmbra recreari liceret.

ξυνόν. hoc eſt κοινόν. vt apud Phocylidem Ξυνὸς χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσι. στέφανόν τ' ἀρετᾶς. Dor. pro ἀρετῆς. Eſtque tertia ratio: videlicet vt inde victoribus fiat corona, præmium virtutis.

ἤδη γὰρ. Cauſam reddit Hyperboreis cur tam obnixè oleaſtrum peteret: eámque petit à circunſtantia temporis: quòd nimirum inſtarent Olympia, plenilunio celebranda. Prima autem Olympiade ἀκρόθινα πολέμου victoribus propoſuit. Poſtea cùm deeſſet adhuc victoribus aliquod ornamentum proximè ſequente Olympiade, oleaſtrum ad coronas ab Hyperboreis accepit.

αὐτῷ. Nimirum τῷ Ἡρακλεῖ, vt ſit pro ὑπ' αὐτοῦ Ἡρακλέος ἁγισθέντων βωμῶν. Eſt ὕστερον πρότερον. Nam priùs plenilunium acceſſerat, quàm aræ ſacris imbuerentur. Videtur itaque dicere Hercules inſtare plenilunium, quo ante ſacrorum certaminum celebrationem, Ioui patri ſibi erat ſacrificandum.

διχόμηνις Poët. pro comm. πανσέληνος. Nam quum plena eſt luna δίχα κόπτει τὴν μῆνα *bifariam diuidit menſem*. Nam apud veteres νουμηνία nouilunium, ſemper inchoabat menſem, qui cùm triginta diebus pro ratione curriculi lunę conſtaret, dimidiatus erat plenilunio, quòd fit die decimo quinto. Dicit Scholiaſtes διχόμηνιν dici, quòd αὔξησιν patiatur luminis: ſtatim etiam eiuſdem λεῖψιν. Sed clarior eſt prior ſententia.

χρυσάρματος Poëtica vox, h. e. ὁ χρυσῷ ἅρματι φορούμενος, *aureo*, hoc eſt, *pulchro curru vectus*. Quod epitheton Caſtori tribuitur Ode 5. Pyth. & Iſthm. 6. χρυσάρματοι Αἰακίδαι appellantur. Nunc aureo curru vecta dicitur luna, quòd quũ plena eſt cœlo ſereno ſit pulcherrima. Notũ autẽ eſt poëtas Lunę quoq; currũ affinxiſſe.

ἑσπέρας. expone *veſperi*, adverbialiter. Nã quũ plena eſt luna, veſperi occidẽte ſole ſurgit, à quo tota tum illuſtratur. Quare ἑσπέρας dictum pro ἐπὶ τῆς ἑσπέρας vt Triclinius exponit.

ὅλον ὀφθαλμὸν. Vocat totum orbem lunę, quæ etiam oculos habere videtur, & veluti quędam facies apparet. Poteſt plenæ lunæ orbis, oculus vocari, quia nocturno ſplendore illuſtrat euntes, facítque vt, cùm cernant vbi pedem ponant, inoffenſi incedant.

ἀντέφλεξε. hoc eſt ἀντέθηκε λαμπρὸν, *oppoſito arſit lumine*. Nam fit ἀντιφλέγω, ex ἀντὶ quod hoc loco ſignificat ἀντίον. & verbo φλέγω. μῆνα. Dor. pro μήνη. Quatuor autem poſteriora cola redde ſic proſa. ἤδη γὰρ ὑπ' αὐτοῦ, τοῦ βωμοῦ Διὸς τοῦ πατρὸς, διὰ τῶν ἐναγισμάτων, σεβασθέντος, ἡ πανσέληνος σελήνη, χρυσῷ ἅρματι φορουμένη, ὁλόκληρον τὸν ἑαυτῆς ὀφθαλμὸν λαμπρὸν ἐπὶ τῆς ἑσπέρας δεδυκότος τοῦ ἡλίου ἀντέθηκε.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. θ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| & ferendum ſanctum atque incorruptum iudicium magnorum certaminum, quæ inſtituto à ſe quinquennio mox erant celebranda in | καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν, καὶ πενταετηρίδ' ἁμᾶ θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ | *& magnorum certaminum ſanctum iudicium, & quinquennium ſimul conſtituerat diuinis in* |

Elide prope Alphei diuini fluuij præcipitia. At in conuallibus Cronij collis Pelopis vnde ſpectãtur athletæ, nullas virere arbores ad loci decus & cõmoditatem. Ideóque cùm illud ſolũ nudum, nulla vmbra gratũ eſſe videretur; ſed receptis ſolaribus radijs ferueret, ſibi in mentem veniſſe vt in regionem Iſtrianã, hoc eſt Scythicam, proficiſceretur.

ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρε' ἔθαλλε
χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.
„ τούτων ἔδοξε
„ γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξεί-
„ αις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀλίου.
δὴ τότ' ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαι-

*præcipitijs Alphei. Sed non pulchris arboribus floridus erat locus in vallibus Cronij Pelopis. His visus eſt ei vacuus hortus acutis obedire radijs Solis. Tunc igitur animus in terram proficiſci cogitabat*

καὶ μεγάλων. Hæc conſtruenda ſunt cum præcedentibus. Et certamina magna κατ' ἐξοχὴν vocat Olympica, quòd reliquis Græciæ ludis eſſent celebriora. Sic *magna* vocauit Horatius Ep. 1. l. 1.

*Quis circum pagos, & circum compita pugnax,*
*Magna coronari contemnat Olympia?*

ἁγνάν. Dor. pro comm. ἁγνὴν. Intelligit autem ἀπροσωπόληπτον, καὶ ἀδωροδόκητον *perſonam non reſpiciens, nec corruptelam admittens iudicium:* vt commendetur Hellanodicarum æquitas.

πενταετηρίδα. Hoc etiam dicunt πενταετίαν, ex πέντε *quinque, &* ἔτος *annus:* quod temporis ſpatium ab Olympicis ludis Ολυμπιὰς Latin. *luſtrum* dicitur, quod quadriennio terminatur. Itaque tempus certaminis annotat: illud quinto quoque anno celebrari: nimirum quatuor annis in medio expletis, ineunte quinto. Item Herculem horum ludorum authorem diſertè nominat.

ἁμᾶ. Dor. pro comm. ἅμα *ſimul.* quæ vox ſic habetur Pyth. 3. Nem. 5. 7. & 10. Oda. quod Schol. 3. Pyth. dicit eſſe Dorico more πεισπώμενον.

θῆκε. Neglecto augmento pro ἔθηκε. Locum notat certaminis. Alpheus enim eſt Piſæ fluuius: in Piſa autem Olympici ludi celebrabantur. Pro eodem ferè, ídque figuratè ſumuntur Olympia, Piſa, & Elis.

ζαθέοις hoc eſt, ἄγαν θείοις. Nam ζα. in compoſitione, vocis ſignificationem auget: vt ζάθεος ſit, *vehementer diuinus.* Huic autem fluuio diuinitatem attribuit, veterum Ethnicorum quorundam opinionem ſequutus, qui Alpheum pro Deo coluerunt, cui & ſtatuam, & communem aram cum Diana erexerunt. Dictus Αλφειὸς ab ἄλφος *vitiligo* quam eius aqua curat.

Αλλ' οὐ. Oſtendit qualis fuerit certaminis area priuſquàm oleaſtrum ab Hyperboreis attuliſſet Hercules: nimirum nuda, vnde ſolibus athletæ torrebantur: nihílque in promptu erat, vnde victoribus corona compararetur. βάσσαις. Dor. pro comm. βήσσαις.

Κρονίου. *Cronij*, vel adiectiuè, vel ſubſtantiuè accipi poteſt. Adiectiuè refertur ad Pelopem vt ſit κρονίου à κρόνος *Saturnij Pelopis:* quòd Pelops genus ſuum ad Saturnum retulerit. Pluto enim Saturni filia, Tantali fuit mater: Tantalus Pelopis pater, vt referunt Scholia. Subſtantiuè κρόνιον eſt mons

Elidis, quæ Peloponnesi est regio. Potes igitur sic locum construere, χῶρος ἐν βήσσαις τῶ Κρονίου τῶ Πέλοπος: vel χῶρος τῶ Πέλοπος ἐν βήσσαις Κρονίω λόφω. Nam & dixit alibi ἐν δρόμοις Πέλοπος. Et eundem locum antè Αυδῶ Πέλοπος ἀποικίαν vocauit. Od. 1. Olymp. Epod. vltim. τούτων ἔδοξε. Hoc est τούτων τῶ φυτῶ γυμνὸς ὢν ὁ τόπος ἐδόκει καταδέρκμος εἶναι ὀξεῖ ἡλίῳ.

κᾶπος. Dor. pro comm. κῆπος hoc est, hoc loco τόπος ἀνέμοις περιπνεόμενος, *locus ventis expositus, & qui ab ijs vndiquaque perflatur*. Hinc κάπαι *præsepia* vocantur apud Homerum, quòd spiritu equorum pabulum & alimoniam attrahente perflentur vt docet Scholiastes.

ὑπακουέμεν. Dor. & Ion. pro ὑπακούειν. Quod Triclinius exponit pro εἰς πεῖραν ἔρχεσθαι τῶ σφοδρῶν ἀκτίνων τῶ ἡλίω *tentari vehementibus radijs solis*: & notat loci incommoditatem, antequam esset ab Hercule plantatus.

δὴ τότε. Deliberatio exorta ex causis præcedentibus, coronæ penuria, locíque solibus expositi incommoditate.

πορεύειν. Hîc actiuum pro pass. πορεύεσθαι sumendum, idque Atticè: vel est subaudiendus accusatiuus personæ ἑαυτὸν. Aliàs est transitiuum πορεύειν pro ποιεῖν πορεύεσθαι. vt Ode Nem. 7.

θυμὸς ὥρμαινε. Hoc est προεθυμήθη, ἐνεθυμήθη, διενοήθη, ἐβουλεύθη.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Hîc Diana Latonæ filia equorum agitatrix, excepit eum cùm ex Arcadia veniret, quæ altis montium iugis & depressis conuallibus constat. Idque cùm obeundo Eurysthei mandata, paterno decreto illis obligatus, cùm Iunoni concessisset vt natu posterior, priori inseruiret, aureis cornibus insignem Ceruam fœminã captaret, Eurystheo in Grçciam adducendam, quam Taygeta olim Dianæ consecrarat, quòd ab ea in ceruam mutata Iouis libidinem effugisset. | ν' Ἰστρίαν, ἔνθα Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ δέξατ' ἐλθόντ' Ἀρκαδίας ἀπὸ δει-ρᾶν, καὶ πολυγνάμπτων μυχῶν. εὖτέ μιν ἀγγελίαις Εὐρυσθέος ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξον-θ', ἅν ποτε Ταϋγέτα ἀντιθεῖσ' Ὀρθωσία, ἔγραψεν ἱεράν. | *Istria nam: vbi Latonæ equorum agitatrix filia excepit venientem Arcadiæ à iugis, & variè flexuosis recessibus: quando eum iussu Eurysthei adornabat necessitas à patre* impo-sita *auricornem ceruam fœminam adducturum: quã olim Taygeta dedicans Dianæ, inscripsit sacram.* |

Ἰστρίαν. Triplicem lectionem huius loci proponit Scholiastes, vel Ἰστρίαν νιν & Scythiam intelligit. Vel Ἰστρία νιν, & Dianam intelligit quæ Ἰστρία dicebatur à flumine Istro, quod colunt Amazones, quæ hanc Deam maximo in honore habent: vel à Tauris gente Scythica quæ circum Istrum habitat, apud quos similiter colitur Diana. Vel denique Ἰστρίαν referendo ad præcedens γαῖαν, & intelligit Ἰστρίαν γῶν hoc est *Istriam*, seu *Scythiam*. quæ tertia lectio maximè probatur.

ἔνθα Λατοῦς. Ad aliam insignem fabulam de Cerua aureis cornibus insigni digreditur: quam Hercules Eurystheo tyranno morem gerens ex terra Istriana in Græciam retraxit. Cuius rei nomine constat Herculem ad Istrum se contulisse: vbi cùm insignem oleastrorum præstantiam & proceritatem conspiceret, eâdem opera plantam hanc ab Hyperboreis impetratam in Elidem vel Pisam secum transtulit.

Λατοῦς. Dor. pro Λητοῦς. à Λητὼ *Latona*. ἱπποσόα. Poët. vocab. ἡ τοὺς ἵππους σόουσα, hoc est, σεύουσα, *quæ equos agitat*. Cuius mascul. est ἱπποσόης comm. & Dor. ἱπποσόας de quo vide Pyth. Od. 2. Hîc per periphrasin denotat Dianam: quæ Latonæ fertur filia, vt patet ex hymno Homeri in Apollinem.

χαῖρε μάκαιρ' ὦ Λητοῖ ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα,
Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν.

Vocatur ἱπποσόα quia eadem est cum Luna, cui vt & Soli, sui equi tribuuntur. Alioqui, vt testatur Callimachus, huic Deæ currum aureum qui à ceruabus candidis traheretur, antiqui affinxerunt.

δειρᾶν. Genit. Dor. pro δειρῶν. à singul. δείρη. Quæ vox Eusthatio est etiam ὄρους ἐξοχὴ *iugum montis*: qua in significatione vsitatius est δειράς. Vnde Aretius hunc genitiuum ducit, quanquam meliùs à δείρη petatur.

εὖτέ μιν. Hoc est, ἡνίκα αὐτὸν τοῖς προστάγμασι τοῦ Εὐρυσθέως ὑπουργεῖν ἡ πατρὸς ἀνάγκη παρεσκεύαζεν. Passim autem apud poëtas videre est Herculem Eurysthei mandatis obeundis fuisse obnoxium.

ἔντυε. Poët. neglecto augmento pro ἤντυε. Imperf. ab ἐντύω, quod est ὁπλίζω, εὐτρεπίζω *armo, instruo, præparo*. reiecto ν dicitur pro ἐντυνω, quod fit à nomine quod in plurali tantùm in vsu est, τὰ ἔντεα *arma*, sic dicta quòd ἐντὸς αὐτῶν sit militum corpus. Sumitur aliquando ἐντύω pro ὁρμῶ, ὀτρύνω vt Pyth. Od. 9. & Nem. 9.

ἀνάγκα. Dor. pro ἀνάγκη, πατρόθεν, hoc est, ἡ τοῦ πατρός. Nam Iuno à Ioue Herculis patre obtinuit, vt qui prior nasceretur, alterius esset dominus. Itaque effecit vt prior Eurystheus in lucem fuerit editus, posterior Hercules: vnde hic debuit quicquid iuberet ille decreto paterno subire. Hîc illius iussu Ceruam fertur insecutus.

χρυσόκερων ἔλαφον. Cornutam esse docet fœminam ceruam, contra physicorum sententiam. Nam Aristoteles l. 3. c. 2. de partib. Animalium, ostendit fœminam cornua non habere, & cur id fiat, à natura rationes affert. Proinde Pollux l. 5. c. 12. scribit masculum fuisse hunc ceruum Herculis, καὶ ἔλαφος χρυσόκερως ὁ ὑπὸ Ἡρακλέους ἁλούς. Disertè tamen Pindarus θήλειαν dicit. Et Volaterranus ex Euripide citat Ceruam ab Hercule expugnatam. Nec Atticismo potest excusari Pindarus, quia addit θήλειαν. Attici autem etiam masculis articulum fœmininum præponunt, vt dicant ἡ pro ὁ ἔλαφος. sicut & ἵππος θηλυκῶς vsurpant, vt apud Theogn. ἵππος ἐγὼ καλὴ καὶ ἀεθλίη. Quare ad Scholiastæ sententiam confugiendum, qui monet poëtas omnes, etiam fœminas Ceruas cornutas facere: idque fieri posse demonstrat argumento elephantorum. Nam quemadmodum Indicæ elephantes fœminæ dentibus carent, Aethiopicæ & Libycæ sunt dentatæ:

ſic fieri poteſt vt Ceruæ aliæ alibi pro climatis varietate habeant aut non habeant cornua. Citant Scholia Anacreontem qui ait Ἀγαν ὡς οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν, ὅς τ' ἐν ὕλαις κεροέσσης ὑπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Sophocles ἔλαφον κερόεσσαν facit à qua fuit nutritus Telephus. Apud Eurip. in Iphigenia legimus Achæos Agamemnoni tradere ceruam cornutam pro ipſius filia mactandam. Et in Helena Eurip. χρυσόκερω τ' ἔλαφον verſ. 388.

ἔλαφον. Etymon huius vocis habet Plutarchus lib. de prudentia animalium, παρὰ τὸ ἐλαύνειν vel ἐλᾶν τοὺς ὄφεις. à *capiendis vel ab inſectandis ſerpentibus* quorum de pugna vide Oppian. l. 2. cyneg. ver. 235.

ἄν ποτε. Dor. pro ἥν. Declarat autem huius Ceruæ originem. Quum Iupiter Taygetam Atlantis filiam deperiret, in ceruam à Diana mutata eſt: ſicque Iouis effugit conatum: mox eiuſdem beneficio humanam formam recepit. Cui gratiam referens, ceruam auricornem ei conſecrauit, quam cùm Hercules Euryſtheo adduxiſſet, in collo eius reperta eſt hæc inſcriptio Ταϋγέτη ἱερὰν ἀνέθηκεν Ἀρτέμιδι, vt refert Scholiaſtes. Triclinius autem hoc modo inſcriptionem refert Ταϋγέτη ταύτην ἀφιεροῖ Ἀρτέμιδι.

ἀντιθεῖσα. Rectè obſeruat Triclinius dici pro ἀνατιθεῖσα per ſyncopen: vel ἀντιθεῖσα pro ἀνθ' ἑαυτῆς θεῖσα. hoc eſt, *quam ſuo loco conſecrarat*: ſed quadrat ſatis prior expoſitio.

Ὀρθωσίᾳ. Hoc eſt Ἀρτέμιδι. Scholia & Triclinius à monte Arcadiæ ſic dictam ferunt, ἔστι γὰρ ὄρος Ἀρκαδίας ὄρθιον. Hinc Dea & Orthia & Orthoſia. Vel quaſi ὀρθοῦσα τὰς γυναῖκας, καὶ εἰς σωτηρίαν ἐκ τῶν τοκετῶν ἄγουσα. nam fert parturientibus opem.

παράφρασις.

Dum autem eam inſequebatur ceruam, vidit Hyperboreorum regionem à tergo boreæ venti ſitam. Tunc obſtupefactus cõſtitit, conſpiciens egregias arbores: eúmque ſimul inuaſit dulcis cupido ijs conſerendi ambitum ſtadij Olympici vbi duodecies circum metam currus flectuntur à certatoribus. Idémq; nunc Hercules cum diuinis Ledæ decenter cinctæ filijs Caſtore & Polluce, benignus ad hãc quæ fit à Therone Theoxeniorum celebritatẽ accedit.

στροφὴ γ. κῶλ. θ.

τὰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα
πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέα
ψυχροῦ. τόθι δένδρεα θαύμαινε σταθείς.
τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχε
δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
ἵππων φυτεῦσαι.
καὶ νῦν ἐς ταύταν ἑορτὰν
ἵλαος ἀντιθέοισι νίσεται
σὺν βαθυζώνου διδύμοις παισὶ Λήδας.

μετάφρασις.

*Quam inſequens, vidit & illam terram à tergo flatus boreæ frigidi, vbi arbores admirabatur ſtans. Quarum eum dulce deſiderium cepit, vt circa duodecim flexus habentem metam curſus equorum plantaret. Et nunc ad hoc feſtum propitius cum diuinis accedit altè cinctæ filijs Ledæ.*

τὰν μεθέπων. Articul. Dor. pro τὴν & præpoſit. pro ſubiunct. Hîc oſtendit non data opera, ſed per occaſionem, quæſitũ & allatum ab Hercule oleaſtrum:

nimirum dum insequebatur hanc ceruam.

κἀκείναν. pro καὶ ἐκείνην. & πνοιᾶς Poët. & Dor. pro πνοῆς. βορέα Dor. pro βορέου. Breuiter autem describit terram Hyperboreorum à natura loci, & inclementia cœli. vide precedentia de hac gente annotata. Sic autem prosa loquaris, ἣν ἰδών, ἐθεάσατο τὴν γῆν τὴν ψυχρὰν τῶν Ὑπερβορέων.

τόθι. Poët. pro ἐκεῖ. hoc est ἔνθα στὰς ἐθαύμασε τὰ δένδρεα κοτίνου, καὶ αὐτοῦ ἐπιθυμία ἔλαβε τοῦ ἀπ' αὐτῶν φυτεῦσαι περὶ τὸ τέρμα δρόμου ἱππικοῦ. De voce δωδεκάγναμπτον diximus antea in δωδεκαδρόμοις. fit hæc vox ex δώδεκα *duodecim*, & γνάμπτω *flecto*.

καὶ νῦν ἐς. Regressio ad festum Theoxeniorum, cui Herculem & Dioscuros interesse fingit, quum à Therone celebrantur q.d. καὶ νῦν ἐς ταύτην Θεοξενίων ἑορτὴν ὁ Ἡρακλῆς ἔρχεται εὐμενὴς σὺν δυσὶ παισὶ τῆς βαθυζώνου Λήδας. Dorica sunt ταύταν ἑορτὰν pro comm. ταύτην ἑορτήν.

βαθυζώνου. Epitheton mulieris βαθύζωνος *arctè & profundè cincta*: sic ab Homero βαθύζωνοι γυναῖκες vocantur: siue quòd mulieres sese pressiùs cingant, vt graciles appareant: nam βαθὺς est *multus*, vt βαθὺς πλοῦτος pro πολύς. siue quòd heroides ferè hoc epitheto decorentur, quæ haud dubiè peculiarem in cingendo modum sunt secutæ, quo honestatem præ se ferrent.

διδύμοις. Hoc est Διοσκούροις. Sunt Pollux & Castor, quos poëtæ eodem ouo prognatos, eodémque partu fingunt editos. ἀντιθέοισι poët. pro ἀντιθέοις vox est poëtica ἀντίθεος. & νίσσομαι. poët. quoque.

παράφρασις.

Nam cùm in cœlum ad Deos ascensurus esset, his commisit gubernationem spectabilis huius certaminis, in quo virium corporis, & fortitudinis specimen edunt athletæ, & currus qui à velocibus equis trahuntur, agitant aurigæ. Quare me animus impellit ad dicendum toti Emmenidarũ tribui, vt & Theroni gloriã obtigisse, quam equis insignes heroës Castor & Pollux impertiuerunt: quò se gratos præberent præstiti sibi officij, quum pluribus, quàm alij mortales, sacrificijs & mensis hospitalibus Emmenidæ seu Agrigentini, & Theron ipsos adeant.

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν, Οὔλυμπόνδ' ἰὼν
θαητὸν ἀγῶνα νέμειν,
ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου
διφρηλασίας. ἐμὲ δ' ὦν πα
θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις
Θήρωνί τ' ἐλθεῖν.
κῦδος εὐίππων διδόντων
Τυνδαριδᾶν. ὅτι πλείσταισι βροτῶν
ξενίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις.

μετάφρασις.

*His enim mandauit in Olympum proficiscens, vt hoc spectabile certamen regerent, & de virorũ fortitudine, & de habente celeres currus aurigatione. Me igitur anim⁹ impellit dicere, Emmenidis & Theroni viniße gloriã, quã dãt insignes equis Tyndaridæ: quoniam plurimis,* inter ceteros *mortales hospitalibus ad ipsos accedunt mensis.*

τοῖς γάρ. Hoc est τούτοις γὰρ ἐπέτρεψεν Ἡρακλῆς, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀπερχόμενος διοικεῖν τὸν θαυμαστὸν ἀγῶνα, ὄντα περὶ τῆς ἀνδρῶν δυνάμεως, καὶ σπουδαίας τῆς δίφρων κινήσεως, δι' ἧς ἡ τῶν ἁρμάτων ταχυ-

της

ὡς δείκνυται. Initio autem iam annotauimus, quod dicit hic author: curam Olympicorum certaminum ab Hercule Tyndaridis fuisse concreditam. Hic articulus τοῖς. pro τούτοις.

Οὔλυμπόνδ'. Poët. pro εἰς Ὄλυμπον, τοῦτ' ἔστιν, οὐρανόν. Nam à poëtis, vt notissimum est, hac significatione Ὄλυμπος vsurpatur, quod metri causa υ assumit in prima syllaba, vt fiat diphthongus ου. δε autem à poëtis vsurpatur pro εἰς vel ἐπὶ, vel πρὸς. vt κλισίηνδε, ἀγορήνδε apud Homerum, & similia. οἶνδε δόμονδε apud Hesiodum.

θαητὸν. Dor. pro comm. θηητὸν à θηέομαι *admiror, cum admiratione video*: à θεάομαι, *specto, contemplor*. Sed Lexicon Pindaricum θαητὸς deducit à θεατὸς mutato ε, in α. & α. in η. quod mihi longiùs petitum videtur. Spectabile hoc certamen vocat, ob præstantiam & splendidum eius apparatum.

ἀρετᾶς πέρι. Dor. pro ἀρετῆ. & πέρι quia voci quam regit, postponitur, accentum retrahit in priorem syllabam. His verbis docet quibus constet hoc certamen, quum ait viros virium virtutem in eo exercere, & in agitandis currulibus ludis dexteritatem, vbi laudem velocium & generosorum equorum currus trahentium complectitur.

ῥιμφαρμάτου. Vox ῥιμφάρματος non reperitur in vulgaribus Lexicis. Ab authore vsurpatur pro, *qui celerem currum habet* à ῥίμφα *celeriter*: & hoc παρὰ τὸ ῥίπτειν ἑαυτὸν διὰ τάχους. & ab ἅρμα *currus*.

διφρηλασίας. Est & διφρηλασία poëticum vocabulum pro ἡνιόχησις, & ἡνιοχεία. Huic respondet ἁρματηλασία. & dicitur vtrumque ἡ τοῦ δίφρου, καὶ ἅρματος ἔλασις. Hinc διφρηλάτης. hoc est ἡνίοχος.

ἐμὲ δ' ὦν. hoc est ἐμὲ δ' οὖν ψυχὴ διεγείρει λέγειν δόξαν ἐλθεῖν Ἐμμενίδαις ἤγουν τῇ φρατρίᾳ τοῦ Θήρωνος, ἣν ἐπὶ καλῶν ἵππων ὀχούμενοι Διόσκουροι αὐτοῖς ἔδωκαν, διότι αὐτοὺς δεξιοῦνται τραπέζαις ξενοδοχικοῖς πάνυ πλεόσι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Est autem in his ἐπάνοδος post digressionem, qua redit ad laudes Theronis. & ὦν Dor. pro οὖν. Annotat Scholiastes δ' ὦν, πα, has copulas esse expletiuas. Vbi πα Doricum quoque videtur.

Ἐμμενίδαις. hoc est τοῖς Ἀκραγαντίνοις. Emmenidæ autem tribus est Theronis in Sicilia. Quum enim Telemachus quispiam Agrigentinorum tyrannus Phalarin oppressisset, filium habuit Emmenidem, cuius Aenesidamus, cuius Theron & Xenocrates, Theronis Thrasydeus, Xenocratis Thrasybulus.

εὐίππων διδόντων. Huius gloriæ quam Theron est adeptus, facit collatores Dioscuros. Τυνδαριδᾶν est genit. Dor. pro Τυνδαριδῶν.

ὅτι πλείσταισι. Reddit rationem cur Dioscuri conferant hanc illi gloriam: videlicet quia gratos se præbent accepti à Therone honoris, à quo frequentiùs quàm ab alijs mortalibus celebratione Theoxeniorum cohonestantur.

ξεινίαις. Metri causa pro ξενίαις. *Hospitales mensas* appellat *Theoxenia*, in Castoris & Pollucis honorem celebrari solita. Et horum sacrificium ξενισμὸς appellatur, vt Scholiastes ait.

παράφρασις.

adeò religiosè debitas Dijs ſolennitates obſeruãt. Vt autem aqua inter elemẽta primatum obtinet, & inter diuitias pretioſiſſimum eſt aurum : ſic Theron extremos virtutis limites aſſecutus , Herculis ad columnas,nempe ad culmen præſtantiæ domeſticis virtutib⁹ inſtruct⁹ peruenit:Quare ſicuti non licet ipſi,parta Olympiaca victoria , vlterius in via virtutis progredi:ſic nõ pluribus laudibus ipſum proſequar. Nã ſumma laude propoſita , alias qualeſcunq; congerere hominis inepti eſſet.

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσοντες μακάρων τελετάς.
εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων
δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον,
νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θήρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων, ἅπτεται
οἴκοθεν Ηρακλέος στηλᾶν. τὸ πόρσω
δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον,
„ κἀσόφοις. οὔ μιν διώξω. κεινὸς
„ εἴην.

μετάφρασις.

*religioſa mente obſeruantes beatorum ſolennes ritus. Quòd ſi præſtãtiſſima eſt aqua, inter poſſeſſiones autẽ aurum maximè venerabile : nunc certè ad extremos limites Theron perueniens, virtutibus domeſticis attingit Herculis columnas. Quod vltra* eas eſt *ſapientibus, & inſipientibus inacceſſum eſt. Non igitur perſequar: vanus* enim *eſſem.*

εὐσεβεῖ.Cohærent hæc cum ſuperioribus:& Agrigentinos potiſſimùm à religione commendat , quòd præ cæteris mortalibus Theoxenia celebrent. γνώμᾳ Dor.pro γνώμῃ.hoc eſt συνειδήσει,vel νόῳ.

εἰ δ' ἀριστεύει.Epilogus per comparationem: qualis initio 1.Olympiorum:cuius expoſitionem conſule.εἰ.autem non eſt hoc loco conditionalis, ſed cõtinuatiua particula.Hæc ſic proſa declaro. ὥσπερ ὕδωρ ἐστὶν ἄριστον τῶν στοιχείων. ὁ δὲ χρυσὸς τῶν κτημάτων τὸ τιμιώτατον.οὕτως ὁ Θήρων πάντων ἀνθρώπων ἐστὶν ἄριστος,εἰς ἄκρον τῶν ἀρετῶν τῶν ἀπὸ πατέρων ἐλθών.

αἰδοιέστατος.Superl.poët.pro αἰδοιότατος ab αἰδοῖος,ότερος,ότατος.ſed poët.έστερος,έστατος. νῦν γε. πρὸς ἀπόδοσις , qua prouerbiali ſententia Theronis virtutes effert. Nam columnas Herculis attingere,ad ſumma rerum culmina conſcendere ſignificat: huc refer quod in Chiliad.colligit Eraſmus titulo *Perficiendi*,ſeu *Abſoluendi*.Refert Scholiaſtes,ſimul ac Hercules,ob Geryonis boues ad inſulam Erythiam in Oceano ſitam perueniſſet,omne nauigabile mare tranſiens , neque quicquam præter chaos & caliginem reperiſſet,eum columnas erexiſſe , quibus laborum ſuorum conſummationem,& nauigationis metam indicauit , vltra quas nemo deuenire poſſit.Allegoricè autem intelligit per columnas Herculis,Olympiacũ certamen,quòd nihil ſit illa victoria præclarius & auguſtius,nec illi quicquam maius accedere poſſit.De Columnis quarum altera Abyla , altera Calpe nuncupatur vide Strab.l.3.& Melam lib.1.c.5.

ἀρεταῖσι.Poët.pro ἀρεταῖς.& στηλᾶν. genit. Dor.pro στηλῶν.

τὸ πόρσω. Monent hæc verba,vt rectè obſeruat Aretius , terminum aliquem eſſe ſtatuendum in quærendis honoribus. κἀσόφοις,pro καὶ ἀσόφοις.

οὔ μιν διώξω.Pulchram finiendæ Odæ occaſionem arripit ex columnis Herculis:

ta vt ſicuti non licet vltra eas progredi:ſic neque ſibi pluribus laudibus ſit proſequendus Theron:ſiquidem eſſet hominis vani & inepti, quum alicuius ſummam laudem propoſuit,alias qualeſcunque afferre. κᾳνὸς autem poëticè metri cauſa pro κενὸς,hoc eſt μάταιος,vt in ſuperiore Oda κᾳναὶ παρὰ δίαιταν.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩ. ἵπποις.

PSAVMIDI CAMARINAEO equis victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Δ.

ODE IV.

## ARGVMENTVM.

*Laudatur Pſaumis Camarinæus à victoria Olympica,quam adeptus eſt equis, ab hoſpitalitate,pacis ſtudio amore in Rẽpublicã,& alendorum equorum cura. Demum hiſtoria Ergini Clymeni filij canitiem excuſat.*

παράφρασις.

Summe Deorum Iupiter, qui tonitrua velociſſimo fragore crepãtia voluis & impellis(quandoquidẽ illæ tuę cœli ianitrices horæ,voluẽtibus annis Olympiadẽ tibi ſacrã reuexerũt:mẽq; Olympicorũ certaminũ ſummè prçſtãtiũ teſtẽ miſerũt,vt victorẽ Pſaumidẽ,encomio cithara varios edẽte modulos canẽdo,prædicẽ: cuius virtutẽ illaudatã præterire nõ debeo,cùm ſim ei⁹ amicus:& ſit virorũ bonorum audito dulci nuntio rei ab amicis fœliciter geſtæ,geſtire protinus gaudio,eiſq; animo inuidia vacuo gratulari) Rogo te fili Saturni, Iupiter qui ventis expoſitam Aetnam tenes, cuius onere iacet obrutus centiceps ille Typhon validus, quem fulmine ſub eum montem detruſiſti,accipe & boni conſule Gratiarum cauſa chorealem hunc hymnum,

ϛροφὴ κώλ. ιε.

Ελατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς
ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ (τεαὶ γὰρ ὧραι
ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
ἑλισσόμεναί μ᾽ ἔπεμψαν
ὑψηλοτάτων μάρτυρ᾽ ἀέθλων.
„ ξείνων δ᾽ εὖ πρασσόντων, ἔσαν
„ αὐτίκ᾽ ἀγγελίαν
„ ποτὶ γλυκεῖαν ἐσλοὶ)
ἀλλ᾽ ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν
ἔχεις
ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογ-
κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου
Οὐλυμπιονίκαν
δέκευ χαρίτων ἕκα-
τι τόνδε κῶμον,

μετάφρασις.

*Vibrator altiſſime tonitrus pedibus infatigabilis, Iupiter (tuæ enim horæ reuolutæ cũ variæ citharæ cantu me miſerunt,altiſſimorum teſtem certaminũ: amicis enim fœliciter agentibus lætãtur mox nuntium ad dulce viri boni)Sed ô Saturni fili,qui Aetnam habitas, onus ventoſum centicipitis Typhonis validi, de Olympica victoria accipe gratiarum cauſa hunc chorealem hymnum,*

Ψαύμιδι Καμαριναίῳ. Inſcribitur hæc Oda Pſaumidi Camarinæo equis victoriam adepto, quem Scholia dicunt Acronis fuiſſe filium, qui quadrigis, vel equis victor euaſit, Olympiade 82. A patria Camarinæus dicitur. Eſt autem Camarina Siciliæ vrbs condita à Syracuſanis, Daſcone & Meneale ducibus, annis 135 à conditis Syracuſis. Cognominis eſt lacui vicino peſſimi odoris, de quo prouerbialis verſus,

Μὴ κίνει καμαρίναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Hac de parœmia conſule Chiliadas Eraſmi.

ἐλατὴρ ὑπέρτατε. Exordium ducit ab apoſtropha ad Iouem, ídque conuenienter: quandoquidē ſacra ſunt Ioui Olympia, in quibus vicit Pſaumis. Hîc author, vt interpretātur Scholia, Iouis equū, per quandā proſopopœā, facit tonitru: quod tranſlatione ab equorū celeritate ἀκαμαντόποδα vocat: nam pedibus caret tonitru, ſed velocitate inexplicabili fragor iſte voluitur. De voce ἀκαμαντόποις. Vide Strophe 1.3. Olymp. βροντᾶς Dor. pro βροντῆς. Hęc vox eſt poëtica ὑπέρτατος pro ὑψηλότατος, ὕψιστος. Sicuti in Oper. & Dieb. Heſiodi ὃς ὑπέρτατα δώματα ναίει. Deducitur hic ſuperlat. ab aduerbio ὑπέρ. Hinc & comparat. ὑπέρτερος.

τεαὶ γάρ. Dor. τεός, ά, όν. dicitur pro σὸς *tuus*. Eſt notanda ἐπένθεσις & hyperbatum, quo ſententia redditur impedita. Nondum enim abſoluta precatione cauſas impellentes interſerit, vnam à tempore Olympiorum, alteram ab amici erga victorem officio.

ὧραι. Horas hîc pro tempore accipit, quo Olympia celebrabantur: quod fictitijs illis cœli ianitricibus ordine reuolutis recurrit. q. d. αἱ περίοδοι τῶν Ολυμπιάδων, αἱ σοὶ ἀνατιθέμεναι, ἐπανακυκλούμεναι, &c. vt exponit Triclinius. De Horis vide apud Homerum, alióſque poëtas. & Macrob. 1. Saturn. & Natal. Comit.

ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος. Hoc eſt μετ' ἀοιδῆς ποικίλων μελῶν φόρμιγγος: compon. ex ποικίλος *varius* & φόρμιγξ. Hoc epitheton τῇ ἀοιδῇ datum aiunt Scholia, quòd Muſicis organis, tibia & cithara canerent.

ὑψηλοτάτων. Summa, quòd à ſummo Heroe Hercule inſtituta: ſummóque Ioui dicata eſſent. μάρτυρα hîc interpretare ὑμνητὴν *celebratorem*: quoniam qui alicuius virtutem celebrat, illius ſe conſtituit teſtem.

εὖ πρασσόντων. Inſignis ſententia, qua veluti rationem reddit, cur Pſaumin laudandum ſuſceperit: & in his eſt altera cauſa impellens. Agit γνώμη contra inuidos, qui ſucceſſus amicorum ægrè ferunt: quod non eſt bonorum virorū.

ἔσαναν. Hoc eſt ἐχάρησαν, ἥσθησαν. tranſlatum ἀπὸ τῶν σαινόντων ζώων, quales ſunt canes, qui cauda & auribus adblandiuntur heris, veluti beneuolentiam hoc ſigno profitentes, vt Odyſſ. ρ reuerſum Vlyſſem canis agnoſcens,

Οὐρῇ μὲν ῥ' ὅγ' ἔσηνε, καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω.

Sic igitur rectè Scholia reddunt, τῶν φίλων εὐδαιμονούντων εὐθέως οἱ ἀγαθοὶ ἐσάρησαν, ἥσθησαν ὑπὸ γλυκειῶν ἀγγελιῶν μαθόντες. ποτὶ Dor. pro πρός.

ἀλλ' ὦ Κρόνου. Dixit antiſtropha. 2. Olymp. Αλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας. Vt autem clarior ſit ſententia, poſt parentheſim mutatis verbis apoſtrophen repetit, & Iouem à patre nominat, à loco factíſque laudat. Similiter poſt

longum hyperbaton Od.3. initio, rediens ad ſententiam dicit 3. colo. 1. Antiſtr. ἀλλ' ὦ Πίσας.

ὅς Αἴτναν ἔχεις. A loco, quum dicitur Aetnam occupare, cuius mentionem facit, quia mons iſte eſt in Sicilia, Siculúſque eſt Pſaumis. de Aetna & Typhone vide quæ dicit author, Od.1. Pyth. vbi ἑκατοντακάρανον dicit quem hîc ἑκατογκεφάλαν. ex ἑκατὸν *centum*, & κεφαλὴ *caput*.

ἶπον. De hac voce vide Theſaurum Stephani, vbi per πιεσμὸν exponit ex Triclinio. pro hac voce ἰπνὸν. hoc eſt κάμινον, ſubſtituit in ſuo Lexico Conſtantinus, afferens Aeſchylum qui dicit ἰπνούμενος εἴζαισιν Αἰτναίαις ὕπο. Veriſimile autem eſt caminum appellari poſſe Aetnam, quia ſemper ardet. Penes lectorem eſto electio. Nam & ἶπος vt exponitur, hîc poteſt conuenire. Fit à verbo ἴπω ſeu ἴπτω. hoc eſt βλάπτω. *lædo*.

Οὐλυμπιονίκαν. Metri cauſa & Dor. pro Ὀλυμπιονίκην. Sic vocat chorealem hymnum, quoniam victorem Olympiorum celebrat.

δέκευ. Hinc ſumi debet propoſitio, qua Ioui explicat quid voto cupiat. Vox hæc eſt Ionica & Dor. quia χ. Iones in κ. & Dores ου. in ευ. mutant: & ἕκατι Dor. pro ἕκητι, hoc eſt ἕνεκα. Gratias intellige, vel pietatem & humanitatem victoris: vel eas carminis adiutrices quæ ad canendum Pſaumin impulerunt.

κῶμον, hoc eſt ἔπαινον τῇ χορείᾳ ἁρμόδιον. Eſt enim propriè κῶμος, ἡ μετ' ὀρχήσεως ᾠδή: & ſæpe cum petulantia coniuncta.

παράφρασις.

virtutibus præpotentibus perenne allaturum lumen, ei qui Olympia nomini tuo ſacra vicit. Etenim hic hymnus curru Pſaumidis vehitur, ſcilicet eius laudes canit, qui coronam oleaſtri Elei, quadrigarum ob victoriam conſequutus, magnam Camarinæ patriæ gloriam affert. Cui, quemadmodum hunc ſucceſſum optanti, fauit Deus, vtinam & in reliquis votis ſit propitius: quandoquidem eximijs virtutibus præditus refulget. Nam vehementi alendorum equorum ſtudio tenetur: hoſpitalitate gaudet, qua quemuis excluſo nemine dignatur, eſt reipublicæ amātiſſimus, & ad pacem patriæ tuendam educatus, vir fuco carens, & ſincera mente cla-

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιδος γὰρ ἥκει
ὀχέων. ὃς ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
„ σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔ-
„ φρων
„ εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς· ἐπεί μιν
αἰνέω, μάλα μὲν
τροφαῖς ἑτοῖμον ἵππων,
χαίροντα τε ξενίαις πανδό-
κοις,
καὶ πρὸς ἡσυχίαν φιλόπολιν
καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμέ-
νον.
„ οὐ ψεύδεϊ τέγξω
„ λόγον. διάπειρά τοι
„ βροτῶν ἔλεγχος.

μετάφρασις.

*diuturniſſimum lumen præpotentium virtutum. Pſaumidis enim venit in curribus: qui oliua coronatus Piſæa, decus excitare properat Camarinæ.*
*Deus propitius ſit reliquis eius votis: quoniam ipſum prædico, valdè quidem alendorum ſtudioſum equorum: gaudentémque hoſpitalitatibus omnium exceptricibus: & ad tranquillitatem vrbis amantem ſincera mente educatum. Non mendacio tingam orationem. Experientia enim mortalium eſt index.*

rus. Ob quæ ipſum laudo: nec vllatenus mentior. Quod vulgi illius humanitatem experti teſtimonium comprobat. Nam experientia ſatis ſupérque arguit quales ſint homines. Quæ nunc oſtendit Pſaumidem quanquam erat ante annos canus non minus fuiſſe fortem & ad Olympia aptum, ſiquidem victoriam reportauit.

χρονιώτατον φάος. Commendatio ſui encomij. Nam dignum laude virum Muſa vetat mori. Et vt Scholiaſtes in hæc ait, σβέννυται τὰ καλὰ ἔργα μὴ ἔχοντα ποιητικὴν φωνὴν μάρτυρα. Hæc ſic explices oratione ſoluta, διηνεκῆ ἀπόδειξιν τῶν ἀρετῶν ἐκ μεγάλης τοῦ νικητοῦ. ἰσχύος γινομένων. Hic ἀρετᾶν genit. Dor. pro ἀρετῶν.

Ψαύμιδος γὰρ ἥκει. Ratio cur debeat Iupiter excipere hoc encomium: quia nimirum venit vectum curribus Pſaumidis, hoc eſt, continet laudationem victoriæ quam Pſaumis τεθρίππῳ eſt adeptus. ante ὀχέων ſubintellige ἐπὶ, quod per ellipſin omittitur. Eſt autem genit. plur. ab ὄχος, εος, ους.

ἐλαίᾳ. Semper oleam pro oleaſtro nominat Pindarus. Nam oleaſtro, quod victorum fuit præmium, conſitus fuit locus ante templum Iouis Olympici: vt ſuperior Oda demonſtrat.

κῦδος ὄρσαι. Phraſis poëtica: ſed proſa diceres παραγίνεται τῇ πατρίδι Καμαρίνᾳ δόξαν φέρων. Nam in patriam redundat ciuis præclari gloria. De Camarina dictum initio odes.

Πισάτιδι. Dat. caſ. à Πισάτις. δος. Maſcul. eſt Πισάτης. vt occurrit prima Oda, Πισάτα παρὰ πατρός.

Θεὸς εὔφρων. Comprecatio qua poſtulat vt Deus quemadmodum in victoria optata fauit: ſic & reliquis in votis audiendis & perficiendis beneuolentiam ſuam erga Pſaumidem declaret.

ἐπεί μιν. Hoc eſt ἐπειδὴ ἐπαίνου ἄξιος μοι δοκεῖ εἶναι. Laudat autem ab ἱπποτροφίᾳ, quæ ſingularis eſt principum virtus. Qua de re vide annotationem noſtram ad vocem ἱπποχάρμαν. I. Od. I. Epod.

χαίροντά τε. Alia laus ab hoſpitalitate. Hic ξενία πανδόκος. hoſpitalitas omnes recipiens, neminem excludens, plus eſt qnàm φιλοξενία. Præcedentibus Odis Olympionicas ab eadem virtute laudauit. In ξενίαις πανδόκοις eſt enallage numeri, & ξεινία pro ξενία metri cauſa dicunt poëtæ. De voce πανδόκος vide Stroph. 2.3. Odes.

καὶ πρὸς ἡσυχίαν. Alia laus à ſtudio pacis & amore in patriam. Quibus omnibus virtutibus non ſimulatis, ſed apertis ſed ſinceris eſt præditus, vt qui ſit in ijs pura mente educatus.

οὐ ψεύδει. Præoccupatio qua ſuſpicionem adulationis tollit: qualis I. Oda. ἐνόρκιον αὐδάσομαι, vt ſibi fidem faciat. Notanda metaphora in verbo τέγγω τὸ βρέχω. Orationem mendacio irrigare, eſt fucare: & mendacij colores, veri ſpeciem præ ſe ferentes illinere. Proſa dixiſſes ſimpliciter. οὐ ψεύσομαι Ψαῦμιν ἐπαινῶν.

διάπειρα. Quod nihil mentiatur prouocat ad vulgi iudicium & experientiam: nam teſtes ſunt omnes Pſaumidem his virtutibus operam dare. Quare publica earum praxis eſt certo argumento poëtam vera profiteri.

παράφρασις.

Vt & Ergini canos prematuros, nihil vegetis iuueniliũ annorum viribus detraxisse arguit: quum in stadium ingressus, præter opinionem omnium vicit: & Lemniacarum mulierum irrisionem eluit: ita vt admiratæ sint eum quem ex canitie ad certamen non idoneum iudicabant. Qui cùm in armis æneis Zeten, & Calain iuniores cursu superasset: & ad petendam ab Hypsipyla coronam se conferret, ei dixit: Ego quem despiciebatis ob canitiem, ea sum pedum celeritate non expectata, quam facto periculo vidistis. Mearum etiam manuum vires animi alacritati respondent. Nec mirum est me ætate florenti robustum simul esse, & capillis canum, ex quibus me annosiorem, ac proinde infirmiorem conijciebatis. Nam canities iuuenilem comam plerunque inficit, quanuis id accidat præter ætatis decorum.

ἐπῳδ. κῶλ. ιβ.

ἅπερ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμνιάδων γυναικῶν
ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας.
χαλκέοισιν δ' ἐν ἔντεσι νικῶν
δρόμον, ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ,
μετὰ στέφανον ἰών·
οὗτος ἐγὼ ταχυτᾶτι.
χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
" φύονται δὲ καὶ νέοις
" ἐν ἀνδράσι πολιαὶ,
" θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
" ἐοικότα χρόνον.

μετάφρασις.

*quæ Clymeni filium Lemniacarum mulierum liberauit probro. æreis enim in armis vincens cursum dixit Hypsipylæ, ad coronam vadens, Ille ego* sum *celeritate: manus autẽ & cor æqua sunt.* " *Nascuntur autem & iuuenibus in viris cani crebrò, etiam præter ætatis congruum tempus.*

ἅπερ Κλυμένοιο. hoc est ἥπερ διάπειρα τοῦ Ἐργῖνον τοῦ Κλυμένου ἔλυσε γέλωτος τῶν ἐκ Λήμνου γυναικῶν. Nam cùm putarent Erginum iam esse annosum, quòd viderent canos, ac proinde certamini non idoneum: Lemniacæ mulieres ipsum irriserunt, vbi stadium ingredientem conspexerunt: sed euentus animum & vires eius iuuenilis vigoris arguit. Quare si velis nosse qualis sit homo, eius periculum facito. Quemadmodum igitur Erginus iam canus iunioribus & in speciem fortioribus palmam præripuit: sic & Psaumis Camarinæus eadem senij nota minùs ad certamen visus aptus, Olympia tamen vicit. ἅπερ. Dor. pro ἥπερ. & Κλυμένοιο Ion. pro Κλυμένου, & Λαμνιάδων Dor. pro Λημνιάδων. χαλκέοισι. poët. pro χαλκοῖς. à recto sing. χαλκεὸς, οῦς.

νικῶν δρόμον. Puto participium præsentis, pro Aoristi sumendum, νικῶν pro νικήσας. Nam sequitur μετὰ στέφανον ἰών. Nemo autem ad coronam accipiendam se confert, quin priùs victor euaserit: præterea verba quæ ad Hypsipylen facit Erginus, magis conueniunt parta, quàm sperata victoria. Et verisimile est prudentiorem fuisse Erginum, quàm vt animum & vires iactaret priusquàm earum periculum fecisset: nam penes se non habebat euentum, qui si præter spem infœlix fuisset, & respondisset Lemniacarum mulierum opinioni, magis deridendum se propinasset, quòd temerè se iactasset.

ἔειπεν, Atticè præfixo ε. pro εἶπεν. Ὑψιπυλείᾳ pro Ὑψιπύλῃ, vt apud Homer. Πηνελόπεια pro Πηνελόπη. Hypsipyle fuit Thoantis Lemniorum regis filia, mortuo parenti funebre certamen instituit. Et cùm fortè id temporis eò appu-

lissent Argonautæ, ad certamen inuitati fuerunt. Inter alios Erginus Clymeni filius capillo iam canus, non tamen annosus, stadium ingressus est: quare risum mouit Lemniadibus mulieribus. Verùm cum Zeten, & Calain Boreæ filios superasset, omnibus admirationi fuit: & sic probro se liberauit. Ita non ex specie, sed experientia qualis quisque sit iudicandum.

μετ' pro πρός. Qua de re vide quod in hanc vocem annotauimus, strophe 3. col. 13. Od. 1. μετ' τὸ ταχύπωλμον &c. ταχυτᾶτι Dor. pro ταχυτῆτι.

οὗτος ἐγώ. Existimat Aretius hæc esse Ergini stadium ingredientis verba: sed putem egredientis potiùs & à victoria coronam reposcentis: fultus illis rationibus, quas superius in νικῶν δρόμον attuli. Breuis autem, & concisa est hæc oratio: quam sic declaro, ἐγὼ ὃν ἀπηξιοῦτε, οὗτος εἰμὶ καὶ τοῖος ταχυτᾶτι οἷον ἐθεάσασθε. αἱ χεῖρες δέ μου ἴσαι γίνονται τῇ τοῦ ἦτορος προθυμίᾳ. Post οὗτος ἐγώ, nullum comma scribendum iudico, sed coniungendum ταχυτᾶτι & scribendum colon. Ita sensus loci clarus erit qui fuit hactenus obscurus: nisi sic construas χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον ταχυτᾶτι. hoc est, *non minùs manibus & corde valeo quàm celeritate.*

φύονται δέ. Hæc sunt etiam Ergini, non poëtæ verba, q. d. *Colligebatis ex cano capillo me iam esse annosum: sed crines ætatem mentiuntur. Nam & cani præter ætatem quandoque florenti ætate nascuntur.* Hîc attingitur quæstio physica de canitie de qua vide Aristot. l. 3. Histor. anim. c. 11. & lib. 5. de Generat. c. 4. item c. 1. Transferri etiam possunt hæc verba ad eos qui mente sunt senes ἐν παισὶ γέροντες: & qui γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρουσι. *Mentem senilem, corpus at iuuenile habent.* Vide Erasm. in Chiliad. *Ergini cani.*

θαμά. Significat canitiem ante annos non raro accidere: quod & experientia probat: cuius causæ sunt vitiligo, morbus vehemens, lues venerea, mœror. Sed plura sunt à physicis petenda. Postremò monebo subticeri applicationem huius exempli: quo non fuisset opus nisi innuere voluisset Psaumidem quoque cùm in hoc certamen descenderet, iam canum fuisse, quum tamen nondum insenuisset: & expectationem spectatorum superasse, qui iudicabant hunc ætate iam prouectiorem ex capillis, non fore iunioribus athletis fortiorem. Sed vt facto periculo Erginus nobile suæ celeritatis specimen inopinatum edidit: sic & Psaumis præter spem strenuè in quadrigis se gessit.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΨΑΥΜΙΔΙ,
τεθρίππῳ, ἀπήνῃ,
καὶ κέλητι.

EIDEM PSAVMIDI,
Quadrigis, vehiculo Mulari, & celete victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ. Ε.

ODE. V.

## ARGVMENTVM.

*PRædicatur triplex victoria Psaumidis, qui circiter 82. Olympiade victor euasit celete, curru mulari, & quadrigis: vnde patriæ & parentibus peperit gloriam: neque fuit ingratus erga Deos quos sacris honorauit. Postea preces Ioui offert pro Camarinæ, & Psaumidis fœlicitate.*

παράφρασις.

O Camarina palus, Oceani filia, accipe animo hilari hoc dulce encomiũ celsarum virtutum, quarum specimina in Olympijs eduntur, & coronarum quæ victoribus tribuuntur. Cuius doni tibi author est Psaumis, re mulari vehiculo præclarè gesta, qui tuam vrbem populo frequenti alendo accommodam sua virtute decorans & amplificans, sex duodecim Deorum aras festis diebus honorauit, oblatis multorum boum sacrificijs, & per dies quinque agitatis quadrigis, mulari curru, & equo celete, qui vnico fræno regitur: ac tibi gloriam eximiam, parta victoria, prout quodpiam donarium dicauit: fecítque vt cũ suo, patris nomen à præcone pronuntiaretur, & ciuitatis, quam sibi incolendam recens instaurarat, postquã à Syracusanis olim fuerat vastata.

στροφὴ. α. κώλ. ιθ'.

Ὑψηλᾶν ἀρετᾶν, καὶ
στεφάνων ἄωτον γλυκύν,
τῶν Ὀλυμπίᾳ
Ὠκεανοῦ θύγατερ
καρδίᾳ γελανεῖ,
ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέ-
κευ,
Ψαύμιδός τε δῶρα.
ὃς τὰν σὰν πόλιν αὔξων
Καμάρινα λαοτρόφον,
βωμοὺς ἓξ διδύ-
μους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς Θεῶν, μεγίσταις
ὑπὸ βουθυσίαις, ἀέθλων τε
πεμ-
παμέροις ἁμίλλαις,
ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμ-
πυκί-
ᾳ τε. τὶν δὲ κῦδος
ἁβρὸν νικήσας ἀνέθηκε· καὶ
ὃν πατέρ' Ἄκρων' ἐκάρυξε, καὶ
τὰν νέοικον ἕδραν.

μετάφρασις.

*Celsarum virtutum, & coronarũ florem suauem quæ* sunt in *Olympia, ô filia Oceani corde hilari cùm vehiculi mularis indefeßi pedibus accipe, tum Psaumidis dona, qui tuam ciuitatem amplificans ô Camarina, populi altricem, aras sex geminas honorauit festis Deorum cum maximis boum immolationibus, ludorumq; quinque dierum certaminibus, equis, mulisq;, & vnico fræno. Tibi verò decus pulchrum victor dicauit, & suum patrem Acronem præconis voce pronuntiauit, & nuper conditam sedem.*

τῷ αὐτῷ. Quas hîc celebrat victorias, tres sunt numero 1. τεθρίππῳ hoc est *curru quadriiugo*. 2. ἀπήνῃ *curru mulari*. Cuius fuit inuentor Asander quidam, qui cùm certarent tantùm equis in Olympijs, primus mulas iunxit: sed desijt illemos Olympiade 89. 3. celete: de quo dictum Oda prima. Annotant scholia hanc Odam non fuisse repertam in ἐδαφίοις cum alijs Pindaricis: & cùm careat epodo factum est vt dubitarint nonnulli sit-ne Pindari. Verùm Didymus, & ipsa phrasis ipsius euincunt esse. Nec dubium quin reponi debeat vox ἐπῳδὸς loco στροφὴ β.

ὑψηλᾶν ἀρετᾶν, hoc est. ὦ Καμαρίνα θύγατερ Ὠκεανοῦ, δέχου φαιδρῷ προσώπῳ τοῦτον ὕμνον, ὅς ἐστι γλυκὺ ἄνθος τῶν ὑψηλῶν ἀρετῶν, καὶ τῶν στεφάνων τῶν ἐν Ολυμπίᾳ, καὶ δῶρον οὗ τυγχάνεις Ψαύμιδος ἕνεκα τοῦ νικήσαντος ἀπήνῃ πόδας ἀκοπάστῳ. Est autem exordium per apostrophen ad Camarinam paludem, à qua denominata est vrbs Camarina: de qua superiori Oda diximus. Annotat scholion hoc referendum ad Arethusam ex Artemonis sententia, quam reprobat.

ἄωτον γλυκύν. Metaphoricè suum encomium intelligit: & per ἄωτον intellige καρπὸν *fructum*. Etenim encomium fructus est qui è re bene gesta percipitur. Qui fructus est γλυκὺς dulcis ijs à quibus percipitur: quandoquidem virtute laudata nihil est iucundius.

τῶν Ολυμπίᾳ. Hic articulus est referendus ad στεφάνων. subaudito ὄντων. éstque ellipsis præpositionis ἐν ante Ολυμπίᾳ.

Ὠκεανοῦ θύγατερ. Paludem hanc vocat Oceani filiam per prosopopœam. Quia fluuios omnes fontésque putant oriri ab Oceano.

τρεῖς γὰρ μυρίαι εἰσὶ τανύσφυροι Ὠκεανίδες.

authore Hesiodo. Quod cum poëtis sentit Plato in Phæd. sed l. 2. c. 2. Meteor. ab Aristotele refellitur. Hac de fluuiorum origine vide 1. Meteor. c. 13. apud Aristotelem.

γελανεῖ. Pindarica vox γελανής, h.e. ἱλαρὸς, φαιδρὸς, γηθῶν. à verbo γελάω. Nam hilaritas risu demonstratur. De his vocibus ἀγχιμαντόπους, δέκευ, dictum in superioribus Odis.

ἀπήνας. Dor. pro ἀπήνης. Est autem authore Scholiaste ἀπήνη, ἅρμα ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν. Suidas ἅμαξαν exponit.

τὰν σάν. Dor. pro τὴν σήν. hoc est ὅστις ὁμώνυμόν σοι πόλιν δοξάζων πολυάνθρωπον οὖσαν, τοὺς ἓξ ἐν Ηλιδι βωμοὺς διδύμους μεγίστοις βουθυσίαις ἐκόσμησεν ἐν ταῖς ἑορταῖς Θεῶν. Laudat Psaumidē à decore, cuius author est patrię, quam λαοτρόφον, hoc est πολυάνθρωπον *populosam vocat*: nam incolarū multitudine ciuitates celebres fiūt.

βωμοὺς ἕξ. Laus eiusdem à cura religionis: quum ex Olympionicarum more ad sex duodecim Deorum aras sacra fecit. διδύμους aras dicit, quia singulæ erāt duobus Dijs dicatæ: vtque apud Scholiasten refert Herodorus: prima erat consecrata Ioui & Neptuno. 2. Iunoni & Mineruæ. 3. Mercurio & Apollini. 4. Gratijs & Baccho. 5. Dianæ & Alpheo. 6. Saturno & Rheæ. Quorum duodecim statuas fecit Hercules, quando instituit Olympia, vt refert Triclinius.

ἐγέραρεν. Aor. 1. ἐγέραρα à verbo γεραίρω τὸ κοσμέω, τιμῶ. De voce βουθυσία consule vulgata lexica.

πεμπαμέροις. hoc eſt πέντε ἡμερῶν. Nam quinque diebus ἀγωνίσματα perficiebantur, vndecimo, duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, & decimo quinto. Die verò decimo ſexto Hellanodicæ de victoribus pronuntiabant.

ἵπποις. Dicit ἵπποις quod τεθρίππῳ in titulo: ἡμιόνοις quod ἀπήνῃ ( qui curſus mularis 87. Olymp. in vſum venit, & 89. deſijt, vt referunt Scholia ) μοναμπυκίᾳ τε. Dicit quod κέλητι. Eſt itaque, vt cum Scholiaſte docet Lexicon Pindaricum, μοναμπυκία poët. vocab. quod μονοχάλινον interpretatur Scholiaſtes *vnicum frænum habens*. ex μόνος & ἄμπυξ, muliebre capitis redimiculum auro & gemmis variegatum. Vnde metaphoricè ad equorum ornamentum eſt translatum. Et quoniam celes, nudus eſt equus, ſolóque fræno exornatus, μοναμπυκίαν equum ſingularem hîc appellat Pindarus. Homerus χρυσάμπυκας ἵππους. διαχρύσοις χαλινοῖς ornatos dixit.

τὶν δ' κῦδος. hoc eſt σοὶ δ' καλὴν δόξαν ὁ νικήσας τῇ ἑαυτοῦ νίκῃ ἐκτήσατο. Hîc τὶν Dor. pro comm. σοὶ. Ante νικήσας ellipſis eſt articuli ὁ. Nec caret emphaſi τὸ ἀνέθηκε. Nam gloriam victoriæ Pſaumidis æquè inſignem ac durabilem fore innuit, atque donarium aliquo in templo ſuſpenſum.

καὶ ὃν πατέρ'. Reſpicit ad Hellanodicarum morem, qui victorem proclamantes per præconem, ipſum, & parentes, & patriam nominatim exprimebant.

ἐκάρυξε. Dor. pro ἐκήρυξε. & hoc pro κηρυχθῆναι ἐποίησε. Non enim ipſe fuit præco, ſed quia vicit, fecit vt pater à præcone nominaretur.

νέοικον ἕδραν. Sic appellat Camarinam vrbem, hoc eſt νεωστὶ ἱδρυθεῖσαν. Idque ἱστορικῶς. Nam vt Scholia & Triclinius referunt, Camarina primitus ædificata eſt Olympiadè 45. Deinde 57. à Syracuſanis vaſtata: & circiter 82. à Pſaumide inſtaurata, quo tempore victoriam eſt adeptus in Olympijs. Hîc emendanda ex Triclinio ſcholia: nam ſcribunt id factum Olympiade πε. cùm ſit ſcribendum πβ. ὀγδοηκόστῃ δευτέρᾳ. De Camarina vide Thucydidem lib. 6. ſub initium.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιθ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Præterea cùm ex Elide, iucunda Oenomai & Pelopis ſtatione reuerſus eſt, ô Camarinæ vrbis Dea tutelaris Minerua, ſanctum tuum lucum celebrauit, fluuiúmq; Oanũ, & Camarinam paludem, venerandóſq; canales, per quos labens Hipparis ciuitatem irrigat, & ligna deportat, vnde excelſarum & ſtabilium ędiũ multitudo Camarinæis facilè compingitur: ab inopia videlicet gloriæ ſuos ciues in lucem ſua virtute, ſuíſque præmijs ducens, ad quę capeſſen- | ἰκὼν δ' Οἰνομάου, καὶ<br>Πέλοπος παρ' εὐηράτων<br>σταθμῶν, ὦ πολι-<br>άοχε Παλλάς, ἀεί-<br>δει μὲν ἄλσος ἁγνὸν,<br>τὸ τεὸν, ποταμόν τε Ὤανον, ἐγ-<br>χωρίαν τε λίμναν,<br>καὶ σεμνοὺς ὀχετοὺς, Ἱπ-<br>παρις οἷσιν ἄρδει στρατὸν·<br>κολλᾷ τε σταδί-<br>ων θαλάμων ταχέως<br>ὑψίγυιον ἄλσος,<br>ἀπ' ἀμαχανίας ἄγων ἐς φάος | *reuerſus autẽ Oenomai, & Pelopis ab amabilib⁹ ſtationib⁹, ô vrbis cõſeruatrix Pallas, celebrat lucum ſanctum tuum fluuiumq́; Oanum, patriámque paludem, & venerandos canales, quibus Hipparis rigat exercitum, adglutinátque ſtabilium domorum celeriter altam ſyluam à conſilij inopia ducens in lucem hunc* |

da nulli labori, nullis ſumptibus pepercit Siquidem ei qui virtutẽ in iſto certamine exercet, labor eſt exantlãdus, ſumptúſque faciẽdi, quorum ope, quicquid ineſt & deliteſcit periculi, ſuperetur: adeò reportata victoria ſummopere expetita, ciuibus ſapiẽs videbatur: quãdoquidem quicunque voti fit compos, ſapiens exiſtimatur à vulgo qui conſilia ſucceſſu, & facta euentu metitur.

τόνδε δᾶμον ἀστῶν.
αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος
δαπά-
νά τε μάρναται, πρὸς
ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον·
εὖ δ' ἔχοντες, σοφοὶ, καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

*populum ciuium. Semper autem pro virtutibus labor & ſumptus pugnant, aduerſus opus periculo tectum. Voti autem compotes, ſapientes etiã ciuibus viſi ſunt eſſe.*

ἱκὼν δὲ. Narrat quid fecerit Pſaumis ex Elide in patriam reuerſus. Nempe in Deos patrios gratum fuiſſe. ἱκὼν. partic. Aor. 2. act. ἵκον ab ἵκω ·

Οἰνομάου. Periphraſticè Olympiam ſeu Piſam, ac proinde Elidem ſeu Peloponneſum intelligit. Nam hæc regio fuit Oenomai, quo deuicto Pelops ibi regnauit, & ſepultus eſt.

εὐηράτων. Poët. vox compoſita ex εὖ. bene & ἠρατὸς. pro ἐρατὸς: & hoc rurſus pro ἐραστὸς ab ἐράω. Recurrit hæc vox Ol. 6. & Pyth. 9. Sic Elidem vocat σταθμοὺς εὐηράτους hoc eſt ἐπιθυμητοὺς: quia hîc vincere cupiunt omnes, omnibúſque vincendi deſiderium hîc locus immittit. *authore Triclinio.* Sic autem proſa loquaris ἐπανελθὼν δὲ μετὰ νίκης ἀπὸ τῶν καλῶν καὶ ἐπιθυμητῶν οἴκων Οἰνομάου καὶ Πέλοπος, ἤγουν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας.

ὦ πολιάοχε. Vox eſt poëtica πολιάοχος ſeu πολιήοχος: & per craſin πολιοῦχος: ab ἔχειν & πόλις. Sic Catullus Mineruã vocat Diuã quæ retinet in ſummis vrbibus arces: πολιοῦχος Ἀθάνα *vrbis Præſes* ſeu *cuſtos Minerua.* Hæc in acropoli Athenis colebatur: item apud Spartanos: & docet hoc loco Pindarus eandem apud Camarinæos fuiſſe cultam. Hîc notanda altera apoſtrophe. Nam ad Palladem ſe conuertit. De voce ἄλσος Ode 3.

Ὤανον. Oanus eſt Camarinæ vrbis fluuius. & περιφραστικῶς, ἐγχωρείαν λίμναν appellat Camarinam.

σεμνοὺς ὀχετοὺς. Scholiaſtes dicit venerandos appellari canales Hipparis, quia eius aluei pars dulcis, pars ſalſa eſt. Triclinius verò, quia fluit in vtilem vrbis vſum. Vide num venerandos canales vocarit, quia veteres fluuijs diuinitatem affingebant.

Ἵππαρις. Refert Triclinius hunc eſſe Siciliæ fluuium prope Camarinam, qui tantus eſt ſuo alueo, vt naues recipiat: & oritur in nemoroſo quodam monte Siciliæ: vbi ligna ſecant Camarinæi ad ædificia, eáque in fluuium immittunt à quo in vrbem deportantur, & vnde in vſum capiunt. Qui fluuius abundat etiã piſcibus. Ariſtarchus referente Scholiaſte, dicit hunc fluuium habere pinguem limum, vnde ἄλσοι propriè intellecta conſtruuntur.

τὸν στρατὸν. Intellige τὸν λαὸν: vt & in Pythijs νώμα πηδαλίῳ δικαίῳ στρατόν. Intellige, inquam, Camarineum populum.

κολλᾷ τε. Hoc eſt προσίστησι ῥαδίως μετέωρον πλῆθος στερρῶν οἰκημάτων. Quare τὸ κολλᾷν *adglutinare* dicit, quia trabes trabibus, ligna lignis ad ædificia coniun-

guntur:& sic adglutinari videntur. σταδίοις θαλάμοις, hoc est σταδιαίοις, σταθεροῖς, ἑδραίοις οἴκοις. Nam θάλαμος est sponsi & sponsæ cubiculum, ac pars domus: atque hic per synecdochen tota domus intelligenda. ταχέως verò pro ῥαδίως siquidē celeritas faciēdi à facilitate pendet. ὑψίγυιος, hoc est ὑψηλὸς apud poëtas, quasi ὑψηλὰ γυῖα ἔχων *alta membra habens*. ἄλσος autē metonymicè materiam pro forma dicit. Nam domus ex arboribus structæ sylua dici possunt. Nisi ἄλσος vt syluam apud Latinos pro copia sumas, vt quum Cicero ait, *Sylua rerum ac sententiarum comparanda est.*

ἀπ' ἀμηχανίας. Hoc est κατάγων τὸν δῆμον τῶν Καμαριναίων ἀπ' ἀμηχανίας ἐς μηχανήν. Nam fluuius hic non solùm cæsa ligna defert in Camarinam vt inopes consilij vnde ædificia comparent, materiam habeant: sed etiam est piscosus, vnde vesci queant. Sed hoc videtur Aretius referre ad Psaumidem, qui suæ victoriæ laudibus lucē afferat suis ciuibus, alioqui nullo vllius claro facinore nobilibus: quæ expositio videtur non incommoda. Et sic construendus erit locus ἀείδει μὲν ἄλσος ἁγνὸν τὸ τεὸν, &c. vsque ad ἀπ' ἀμηχανίας ἄγων.

αἰεὶ δ'. Hoc est ὁ δὲ πόνος, καὶ ἡ δαπάνη ὑπὲρ τῶν ἀρετῶν αἰεὶ ἀγωνίζεται πρὸς τὸ ἐπικίνδυνον ἔργον. Sententia qua significat rebus præclaris & difficilibus consequendis opus esse labore, & impensa. Et certè *nil sine magno vita labore dedit mortalibus.* Et τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι. Ac cùm sit difficile in Olympijs vincere, opus est summa laboris tolerantia, neque non sumptibus ad ludorum splendidum apparatum. Quod vtrumque Psaumis adhibuit: nam & in laboribus se exercuit, & equos celetes, iugales, & mulas diligenter aluit.

εὖ δ' ἔχοντες. Hoc est εὖ πράξαντες δὲ καὶ ἐπιτυχόντες τῆς ἀρετῆς, τοῖς πολίταις δοκοῦσι σοφοί. Nam vulgus res metitur successu. Nam quod bene fœliciterque gestum est, id recto consilio susceptum putant: & secus. Attamen non rarò accidit vt quod sine consilio susceptum est, bene cedat, & contrà.

κινδύνῳ κεκαλυμμένον. In genere dici potest de quouis opere periculoso: sed tamen peculiariter respicit ad certamen Olympicum. Non solùm enim in eo victoriæ finis est obscurus, sed etiam est periculosæ plenum opus aleæ. Nam in stadio multi certantes ante victoriam perierunt, vel labore fatiscentes, vel melioribus succumbentes.

παράφρασις.

Cæterùm ad te me conuerto Seruator Iupiter, qui homines in omni periculo tueris, qui supra nubes in cœlo habitas, & Cronium collem incolis, fluuiúmque Alpheum latè fluentem, Idæúmque vbi educatus es venerabile antrum hono-

ἐπῳδ. κῶλ. ιθ'.

σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον,
τιμῶν τ' Ἀλφεὸν
εὐρὺ ῥέοντα, Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,
ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι, Λυ-
δίοις

μετάφρασις.

*Seruator, qui es in altis nubibus Iupiter, Croniúmque collem incolis, honorásque Alpheum latè fluentem, Idaúmque venerabile antrum, supplex tibi*

ras: tibíque ſupplico, Lydijs modulans tibijs, ſuauiſſimóque cantu preces concipiens, vt hanc vrbem Camarinam generoſis fortium virorum factis, ob quæ bene audiat, ornes: vtque tu Pſaumi Olympionice præſtantiſſimis equis gaudens, læta & iucunda ſenectute fruaris, quæ te filijs aſtantibus ad finem vſque vitæ comitetur. Lætitiæ autem argumentum tibi tuæ fortunæ præſtantia ſuppeditat, quæ ea eſt vt tuæ ſorti meritò acquieſcas. Et certè ſi quis, vt tu, iuſtas auget diuitias, poſſeſſione præſentium interea contentus, híſque laudem famámque honeſtam adiungat, faſtigium fœlicitatis attigit: adeò vt cùm mortalis intra mortalium rerum limites ſe continere debeat, ipſi quærendum non ſit vt Deus fiat.

ἀπύων ἐν αὐλοῖς,
αἰτήσων πόλιν εὐα-
νορίαισι τάνδε κλυταῖς
δαιδάλλειν· σέ τ' Ὀ-
λυμπιόνικε, Ποσει-
δανίοισιν ἵπποις
ἐπιτερπόμενον, φέρειν γῆ-
ρας εὔ-
θυμον ἐς τελευτὰν,
υἱῶν Ψαῦμι παρισταμένων.
„ ὑγι-
„ έντα δ' εἴ τις ὄλβον
„ ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
„ εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ
„ ματεύ-
„ σῃ Θεὸς γενέσθαι.

*venio, Lydijs ſonans tibijs, petiturus vt vrbem hanc fortium virorum factis illuſtribus ornes: vtque tu Olympionice Neptunijs equis gaudens, feras ſenectutem lætam vſque ad finem vitæ, filijs ô* \\ *Pſaumi aſtantibus. Sanam autem ſiquis opulentiam auget, contentus poſſeſſionibus, & laudem adiuugens, ne quarat Deus fieri.*

Habent codices στροφὴ β. verùm repoſui ἐπῳδὸς quia veriſimile eſt authorem hoc voluiſſe, & per librariorum errorem aliter ſcriptum fuiſſe. Nec obſtat quòd par eſt colorum numerus, & metrum hîc, quod in ſtropha & antiſtropha fuit. Nam hæc in Epodo diuerſa eſſe non eſt neceſſum, quanquam id obſeruare ſolitus eſt Pindarus. Eadem verò etiã interdum eſſe nihil prohibet.

σωτὴρ. Epilogus per precationem, qua duo poſtulat: Camarinæ, gloriamà fortitudine ciuium: & Pſaumidi, in ſtudijs perſeueranti fœlicitatem. Et conſtat hæc ſententia congerie epithetorum grauium: nam σωτὴρ appellatur Iupiter, quia ſolius Dei eſt ſeruare: deinde ὑψινεφὴς, ex ὕψι quod ſonat *deſuper*, & νέφος *nubes*, quia cœlum Dei eſt ſedes: tertiò *Cronium collem incolens*, quia ſacra ipſi erant Olympia, erátque hic collis in Piſa: de quo in præcedentibus Odis dictum, quartò *honorans Alpheum*: quia Elidis erat fluuius vbi ſacra Ioui certamina celebrabantur: quintò *Idæum antrum honorans*, quia ibi fuit nutritus & ſeruatus à Curetibus. Dixit autem Idæum à monte Ida, qui eſt Cretæ. Vide hymnum Callimachi in Iouem.

ἱκέτας. Dor. pro comm. ἱκέτης. De verbo ἀπύω cuius ſequitur participium ἀπύων vide 1. Od. Ol. antiſtr. 3.

Λυδίοις ἐν αὐλοῖς. Hoc eſt γλυκεῖ μέλει Λυδίῳ. Nam cùm tres ſint harmoniæ, Dorica, Phrygia, & Lydia, inter has Lydia eſt ſuauiſſima. Vel quia quæ dicuntur lingulæ tibiarum in Lydia optimæ fiunt. Vel quia Græci imitati ſunt tibicines qui è Lydia cum Pelope venerunt, ait Scholiaſtes.

αἰτήσων. Primum petitionis caput: quod proſa diceres, αἰτήσων σε κοσμεῖν τήνδε τὴν πόλιν τὴν Καμάριναν ἐνδοξίαις ἀνδραγαθημάτων, καὶ τούτων εὐφημίαις. Nam hæc duo com-

plectuntur hæc verba, εὐανορίαις κλυταῖς, τὴν ἀνδραγαθίαν, καὶ τὴν εὐφημίαν. Nam nihil foret virtus, si taciturnitas meritis eius obstaret: siquidem paulùm sepultæ distat inertiæ celata virtus. δαιδάλλειν. hoc est κοσμεῖν.

σέ τε. Alterum petitionis caput: q.d. σέ τε Ψαῦμι Ὀλυμπιόνικε τοῖς ἀρίστοις ἵπποις ἐπεστρωμένον ἔχειν γῆρας ἄλυπον μέχρι τέλους τοῦ βίου σου. Est autẽ apostrophe ad Psaumin: cuius equos *Neptunios* appellat, hoc est *præstantissimos*. Nam fertur Neptunus velocissimos habuisse equos, primúsque eos inuenisse, vnde fit cognominatus ἵππιος. Preterea vt prima fertur Oda, Pelopi dedit infatigabiles equos. Ποσειδάνιος Dor. pro Ποσειδώνιος & τελευτᾶν Dor. pro τελευτὴν. Optat Psaumidi εὐθυμίαν in senectute, hoc est *lætitiam*, ac proinde ab animi perturbationib⁹ immunitatẽ: quod beneficium in senectute non est minimum: siquidẽ ipsa est vt plurimũ morosa.

υἱῶν παρισταμένων. Incertus est Scholiastes an ἅπαιδα fuisse, an ἀῤῥένων υἱῶν ἐπιθυμοῦντα significet Pindarus, an precetur vt reliqui filij ipsi adstẽt. Sed neutrũ duorũ priorũ innuisse vllomodo video. Disertè autẽ precatur vt hilarem senectutem agenti Psaumidi præstò sint filij. Idque vt conijcere licet, quoniam filiorum est parentibus senectute inualidis ἀντιπελαργεῖν: & est fœlicitatis pars, εὐτεκνία.

ὑγίεντα δ᾽ εἴτις. Hoc est εἴτις δίκαιον ὄλβον αὐξάνει, παρέχων ἀρκούμενος, καὶ προστιθέμενος εὐφημίας, οὗτος μὴ ζητείτω ἔτι καὶ Θεὸς γενέσθαι. Huic sententiæ respondent authoris nostri verba quæ extant Isthm. Od. 5. tribus postremis primę antistrophes colis, duobúsque primis sequẽtis epodi. Item quinque postrema cola primæ Pythiorum Odæ. Docet autem hoc σύμπερασμα γνωμολογικὸν certum voto petendum finem in hac vita, certísque fœlicitatis gradibus acquiescendum. Hæc fœlicitas consistit in iustarum diuitiarum possessione, quas ὑγίεντα ὄλβον vocat, hoc est *honestis artibus*, *& sana mente acquisitam opulentiam*. Nam iustæ diuitiæ stabiles sunt vt plurimum. Quarum augendarum studium probat, sed αὐταρκεία terminat. Nam licet animo præsenti forte contento, maiora & meliora capessere. Vnde Isocrates ad Demon. στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω. Vnde laudatur ab Horatio Aristippus, his versibus Ep. 17. l. 1.

*Omnis Aristippum decuit color, & status, & res,*
*Tentantem meliora, ferè præsentibus æquum.*

2. In honesta fama, quã prudens quisque maiori quàm diuitias habebit in pretio. ὁ μὲν γὰρ θνητὸς, ὁ δ᾽ ἀθάνατος ait Isocrates. Item χρήματα τοῖς φαύλοις παραγίνεται. τὴν δὲ δόξαν οὐχ οἷόν τε ἀλλ᾽ ἢ τοὺς διενεγκόντας κτήσασθαι. *Diuitiæ improbis accedunt: at famæ gloria non nisi viris eximijs potest contingere.* Ita vt qui bene audit probus necesse videatur.

μὴ ματεύσῃ. Vt hoc in parœmiam transiit, vide Erasmum in Chiliad. titulo. *bonæ fortunæ*. Rationem istius moniti reddit citato Isthm. loco, θνατὰ θνατοῖσι πρέπει. *Mortalia mortales decent.* Quare debet hominis cupiditas hisce terminis concludi.

ἄρδει. Metaphora sumpta ab ijs quæ irrigata crescunt. κτεάτεσσι. Dat. Ion. pro κτέασι. à κτέαρ possessio. Significat autem Psaumin summa iam, quæ ex opibus & fama constat, fœlicitate adauctum. Ideóque eum monet vt in his se æquo animo contineat.

ΑΓΗΣΙΑ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ,
υἱῷ Σωστράτου, ἀπήνῃ.

AGESIAE SYRACVSANO, filio Sostrati, vehiculo mulari victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ ϛ'.

ODE VI.

## ARGVMENTVM.

*COnstat hæc Oda Agesiæ Syracusani laudibus, sumptis à victoria quam vehiculo mulari est adeptus, à genere, à maioribus Iamidis; à vaticinio, vnde ipsum cum Amphiarao confert. Præterea Aeneæ chori magistro præscribit quid facere debeat: & vim sui carminis breuiter commendat. Tandem voto concludit, quo petit vt Deus præsentem Agesiæ fortunam tueatur.*

παράφρασις.

Quemadmodum qui magnificum construunt ædificium, aureas columnas bene munito domus vestibulo subijciunt; quoniam par est „ vt qui opus istiusmodi in- „ choant, aspectum eminus „ conspicuum, & frontẽ præfulgidam primò faciant. Sic ego eximium moliẽs encomium, & laudis argumentum præstabile tractans, proœmium illustre adhibere debeo. Et certè cùm vir ille quem prædicandum suscipio, Olympia vicerit, & fatidicæ Iouis aræ, quæ est in Elide, sit præfectus, & in-

στροφὴ α. κῶλ. ια.

Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐ-
τειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον
„ πάξομεν. ἀρχομένου δ' ἔργου, πρό-
„ σωπον
„ χρὴ θέμεν τηλαυγές. εἰ
δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας
βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς
ἐν
Πίσᾳ, συνοικιστής τε τᾶν κλεινᾶν
Συρα-
κουσᾶν, τίνα κεν φύγοι
ὕμνον
κεῖνος ἀνήρ, ἐπικύρσαις ἀφθό-
νων

μετάφρασις.

*Aureas supponentes valido vestibulo domus columnas, velut quum præclaras ædes* extruimus, *cõpingemus hymnum. Incipiente autem opere, frontispicium oportet facere præfulgidum. Quòd si fuerit Olympiorum victor, araque fatidicæ Iouis præfectus apud Pisam, conditórque nobilium Syracusarum, quem nõ aßequatur hymnum ille* clytas

lytas Syracusas incolat, ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς; vir si inciderit in non uam laudem non confe- inuidos ciues in amabilibus cantibus? uatur amabilibus hymni antionibus, ídque nactus ciues qui hoc bonum illi non inuideant?

Ἀγησία. Hic Agesias Sostrati filius, paterno genere fuit Syracusius: materno Stymphalius: relictis aliquando Syracusis Elidem petiuit, ibíque sacerdos, & vates Iouis factus est: & mulari vehiculo vicit Olympiade necessariò 84. vel 85. quia hæc consuetudo tunc est sublata. Qua de re consule superiorem odam. Vbi contrà Olymp. 87. institutum mularem currum, & 89. sublatum ex Schol. monemus.

χρυσέας. Allegoricum est exordium, quo se cum architecto comparat, súmque carmen cum splendido ædificio, & cum ædificij vestibulo egregio, proœmium insigne: quæ comparatio sic in prosa perspicuè se haberet. ὡς ὅτε θαυμαστὸν μέγαρον κτίζομεν, χρυσέας κίονας ὑποβάλλομεν εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου: οὕτως ἀξιόλογον ὕμνον συντιθέντες, προοίμιον καλὸν ποιοῦμεν. ἐπεὶ χρὴ ἔργου ἀρχομένους τηλαυγὲς θεῖναι πρόσωπον.

ὑποστάσαντες. Dor. pro ὑποστήσαντες. & πάξομεν pro πήξομεν, à verbo πήγνυμι. *compingo.* Quod vt monet Scholiastes hîc καταχρηστικῶς vsurpatur, cùm propriè dicatur περὶ τῆς τῶν ξύλων ἁρμογῆς. Hîc verò de compositione carminis.

ἀρχομένους δ' ἔργου. Hoc est ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ ἔργου χρὴ ποιεῖν πρόσωπον λαμπρόν. Aretius πρόσωπον τηλαυγὲς *est*, inquit, *elegans encomium suaui argumentorum forma concinnatum.* Attamen hoc propriè videtur de exordio intelligendum: vnde Gaspar Laurentius vir doctus, quem honoris causa nomino, in libros de oratorijs inuentionibus Hermogenis c.1. Commentarij sui, sic comparationem reddit. *Initium operis debet habere primum aspectum splendidum, vt in magnifico ædificio frons est & vestibulum: ita & præstans argumentum desiderat exordium illustre.* Hanc sententiam citat Nazianzenus in laudem Basilij. Lucianus in Hippia seu Balneo, vbi legitur ἀρχομένους: quod magis probarem: vt esset hæc constructio χρὴ δ' ἀρχομένους τοῦ ἔργου πρόσωπον θέμεν τηλαυγές. *Oportet autem vt qui inchoant opus, faciem faciant longesplendidam.* Vide etiam Erasm. in Chil. titulo. *Initium laudatum.* Oratores, & alij scriptores, suis scriptis & orationibus præmittunt exordia ad commendationem. Nam authore Cicerone 2. de Orat. *Prima commendatio Orationis est in principio, quod continuò debet allicere.*

εἰ δ' εἴη μέν. Sequitur ἀνταπόδοσις, hoc est applicatio comparationis sic reddendæ: νῦν μὲν γὰρ ἐπαινῶ Ἀγησίαν, ὃς Ὀλυμπιονίκης ἐστὶ, καὶ ἱερεὺς Διὸς ἐν Πίσῃ μαντικῷ βωμῷ, καὶ συνῴκησεν ἐνδόξοις Συρακούσαις. πῶς δ' ἀνὴρ τοιοῦτος ὢν, οὐκ ἂν τύχοι λαμπροῦ ὕμνου ἐπιθυμηταῖς ἐν ᾠδαῖς, ἐπιτυχὼν πολιτῶν οὐ φθονούντων;

βωμῷ μαντείῳ. Dor. pro comm. βωμοῦ μαντείου, hoc est μαντικοῦ. & ταμίας metaphoricè sumitur pro ἱερεύς. Hoc est τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ βωμοῦ μαντικοῦ διοικητής. Consecrata erat in Olympia Ioui ara fatidica: hîc Iamidæ vaticinabantur, vt postea dicet Pindarus: & huc se contulit ad vaticinium Agesias ab Iamo genus deriuans.

συνοικιστής. Syracusarum incola dicitur Agesias propter parentes qui ibi habitarunt: ipse enim tunc alibi habitabat cùm hæc Oda scriberetur. In

κλεινᾶς Συρακουσσᾶν genitiuus est Doricus.

τίνα κεν φύγοι. Hoc est τίνος ὕμνου ἐκ ἂν τύχοι; Ac per ἐρώτημα sic loquitur ἐμφατικῶς q.d. *Nullum non consequetur hymnum: nihil tam præclarum carmine dicam, cui non virtutum magnitudine respondeat.*

ἀφθόνων. Inuidia laudes obscurat: & hac laborant plerunque ciues: sed hanc superasse videtur Agesias, qui inuidia maior euasit virtutum præstantia. Obtigêre igitur ciues Agesiæ qui non inuideant ipsi quòd hymno celebretur à poëta: id quod laudi quoque ciuium vertitur.

περίφρασις.

Etenim sciat Sostrati filius Agesias laudes hasce sibi competere ob diuinam virtutem qua præditus est, quámque laboribus celebrem reddidit. Siquidem virtutes quæ vel in terra, vel in mari cum periculo exercentur, magno in pretio habentur: & multi rerũ præclarè gestarum meminerunt. Cæterùm Agesia, tibi conuenit ea laus, quam meritò Adrastus olim ore proprio de Amphiarao vate Oiclei filio pronuntiauit, postquã & ipse, & insignes eius equi à terra sunt absorpti Iouis commiseratione, ne cum alijs heroibus in Adrasti expeditione aduersus Thebanos periret.

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδί-
λῳ δαιμόνιον πόδ' ἔχων
„ Σωστράτου υἱός. ἀκίνδυνοι δ' ἀρε-
„ ταί,
„ οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοί-
„ λαις,
τίμιαι. πολλοὶ δὲ μέ-
μνανται καλὸν εἴ τι πονηθῇ.
Ἀγησία, τὶν δ' αἶνος ἑτοῖμος, ὃν
ἐν
δίκᾳ ἀπὸ γλώσσης Ἄδραστος μάν-
τιν Οἰ-
κλείδαν ποτ' ἐς Ἀμφιάραον
φθέγξατ', ἐπεὶ κατὰ γαῖ' αὐτόν τέ
νιν,
καὶ φαιδίμας ἵπποις ἔμαρ-
ψεν.

μετάφρασις.

*Sciat enim in hoc calceo diuinum pedem se habere Sostrati filius. Periculorum autem expertes virtutes, neque apud homines, neque in nauibus cauis pretiosæ* sunt. *Multi autem meminerunt si-qd præclarũ elaboratũ fuerit. Agesia: tibi autem laus est parata quã iure lingua Adrastus de vate Oiclei filio Amphiarao protulit: postquam terra, & eum ipsum, & insignes equos absorpsit.*

ἴστω γάρ. Hoc est γινωσκέτω ὁ Ἀγησίας ὁ Σωστράτου, αὐτὸς δαιμονίως ἁρμόζων τῷδε ὕμνῳ. Nam πέδιλον metaphoricè vocat *hymnum.* & πόδα synecdochicè ipsum Agesiam præstantem virum.q.d. *Sciat has laudes sibi competere.* Hanc sententiam refert inter adagia Erasmus titulo *Initium laudatum.*

ἀκίνδυνοι δ'. Hoc est τὰ καλὰ χαλεπά. Neque enim magni fit quod nullo negotio acquiritur. Tum rectè probantur athletæ vires, quum manus conferit cum forti colluctatore: suæque peritiæ specimen edit nauclerus quum tempestate oborta rectè clauum dirigit. Elegans γνώμη, cui non absimilis quæ præcessit superiori Oda, αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖς &c. Interim laudatur victoria quam magno labore adeptus est Agesias.

πολλοὶ δέ. Illud non referendum est ad solum Agesiam, quasi (quod aiunt) ipsi soli esset ἰδίᾳ μεμνῆσθαι πόνων. Sed respicit ad testes virtutis, qui meminerunt faciliùs viri illius quem cum sudore gloriam sibi peperisse viderint: quàm il-

lius qui aliquid nullo negotio sit consequutus. Hîc μέμναντοι & ποναθῇ Doricè dicuntur pro μέμνηνται, & πονηθῇ.

Ἀγησία. Confert Agesiam cum Amphiarao, ex dicto Adrasti, qui & militiæ & vaticinij nomine Amphiaraũ belli socium laudauit: quæ duo Agesiæ poëta competere dicit. τίν. Iam alibi diximus Dor. esse pro σοί.

Οἰκλείδαν. Terminatio Dorica in αν. pro ην. Fuit Amphiaraus Oiclei filius: hũc Adrastus offenso Polynice genero, multorum consilio belli socium adiunxit sibi. Is autem futurorum peritus, quum ita euenturum prospiceret, vt si ad Thebas proficisceretur, eo bello caderet, tantisper delitescere statuit, donec Adrastum, alióſque ad bellum egressos audiret. Studio igitur requisitus, cùm nusquam existeret, essétque ea res sola impedimento, quominus in Thebas iretur, ab Eriphyle coniuge aureo torque corrupta proditus, in publicum protractus est, & ad bellum ire coactus: in quo fusis ad vnum Adrasti militibus, Amphiaraus solus à terra est absorptus Iouis commiseratione.

ἐν δίκᾳ. Dor. pro δίκῃ. sicuti 2. Od. Ol. ἐν δίκᾳ καὶ παρὰ δίκαν. κατ' γαῖ'. Hîc tmesis: nam κατ' cum verbo ἔμαρψε iungendum. Cuius indicatiuus præsens est μάρπτω. Dictum quasi μάρῃ *manu*, & ἅπτω *prehendo*. Hæc sententia sic prosa redditur à Scholiaste Σοὶ δ', Ἀγησία, περίχειρος καὶ ἁρμόδιος ὁ ἔπαινος, ὁ ὑπὸ τοῦ Ἀδράστου ῥηθεὶς εἰς τὸν μάντιν Ἀμφιάραον τὸν Οἰκλέους υἱὸν, ὃν ἡ γῆ διαστᾶσα ἐδέξατο ἅμα τῷ ἅρματι.

παράφρασις. — ἐπῳδ. κώλ. ιδ'. — μετάφρασις.

Cùm enim Thesei opera Adrastus Talai filius cadauera cæsorum à Thebanis obtinuisset, & septem rogos ad septem vrbis portas, quibus singulis obiectus erat exercitus, ad ea cremanda extruxisset, nec vllibi Amphiaraum videret: Desidero, inquit ille, oculum mei exercitus, qui est vtrumque, & vates eximius, & bello strenuus. Quæ laus tibi Syracusano viro encomij mei Domino, nunc cõuenit. Nã arte vaticinandi, & militia es clarus: siquidem vaticinij in Elide, fortitudinis in bello cum Hierone specimen edidisti. Vnde ego qui nec sum contentiosus, nec vllomodo rixosus, te his rebus Amphiarao esse similẽ, magno iuramento palam testari ausim; nec quæ dulci voce canunt musæ mihi refragabuntur.

ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων, Ταλαϊονίδας
εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος,
ποθέω στρατιᾶς
ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον,
μάντιν τ' ἀγαθὸν,
καὶ δουρὶ μάρνασθαι. τὸ καὶ
ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ
νῶν πάρεστι Συρακοσίῳ.
οὐ φιλόνεικος ἐὼν,
οὔτ' ὦν δύσηρις τις ἄγαν,
καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις,
τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρήσω. μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι
μοῖσαι.

*Septem enim postea rogis cadauerum constructis, Talai filius dixit apud Thebas tale quoddam verbum. Desidero exercitus oculũ mei, vrũq; vatemq; bonũ, & ad pugnãdũ hasta. Quod etiam viro* huius *hymni domino nunc adest Syracusano. Non contentiosus existens, neque rixosus valdè, & magnum iusiurandum iuratus, hoc ei palam testificabor: mellisonæ verò permittent Musæ.*

ἑπτὰ δ' ἔπειτα. Cùm Adrastus rem in expeditione aduersus Thebanos malè

gessisset, & Amphiarao in Oropo Bœotiæ oppido absorpto, cæsísque ad vnũ omnibus vix euasisset, cuperétque cæsorum cadauera cremare vt illo tempore moris erat, nec interemptos posset recuperare, vsus Thesei rogatu cuius vim & manum timebant Thebani, tandem illos obtinuit. Itaque cùm vnicuique portę exercitum admouisset, omnésque ad vnum cecidissent, ad septem portas septē rogis interemptos cremari curauit. Alij dicunt Adrastum corpora suorum sepelire conatum, sed à Thebanis prohibitum, victo similem in Argiuos fines trepidè se recepisse. Sunt qui scribant, eum ab Athenienfibus adiutum, cæsorum corpora recepisse. Alij ab Athenienfibus ipsis, etiam absentibus Argiuis operam perhumanè nauatam memorant. Recordatur funestum hoc prælium Isocrates in Panathenaico, & Od. 9. Nem. Pindarus plura de Amphiarao habet.

πυρᾶν. Genit. Dor. pro comm. πυρῶν τελεσθέντων. Hoc est συναχθέντων, σεσωρευμένων. Vt sic exponatur sententia. τῶν νεκρῶν δὲ συναχθέντων τῶν ἑπτὰ πυρκαϊῶν. i. *collectis cadaueribus quæ septem rogis imponerentur*. Schol. exponit τελεσθέντων per ἐπισωρευθέντων: quòd coaceruata sint trucidatorũ corpora: & καταριθμηθέντων, quòd numeratis illis desideratus sit Amphiaraus. Possit dici Att. τελεσθέντων pro τελεσθεισῶν. iuncto epitheto masc. cum nomine fœminino.

Ταλαϊονίδας. Terminatio Dorica in ας, pro communi in ης. Nomen patronymicum, fuit enim Adrastus Talai filius, Argiuorum & Sicyoniorum rex.

ὀφθαλμὸν. Oratio Adrasti lugentis casum Amphiarai, quem vocat oculum sui exercitus, vel αὐτὶ τοῦ τὸ περιφανέστατον, καὶ ἐξαίρετον: vt exponit Triclinius; vel vt exponit Schol. τὸ ἐν πολέμῳ περίβλεπτον. ἢ τὸν προορᾶν δυνάμενον τὰ μέλλοντα ὡς μάντιν. De vsu vocis ὀφθαλμὸς vide quæ annotauimus Od. 2. Olymp. in hæc verba, Σικελίας τ' ὀφθαλμὸς ἔσαν.

ἀμφότερον. Vsum huius vocis probant exemplis lexica: eâdem significatione author vsurpauit ἀμφότερα antistr. vlt. 1. Od. Ol.

τὸ καὶ ἀνδεί. Applicatio est eorum quæ modò dixit, qua Agesiam non minùs Amphiarao μαντικὴν & πολεμικὴν callere docet. Et refert Scholiastes famam esse Agesiam cum Hierone multa bella vaticinij & fortitudinis ope prosperè confecisse. κώμου δεσπότην appellat, quia in eius gratiam encomium est scriptum: vt Schol. & Triclinius construunt hæc simul. Sed Aretius illud τὸ, iungit cũ κώμου: vt sit τὸ κώμου *hoc laudis*, vt & Latini loquuntur. Iudicet lector. δεσπότᾳ Doricus est datiuus pro δεσπότῃ.

νυῦ &c. Alij legunt νυῦ πάρεστι Συρακοσίῳ. Et annotat Leonicerus πάρεστι per syncopen carminis causa dici, & Συρακοσίῳ per systolen legendum: vt primus sit spondæus: secundus & tertius anapæstus.

οὐ φιλόνεικος. Amphibologia est. Nam sententia tam ad Pindarum, quàm ad Agesiam referri potest. Scholiastes ad poëtam refert: quasi sibi sit cauturus, quòd hîc nihil ad gratiam loquatur. Præstare solet Pindarus iuramentum in re graui vt antistr. vlt. 2. Od. Ol. Hîc Dorice ὦν pro οὖν. ὀμόσσαις. geminato σ. metri causa. σαφέως per Dialysin Ionicam pro σαφῶς, ἐπιτρέψοντι. terminatio Dor. in οντι. pro comm. in ουσι. Μοῖσαι. Mutatio Dorica τοῦ ο in αι.

παράφρασις.

At anime mi qui meas actiones vt auriga dirigis: iam mihi iunge robuftas mulas, hoc eft, præclarum argumentum canendi, quod victrices mulæ tibi præbent, accipe, vt quàm celerrimè per puram viam currum ducamus, hoc eft, infignibus verfibus, hymnum contexamus, & vfque ad progenitorum virorum genus afcendamus. Nam folæ illæ ex omnibus mulæ norunt mihi viam fternere ad Agefiȩ maiorúmque eius encomiũ: quandoquidem parta Olympica victoria coronatæ funt. Itaque hymnorum via illis eft patefacienda. Atque oportet vt hodie etiam hac oblata occafione, repetam rem altiùs ab origine maiorum Agefiȩ, & accedam ad Pitanam Eurotȩ fluuij Laconici filiam.

στροφὴ β. κῶλ. ια.

ὦ Φίντις· ἀλλὰ ζεῦξον ἤ-
δη μοι σθένος ἡμιόνων
ᾗ τάχος· ὄφρα κελεύθῳ τ' ἐν
καθαρᾷ
βάσομεν ὄχον, ἵκωμαι τε
πρὸς ἀνδρῶν
καὶ γένος· κεῖναι γὰρ ἐξ
ἄλλαν, ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι
ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν
Ολυμ-
πίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. χρὴ τοίνυν
πύλας
ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς.
πρὸς Πιτάναν δ' παρ' Εὐρώτα
πόρον
δεῖ σάμερόν γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ.

μετάφρασις.

*Sed ô Phinti, iunge iam mihi robur mularum quàm celerrimè: vt via pura ducamus currum: & veniam ad virorum genus. Illæ enim præ alijs viæ duces eſſe norunt huius, coronas apud Olympiam quoniam acceperunt. Oportet igitur portas hymnorum patefacere ipſis. Ad Pitanam autem iuxta Eurotæ meatum oportet hodie venire tempeſtiuè.*

ὦ Φίντις. Parafceuen hic facit & ingreffum ad generis Iamidarum hiftoriam qui fuerunt Agefiæ maiores. Idque aggreditur per apoftrophen ad aurigam, hoc eft ad animum fuum, quem ad pangendum carmen excitat. Eftque hæc oratio tota tropica. Nam per aurigam, mentem fuam, per mulas & puram viam, præclarum argumentum & infignes verfus: per currum, totum hunc hymnum intelligit: ac fi diceres profa, ἀλλ' ἄγε θυμὲ ζεῦξον μοι δύναμιν τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῶν ἡμιόνων τοῦ Αγησίου, ἵνα ὡς τάχιστα αὐτόν τε, καὶ γένος αὐτοῦ προσηκόντως ὑμνήσω. Vox Φίντις quid fit, dilucidè explicat Lexici Pindarici author. Quidam, *inquit*, putant effe viri nomen proprium vt Euftathius in Iliad. l.v. apud quem Φίντης per η. fcriptum legitur, vt & in Odyff. κ. vbi τὸ λ. in ν. Doricè mutatum traditur. Nam à φίλτης communi, Doricum Φίντις formatum: vt à φίλτερος, & φίλτατος communibus, Dorica φίντερος & φίντατος. At Græcus Pindari Scholiaftes, φίντις, *inquit*, ὁ ἡνίοχος, καὶ τὰ ἅρματα τῶν ἡνιόχων, &c. Idcirco interpres Latinus Euftathij fententiam fequutus vertit, *Phintis*, & pro viri proprio fumpfit. Ego verò Græcum Scholiaften fequi non dubitaui, qui per φίντιν ipfum Pindari animum & τροπικῶς & ἀλληγορικῶς intelligendum ait. Animus enim eft corporis humani quidam auriga, id eft, rector, & moderator. Caninius in fua Grammatica, ait à φίλτατος deductum diminutiuum Doricum φίντις *Amiculus*. Henricus Stephanus in fuo Thefauro Scholiorum interpretationem fequitur: & hoc vocabulum tropicè vertunt Leonicerus & Aretius.

σθένος ἡμιόνων. Periphraſticè pro robuſtis mulis vel mulabus, quibus cùm vicerit, ab ijs allegoriam pulchrè ducit.

κελεύθῳ ἐν καθαρᾷ. Hoc eſt ὁδῷ δικαίᾳ. Viam autem puram ſeu iuſtam intelligit, præclarum argumentum, & materiam carminis, per quam currus eſt ducendus, hoc eſt, ex qua carmen encomiaſticum eſt componendum: vel etiam verſus præclaros & nitidam λέξιν Odes.

βάσομεν. Tranſitiuè vſurpat pro βιβάσωμεν vel ἐπιβιβάσωμεν ſicuti loci ſenſus denotat, & Scholiaſtes exponit. Vóxque Dorica dialecto effertur pro βήσωμεν. Subiunctiui βήσω. temporis præſentis, à futuro ad præſens reuocato, vt & Lexici Pindarici author tradit.

καὶ γένος. Tranſponenda copula καὶ, & ponenda ante πρὸς. Vel eſt ſuperuacanea. In voce ἀνδρῶν non malè emphaſim obſeruat Leonicerus: quòd fortem illam, & martia virtute præditam progeniem innuat, Iamidas ſcilicet.

κεῖναι γὰρ ἐξ. Hoc eſt, ἐκεῖναι γὰρ ἡμίονοι μόναι ἁπασῶν ἄλλων ἐπίσανται ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεῦσαι ἐπὶ τὸν ὕμνον, ἐπεὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐστεφανώθησαν. Vox ἀλλᾶν, genit. eſt Doricus pro comm. ἄλλων. & Dor. ἁγεμονεῦσαι, pro ἡγεμονεῦσαι. ταύταν pro ταύτην. & δέξαντο neglecto augmento pro ἐδέξαντο.

πύλας ὕμνων. Tropica locutione portas hymnorum patefacere dixit pro *oportet mulas canere.* Et ἀναπτνάμεν. eſt infinit. præſentis Dor. Ion. & poët. formatus pro communi ἀναπτνάναι: quam formandi rationem ex Grammaticis hauri. Dicitur hoc verbum ita formari à priſco πέτω ſignificante idem ac πίπτω *cado*: vel à πέτομαι *volo*. Verſo ε. in ι. fit πίτω: inſerto ν. πίτνω grauitonum: hinc circunflexum πτνέω. ῶ. vel πτνάω. ῶ. Hinc verbum in μι πίτνημι: vt ab ἱςάω, ῶ. ἵςημι. Hinc compoſitũ ἀναπίτνημι, pro quo cõm. ἀναπίπτω *cado, decido*: vel actiuè & tranſitiuè ſumitur pro ἀναπίπτειν ποιῶ. *cadere facio, deijcio, demitto, aperio, patefacio*. Quæ explicatio reſpicit ad morem pendularum portarum, quæ cadunt dum aperiuntur: vt & pontes penduli, quos Gallicè vocamus *ponts leuiz*. Quod & obſeruatur in multis ligneis feneſtris, quæ funibus laxatis demittuntur, vt aperiantur: attractis verò funibus, & ſurſum ſublatis clauduntur. Vel à πέτω (vnde & commune πίπτω *cado*) deducitur verbum πετάω. ῶ. πεταννύω, πετάννυμι. *pando, aperio*: tandem literarum manifeſta mutatione fit πίτνημι: quæ vox recurrit Nem. 5. & Iſthm. 4.

πρὸς Πιτάναν. Dor. pro comm. Πιτάνην. Eſt autem propoſitio narrationis ſequentis. Pitane nympha filia Eurotæ fluminis Laconicæ regionis: & ciuitas eiuſdem nominis iuxta fluuium illum Eurotam. Ab hac Nympha ortos Iamidas teſtatur Pindarus. Pitana à Neptuno compreſſa Euadnen quandam peperit, quam vt celaret corruptam virginitatem, clam Arcadum regi Aepyto Elati filio educandam tranſmittit. Hanc vbi ætate adultior eſſet, Apollo deuirginauit, è quo Iamum peperit: vnde Iamidæ, quos maiores ſuos agnoſcit Ageſias.

σάμερον. Dor. pro σήμερον. Deinde ἐν ὥρᾳ hoc eſt κατὰ καιρόν. Scilicet hac occaſione, & hoc tempore quo Ageſię victoriam prædico.

παράφρασις.

Quæ cùm vſa fuiſſet Neptuni Saturni filij concubitu, ex eo pulchram filiam Euadnen dicitur peperiſſe. Sed huiuſmodi corruptæ virginitatis partum in gremio occultauit. Nono autem menſe, qui partui eſt præſtitutus, enixa miſit famulas ad Æpytum regem Arcadum Elati filium: & iuſſit vt ei educandam traderent infantem. Quæ Phæſanæ, vbi Alpheum qui inde in Elim deſcendit, incolere ſortitus eſt Æpytus, educata Euadne, ab Apolline primùm amata eſt & compreſſa.

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ἅ τοι Ποσειδάονι μι-
χθεῖσα Κρονίῳ, λέγεται
παῖδ᾽ ἰοπλόκαμον Εὐάδναν
τεκέμεν.
κρύψε δ᾽ παρθενίαν ὠδῖνα κόλ-
ποις.
κυρίῳ δ᾽ ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ᾽ ἀμφιπόλους, ἐκέλευσεν
ἥρωι πορσαίνειν δόμεν Εἰλα-
τίδᾳ
βρέφος γ᾽ ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων
ἄνασσε Φαι-
σάνᾳ, λάχε τ᾽ Ἀλφεὸν οἰκεῖν.
ἔνθα βαφεῖσ᾽, ὑπ᾽ Ἀπόλλωνι
γλυκεί-
ας πρῶτον ἔψαυσ᾽ ἀφροδίτας.

μετάφρασις.

*Quæ Neptuno mixta Saturni filio dicitur filiam violaceis capillis Euadnen peperiſſe. Sed occultauit clandeſtinum fœtum gremio. Præſtituto autem* partui *menſe mittens famulas, iuſſit alendam dare Elati filio infantem, qui virorum Arcadum rex erat Phæſanæ,& cui ſorte obtigit Alpheum vt incoleret: vbi educata* Euadne, *ſub Apolline dulcem primùm attigit venerem.*

ἅ τοι Dor. pro comm. ἥτοι. & Ποσειδάονι. Dor. pro comm. Ποσειδῶνι; qui quia fuit Saturni filius Κρόνιος appellatur.

ἰοπλόκαμον. Vox ἰοπλόκαμος eſt poëtica, *violaceos vel nigros capillos habens*: vnde à Triclinio exponitur μελανοπλόκαμος. Et cùm huius coloris capillitium veteribus probaretur, ideo ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν, καλὼ dici putat Scholiaſtes: ſic & Muſas Pyth. Od.1. vocat ἰοπλοκάμοις. Compoſitum eſt ex nomine ἴον *viola*, & πλόκαμος *cincinnus, cæſaries, coma*, παρὰ τὸ πλέκειν. Schmidius vt metro inſeruiat legit ἰοβόστρυχον *violacea cæſarie.*

Εὐάδναν. Dor. pro Εὐάδνην. Et τεκέμεν. Dor & Ion. pro τεκεῖν.

παρθενίαν ὠδῖνα. Hoc eſt λαθραίαν κύησιν. Dicitur παρθένιος *qui virginis eſt corrupta*, vnde παρθενία ὠδὶς, dicitur ἣν τις παρθένος εἶναι δοκοῦσα ἔπαθε, *Partus dolor, quem paſſa eſt quæ virgo putabatur eſſe*: & παρθένιοι παῖδες, οἱ κρύφα τικτόμενοι παρὰ τῶν νομιζομένων παρθένων εἶναι. Vt apud Homerum in catalogo nauium,

Τῆς δ᾽ ἑτέρης Εὔδωρος ἀρήιος ἡγεμόνευε Παρθένιος.

κυρίῳ δ᾽ ἐν μηνὶ. Hîc ſubaudi τοῦ τίκτειν. Hoc eſt, *nono menſe qui partui eſt præſtitutus.* πέμποισα. Dor. pro comm. πέμπουσα. Verto autem ἀμφιπόλοις famulas hoc eſt ancillas, non famulos: nam hæc interpretatio nominis ἀμφίπολος huic loco videtur meliùs conuenire, ſiquidem de curando infante agitur, quod muliebrium eſt partium.

πορσαίνειν. Triclinius interpretatur ἀνατρέφειν, αὔξειν. quaſi πορσαίνω deductum ἀπὸ τοῦ πόρρω, ſit εἰς προκοπὴν ἄγω, καὶ πόρρω ποιῶ ἐκείνου ἐφ᾽ ᾧ ἐστιν. Sed cùm ſignificet παρασκευάζω, παρέχω, πορίζω, videtur rectè deduci poſſe à πόρω: cuius futurum πορῶ, & Aeolicè πόρσω: hinc πορσαίνω & πορσύνω: de quo vulgata Lexi-

ca GræcoLat. Sed hic Pindarico sensu exponitur *educo, alo, nutrio*. Quod figuratè & μετωνυμικῶς dicas. Nam alimenta seruato modo sumpta, corpus roborant, & spectatu gratum reddunt: atque ideo quodammodo ornant. At fames contrà. δεῦμαι. Ion. & Dor. pro δέομαι.

Εἰλατίδᾳ. Dor. pro comm. Εἰλατίδῃ. hoc est Εἰλάτου υἱῷ. *Elati filio*, videlicet *Aepyto*, qui Arcadibus Phæsanæ imperabat. Fingit Aepyto missam consulto, quam ille expositam forte fortuna reperit & excepit.

φαισανᾷ. Dor. pro comm. φαισανῇ. Phæsana authore Scholiaste, omnium scriptorum sententia est Arcadiæ vrbs: sed eam Elidis tradit esse Didymus, hac suæ opinionis defensione fretus, quòd aliquando Arcades imperarint Elidi temporibus Aepyti.

λάχε τ'. Hoc est ἔλαχε κατοικεῖν ἐν ταῖς ἀρχαῖς Ἀλφεοῦ. Nam ex Phæsana defluit fluuius Alpheus, qui cùm exiguus sit in Arcadia, progrediendo fit magnus in Elide.

ὑπ' Ἀπόλλωνι, hoc est γλυκείας πρῶτον τοῦ Ἀπόλλωνος συνουσίας μέτεσχε. vel vno verbo, διεφθάρη ὑπ' Ἀπόλλωνος. *ab Apolline est vitiata.* Sed vt annotat Leonicerus, poëta vtitur honesta periphrasi, vitium tegere volens: vt hoc laudi adscribatur Agesiæ, & Euadnæ: quòd non crimen, sed decus sit, si Deus cum puella quapiam commercium habeat.

παράφρασις.

Sed non semper latuit Æpytum Euadnes furtum, quanquam se esse ex Deo grauidam celare volebat. Quo cognito, grauem iram in animo cum acri cura prudenter comprimens: nec malum hoc, donec vera rei notitia plenius esset instructus, patefacere volens, Apollinis oraculum consuluit quid sibi vellet intolerabilis hic corruptæ virginis casus. Atq; interim illa soluta virginea zona, parturiendo præuias prænunciásque aquas, & sanguinem cum fœtu fundens, peperit sub opaco dumeto filium diuina mente præditum, vt pote vatem eximium futurum. Et ad facilem, fœlicémq; partum auricomus Apollo Lucinam & Parcas obstetrices constituit.

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

οὐδ' ἔλαθ' Αἴπυτον ἐν παντὶ
χρόνῳ
κλέπτοισα θεοῖο γόνον.
ἀλλ' ὁ μὲν Πυθῶνάδ', ἐν θυ-
μῷ πιέσαις
χόλον οὐ φατὸν ὀ-
ξείᾳ μελέτᾳ, ᾤχετ' ἰὼν
μαντευσόμενος,
ταύτας πέρ' ἀτλάτου πά-
θας.
ἁ δ' φοινικόκροκον
ζώναν καταθηκαμένα
κάλπιδά τ' ἀργυρέαν
λόχμας ὑπὸ κυανέας,
τίκτε θεόφρονα κοῦρον.
τᾷ μὲν ὁ χρυσοκόμας πραΰ-
μη-
τίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε
μοίρας

μετάφρασις.

*Neque latuit Aepytum in omni tempore celans Dei semen. Sed ipse Pythonem, in animo comprimens iram ineffabilem acri cura, abijt oraculum consulturus de hoc intolerabili casu. Ipsa verò puniceа trama intextam zonam deponens, vrnámque argenteam, dumos inter opacos peperit diuina mente præditum puerum, cui auricomus placidam Lucinam adstare fecit, & Parcas.*

οὐδ' ἔλαθε. Hoc est οὐδ' ἔλαθε διὰ παντὸς Αἴπυτον Εὐάδνη πειρωμένη λαθεῖν ἐγκυμονοῦσα

μονὲσα τὸ σπέρμα τῦ Θεῦ. Vbi apparet regis cura in educanda puella, & ſeruanda virgine caſta, quam tamen præter votum corruptam deprehendit. Hîc κλέπτοισα Dor. pro comm. κλέπτουσα. & θεοῖο Ion. & poët. pro Θεῦ, qui intelligitur Apollo. Præterea in κλέπτοισα Metaphora eſt prô κρύπτουσα: ſumpta à furibus, qui quæ ſurripuerunt, diligenter abſcondunt.

ἀλλ' ὁ μ̃. H.e. vt rectè interpretatur Schol. ὁ δὲ καίτοι δεινὴν οὖσαν τὴν ὀργὴν, λογισμῷ καταχὼν, καὶ περὶ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως ἐκ σηφῆναι τὸ δεινὸν βουληθεὶς, εἰς τὸ τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος μαντεῖον ἐπορεύετο, γνωσόμενος περὶ τοῦ τῆς διαφθορᾶς ἀφορήτου πάθους. Cæterùm χόλον οὐ φατὸν, hoc eſt, ἄῤῥητον, ac proinde μέγαν· & ὀξείᾳ μελέτᾳ hoc eſt ὀξείᾳ φροντίδι καὶ ἐπιπεταμένῃ: metaphora ſumpta à ſagittis acutis quæ acriùs feriunt. Eóque grauior erat animi perturbatio, quo magis celare volebat caſum.

ταύτας. Dor. genit. pro ταύτης, ἀτλάτου Dor. pro ἀτλήτου. Item πάθας Dor. pro πάθης: à nominatiuo πάθη. De quo vocabulo conſule Lexica. Quare hallucinati videntur Leonicerus & Aretius qui πάθας pro πάθοις à πάθος Doricè dictum putant.

ἁ δ᾽. Dorica ſunt ἁ. pro ἡ. ζώναν pro ζώνην & καταθηκαμένα pro καταθηκαμένη. His verborum inuolucris partus arcana ſignificat. Nam per φοινικόκροκον ζώναν, ſanguineum humorem, & inuolucrum intelligit, cum quo fœtus vtero materno egreditur. Et per ἀργυρέαν κάλπιδα innuit aquam quæ inſtante partu fœtûm mox egreſſurum præcurrit. Nam tanquam ex vrna, quæ vas eſt aquarium, emittitur, ad faciliorem partum per totos nouem menſes ſenſim accumulata.

φοινικόκροκον. Iſta vox componitur ex φοινίκεος *puniceus*, & κρόκη, *trama*. Quoniam rubra eſt vt pote ſanguine intincta, ex eóque contexta ſecundina, quæ fœtum in vtero inuoluit, & in partu facili cum fœtu prodit. Præterea ζώναν καταθέναι, hîc periphraſticè dicitur, *parere*. λύειν ζώνην dicitur puella quæ virum admittit.

λόχμας ὑπὸ. Loci deſcriptio, in quo Euadne peperit: dumetum nimirum vmbroſum. Nam κυάνεος eſt idẽ ac μέλας *niger*: ac proinde *vmbroſus*: qualis locus eſſe ſolet denſis arboribus conſitus. Vel κυανέας λόχμας dici poteſt ab obſcuro colore florum veluti violarum, quæ magna copia in locis iſtiuſmodi vere ineunte reperiuntur.

Θεόφρονα. Diuina mente præditum Iamum dicit ὅτι μαθὼν τὴν τέχνην, vel qui omnia per vaticinandi artem intelligeret, non ſecus ac Dij.

τᾷ. Dor. pro τῇ. articulus loco pronominis ταύτῃ: & χρυσοκόμας Dor. pro χρυσοκόμης. Apollinis epitheton, qui eſt Sol, ab aurei coloris radijs ſumptum.

πραΰμητιν. h.e. πρᾳεῖαν ſeu εὐμενῆ, & κεχαρισμένα φρονοῦσαν. Eſt compoſitũ ex πρᾳὺς *mitis*, & μῆτις *conſilium*. Ἐλευθὼ hîc intellige τὴν Εἰλείθυιαν. Lucinã dictam ab ἐλεύθω inuſitato quod ſuppeditat tempora verbo ἔρχομαι *venio*. Nam venit opem latura parturientibus Ilithiia, quam Athenienſes inter γενετυλλίδας Deas colebant.

μοίρας. Vt fœlix in lucem aditus eſſet Euadnes fœtui, facit Apollo vt non ſolùm Lucina, ſed & Parcæ ãdſtent: vt Clotho natiuitatis initium, Lacheſis vitæ progreſſum proſperet: nec in morte ſæua ſit Atropos.

παράφρασις.

Tunc autem ex visceribus per amabilem partum Iamus statim in lucem venit: quem, suę virginitatis florem sibi decerptum esse dolens, & inde ignominiam metuens, humi relictum deseruit. Sed duo cęsiis oculis dracones, Apollinis patris & Neptuni aui consilio ac prouidentia, suscepta derelicti infantis cura eum melle à fauis apum subducto nutriuerunt. Interim rex in equo ex petricosa Pythone reuersus, omnes domesticos interrogabat, vbi esset puer, quem Euadne pepererat. Eum enim esse ab Apolline patre prognatum.

στροφὴ γ. κῶλ. ια.

ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγχνων, ὑπ' ὠδῖνος τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
ἐς φάος αὐτίκα· τὸν μὲν κνιζομένα
λεῖπε χαμαί. δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
δαιμόνων βουλαῖσιν ἐθρέψαντο δράκοντες ἀμεμφεῖ
ἰῷ μελισσᾶν καδόμενοι. βασιλεὺς
δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
εἴρετο παῖδα τὸν Εὐάδνα τέκοι·
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

μετάφρασις.

*Prodijt autem ex visceribus & partu amabili Iamus in lucem statim: quem quidem mœsta reliquit humi: sed duo cæsiis oculis ipsum Deorum consilio, educarunt dracones, inculpato veneno apum, curam adhibentes. Rex autem postquam petrosa equitans redijt ex Pythone, omnes domi rogabat puerum, quem Euadne peperisset: Phœbo enim ipsum dicebat genitum esse*

ἦλθε. Natiuitas Iami. q. d. ἐγεννήθη δ' ἐξ ἐπεράστου ὠδῖνος Ἴαμος, καὶ ἦλθεν εἰς τὸ φῶς εὐθέως. Hic σπλάγχνα intelligit τὴν νηδὺν, seu γαστέρα vbi formatur fœtus. Et ὠδῖνα dicit ἐρατὴν. quasi γονὴν ἐπιθυμητὸν *prolem optabilem*, vt vult Triclinius: vel quia Dei prolem pariebat: vel quia prægnantes omnes optant parere, & malis hinc oriri solitis liberari. Sed vide lector annon partum amabilem dicat Pindarus, quòd cùm in lucem statim venerit, ὠδὶς dolor partus breuis fuerit & momentaneus, qualem amant experiri grauidæ mulieres, cùm & difficiliore & tardiore partu pleræque cruciatæ grauiter exanimentur. Putem autem præpositionem ὑπὸ hic sumi pro ἀπὸ vt ἦλθε δ' ὑπὸ, pro ἀπὸ σπλάγχνων, dicatur, *venit à visceribus*. Et ἐρατᾶς. Dor. pro comm. ἐρατῆς. Ἴαμος autem ἀπὸ τῶν ἴων *à violis* dictus est: super quibus enixa Euadne infantem reliquit.

κνιζομένα. Dor. pro comm. κνιζομένη, hoc est λυπουμένη. Non quidem dolorum partus recordatione, siquidem videmus eum facilem fuisse: sed metu ignominiæ, quo victus maternus affectus infantem deseruit.

δύο δὲ γλαυκῶπες. Miranda Iami educatio. Sic à cane Cyrus fertur nutritus. Romulus cum fratre à lupa. Sed magis est mirandum à draconibus venenatissimis reptilibus hominem fuisse educatum quàm à cane, vel lupa. Sed non casu susceptum à draconibus Iamum docet, at diuina prouidentia, vt diuinam & cœlestem propaginem habere videatur. Deos autem quorum consilio id factum est, intellige in primis Apollinem eius patrem,

& Neptunum auum, quorum benignitatis erat desertum à pudibunda matre fœtum curare.

ἀμεμφεῖ ἰῷ μελισσᾶν. Intellige mel, περιφραστικῶς. Et expone ἀμεμφεῖ scilicet ἀβλαβεῖ *innoxio*, ac proinde non reprehendendo. Sume etiam vocem ἰὸς *venenum* καταχρηστικῶς. Nam μοχθηρίαν τινὰ ὑποφαίνει. At melle nihil est melius. Quem vocis abusum vt leniret, addidit epitheton ἀμεμφεῖ. Et vt puto suggessit authori hanc vocem, venenata draconum natura. Quanquam dracones etiam uenena non habere author est Plinius lib.32.

μελισσᾶν. Genit. Dor. pro μελισσῶν. κηδόμενοι hoc est ἐπιμελούμενοι.

βασιλεὺς δ'. Describitur reditus Aepyti ex Pythone: vt quæsiuit Euadnæ puerum, vt ab oraculo fuit pronuntiatum, Apollinem eius esse patrem, eum fore celeberrimum vatem, & æternam eius posteritatem.

πετραέσσας. Dor. pro comm. πετρηέσσης. Quod epitheton Il. α. eidem tribuit Homerus.

Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ.

Sic appellata est, quia ad montem Parnassum asperrimum est condita.

Εὐάδνα Dor. pro comm. Εὐάδνη. & φᾶ. Dor. & negl. augmento pro ἔφη. γεγάκειν. Est infinit. modi verbi poëtici γεγάκω. Sicuti à πέφυκα, δέδυκα, πέπληγα deducuntur πεφύκω, δεδύκω, πεπλήγω & similia: sic à præterito γέγονα & Dor. γέγακα verbi γάω deducitur γεγάκω, *gignor, sum ortus, sum natus*.

παράφρασις.

Et omnium mortalium fore in terris vatem præstantissimum, neque sobolem eius defecturam vnquam. Sic vtique accepti responsi monita referebat. Sed eius famuli constanter asseuerabant se nec audisse nec vidisse infantem, idque etsi quintus iam esset dies ex quo erat in lucem editus. Neque enim id scire poterant, siquidem Euadne clam enixa fœtum in iunco, dumetóque magno occultarat, vbi tenerum ipsius corpus flauarum & purpurearum violarum splendentium rore madebat. Ac propterea promulgauit mater vt in perpetuum vocaretur Iamus,

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

πατρός. περὶ θνατῶν δ' ἔσεσθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
ἔξοχον, οὐδέποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
ὣς ἄρα μάνυε. τοὶ δ' οὔτ' ὦν ἀκοῦσαι
οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο πεμπταῖον γεγενναμένον. ἀλλ' ἐγκέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ, βατιᾷ τ' ἐν ἀπειράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν σῶμα. τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖσθαι μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ

μετάφρασις.

*patre, supra mortales autem fore vatem terrestribus eximium, neque vnquam defecturam stirpem. Sic vtique indicabat. At illi neque audiuisse, neque vidisse dicebant cùm tamen iam à quinque diebus natus esset. Sed enim occultatus erat in iunco, & rubo immenso violarum flauis & omnino purpureis radijs madefactus tenerum corpus. Ideo & promulgauit vocari ipsũ omni tempore mater*

περὶ θνατῶν δ'. Hoc est, ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους ἔσεσθαι μάντιν ἔξοχον τοῖς ἐπιχθονίοις. Hic θνατῶν Dor. pro com. θνητῶν. Et trium illorum quæ monuit oraculum, primum

habet finis ſtrophes præcedentis. Reliqua duo initium huius antiſtrophes, ſcilicet vatem excellentem fore, eiúſque ſtirpem perpetuam.

ὡς ἄρα. Finis orationis Aepyti ad domeſticos. Dixit autem μάνυε Dor. pro comm. μηνύε. & negl. augm. pro ἐμήνυε. hoc eſt ἐδήλε.

τοὶ δ' ὦν. Reſponſio domeſticorum, qui ſe & audiſſe & vidiſſe negant eum infantem, quem ſuis in ædibus natum exiſtimabat Aepytus. Quod vt magis mirum videatur, poëta addit amplificationem à tempore, ídque de ſuo, ita vt ipſe hoc dicat, non illi quos introducit reſpondentes. Nam ſiquidem ne natum quidem ſciebant infantem, quomodo tempus notaſſent? Sed poëta tantùm notat temporis circunſtantiam, quot dies iam natus eſſet Iamus, quum ab Apolline redux Aepytus, quæſiuit ex domeſticis vbi eſſet, ita vt cùm is iam eſſet quintus à partu dies, mirum videri debeat, qui id neſcierint famuli regis.

ὦν. Coniunctio Dor. pro οὖν. Vocem εὔχοντο, Scholiaſtes dicit ſignificare hîc εἶπον, & Laconum lingua ita vſurpari. Triclinius exponit διεβεβαιοῦντο. *affirmabant*, quoniam ὁ καυχώμενος inquit, διαβεβαιοῦται ὃ καυχᾶται *qui gloriatur id affirmat quod gloriatur.* vel etiam, inquit, εὔχοντο, ἀντὶ μετὰ τῆς πρὸς τοὺς Θεοὺς εὐχῆς διεβεβαιοῦντο. vel ἠρνοῦντο μετὰ κατάρων. hoc eſt *cum prece ad Deos affirmabant:* vel *cum execratione negabant.* In voce εὔχοντο cùm ſit imperfecti temporis negligitur augmentum.

πεμπταῖον. Hoc eſt καὶ ταῦτα πεμπταῖον ἤδη ὂν τὸ παιδίον. vel πέντε ἤδη ἡμερῶν γεγονημένον. Significat πεμπταῖος *quinto die erumpens, accidens:* & ſic rectè loquuntur Græci, vt Homerus πεμπταῖοι ἱκόμεσθα Ody. ξ. *quinto die venimus.* πεμπταῖος ἀπὸ τῆς νίκης ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσων Plutarch. in Fab. *quinto die à victoria in Capitolio cœnaturus.* Et ſic alia id genus vocabula τριταῖος, τεταρταῖος &c. Cæterùm γεγναμένον. Dor. pro γεγονημένον.

ἀλλ' ἐγκέκρυπτο. Ratio cur domeſtici neſciuerint natum eſſe ex Euadne filium. Sumitur à loco, & rebus quibus erat occultatus. Et hæc ſunt iuncus, rubus, & violæ. σχοῖνος eſt *iuncus*, vt legunt codicum maxima in parte. Sunt enim qui hîc legant σχίνῳ. Sed σχῖνος eſt lentiſcus. De σχίνῳ & σχοίνῳ vide Dioſcoridem. Eſt hîc βατία idem ac βάτος. & ἀπείρατος pro μέγας.

ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις. Duo violarum genera facit poëta, *flauas & purpureas*, quæ ſunt præſtantiſſimæ. Sed præter illas ſunt etiam albæ. De his vide Dioſcoridem. ξανθαῖσι pro ξανθαῖς. Quæ violæ ſunt rariores & in montibus reperiuntur: taléſque ex montibus allatas in horto ſuo aluiſſe ſe teſtatur Aretius in hunc locum.

ἀκτῖσι. Τὰς ἀκτῖνας λέγει, inquit Schol. τὰς ἀποπίπτουσας ἀπὸ τῶν ἀνθέων δρόσους. *rorem ex floribus cadentem:* ἢ λαμπηδόνας τῶν ἀνθῶν, *vel florum fulgorem.* Et Triclinius λαμπρότητα *ſplendorem* exponit. Porrò eſt periphraſis ſic reddenda: ὑπὸ διαυγῶν ἴων ξανθῶν τε καὶ πορφυρῶν δεδροσισμένος τρυφερὸν σῶμα.

τὸ καὶ. Ratio nominis Iami. κατεφάμιξεν. Dor. pro comm. κατεφήμισεν à καταφημίζω. Cuius tempora Doricè formantur per characteriſticam ξ.

παράφρασις.

immortali nomine. Poſtquam verò puberem ætatẽ attigit, quæ ob ſuam venuſtatem ſuauis eſt, & delectabilis: & flauam lanuginem, qua velut aurea corona mẽtum eius, & genæ circundarentur, pubertatis fructum accepit, ad Epidaurum, quæ vrbs media eſt inter Arcadiam, & Elidem, ad Alpheũ deſcendit, & Neptunum auũ latè potentem, & patrem Apollinem arcu inſignẽ, dominúmque & cuſtodẽ Deli à Deo Ioue conditæ, quum è mari emerſit eius iuſſu, vt ibi pareret Latona, noctu ſub dio inuocauit, poſtulans, vt ſibi dignitatem regiam impertiret. Tum paterna vox veridica, quęſito compellatóque filio, reſpondit his verbis. Surge fili, huc ades, meámque vocem à tergo ſequere, vt eamus in Olympiam quæ olim futura eſt toti Græciæ communis, quum inſtituta erunt ab Hercule certamina, ad quorum ſpectaculum ex vniuerſa Græcia confluent.

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

τοῦτ' ὄνομ' ἀθάνατον. τερπνᾶς δ' ἐπεὶ
χρυσοστεφάνοιο λάβεν
καρπὸν ἥβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς
ἐκάλεσσε Ποσει-
δῶν' εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,
καὶ τοξοφόρον
Δάλου θεοδμήτας σκοπὸν,
αἰτέων λαοτρόφον
τιμάν τιν' ἑᾷ κεφαλᾷ,
νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀν-
τεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
πατρία ὄσσα· μεταλλα-
σέν τε μιν, ὄρσο τέκνον δεῦρο
πάγ-
κοινον ἐς χώραν ἴμεν, φάμας ὄπι-
θεν.

μετάφρασις.

*hoc nomine immortali. Delectabilis autẽ auro coronatæ poſtquã accepit fructum pubertatis, in Alpheum medium deſcendit, & inuocauit Neptunum latè potentem ſuum progenitorem, & arcitenentem Deli diuinitus conditæ præſidem, petens populi altorem honorem quempiã ſuo capiti noctu ſub dio. Reſpondit autem veridica paterna vox, quũ quæſiuiſſet eum, Surge fili huc communẽ in regionem, vt venias poſt vaticinium.*

τερπνᾶς. Pergit fabulam Iami narrare: & poſtquam retulit quomodo & ex quibus ſit natus, & vnde denominatus, nunc dicit quomodo ſe geſſerit ab ineunte adoleſcentia. Quam cùm attigiſſet, auum Neptunum, & patrem Apollinem rogat, vt eorum ope ſibi obueniat regia in homines dominatio. τερπνᾶς Dor. pro comm. τερπνῆς. χρυσοστεφάνοιο Ion. & poët. pro χρυσοστεφάνου, & ἥβας. Dor. pro comm. ἥβης. Habenda hîc ratio epithetorum quæ tribuuntur τῇ ἥβῃ *pubertati*. τερπνὴ *iucunda, delectabilis* dicitur, quia ætas illa vbi tenera lanugo prodit, omnium eſt ſuauiſſima, & amoribus quibus ineſt oblectamentum, iam apta. χρυσοστέφανος, *aurea corona inſignis*, quòd flaua lanugine coronetur, qui color eſt aureus. Et fortè ξανθὸς *flauus* fuit Iamus, ita vt huius pubertati peculiare ſit epitheton iſtud. His vocabulis præſtantiam ætatis innuit, quæ ὡραίους *venuſtos* ac proinde amabiles reddit homines. Sic autem ſtrophe tertia Odæ primæ huius libri dicitur eâdem ætate Pelops à patre Neptuno gloriam certaminis aduerſus Oenomaum impetraſſe precibus.

καρπὸν ἥβας. Periphraſticè lanuginem appellat, puberis ætatis fructum, qui pullulat & creſcit in mento, & genis, quas faciei partes coronæ inſtar cingit.

Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς. Hoc eſt, interprete Scholiaſte, τότε δὴ παραγενόμενος ἐς τὴν Ἐπίδαυρον ηὔξατο. *Tunc cùm Epidaurum veniſſet, precatus eſt.* Nam Epidaurus media eſt inter Arcadiam & Elidem. Arcadia principium huius fluminis, Elis eius oſtia incolit. Sic Epidaurus cùm ſit in vtriuſque medio, rectè dicitur in medio Alpheo precatus Iamus: non quòd ingreſſus ſit medias aquas, ſed quòd in loco iuxta eius medium inter Arcadiam & Elidem extrema duo ſito, ſuas preces conceperit, qui locus eſt Epidaurus.

ἐκάλεσσε. Geminato σ. metri cauſa pro ἐκάλεσε. Item μέσσῳ eodem pacto pro μέσῳ. καλεῖν, hic vſurpatur pro εὔχεσθαι, exempla videbis in Lexicis.

Ποσειδῶνα. Neptunum auum inuocat. Nam à Neptuno compreſſa Pitana, vt ſtrophe, & antiſtrophe ſecunda huius Odæ docet, Euadnen peperit: deinde ex Euadne compreſſa ab Apolline natus eſt Iamus, ideo illum auum, hunc patrem appellat.

εὐρυβίαν. Epitheton Neptuni, hoc eſt, maris, cuius longè latéque vis extenditur, ſiquidem toto ambitu terram complectitur.

τοξοφόρον. Epitheton Apollinis, cui tribuitur arcus, ſeu quia peſtem & morbos ſuis radijs immittit quandoque Sol: ſeu quia, vt ferunt fabulæ, ſagittis Pythonem ſerpentem confecit. Eundem appellat Deli ſpeculatorem, quia in Delo & natus eſt, & cultus: habuítque ibi templum clariſſimum, in cuius limine ſcripti erant verſus, qua herbarum compoſitione aduerſus omnia venena homines vti deberent.

Δάλε Dor. pro Δήλε. Delus inter inſulas Cycladas. Stephanus Cynthum, Aſteriam, Pelaſgiam, Chlamydiam, & ex Nicanore Scythiadam appellatam author eſt. Dicta Delus, à δῆλος *clarus, manifeſtus*, quòd Apollo, hoc eſt, Sol, omnia clara & manifeſta reddat. Vel quòd cùm antea eſſet aquis obruta, ac proinde occultaretur, patefacta eſt, tum quum Iupiter Latonæ pariturae eam monſtrauit, & è mari emergere iuſſit. Ideò ab hoc Iouis facto θεόδμητος nuncupatur.

αἰτέων. Poſtulatio Iami, qua rogat vt conſequatur λαοτρόφον τιμὰν *honorem populos alentem*, hoc eſt βασιλικὴν ἀρχήν. *regium dominatum.* Nam & Homerus reges appellat ποιμένας λαῶν, *paſtores populorum.* Nam honor & amplitudo regis eſt alere, fouere, tueri, conſeruare ſubditos. Doricè efferuntur τιμὰν pro τιμὴν, & κεφαλᾷ pro κεφαλῇ. & dicitur ἑᾷ κεφαλᾷ pro ἑαυτῷ, vel οἱ *ſibi*, periphraſticè.

λαοτρόφον. Hoc eſt τρέφουσαν τοὺς λαούς. Alioqui λαότροφος proparoxytonum, dicitur ὑπὸ λαῶν τρεφόμενος. Et ſic collocatus accentus in id genus compoſitis, in paroxytono actiuam, in proparoxytono paſſiuam ſignificationem ſortitur.

νυκτὸς ὑπαίθριος. Sic & Pelops preces concipit nocturno tempore, Ode prima huius libri. Ideo huc refer quod de illa circumſtantia eo in loco annotatum eſt.

ἀντεφθέγξατο. Apollinis patris reſponſio: qui voce tantùm ſuam præſentiam inuiſibilis teſtatur. ἀρτιεπὴς hoc eſt ἀληθὴς *vera:* & πατρία *paterna*, vt Apol-

[l]inem respondisse innuat, qui veridicus sit in dandis responsis.

μετάλλασεν. Dor. & neglecto augmento pro ἐμετάλλησεν, à verbo μεταλλάω. *[q]uæro, scrutor*, propriè eo modo quo metallorum scrutatores in fodinis, vbi [n]o reperto, aliud quærunt, ἄλλο μετ᾽ ἄλλο *aliud post aliud*: hinc μεταλλᾶν, *quæ[r]ere*: & hîc paulum detorta significatione significare possit, *interrogare, alloqui*: [&] sic referetur ad Apollinem, cuius verba ad filium Iamum sequuntur. Vel si [r]eferas ad Iamum, tunc significabit ἐρευνᾶν, quasi inuisibilem patrem quæreret. [S]ed verborum series refragatur.

ὄρσο τέκνον. Oratio Apollinis ad Iamum filium q. d. ἄγε δὴ ἀνίστασο παῖ, ἀπέλθωμεν [ε]ἰς τὴν ἐσομένην ὕστερον πάγκοινον, καὶ πολυπληθῆ χώραν, τοῦτ᾽ ἔστιν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν. In[t]elligit Olympiam, non qualis tunc erat, sed qualem fore olim, futuri præscius [s]ciebat. Nam institutis ab Hercule ludis, ea tũ demum πάγκοινος propter athle[t]arum, & spectatorum ex tota Græcia celebrem concursum, & propter clarum [o]raculum, erat futura.

ὄρσο. Poët. Imperat. κατ᾽ συγκοπὴν formatus ex ὄρσεο, quod Ionicum est pro [c]õmuni ὄρσου. Series formationis hæc est, ὄρω *concito* habet futurum ὀρῶ. Aeol. [ὄ]ρσω. quod in tempus præsens actiuum transfertur: inde passiuum ὄρσομαι. impe[r]at. ὄρσου, Ionicè, ὄρσεο. syncope ὄρσο.

ἴμεν. Ion. & Dor. infinitiuus pro εἶναι τὸ πορεύεσθαι. Subaudi ἕνεκα τοῦ, *ad* [e]*undum*.

φάμας ὄπισθεν. Dor. pro φήμης: & hæc vox pro φωνῆς. Vt Scholiastes & Tri[c]linius interpretantur: nimirum τῇ ἐμῇ φωνῇ κατακολουθῶν *pone sequens vocem* [m]*eam*. Nam vt dicit Homerus

χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς.

*Difficile est Deos euidenti forma apparere.*

Ideóque vocem suam sequi oportere dicit Apollo. Hinc ita construit Tricli[n]ius, ὄρσο hoc est διεγέρθητι, κινήθητι ὄπισθεν τῆς φήμης, hoc est τοῦ ἐμοῦ χρηματισμοῦ, τῆς [ἐ]μῆς φωνῆς. *surge, moueare pone meam responsionem, & vocem.*

παράφρασις.

Itaque venerunt ad excelsum alti Cronij promontorium: vbi pater dedit ipsi geminam vaticinandi facultatem: vnam quidem ex arte per πυρομαντίαν: alteram ex ἐνθουσιασμῷ. Iussítque tunc vt suam vocẽ mẽdacij nesciam audiret: & quum Hercules Alcæi aui venerandum germẽ, Heros ad res gerendas audacissimus, & animo confidentissimus, celebritatem Iouis

στροφὴ. κῶλ. ια.

ἵκοντο δ᾽ ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρονίου,
ἔνθά οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυ-
μον
μαντοσύνας, τόκα μὲν φωνὰν ἀ-
κούειν
ψευδέων ἄγνωστον, εὖ-
τ᾽ ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊ-
δᾶν,
πατρὶ ἑορτάν τε κτίσῃ πλει-
στόμβροτον

μετάφρασις.

*Venerunt igitur alti ad rupem excelsam Cronij: vbi ei dedit thesaurum duplicem diuinationis: tunc quidẽ audire vocem mendaciorum nesciam, quando audax machinator veniens Hercules nobile germen Alcaidarum, patri celebritatem institueret morta-*

patris instituisset in Olympia, quò spectatorum confluеret infinita multitudo, ritúmque certaminum condidisset, tunc in summa Iouis ara cortinam oraculi collocaret.

τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ, τότ' αὖ
χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

*libus frequentißimam, ritúmque maximũ ludorum, Iouis in suprema ara: tunc oraculum collocare iußit.*

*ἵκοντο.* Aduentus Iami in Elim ducente Apolline describitur: quò cùm aduenissent, iubetur Iamus oraculum Ioui Olympico erigere, quando Hercules ludos Olympicos institueret. Denotatur autem hîc Elis per Cronij rupem, quę eo in solo fuit. De qua vide suprà. ὑψηλοῖο Ion. pro comm. ὑψηλοῦ.

*ἀλίβατον.* Hoc est ὑψηλὴν *excelsam.* Ἀλίβατος Dor. pro comm. ἠλίβατος quasi ἐφ' ἧς τὸν βαίνοντα ἔστιν ἀλιτεῖν διὰ τὸ ὕψος. vel ἐφ' ἧς ἀνατέλλων τὸ πρῶτον ἥλιος βαίνει. Nec dissimilis est huius vocis expositio apud Eustathium, quem vide. Sic πέτραι ἠλίβατοι, *excelsæ rupes*, apud Homerum.

*ἔνθα.* Declarat munus quod Iamo filio dedit Apollo: dicítque esse duplicem thesaurum vaticinij: quod sic exponit Scholiastes, dicens vnum thesaurũ, quòd iam tum veridicam patris vocem audiuisset: alterum, quòd in Elide futurus esset sacerdos Iouis, & oraculorum interpres. Sed Aretius duplicem hũc thesaurum meliùs exponere videtur. Nam μαντικῆς duas species facit, quas geminos hîc dici diuinationis thesauros arbitratur. Prior est τεχνική: quia artis particeps aliquo modo est, & ea complectitur quæ arte obseruari possunt, vt coniecturas, euentuum obseruationes, regulas prędictionum, & similia. Qualis est tota Hetruscorum disciplina, Physiognomorum, Astrologorum, Physicorum, vbi certis ex causis coniectura fit de euentu. Altera species est φυσικόν, quod ab arte & præceptis alienum est: sed concitatione quadam naturæ & mentis, quodam motu libero futura prædicunt: qualis est somniantium conditio, & qui ἐνθουσιασμῷ concitati, & furore rapti prædicunt quæ interdum euentus comprobat. Musa Augusti castrum videt per quietem diripi, admonitus Augustus loco cessit, & vidit rem euentu comprobari. Vtroque genere vsos Iamidas in Elide constat. Nam πυρομαντίᾳ vsi sunt. Testatur enim Scholiastes Græcus moris ipsorum fuisse victimarum pelles in ignem conijcere, & hinc futura prædicere: quod ad primam artem spectat. Deinde ijdem ἐνθουσιασταὶ insolito modo concitati, libero animi motu vaticinabantur: quod ad secundam speciem pertinet. Præterea duplex iste thesaurus referri potest ad duo tempora diuinationum. Est enim aut præsentis explicatio, aut futuri declaratio. Præsentia ergo rite declarare, & futuri notitiam certam habere, duo possunt dici thesauri μαντοσύνης. Denique diuinatio omnis aut consentit cum rei veritate, & sine fraude ἁπλῶς rem aperit, vt Ioseph Pharaoni declarat septem boues macilentas, & obesas: pistori & pinceruæ somnia verè aperit. Aut dubia est, fallax, imò falsa in errorem ducens: qualia omnia ferme sunt Ethnicorum oracula, & vaticinia, exceptis Physicis. Hamilcar per quietem vidit se Syracusis certare, id quod fit, sed suo malo. Itaque thesaurus oraculorũ, alius

alius vera continet, alius falſa & erronea, cum quibus coniuncta ſunt apertè impia, & dubia, ſophiſtica, qualia omnia Apollinis, vel bona ex parte. Hæc rectè Aretius, à quo non piguit excerpere.

μαντοσυνάς, τόκα, & φωνὰν Dorica ſunt pro comm. μαντοσυνης, τότε & φωνὴν. Vaticinabantur Iamidæ, vt author eſt Schol. vel coniectis in ignem pellibus victimarum. Vel vt affirmant alij, è conſciſſis victimarum pellibus: quarum ſciſſuræ ſi forent rectæ, læta: ſin obliquæ, triſtia denuntiabant.

ψευδέων ἄγνωστον. Hoc eſt ἀληθῆ. Notandum vocabulum ἄγνωστος comm. paſſiuè exponi, *Ignotus*. Sed hîc actiuè ſumitur pro ἀγνοῶν, *qui neſcit, qui ignorat*: ſic & ἀγνὼς Od. 9. Pyth. οὐκ ἀγνῶτα θηρῶν, *non ignaram ferarum*. Et Iſthm. Od. 2. ἀγνῶτες κώμων δόμοι, *Domus ignaræ chorealium hymnorum*. Scholiaſtes annotat quoſdam pro ψευδέων legere ὀρνέων.

Ἀλκαϊδᾶν. Dor. pro Ἀλκαϊδῶν: patronymicum ab auo Alcæo patre Amphitryonis, cuius filius putatus eſt Hercules: qui θρασυμάχανος vocatur, ab audacibus factis quæ molitus eſt. Dicitur comm. θρασυμήχανος. Cæterùm annotat Scholiaſtes quoſdam velle Herculem priùs vocatum fuiſſe Alcæum: ſed Herculem monitu Apollinei oraculi, mutato nomine, poſtea dictum.

πατρὸς θ' ἑορτὰν. Hoc eſt ἑορτὴν συστήσῃ ὑπὸ πλείστων ἀνθρώπων συγκροτουμένην. Patrē hîc intelligit Iouem. Eius enim in honorem inſtituta ſunt Olympia: & reuera fuit Herculis pater, quanuis Amphitryo eſſet Alcmenæ maritus. ἑορτὰν dixit Dor. pro ἑορτὴν. Et κτίσῃ quod propriè de ædificijs dicitur, hîc trāſlatè ſumit pro συστήσῃ vel ποιήσῃ. Et πλειστόμβροτος poëticum vocabulum ex πλεῖστος, & βροτὸς dicitur, πρὸς ἣν πλεῖστοι βροτοὶ συνέρχονται. Vel πρὸς ἣν πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀθροίζονται *feſtum celebre, ad quod plurimi confluunt & conueniunt*: πολυάνθρωπος vno vocabulo.

τεθμόν. Hoc eſt θεσμὸν, ſeu νόμον τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων μέγιστον. Poſtea ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ hoc eſt ὑψηλοτάτῳ: de qua ara prima dictum Oda, in hæc, πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ.

παράφρασις.

Quod cùm feciſſet Iamus, ab eo tempore, celebre Iamidarum genus ſequutæ ſunt diuitiæ. Siquidem qui virtutem colunt, in viam honoribus, omnibúſque bonis apertam ingrediuntur. Cęterùm quod quiſque facit, qualis quiſque ſit indicio certo declarat. Sed tamē rei bene geſtæ reprehēſio ab inuidis proficiſcitur, cùm in alios, tū in eos etiā quibus equos agitantibus, ſtadio duodecies in Piſa dextrè decurſo, & victis

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἑλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν
» ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. τιμῶντες δ' ἀρε-
» τὰς
» ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται· τεκμαί-
ρει
χρῆμ' ἕκαστον. μῶμος δ' ἐξ
ἄλλων κρέμαται φθονεόντων,
τοῖς οἷς ποτε πρῶτον περὶ δωδέκα-
τον
δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία
ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.

μετάφρασις.

*Ex quo* tempore *inclytum inter Græcos genus Iamidarum diuitiæ comitatæ ſunt. Qui autem colunt virtutes in apertam viam veniunt. Indicat autem opus quemque. Vituperatio autem ex alijs pendet inuidentibus, eis quibus aliquando primùm ad duodecimum curſum agitantibus e-*

Olympijs, gratia veneranda quam præstat victoria, gloriosum vultum præbet: quemadmodum tibi euenit. Si autem Agesia, aui tui materni sub Cyllenes monte habitantes

εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος
Ἀγησία μάτρωες ἄνδρες

*quos, veneràda adstillat gratia gloriosam formam. Si autem verè sub Cyllenes monte, ô Agesia aui tui materni*

ἐξ ἕ. Subaudi χρόνου. Docet autē Iamidas honoribus & diuitijs auctos fuisse ex sua illa πυρομαντία, & oraculorum interpretatione. Notum est ex bonis authoribus, delubra ista opulentissima fuisse reddita donarijs omnium gentium, præcipuè verò hoc Olympicum cui Iamidæ præfuerunt: vbi Iupiter stetit aureus, & eburneus magna statura.

Ἑλλανας & Ἰαμιδᾶν. Dor. pro comm. Ἑλλήνας & Ἰαμιδῶν. ὄλβος ἅμ' ἕσπετο phrasis poëtica pro πλοῦτος καὶ εὐδαιμονία ἅμ' ἠκολούθησε. Vox ἕσπετο deducitur à poëtico verbo ἕσπομαι pro ἕπομαι. & construitur cum accusatiuo Pindarica quadam licentia, quam obseruare satius est quàm imitari.

τιμῶντες δ'. Hoc est οἱ τιμῶντες τὰς ἀρετὰς εἰς ἐπίδοξον ὁδὸν βίου ἔρχονται. Sententia quæ non solùm ad Iamidas pertinere debet: sed in genere ad quosuis qui virtutem colunt. Nam cuiuis virtus præcipua est fœlicitatis causa: nam sola est quæ nobilem facit & diuitem. Vnde in Apologia Socratis Plato, οὐκ ἐκ χρημάτων ἡ ἀρετὴ γίγνεται. ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς τὰ χρήματα, καὶ τἄλλ' ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαντα, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. In his gradationē obseruat Leonicerus, sic Diuitiarum & bonorum causa est virtus: Virtus cum diuitijs coniuncta præclarorum facinorū: Præclara facinora inuidiā conflant. Sed primā sententiā ad Iamidas, ac proinde omnes virtutis studiosos refero. Hoc vero τεκμαίρει δέ, cum sequentibus ad Agesiam, & alios qui ex præclarè gestis inuidiam patiuntur, vt ex paraphrasi clarius videbis.

τεκμαίρει χρῆμ' ἕκαστον. Hoc est ἕκαστον ἀνθρώπων ἡ πρᾶξις οἰκεία δεικνύει. Quod quisque facit, id qualis quisque sit, indicat, & prodit. Sic Homerum poësis: sic Demosthenem oratio, qualis sit, certo indicio declarat. Et certè si οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτος ἐστὶ καὶ ὁ λόγος, qualis vir est, talis & est oratio, ita vt oratio hominis mores indicet, potiori ratione hoc facient actiones: siquidem ὁ λόγος εἴδωλον ἐστὶ τῶν ἔργων μόνον. Huc refer prouerbialem illam sententiam ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω. & id genus alia.

μῶμος δ' ἐξ ἄλλων. Hoc est ὁ δὲ ψόγος ἀπὸ τῶν φθονούντων ἐπιφέρεται τοῖς τετυχηκόσι τῶν τιμῶν. Veri comites virtutis sunt diuitiæ & laus: sed per accidens eam etiam comitatur inuidia, πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, i. *Inuidia enim ad splendidissima enititur.* Momus est reprehensio, & reprehensionis Deus apud poëtas.

τοῖς οἷς ποτε. Hoc est τοῖς οἷς ἄν ποτε κατὰ τὴν Ὀλυμπίαν περὶ τὸν δωδεκάκυκλον δρόμον ἀγωνιζομένοις καὶ νικήσασιν, ἡ ἐκ νίκης χάρις ἔνδοξον ὄψιν παρέσχη. Quod autem referri potest ad quiduis aliud quod vir virtute præditus præclarè gessit, illud præsenti occasione declarat sumpto de victoria Olympica exemplo: qua qui potiuntur, non potitorum inuidiam & reprehensionem facilè experiuntur. Est autem μῶμος seu ψόγος τοῦ φθόνου ἐπόμενον. Et certè si sunt qui τὰ κα-

καλῶς ῥηθέντα, ἢ πραχθέντα διὰ φθόνον οὐκ ἐπαινοῦσιν: ſunt etiam qui per inuidiam ea calumniantur.

δωδέκατον δρόμον. Vide Od. 3. de hoc curſu: & ἐλαωόντεσσιν ſume poët. & Ion. pro ἐλαωόυσι participio datiui pluralis verbi ἐλαωω quod ſumptum ſimpliciter ſignificat, *equum ago, & impello.*

ποτιστάζει. Hîc ποτὶ. Dorica præpoſitio pro πρὸς. Item μορφὰν pro μορφὴν. Obiter autem dictum velim, Pindarum forſan habere rationem Ageſiæ in quem exorta eſt inuidorum aliquorum vituperatio, quum ſtrenuè peracto certamine victoriam reportauit. Quanquam & id ad quoſuis alios victores queat referri, ſiquidem & γνωμολογία eſt vniuerſalis.

πρῶτον. Puto non eſſe otioſum hoc vocabulum: ſed authorem innuere velle, primam in his certaminibus victoriam inuidiæ magis eſſe obnoxiam: ſiquidem facilius eſt calumniari primum ſtrenuitatis ſpecimen: & probabilius eſt quod effutiunt calumniatores nondum explorata alicuius virtute, quàm rebus iam præclarè geſtis probata.

εἰ δ' ἐτύμως. Laus à maternis Ageſiæ maioribus. Eſt autem Cyllene mons Arcadiæ vbi Maia Mercurium peperit, vnde Virgil.

> *Nobis Mercurius pater eſt quem candida Maia*
> *Cyllenes gelido conceptum in vertice fudit.*

Hinc Mercurius dictus eſt Cyllenius Κυλλανίας. Dor. pro Κυλλήνης. Vbi habitarunt Ageſiæ maiores à matre.

μάτρωες. Dor. pro μήτρωες. Quanuis autem ſic propriè dicantur matris fratres, materni auunculi: interdum tamen ſic maiores appellantur ratione matris: ſed id paulò καταχρηστικώτερον. vt hoc loco. De qua voce vide Euſthatium.

παράφρασις.

pietatis ſtudio, Mercuriũ Deorũ præconem, qui certamina gubernat & pręmiorum ſortẽ regit, & viris inſignẽ Arcadiã in qua pręcipuè ſe coli animaduertit, honorat, multis frugalibus ſacrificijs crebrò donauerũt. Ille memor accepti à tuis maioribus honoris, tibi Ageſia Soſtrati fili, cũ Ioue patre grauiter tonante fœlicitatẽ perficit. Subit animũ cogitatio quæ me impellit, & attrahit mea ſponte iam ſatis propenſum, ad texendũ hymnum, ad lyræ argutæ muſicã, quæ me cotis inſtar exacuit, & ad pulchrifluos tibiæ flatus canendũ. Stymphalica Metópe Ladonis Arcadiæ fluuij filia, & Aſopi fluminis Thebani coniux, ac proinde Thebes mater, auia mea eſt materna,

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ΄.

ναιετάοντες, ἐδώρησαν Θεῶν
κάρυκα λιταῖς θυσίαις
πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ερμᾶν εὐσε-
βέως,
ὃς ἀγῶνας ἔχει,
μοῖράν τ' ἀέθλων, Αρκαδίαν
τ' εὐάνορα τι-
μᾷ. κεῖνος ὦ παῖ Σωστράτου
σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.
δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ
γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει,
καλλιρόοισι πνοαῖς. ματρομά-
τωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς εὐανθὴς Με-
τώπα,

μετάφρασις.

*habitantes, donauerunt, Deorũ præconem ſupplicibus ſacrificijs frequẽter multis Mercuriũ piè: qui certamina gubernat, ſortẽque præmiorũ: Arcadiamq́, viris inſignẽ honorat. Ille ô fili Soſtrati, cum grauiſtrepo patre, perficit tuã fœlicitatem. Opinionem quandam habeo in lingua cotis acutæ, quæ me volentẽ attrahit pulchrifluos ad flatus. Auia mea materna Stymphalis florida Metope,*

ἐδώρησαν. Hæc eſt maiorum matris Ageſiæ commendatio, à pietate in Mercurium: quem quatuor adiunctis laudat, quum Θεῶν κήρυκα vocat, & dicit eum ἀγῶνας ἔχειν, præterea μοῖραν ἀέθλων, tandem etiam τιμᾶν Ἀρκαδίαν. Nam præcipuè cultus eſt in Arcadia, quam incoluerunt materni aui Ageſiæ: circa palæſtras verſari creditus eſt, & Deorum præco & caduceator fuit. Vide de ipſo quæ refert Natal. Comes.

κάρυκα Dor. pro κήρυκα. λιταῖς adiectiuè hîc ſumitur, vt interpretatur Triclinius λιτανευτικαῖς hoc eſt, *ſupplicibus*. Sed λιτὸς nuſquam hoc ſignificare videtur; à λίσσομαι vel λίτομαι, *ſupplico*. Sed paſſim vſurpatur pro *frugalis, tenuis, vilis*, cuius ſignificationis exempla pete à Lexicis. Quare λιταῖς θυσίαις forſan appellat, *tenues victimas*, quod probabile eſt: nam credidit antiquitas Deos non tam magnitudine ſacrificiorum litari, quàm animo prompto & candido ſacra facientis delectari: vnde monet Catonis diſtichum *Thure Deum placa, vitulum ſine creſcat aratro.* Item ſæpius ſacrificandum cenſuit, opimas autem victimas tã ſæpe offerre quis potuiſſet niſi opulentia inexhauſta quiſpiã inſtructus? Ideo Theophraſtus, χρὴ τοίνυν τὸν μέλλοντα θαυμασθήσεσθαι περὶ τὸ Θεῖον φιλοθύτην εἶναι, μὴ τῷ πολλὰ θύειν, ἀλλὰ τῷ πυκνὰ τιμᾶν τὸ θεῖον. τὸ μὲ γὰρ εὐπορείας, τὸ δ' ὁσιότητος σημεῖον. *Oportet igitur, inquit, virum qui admiratione dignus haberi vult, ſacrificandi ſtudioſum eſſe, non quòd ſumptuosè, ſed quòd crebrò hunc honorem numini tribuat. Illud enim diuitiarum, hoc pietatis ſignum eſt.* Hoc ſtudio arſiſſe Ageſiæ maiores teſtatur author, quum ſæpe & multis ſacrificijs Mercurium honorarunt. πολλαῖς autem nihil obſtiterit quominus præcedens λιταῖς *frugalibus*, ſi lubet, exponamus. Nam multa ſacrificia dici poſſunt, quia ſæpius iterata, quanquam illa frugalia rectè dicas.

Ἑρμᾶν Dor. pro Ἑρμῆν. ὃς ἀγῶνας ἔχει. Quia, vt notat Scholiaſtes Θεὸς ἐστὶν ἐναγώνιος, vel quia præco, cùm in certaminibus ſit præco: vel quia luctæ fuit inuentor.

εὐάνορα Dor. pro εὐήνορα, à recto εὐήνωρ. quæ vox eſt Ion. & poët. hîc ſumitur vice epitheti, & dicitur quaſi ἀνδρείους ἄνδρας ἔχουσα ſicuti & Ol. 10. hoc eſt, *quæ fortes viros habet.* Idem ſignificat εὔανδρος.

κεῖνος ὦ παῖ. Redit ad laudes Ageſiæ, quem Mercurio maiorum ipſius pietatis memori, commendatum fuiſſe tradit; item Ioui: penes quos cùm ſint hæc certamina, ijs fauentibus facilè conſequutus eſt victoriam.

βαρυγδούπῳ πατρὶ Streperum patrem ἀριφραστικῶς Iouem appellat, à tonitru & fulmine, quæ quum mouet & torquet magno, fragore aërem implet. Significat autem βαρυγδούπος, βαρὺν δοῦπον ποιούμενος, vel βαρέως δουπῶν: cui Aeolicè inſeritur γ. à poëtis vſurpatur hæc vox: dicitur & ἐρίγδουπος.

δόξαν ἔχω. Hinc epilogi huius Odæ initium ducitur. Ac primùm ἀλληγορικῶς Lyrices & Muſices ſuæ præſtantiam modeſtè & verè laudat poëta: vt animaduertat Ageſias, ſe non vulgaribus, ſed præſtantibus encomijs auctum iri. Hanc ſententiam, meo iudicio non aliter explicandam, ſic rectè declarat Triclinius. Ἐπέρχεταί μοι ἔννοιά τις καὶ λόγος ἡδὺς χάριν σου, παρακινῶν με λέγειν τοῦτο πρὸς σε. ὥσπερ γὰρ ἡ ἀκόνη ὀξύνει τὸ παρατιθέμενον. οὕτω καὶ ἐμὴ μουσικὴ, ὥσπερ

ἀκόνη ἐπὶ προς ἐμᾶ. *Subit animum cogitatio & sermo de te suauis, qui me permouet ad hoc tibi dicendum. Nam vt cos admotum ferrum acuit; sic & Musica mea, erga me est velut cos.* Nam, vt subdit, cùm ad musicam eius poëmata canerentur, meritò nunc subeuntem dicendi de Agesia voluntatem, suæ musices esse dicit.

γλώσσα Dor. pro γλώσση. Itêm ἀκόνας pro ἀκόνης. λιγυρὸς autem exponi etiam hîc potest *argutus, canorus.*

καλλιρόοισι πνοαῖς, *Ad pulchrè fluentes flatus*: hoc est *ad cantionem seu hymnum, tibia canendum*: Nam spiritus tibiæ cantum perficit. Nec ad lyram, seu citharam tantùm, sed ad tibiam quoque canebantur Pindari carmina vt monet Triclinius.

ματρομάτωρ ἐμά. Hîc subaudi ἐστί. Et Dor. sume ματρομάτωρ pro μητρομήτωρ, & ἐμὰ pro ἐμή. & Μετώπα. pro Μετώπη. Se autem describit poëta à patria per fictionem poëticam. Nam Metope filia fuit Ladonis, & vxor Asopi fluminis Thebani, & huius filia est Thebe. Et cùm Thebanus sit Pindarus Metopen auiam suam vocat, quasi Thebe Pindari patria, sit eius mater, & paterno genere Arcas propter Ladonem fluuium, qui pater Metopes fuit. Ad quem fluuium sita est Stymphalus.

παράφρασις.

quæ Thebam equorum agitatricem peperit, in qua iucundè vescor & viuo, carmine componens eximia encomia bellicosis viris. Cæterùm Ænea chori institutor hortare tuos socios, vt primùm quidem Iunonem quæ in Parthenio monte colitur, tecum celebrent: deinde rectè canendo notum faciant, nos vetus illud in stupidam ignorantiam probrum, scilicet Boëoticam suem, vera ratione effugere. Tu enim es huiusmodi, vt quemadmodum Lacones per scytalam arcana sua suis Imperatoribus misso fideli nuntio significabant: sic Musæ pulchricomæ, tibi tanquam bono chori magistro mysteria sua commiserint, ita vt sis vas & promus melodiæ carminum ex quibus valdè sonantibus gloria ad me redundat.

στροφὴ. ε. κῶλ. ια.

πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτικτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
πίομαι, ἀνδράσιν αἰχματαῖσι πλέκων
ποικίλον ὕμνον. ὄτρυνον νῦν ἑταίρους
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥραν παρθενίαν κελαδῆσαι·
γνῶναί τ᾽ ἔπειτ᾽ ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλαθέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
ὗν. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς
ἠϋκόμων σκυτάλα μοισᾶν, γλυκὺς
κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

μετάφρασις.

*agitatricem equorum quæ Thebam peperit, cuius amabilem aquam bibo, viris bellicosis nectens varium hymnum. Hortare nunc socios Aenea, primùm quidē Iunonē Partheniam vt celebrent; notúmque faciāt postea, antiquum probrū veris rationibus an effugim⁹, Bœotiam suem. Es enim nūtius rectus, pulchricomarū scytale musarum, dulcis crater valdè sonantium carminum.*

πλάξιππον. Hoc est, ἃ Θήβαν ἱππικὴν ἔτεκε.. πλάξιππος. Dor. pro πλήξιππος Hoc est πλήσσουσα τοὺς ἵππους: composita vox à πλήσσω & ἵππος. ἃ. Dor. pro ἣ. Θήβαν. Dor. pro Θήβην. Patriam commendat à studio & vsu equorum : ac proinde bellicosam esse innuit. Nam qui equorum agitationi operam dant,

illi ad bella ſeſe præparant. Vel etiam rationem habet equeſtrium certaminum, in quibus illi ſeſe exercebant.

τᾶς ἐρατεινὸν. Hoc eſt, ἀφ' ἧς εὐπορίαν λόγων πορίζομαι, συντιθεὶς ποικίλον ὕμνον αἰχμηταῖς πολεμισταῖς. Hic τᾶς. Doric. pro τῆς, articulus præpoſitiuus pro ſubiunctiuo. πίομαι futuri eſt à verbo πίνω, quod hic allegoricè ſignificat, *Hauriam amabilem encomiorum materiam*, ſcilicet, tanquam aquam amabilem & ſuauem è perenni fonte. Aliter tamen, vt ex paraphraſi cognoſces, exponendum puto.

αἰχματαῖσι. Datiuus Ion. & poët. pro αἰχμηταῖς, à recto ſingulari αἰχμητής. hoc eſt πολεμιστής, vox poëtica, ἀπὸ τῆς αἰχμῆς *à cuſpide*. Fortè autem reſpicit ad Ageſiam, eiúſque maiores bellicoſos viros.

ὄτρυνον νῦν. Hoc eſt παρόρμησον νῦν Αἰνέα τοὺς συγχορευτὰς, πρῶτον μὲν ὑμνῆσαι τὴν Ἥραν τὴν ἐν Παρθενίῳ ὄρει τῆς Ἀρκαδίας τιμωμένην. Habes nunc apoſtrophen ad Aeneam χοροδιδάσκαλον, hoc eſt *chori institutorem*, quo pùblicè vtebatur Pindarus, vt ſua poëmata doceret, cúmque alijs ea pſalleret. Nam vt Scholiaſtes monet, ἰσχνόφωνος, tenui voce erat Pindarus, adeò vt non poſſet ſua carmina pro dignitate recitare: cùm alij plerique poëtæ μεγαλόφωνοι choros ipſimet ducerent, & docerent.

ἑταίρους. Nimirū τοὺς ἐν χορῷ, τοὺς συγχορευτάς. Neque enim vnus ſed plures chorum conſtituebant. Iunonem Partheniam appellat à monte Parthenio Arcadiæ vbi colitur, quemadmodum & apud Argos. Hoc nomine culta fuit apud Platæenſes.

γνῶναί τε. Hoc eſt γνώριμον ποιῆσαι, κατ' ἀληθῆ λόγον εἰ φεύγομεν τὴν Βοιωτίαν ὗν, τὴν ἀρχαίαν ἐπὶ τῇ ἀμουσίᾳ διαβολήν. Hic γνῶναι præter ſolitum vſum ſumitur pro γνωρίζειν, τὸ γνώριμον ποιεῖν. vt & γνώσομαι Od. 13. Ol. prima ſtropha.

Βοιωτίαν ὗν. Prouerbio dicebatur *Bæotica ſus*, in ſtupidos & indoctos. Nam Hyantes fuêre Bœotij quidam populi barbari, & ſtupidi, quos alij vocabulo corrupto pro Ὕαντας, vocabant ὗας. Vide Adag. Eraſm. titulo *Stupidi*.

ἐσσὶ γὰρ. Hoc eſt εἶς κῆρυξ ἀληθὴς καλλιτρίχων μουσῶν. Et allegorica eſt ſententia, qua alludit ad Laconum morem, qui nuntios ſuos cum ſcytala mittebant, ſuis Imperatoribus, & regibus ſeu Harmoſtis ſecretioria mandata ſignificantes. Qua de re vide Gellium noctium Attic. l. 17. c. 9. Et Eraſm. in Adag. titulo *Lætitia, Triſtitia*. His continetur ingens Aeneæ chorodidaſcali præconium. Nam quum ſcytala Muſarum appellatur, ſecretorum Muſarū cōſcius dicitur, ac talis qualem Muſę deligant, ſi cui myſteria ſua indicare velint. Cæterùm vox ἐσσὶ. Dor. eſt pro εἶς vel εἶ. Et ἠΰκομος. Ion. & poët. pro εὔκομος. & σκυτάλα. Dor. pro comm. σκυτάλη. & μοισᾶν, duplici Doriſmo pro μουσῶν.

γλυκὺς κρατήρ. Hoc eſt ἀγγεῖον γλυκὺ ἀοιδῶν ἀφ' ὧν μέγα κλέος. Dulce vas, per tranſlationem dicitur, quòd ei commiſſæ, tanquam vaſi liquor aliquis, cantionis egregiæ promus eſſet, vt eam ſua arte dulci melodia proferret & decantaret. κρητὴρ & κρατήρ. *crater*, ſeu *cratera* τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ κιρνᾶται ὁ οἶνος. vox decucta à κεράννυμι *miſceo*. Non autem à κρατέω *capio*, *teneo*, vt malè docet Leonicerus.

ἀγαφθέγκτων. Vox poëtica & Pindarica ἀγάφθεγκτος *valdè ſonans*: παρὰ τὸ ἄγαν

ἐριγδουπος valdè ſonare ἀοιδᾶν Dor.pro ἀοιδῶν.

παράφρασις.

Dic etiam tuis ſocijs, vt Syracuſarum paternæ patriæ, & Ortygię inſulæ mentionem faciant, vbi rectis conſilijs, iuſtóque ſceptro dominatur Hieron: ibíque maturis ſegetibus flauam Cererem colit, eiúſque filiæ Proſerpinę albis equis ad Iouem in cœlum à matre reductæ, feſtum celebrare ſolet, & Iouem Ætnæum potentia prępollentem honorat. Is quem non modò Muſices peritum, ſed rebus etiam geſtis clarum, dulciſonæ citharę & cantiones cognoſcunt: ſiue quid ipſe canat: ſiue illis ipſe celebretur. Cuius fœlicitatem vtinam futurum tempus non interrumpat & obliteret, ſed beneuolo animo Ageſiæ encomium excipere velit,

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

εἶπον δὲ μεμνᾶσθαι Συρακοσσᾶν τε, καὶ Ορτυγίας,
τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων
ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπεζαν
ἀμφέπει Δάματρα, λευκίππου τε θυγατρὸς ἑορτὰν,
καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. ἁδύλογοι
δέ μιν λύραι, μολπαί τε γινώσκοντι. μὴ
θραύσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων.
σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις
Ἀγησία δέξαιτο κῶμον,

μετάφρασις.

*Dic etiam vt mentionem faciant Syracuſarum & Ortygiæ, quam Hieron puro ſceptro gubernans recta in animo verſans, rubripedem colit Cererem, & albos equos habentis filiæ feſtum, & Iouis Aetnæi imperium. Suauiloquæ autem ipſum lyræ, cantúſque cognoſcunt. Ne frangat tempus adueniens fœlicitatem* eius: *ſed cum comitate amabili excipiat Ageſiæ hymnum,*

εἶπον. Præſcribit Aeneæ chorodidaſcalo quorum præcipuè mentionem facere debeat: ídque vt Hieronem regem σύγχρονον Ageſiæ commendet: cùm Ageſias fuerit Syracuſanus à patre Soſtrato. εἶπον eſt imperat. modi Aor. εἶπε. μεμνᾶσθαι infin. Dor. pro μεμνῆσθαι, & Συρακοσσᾶν, pro Συρακοσσῶν. Vult autem vt mentionem Syracuſarum faciat, quæ vrbs patris Ageſiæ fuit patria. Item Ortygiæ quæ fuit inſula ante Syracuſas ſub Hieronis ditione, cum quo Ageſias vixit.

τὰν. Dor.pro τὴν, artic. præpoſit. pro ſubiunct. Hîc Hieronem à iuſtitia & pietate commendat. Confer antiſtrophen primam Odæ primæ cum hoc loco. Dicit σκάπτῳ Dor.pro σκήπτρῳ. Ἄρτια μηδόμενος hoc eſt, δίκαια βουλευόμενος.

φοινικόπεζαν. Hoc eſt τιμᾷ καὶ θεραπεύει τὴν Δήμητρα τοὺς πόδας ἐρυθρὰν, ἢ ξανθήν. Itaque puniceis pedibus Cererem dicit: hoc eſt rubicundam vel flauam: vt I. Geor. Virg.

*At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu.*

idémque

*Flaua Ceres æſtatis habet ſua tempore regna.*

Componitur φοινικόπεζα, à φοίνικεος *puniceus*, & πέζα, ὁ πούς. Cæterùm dicit Hieronem venerari Cererem, quia ſegetum vbertate pollet Sicilia, vt I. Oda docuimus. Veneratio autem iſta conſiſtere videtur in feſti eius celebratione, quod Demetria, Theſmophoria, & Eleuſinia Græci vocarunt.

Δάμαβα, Dor. pro Δήμηβα. A voce δᾶ quæ Dorienſibus eſt γῆ & μήτηρ. *mater*, quaſi *terra mater*. Sed Plato in Cratylo dici putat, quaſi διδοῦσα μήτηρ *dans mater*.

λευκίππε τε. Hoc eſt τῆς Περσεφόνης. quam λεύκιππον poëta appellat, quoniam in λευκοπώλῳ ἅρματι *curru albis equis inſtructo* à Cerere matre in cœlum ad Iouem eſt reducta, poſtquam eam à Plutone raptam reperit.

ἑορταὶ. Dor. pro ἑορτὴν. Hoc feſtum Proſerpinæ Theogamia vocabant, *diuinas nuptias*, quòd à Plutone ſit ducta. Item Anacalypteria, ab ἀνακαλύπτομαι *reuelor*: quia tertio die ſponſa ex parentum ædibus educitur: eáque tum reuelatur, quæ antea domi clauſa manſerat.

καὶ Ζηνὸς Αἰτναίε. Sic vocatur Iupiter à monte Aetna vbi cultum eſſe aiunt. ἀπὸ κοινῦ hîc repetas ἀμφέπει, hoc eſt θεραπεύει.

ἁδύλογοι. Dor. pro ἡδύλογοι & γινώσκοντι Dor. pro γινώσκουσι. Laus Hieronis vel quia Muſices ipſe fuit peritus, vnde dictum Antiſtr. pri. 1. Od. Ol. ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ. Vel quia lyræ, & carmina ipſum celebrant ob egregia facta, vt Triclinius & Scholiaſtes annotant.

μὴ θραύσοι. Elegans comprecatio, qua digreſſiunculam iſtam concludit: vbi Deo primùm res Hieronis commendat: deinde Hieroni Ageſiæ encomium: q.d. μὴ δὴ οὖν, ὦ Θεοὶ, ὁ μακρὸς χρόνος τὴν αὐτοῦ εὐδαιμονίαν ἀφανίζοι. ἀλλ᾽ εἴη τὸν Ἱέρωνα τὸ τοῦ Αγησίου ἐγκώμιον ἐνθυμίᾳ ἐπιράστῳ δέξασθαι. Vides minorem maiori commendari, Hieronem videlicet Ioui, Ageſiam Hieroni. Nam Hieron rex fuit Siciliæ, Ageſias autem non regia ſtirpe oriundus, quanquam maiorum imaginibus clarus habebatur.

Αγησία genit. Dor. pro comm. Αγησίου. De voce κῶμος vide in ſuperioribus, vbi etiam ſumitur pro voce ἐγκώμιον.

παράφρασις.

quod à materna domo, nimirum à Stymphalijs mœnibus tranſit ad paternam, Syracuſas nimirum, relicta Stymphalo Arcadiæ pecoroſa metropoli: vt patriam Ageſiæ vtramque memorem. Quemadmodum autem vtile eſt duas anchoras habere ad firmãdam nauim aduerſus tempeſtatem noctu ingruentem. Sic Ageſiæ bonum fuerit duplicem patriam agnoſcere, vt ſi fortè in hac malè ſe habeat, ad illam confugiat. At vtinam conterraneorum ipſius tum Arcadum, tum Syracuſanorum res proſperet Deus. Cæ-

ἐπῳδ. κώλ. ιδ.

οἴκοθεν οἴκαδ᾽ ἀπὸ Στυμφαλίων
τειχέων ποτινισόμενον,
ματέρ᾽ εὐμήλοιο λείποντ᾽ Αρκαδίας.
ἀγαθαὶ δὲ πέλοντ᾽ ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς
ἐκ ναὸς ἀπεσκίμφθαι δύ᾽ ἄγκυραι. Θεὸς
τῶν δ᾽, ἐκείνων τε κλυτὰν
αἶσαν παρέχοι. φιλέων
δέσποτα ποντόμεδον,
εὐθὺν δὲ πλόον, καμάτων
ἐκτὸς ἐόντα δίδου, χρυσαλακάτοιο πόσις Αμφιτρί-

μετάφρασις.

*de domo in domum à Stymphaliis mœnibus venientem matrem pecoroſæ relinquentem Arcadiæ. Vtiles autem ſunt in tempeſtuoſa nocte, celeri ex naue dependere ad firmandum duæ anchoræ. Deus horum illorumq́ue ſortem illuſtrem præbeat.* Tu *autẽ maris domine, regnator amore proſequens rectam nauigationem, quæ ſit extra ærumnas, da, co-*

terum

terùm tu Neptune domine maríſque rector, Amphitrites aureo colo inſignis marite, tuum nepotem Ageſiam amore dignatus in hoc vitæ curriculo ſic dirigas, vt illud citra omnem ęrumnam conficiat. Quinetiam efficias vt magis magíſque placeant iucundi mei hymni.

τας. ἐμὸν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.

*lum aureā gerentis marite Amphitrites. Meorum autem hymnorum auge iucundum florem.*

ὄικοθεν. Hoc iungendum cum præcedentibus, & referenda conſtructio ad κῶμον cum ποτινισσόμενον, quod eſt participium à verbo ποτινίσσομαι ex præpoſit. ποτὶ. Doricè pro πρὸς & νίσσομαι. & ſignificat προσέρχομαι, *accedo*, *venio*. Per ſynecdochen etiam dicit ἀπὸ Στυμφαλίων τειχέων, pro ἀπὸ Στυμφάλȣ. Stymphalus autem eſt Arcadiæ ciuitas, & fons. De huius vrbis ſitu, conditione, & rebus memorabilibus vide Pauſaniam in Arcadicis qui liber eſt octauus.

ματέρ', εὐμήλοιο. Matrem, intellige metropolin. Fuit Stymphalus Arcadicarum vrbium præſtantiſſima. Ionicè dictum εὐμήλοιο pro εὐμήλȣ. Arcadiæ laus qualis Siciliæ prima Oda. Hæc ibi πολύμηλος, illa hîc ἔυμηλος vocatur, hoc eſt, *pecoroſa*. De voce μῆλον vide Antiſtroph.1. Od.1.

ἀγαθαὶ ϑ. Gnome eſt allegorica, qua ſignificat conducibile eſſe Ageſiæ duas anchoras, hoc eſt, geminam patriam habere, vt quemadmodum nauis fulta duabus anchoris, altera detracta tamen procellæ obſiſtit: ſic qui duplici patria nititur, ab huius incommodis ad illius commoda ſe transfert. Poteſt autem hæc parœmia referri, vel ad duos amicos, vel ad quæcunque duo ſalubria ſunt. Vide Eraſm. Adag. tit. *Securitatis & rei tutæ*: vbi non ſolùm hæc authoris verba reperies, ſed etiam illa expoſita ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ.

πέλοντι. Dor. pro πέλȣσι. à verbo poët. πέλω. *ſum*. Notanda conſtructio nominis ἀγαθὸς cum infinitiuo, ἀγαθαὶ ἀποσκίμφθαι: cuius exempla vide in lexicis. Significat ἀποσκίμπτομαι, τὸ ςηρίζομαι, τὸ ἀπερείδομαι. Et deducitur à σκίμπυς vt annotat Triclinius. Cæterùm hanc ſententiam proſa ſic efferas cum Scholiaſte. ἔςι λυσιτελὲς ϗ συμφέρον ἐν χειμῶνι, ϗ νυκτὶ τὴν νῆα δύο ἀγκύραις ἐπερείδεσθαι.

Θεὸς τῶνδ'. Odes concluſio qua Ageſiæ ab vtraque patria Stymphalo, & Syracuſis omnia læta, & fauſta comprecatur. κλυτὰν. Dor. pro κλυτὴν.

φιλέων. Neptunum compellat, quem ab adiunctis deſcribit, ab imperio in mare, & ab Amphitrites coniugio. Ab eo duo poſcit, vt Ageſiæ fœlicem vitam exigere det: ſibi autem à poëtica laudem conſequi.

ποντομέδων. Hoc eſt ὁ θαλάσσης ἄρχων epitheton poëticum quo ſignificatur Neptunus.

εὐθὺν πλόον. Allegoricè petit ἀκάματον βίον. Comparatur autem vita humana nauigationi: vnde adhibita eius ratione ſcitè Palladas,

Πλȣ̃ς σφαλερὸς τὸ ζῆν, χειμαζόμενοι γὰρ ἐν αὐτῷ,
Πολλάκι ναυηγῶν πταίομεν οἰκτρότερα.

χρυσαλακάτοιο. Ionic. genit. pro του. Et χρυσαλάκατος. Dor. pro comm. poët. χρυσηλάκατος. Hoc est χρυσῆν ἠλακάτην ἔχουσα.

ἐμῶν. Hoc est αὔξανε τιμὴν τῶν ἐμῶν ἀοιδῶν, καὶ ἡδείας τοῖς δεχομένοις, καὶ τῶν ἄλλων κρείττονας ποίει.

ΔΙΑΓΟΡᾼ ΡΟΔΙῼ, πύκτῃ.

DIAGORAE RHOdio, pugili.

ΕΙΔΟΣ. Ζ.

ODE. VII.

## ARGVMENTVM.

*Diagoram Rhodium laudat cùm à diuersis victorijs, tum præsertim à pugilatu quo victoriam in Olympÿs reportauit. Præterea à patria Rhodo, à patre Demageto, à maioribus Rhodiorum, Tlepolemo præsertim, de quo multa per digreßionem narrat, & ad quem genus refert Diagoras. Tandem voto concludit pro salute Diagoræ, & dignitatis incremento.*

παράφρασις.

Quemadmodum si socer dites phialam munifica manu sumptam, ex solido auro conflatam, parrémque suarum opum præstantissimam, infuso generoso vino bullientem, iuueni genero præbibens, donet è sua domo domum illius ferendam, quò & gratos conuiuas exhilaret, & generum cum quo affinitatem contraxit, honoret: hoc facto in præsentia amicorum, efficit

στροφὴ. α. κῶλ. ια.

Φιάλαν ὡς εἴτις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
νεανίᾳ γαμβρῷ προπί-
νων,
οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον κορυφὰν κτεάνων,
συμποσίου τε χάριν, κᾶδός τε
τιμά-
σαις ἑὸν· ἐν δὲ φίλων

μετάφρασις.

*Phialam vt si quis à diuite manu sumptam intus rore vuæ bullientem donet, iuueni genero præbibens è domo in domum, totum aureum verticem poßeßionum, conuiuiíque decus, affinitatemq́, honore prosequutus suam: amicísque præsentibus, fecit eum*

| | | |
|---|---|---|
| rt beatus ille prędicetur qui :um adeò liberali ſocero ne- :eſſitudine ſit coniunctus: | παρεόντων, θηκέ μιν ζαλωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς. | *prædicari beatum ob concordem thorum.* |

iquidem concordiam, coniugalémque amicitiam arctiori vinculo ſic connecti poſſe ſperant.

Διαγόρα. Diagoræ Rhodio qui pugilatu vicit ſeptuageſima nona Olympiade, hæc Oda inſcribitur. Hactenus quidem qui Celete, quadrigis, vehiculo mulari victores euaſerunt, encomio ſunt decorati. Deinceps eos qui pugilatu, lucta, pentathlo, & id genus alijs certaminibus vicerunt, eſt laudaturus. Cæterùm, vt teſtatur Scholiaſtes, Diagoras fuit Damageti Rhodij filius, cuius ſimulachrũ in Olympia ſtetit, poſt Lyſandri imaginem, cubitorum quatuor, digitorum quinque, dextram extendens manum, ſiniſtram ad ſeſe inflectens. Poſt eum ſtetit Damagetus, filiorum Diagoræ natu maximus, cui cum auo idem fuit nomen: quinquertio inſignis, & ipſe cubitorum quatuor: minor autem patre digitis quatuor. His aſtitit Dioreus frater pugil. Tertius poſt eum Acuſilaus, ſiniſtra tenens lorum pugilatorum, dextram verò quaſi ad orationem extendens. Atque hi Diagoræ victoris filij, in columnis cum patre ſtetêre. Poſt hos filiarum eius filij duo victores: Euclon pugilatu vincens Andronam: ac poſt eum Piſirrhothius, & Lelegetes in Olympia vincentes, eodem die cum patre. Non longo pòſt tempore fama eſt filiam Diagoræ Ariſtopatiram Olympiam veniſſe, & ab Hellanodicis petiiſſe vt ad ſpectaculum admitteretur. Et cùm dixiſſent lege cautum eſſe ne mulier gymnicum certamen ſpectaret, reſpondiſſe eis, ſeſe reliquis mulieribus non eſſe ſimilem: ſe quiddam habere cæteris excellentius: nempe ſe maiorum virtutibus illuſtrem eſſe, tum patris fratrúmque ſtatuas commonſtraſſe. His victos Hellanodicas, legis ſoluta conſuetudine, Ariſtopatiræ ſpectandi copiam feciſſe. Sunt qui dicant Diagoram habitum eſſe Mercurij filium. Nam cùm mater eius in agrum aliquando eſſet egreſſa, fertur æſtu inualeſcente ſeceſſiſſe in quendam Mercurij lucum, vbi ipſam conuenerit Mercurius: & inde Diagoram peperiſſe, qui primus ab Hercule tantus dicitur habitus. Alius fuit Diagoras impius de quo vide Aelian. Animal. l.6. c.40. & de Var. hiſt. lib. 2. c.31. & Cic. lib. 3. de Nat. Deor. & Volaterr. lib.15. Hic Diagoras noſter Rhodius, authore Gellio. l. 3. c.15. quum ſe vnà cùm tribus filiis victoribus coronatum victorem Olympicum videret, præ gaudio animam efflauit.

Ροδίῳ. Rhodius à patria dicitur: & ab atheo illo diſtinguitur, qui fuit Mileſius Philoſophus, & poëta modicus: qui dictus eſt atheus, quòd putauit nullos eſſe Deos.

πύκτῃ. Explicatur genus victoriæ. Pugiles autem erant illi qui pugnis & cæſtibus pugnabant. Vt liquet ex duobus Tullij locis. De clar. Orat. quum ait, *Pugiles inexercitati, etiamſi pugnos & plagas Olympiorum cupidè ferre poſſunt, ſolem tamen ſæpe ferre non poſſunt*: & 2. Tuſcul. *Pugiles cæſtibus contuſi ne ingemiſcunt quidem.*

ἆιδος. Et fuit in pretio hymnus hic Olympicus vt refert Gorgon, vt literis au-

reis scriptus in Mineruæ templo fuerit consecratus.

φιάλαν. Dor. pro comm. φιάλην. Dicta vox à πιεῖν ἅλις teste Eustat. μείζων γὰρ αὐτὴ ποτηρίε. Per ἀντιστοιχίαν dicitur φιάλη pro πιάλη. Et ab eodem definitur sic, ἔκπωμα χαλκεῖον ἐκπέταλον, λεβητῶδες, δύο ἔχον ὦτα, δεχόμενον ψυχρὸν ὕδωρ. *Poculum æreum, expaßum instar lebetis vtrinque ansatum, ad capiendam aquam frigidam.* Sed sæpius, vt hîc etiam, Phiala est poculum aureum, quo vinum offertur in celebribus festorum & nuptiarum conuiuijs. Solebat autem phiala esse in vsu ad magnifica munera, vt ex hoc loco sat liquet, & patet ex Diogene Laërtio in Thalete, vbi relicta dicitur à Batycle phiala, vt sapientissimo daretur.

ὡς εἴτις. Apparet syncriticum esse exordium. Sumitur à comparatione doni nuptialis: ac tale suum carmen esse dicit erga victorem, quale munus phialæ genero in conuiuio sumptum à socero. Vide explicationem in paraphrasi.

ἀμπέλε δρόσῳ. h.e. τῷ οἴνῳ. περιφραστικῶς vinum dixit δρόσον ἀμπέλε *rorem vitis.* Sumpta metaphora à rore, hoc est, humore illo qui mane æstiuo, sereno cœlo gramina rigat. De quo vide Aristotelem lib. 1. Meteor.

καχλάζοισαν. Dor. pro comm. καχλάζεσαν. hoc est ἔχουσαν ἔνδον ἀναπηδῶντα οἶνον τῇ ἑαυτῆ φυσικῇ θέρμῃ. vt exponit Triclinius.

προπίνων. Dicit Scholiastes προπίνειν propriè esse cum diluto vino poculum dare. Vnde metaphoricè vsurpatur pro χαρίζεσθαι. vt apud Anacreontem. Ἀλλὰ πρόπινε ῥαδινὲς ὦ φίλε μηρὲς. pro χαρίζε. Et Demosthenes dicit τὲς προδιδόντας σφᾶς πατρίδας τοῖς ἐχθροῖς προπίνειν.

οἴκοθεν. Hoc est è domo soceri phialam dantis, οἴκαδε ad domum generi accipientis: vt gener à soceri domo ad suam donum illud ferat. Vide præcedente Oda οἴκοθεν οἴκαδε.

πάγχρυσον. Hoc est τὸ ἄκρον, ἤγουν κεφάλαιον ὅλον χρυσοῦν κτεάνων, seu κτημάτων. Sic donum extollit à materiæ præstantia: nam aurum est metallorum omnium præstantissimum. Ideo & appellat *culmen* seu *verticem*, hoc est *summum & eminentißimum bonorum*, ídque totum aureum: cùm pleræque phialæ duntaxat inaurentur, & ex argento conflentur. Vox κορυφάν. Dor. pro comm. κορυφήν. & κτεάνων poët. pro κτημάτων.

συμποσίε τε χάριν. Hoc est τῆ ἐν συμποσίῳ χάριν. nimirum vt animum ad beneficentiam propensum coram testibus erga generum declaret, eóque spectaculo conuiuas exhilaret. Potes & συμποσίε χάριν interpretari τὲς χαρίεντας συμπότας.

κᾶδος τε τιμάσαις Dor. pro comm. κῆδος τιμήσας. Scholiastes vocem κᾶδος exponit συγγένειαν: quæ vox propriè refertur ad eos qui sunt eiusdem generis, & significat consanguinitatem: Sed κῆδος propriè affinitatem, quum per nuptias duæ diuersę cognationes necessitudinem contrahunt: sic apud Euripid. κῆδος & κῆδειαν συνάπτειν dicitur, *affinitatem contrahere.* Nec certè propriorum consanguineorum rationem hîc habere videtur, sed τῆ γαμβρῆ vt & locum hunc intepretatur Triclinius, & post eum Aretius.

ἐν δὲ φίλων. Videtur illud ἐν per tmesin positum, & referendum ad θῆκε. Euentus

utem ostenditur munificentiæ. Primùm quòd inde beatum prædicare possent eum qui socerum nactus esset munificum & liberalem : deinde facilè iudicarent hæc beneuolentiæ τεκμήρια soceri erga generum, arctiori concordiæ vinculo coniunctura coniugum animos.

ζαλωτὸν. Dor. pro comm. ζηλωτὸν. Hoc est μακάριστον : & ἐωνᾶς Dor. pro comm. ἐωνῆς.

παράφρασις.

Ita ego suaue carminum meorum nectar, quibus immortales reddo viros insignes, Musarum dono sponte ex mea mente fusum, cuius dulcis est fructus, mittens ijs qui ex Olympiorũ & Pythiorum victoria præmium reportarunt, illos exhilaro, beóque meis laudibus. Siquidem beatus est ille qui famam bonam à poëtis consequitur. Ego autem nunc hunc, nunc illum respicio, cui carmen gratificer, quo cum blandisona etiam cithara, omnisonísq; tibijs decantato, vitam eius vegetem.

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν,
μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ' ἱλάσκομαι,
Ολυμπίᾳ, Πυθοῖ τε νικών-
„ τεσσιν. ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
„ φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζω-
θάλμιος, ἁδυμελεῖ
θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμ-φώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

μετάφρασις.

Sic & ego nectar fusum Musarum donum, præmium reportantibus viris mittens, dulcem fructũ animi mei, exhilaro, apud Olympiam, Pythonémque victoribus. Beatus verò ille quem fama amplectitur bona. Aliàs autem aliumrespicit gratia floridam vitã præbens, blandisona vnà cum cithara, omnisoniśq; in instrumentis tibiarum.

καὶ ἐγὼ. Comparationis ἀπόδοσις, in qua est ἔλλειψις vocis οὕτω. Sic autem declaranda est, οὕτως ἐγὼ νέκταρ αὐτόχυτον, ὅπερ αἱ μοῦσαι διδόασιν, ὃ καὶ ἐκ τῆς ἐμαυτοῦ διανοίας ἐκαρπωσάμην, παρέχω τοῖς Ολυμπίᾳ καὶ Πυθοῖ νικηταῖς καὶ ἀθλοφόροις οὖσιν, ἵνα ἱλαροὺς αὐτοὺς ποιῶμαι.

νέκταρ. Intellige τὸ ποίημα, sic metaphoricè vocatum. Nam vt nectare immortalitatem fouebant Dij : sic Pindarus suo carmine perennem reddit victorum memoriam.

χυτὸν. Hoc est αὐτόχυτον & ἄκρατον vt Scholiastes vertit. Est & αὐτόματον quia quum mens furore poëtico incaluit, carmen sponte fluit.

μοισᾶν. Doricè. pro comm. genitiuo μουσῶν. Vocat autem μοισᾶν δόσιν, hymnum suum, quia Musarum afflatu credebant veteres poësim effundi : eásque causam efficientem censebant.

γλυκὺν καρπὸν. *Dulcem* metonymicè appellat, & *fructum* metaphoricè: sumpta translatione à plantis. Dulcis igitur mentis fructns, est, hymnus compositus in gratiam Olympionicæ Diagoræ.

ἱλάσκομαι hoc est ἱλαροὺς ποιῶ, seu τίθημι: alias significationes vide in lexicis. νικώντεσσιν. autem est Datiuus poët. & Ion. pro νικῶσι.

ὁ δ' ὄλβιος. Gnome qua commendat hoc ſuum encomium. Nam ſi fœlix ille eſt qui bene audit, hoc poëmati Pindarico acceptum ferre debet, quod poſteris Diagoræ famam celebrem reddit. Hoc nomine Alexander Magnus fœlicem prædicabat Achillem, qui præconem Homerum eſſet nactus. Similis ſententia eſt in fine 1.Pyth. εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρα.

ἀγαθαὶ φᾶμαι. Vſus eſt plurali numero pro ὃν ἀγαθὴ φήμη, τοῦτ' ἔστι, χρηστὴ δόξα κατέχει. Cæterùm κατέχοντι 3. perſ. plur. Dor. pro comm. κατέχουσι.

ἄλλοτε δ'. Hoc eſt, ἄλλοτε δ' ἄλλον περιέπει τὸ ἐπαγωγὸν τῶν ὕμνων, τὸ θαλερᾶς ζωῆς παρέχον. Vide declaratam in paraphraſi ſententiam.

χάρις ζωθάλμιος. Laudatio ſui carminis, quod ab effectu ζωθάλμιον vocat: quia ſua gratia & lepore facit θάλλειν τὴν ζωὴν h.e. *florere vitam*, nimirum, dum honeſtiorem vitam, famámque æternam pręſtat.

ἁδυμελεῖ. Dor. pro ἡδυμελεῖ. Et hęc ſunt carminis coniuncta, videlicet cithara, tibię, aliáque Muſices organa.

ἐν ἔντεσιν αὐλῶν. Periphraſticè ἔντεα αὐλῶν intellige τοὺς αὐλούς. Rectè autem ἔντεα dixit, authore Scholiaſte, quia ἐντὸς ἔχουσι τὴν φωνήν. Porrò παμφώνοις vocat tibias αὐλοὺς, vel pro ποικίλως φθεγγομένοις, vel pro πολυφθόγγοις, quia tibię cantus variatur, omnéſque ferè vocis ſonos refert ob ea foramina quibus eſt conſperſa.

παράφρασις.

Nunc autem cum vtroque, carminis nimirum viuifico encomio, & citharæ, tibiarúmque cantu, cum duce Diagora deſcendi, celebrans Rhodum inſulam marinam, Veneris filiam, Solíſque ſponſam: vt ingentem illum virum Diagorã, intrepidum pugnatorem, qui Olympia prope Alpheũ, & Pythia prope Caſtaliam coronatus eſt, in victoriæ pugilatu partæ remunerationem: & patrem eius Damagetum, qui iuſtitiam coluit, collaudem. Qui ambo cum Argiua multitudine in ſulã illã Rhodum incolũt, tres vrbes, ſcilicet Lindum, Ialyſum, & Camirum continentem, & prope Embolum Aricandes Lycię vrbis templum ſitam.

ἐπῳδ. κώλ. ιγ.

καὶ νῦν ὑπ' ἀμφοτέρων
σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὰν ποντίαν
ὑμνῶν παῖδ' Ἀφροδίτας
ἀελίοιο τε νύμφαν
Ῥόδον. εὐθυμάχαν,
ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' ἀλφειῷ στεφανωσάμενον
αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα,
καὶ παρὰ Κασταλίᾳ,
πατέρα τε Δαμάγητον ἀδόντα δίκᾳ,
Ἀσίας εὐρυχόρου,
τρίπολιν νᾶσον πέλας
ἐμβόλῳ ναίοντας, Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.

μετάφρασις.

*Et nunc cum ambobus cum Diagora deſcendi, marinam laudans Veneris filiam, ſoliſq; ſponſam Rhodum: vt decantem in pugnã rectã* tendendem, *ingentis proceritatis virum iuxta Alpheum coronatum, pugilatus ad præmium, & apud Caſtaliam, patrémque Damagetum qui placuit iuſtitiæ, Aſiæ ſpatioſæ inſulam trium vrbium habitãtes prope Embolum Argiua cum multitudine.*

καὶ νῦν ὑπ' ἀμφοτέρων. Tranſitio ad propoſitam Diagoræ laudationem : ad quã teſtatur ſe deſcendere. ὑπ' ἀμφοτέρων hoc eſt μετ' cum, ſicuti apud Homerum,

δαΐδων ὕπο λαμπομενάων

*cum facibus ardentibus.*

Refertur autem ἀμφοτέρων ad poëſin, quam χάριν ζωθάλμιον appellauit, & ad Muſicam, quæ lyra tibiiſque peragebatur, ad quas carmina Pindari canebantur. Quanquam Leonicerus & Aretius Scholiaſten & Triclinium ſequuti referunt ad φόρμιγγα & αὐλοῖς: Eligat lector, quam lubebit ſententiam.

σὺν Διαγόρᾳ. Hoc eſt Διαγόρου τοῦ νικῶντος τὴν ὁδὸν ἡγουμένου. Nam viæ dux eſt, qui authori anſam præbere dicitur ad Rhodum deſcendendi. κατέβαν Doricè pro κατέβην. Aor.2. verbi καταβαίνω *deſcendo.*

τὰν Dor. pro τὴν. & ἀφροδίτας. Dor. pro Ἀφροδίτης. & ἀελίοιο. Dor. & Ion. mutato η in α. & genitiuo Ion. & poët. terminato in οιο pro comm. ου. νύμφαν. Dor. pro comm. νύμφην.

ποντίαν ὑμνέων. Diagoræ patriam laudat, nimirum Rhodum, quam à parentibus deſcribit. Sed parum certa eſt hæc genealogia. Aſclepiades facit Rhodum Amphitrites & Solis filiam : Heraphilus Neptuni & Veneris : Epimenides Oceani. Noſter author Veneris filiam, & Solis ſponſam appellat. Dicit ποντίαν *marinam*, quòd in mari ſit Inſula. Solis ſponſam, *hoc eſt* Apollinis. Nam Heroidem quandam huic Inſulæ cognominem in ea Inſula fertur Apollo compreſsiſſe. Vel habet rationem eius quod aiunt, nimirum nullum præterire diẽ quin Rhodus ſole illuſtretur : eámque idcirco Solis ſponſam vocare poteſt. Atque hanc luce ſolis facilè perfundi teſtatur Solinus, quum cap.17. ait, *Nunquam ita cœlum nubilum eſt, vt in ſole Rhodos non ſit.* Veneris filiam vocat, inquit Schol. διὰ τὸ αἴθριον καὶ χαριέστατον.

Ῥόδον. Rhodus Inſula Lyciæ, cuius topographiam repete à Strab.l.14. & Diodoro l.6.c.3. ab Homero Iliad.β. & de eadem vide Volaterr.l.9. Sic dicta quòd ὀσμώδεσι ῥόδοισιν, *odoriferis roſetis* abundet. Vel ab eius nominis Nympha, Veneris & Neptuni, vel Oceani filia.

εὐθυμάχαν. Dor. pro εὐθυμάχην. Eſt εὐθυμάχης poëtica vox, quæ fortem & ſtrenuum bellatorem ſignificat, ab εὐθὺς *rectà*, & μάχη *pugna*, quaſi εἰς τὴν μάχην εὐθὺ ἐρχόμενος. Rectà enim ad prælium contendit vir fortis obuerſa fronte, nec terga dat vnquam. Vel εὐθυμάχης ab εὐθὺς ſignificante *ſtatim* dici poteſt, *qui ad pugnam properat.* Id autem tribuitur ſtrenuo militi, vt Il. γ. Ἀρεταὶ δ' πάχεσι μεμνήμεναι ἐν δαῒ λυγρῇ. Hæc autem prima laus eſt Diagoræ: ſecunda eſt πελώριος, illa à fortitudine, hæc à corporis proceritate & mole: fuit enim quatuor cubitorum, & quinque digitorum ſtatura.

παρ' Ἀλφειῷ hoc eſt *in Olympia* vbi victoriam adeptus eſt. καὶ παρὰ Κασταλίᾳ hoc eſt, *in Pythone*: nam ibi fons eſt Caſtalius. Sic Diagoram laudat ab Olympijs, & Pythijs, quibus deuictis coronam accepit.

πυγμᾶς Dor. pro πυγμῆς. Hoc refertur ad certamen Olympicum quo potitus eſt pugilem agens. Cuius victoriæ ἀμοιβὴν καὶ ἆθλον appellat ἄποινα. Quæ vox primaria, propriáque ſignificatione eſt λύτρον *redemptionis præmium.* Pecunia

quæ datur alicui,vt aliquem pœna liberemus,fit ex α.priuat.& ποινὴ *pœna*,quasi φοινὴ à φονὴ cædes mutato φ.in π.tenuem, & inserto ι. quasi fit ποινὴ, ἡ ὑπὲρ φόνου ζημία, φονή τις οὖσα. Sic Homerus ἀπερείσι' ἄποινα vocat τὰ ὑπὲρ ἀπολυτρώσεως φόνου προσταχθέντα δῶρα. Deinde latiùs sumitur pro δῶρον, ἆθλον, ἀμοιβὴ, vt hoc loco hymnum suum appellat πυγμᾶς ἄποινα, hoc est ἀμοιβὴν τῆς πυγμῆς, *præmium pugilatus*. Sic Pyth.Od.2. ἄποιν' ἀρετᾶς ὕμνον. Isthm.3. εὐκλεῶν ἔργων ἄποινα. & 8. Ισθμιάδος νίκας ἄποινα. & Nem. 7. μόχθων ἄποινα νέμεσθαι. Cæterùm αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα, patitur ellipsin præpositionis εἰς, ante ἄποινα, vt sic interpreteris, *laudabo in pugilatus præmium*.

πατέρα τε. Construendum cum αἰνέσω, ἀπὸ κοινοῦ repetito. Hoc est, *patrem etiam laudabo*. Petitur hæc laus patris à iustitiæ amore. Nam dicit Δαμάγητον ἁδόντα δίκα hoc est ἀρεστὸν τῇ δίκῃ γεγονότα, ac proinde ὅσιον, καὶ δίκαιον. Is enim iustitiæ placet & gratus est, qui iustus & æquus est.

Ἀσίας εὐρυχόρου. Asia spatiosa dicitur, idque rectè: nam geographi maiorem Asiam dimidia orbis terrarum parte constare, & reliquas duas, Europam nimirum & Africam magnitudine superare tradunt. Sic autem locus hic est construendus & exponendus, τοὺς κατοικοῦντας Ῥόδον Ἀσίας εὐρυχώρου τρίπολιν νῆσον πλησίον τοῦ Ἐμβόλου. Cæterùm insula hæc inter Asiaticas insulas tertia numeratur. De qua vide Plin.l.2.c.62. εὐρυχόρου legendũ per systolen pro εὐρυχώρου. Vt Epod. 3. Nem. Od.10. εὐρυχόρου Σπάρτας.

τρίπολιν νᾶσον. Constat Rhodus Insula tribus vrbibus, Lindo, Ialyso, & Camiro, vnde Homerus

> Οἳ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες,
> Λίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον.

Vrbibus hæc data nomina ἀπὸ τῶν τοῦ Ἡλίου υἱωνῶν: vt refert Triclinius, & Schol. iique à Cydippe sunt suscepti.

πέλας ἐμβόλω. Descriptio situs Rhodi. Rhodus è regione Lyciæ sita est, vt refert Schol. Iuxta Lyciam verò vrbs Aricanda: propè quam est templum vocatum priùs Embolum, ob loci situm, quòd instar acuti nauigij, (id ἔμβολον Græci dicunt) in mare promineret. Postea verò τριήρης eâdem de causa dici cœpit, hoc est *triremis*. Est autem Doricum ἐμβόλω pro ἐμβόλου. Nam in tertia simpl. declin. ου per omnes casus mutant in ω.

Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ. Hoc est δυνάμει, στρατιᾷ. Dicendo pro Ἀργείοις αἰχμηταῖς. Etenim respicere videtur ad Tlepolemum, qui cùm Licymnium auunculum interfecisset, fabricatis nauibus, contractáque iuuenum manu, patriam reliquit, & Rhodon se contulit, vbi trium eius vrbium regnum obtinuit. Oraculi autem monitu dicitur à Scholiaste ἀποικίσαι τὸ Ἄργος, καὶ εἰς τὴν Ῥόδον ἐλθεῖν.

| παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Volo igitur illis, nimirum Diagoræ, & Damageto, genus ab initio ad Tlepole- | ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου ξυνὸν ἀγγέλλων διορθῶ- | *Volam illis ab initio à Tlepolemo communem annũtians compo-* |

mum

num referens, communem hunc sermonem tribuere Rhodijs omnibus, vt pote qui Tlepolemum patrem agnoscant, ac proinde præpotentis Herculis præpotens sunt progenies. Nam genus paternũ à Ioue Herculis patre profectum gloriantur : & maternum ab Astydamia Amyntoris filia deducunt. Cæterùm humanæ mentes innumeris erroribus implicatæ sunt, & obnoxiæ : ita vt nosse nemo nec comperire possit,

σαι λόγον, Ἡρακλέος εὐρυσθενεῖ γέννᾳ. τὸ μὲν γὰρ πατρόθεν, ἐκ Διὸς εὔχονται. τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
" ματρόθεν, Ἀστυδαμείας. ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
" πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
" ἀναρίθμητοι κρέμανται.
τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,

*nere sermonem Herculis potenti stirpi. Nam à parte patris, ex Ioue gloriantur ; à parte autem matris Astydameia* sunt *Amyntoridæ. Circa autem hominum mentes errores innumeri pendent. Hoc autem impoßibile reperire,*

ἐθελήσω. Digressio ad maiores Rhodiorum, qua docet vnde vtrumque genus, paternum scilicet, & maternũ deducant. Idque sequutus, vt refert Scholiastes, Achæum historicum, quantum ad maternum genus. Paternum igitur refert ad Herculẽ, qui fuit Tlepolemi pater: ex Tlepolemo autem Rhodij originẽ traxerunt. Maternũ ad Astydamiam Amyntoris filiam. Cuius genealogiam sic ordine texit historicus Achæus. Hyperochi filius fuit Eurypylus, Eurypyli Ormenus, cuius Pheres, cuius Amyntor, cuius Astydamia Tlepolemi mater. Amyntor autem suum quoque genus reducit ad Iouem. Verùm Homerus ex Astyochia Phylantis filia natum vult Herculi Tlepolemum 2. Iliad. vers. 657.

τοῖσιν Ion. & poët. pro τοῖς. Quod videtur referri ad Diagoram, eiúsque patrẽ Damagetum, quos inter cæteros Rhodios, ortũ ducere ostendit à Tlepolemo Herculis filio, ac proinde Iouis nepote. ἀρχᾶς Dor. pro comm. ἀρχῆς. Τλαπολέμου Dor. pro comm. Τληπολέμου: & γέννᾳ Dor. pro cõm. γέννῃ. Cæterùm obscura hęc periodus nec à Scholiaste, nec à Triclinio satis meo iudicio declarata, sic videtur illustranda, βούλομαι σὺν τούτοις Διαγόρᾳ, καὶ Δαμαγήτῳ, γένος ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ Τληπολέμου διηγούμενος, κοινὸν τῇ Ἡρακλέος εὐρυσθενεῖ γέννῃ, δηλαδὴ τοῖς Ῥοδίοις, ὡς καὶ Τληπολεμίδαις οὖσιν αὐτοῖς, ὀρθῶς ἀποδοῦναι λόγον. Pro τοῖσιν nonnulli non ineptè legunt τοίνυν.

πατρόθεν hoc est ἀπὸ vel πρὸς τοῦ πατρός. ματρόθεν. Dor. pro μητρόθεν. Hoc est ἀπὸ vel πρὸς τῆς μητρός. Et εὔχονται, hoc est καυχῶνται, αὐχοῦνται, vt Odyss. ξ. Ἐκ μὲν Κρητάων γένος εὔχομαι.

ἀμφὶ δ'. Sententia quã Tlepolemi casum honestè excusare conatur : suo more etiam infortunia Heroum referens in laudes, quum ea vel sententijs molliat, vel alia ratione excuset. Porrò hæc gnome sumpta est à proprio hominis. Nam ex Sopatri sententia σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις *Congenitum est hominibus errare.* Et vt ait Rhianus

Ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα,
Ἄνθρωποι.
*Omnes profectò erramus animis homines.*

Vnde vulgo dicimus *Humanum est errare.* Hinc inferre vult, siquidem humanæ mentes, innumeris erroribus inuoluuntur, non mirum esse si quippiam à Tle-

polemo ſit admiſſum imprudentiùs.

τοῦτο δ'. Alia gnome, etiam ad Tlepolemi caſum referenda. Qua cæcitatem humanæ mentis oſtendit, cui impoſſibile eſt antè ſcire quæ in poſterũ fors futura ſit, an permanſura ſit eadem fœlicitas, & an idem ad extremum nobis vtile ſit futurum. Sic Tlepolemus ante errorem & cædem Licymnij fortunatus erat, & ex ea cæde vtilitatem ſe capturum ſperabat, attamen fuga ſalutem ſibi quærere coactus eſt, & in calamitate verſari. Verùm hoc exilium quod ei tum fuit acerbum, viam ipſi muniuit & ſtrauit ad maiorem gloriam & fœlicitatẽ, quàm fuerat prior. Nam oraculi monitu Rhodum petijt, & in Rhodios regnum obtinuit. Ἀμάχανον Dor. pro. ἀμήχανον. Hoc eſt ἀδύνατον.

παράφρασις.

an fœlicitas qua quis in præſentia fruitur, ad vitæ finem vſque ſit permanſura. Etenim hic Tlepolemus qui coloniam olim in hanc Rhodi inſulæ terram deduxit, Licymnium Alcmenæ fratrem nothum duro oleæ baculo percuſſum, iratus interfecit Tirynthi, quum ex Mideæ matris ædibus exiret. Quo ex facinore cõperimus animi perturbationes cadere etiam in ſapientes viros, illóſque, vt tum Tlepolemus, in magnos errores ab ijs impelli. Hac autem cæde perpetrata cõſuluit oraculum Apollinis.

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ὅ,τι νῦν, καὶ ἐν τελευ-
τᾷ, φέρτατον ἀνδρὶ τυ-
χεῖν.
καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασί-
γνη-
τον νόθον σκάπτῳ θένων
σκληρᾶς ἐλαίας, ἔκταν' ἐν
Τί-
ρυνθι Λικύμνιον, ἐλ-
θόντ' ἐκ θαλάμων Μιδέας,
τᾶσδέ ποτε χθονὸς οἰκιστὴρ χολω-
θείς.
„ αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ
„ παρέπλαξαν καὶ σοφόν. μαν-
τεύσατο δ' εἰς Θεὸν ἐλθών.

μετάφρασις.

*quod nunc optimum eſt homini, & in fine conſequi. Etenim Alcmenæ fratrem nothũ baculo percutiens duræ oleæ interfecit apud Tiryntha Licymnium, reuerſum ex ædibus Mideæ, huius quondam terræ conditor iratus. „Mentis autem perturbationes impellunt in errorem etiam ſapientem. Oraculum autem conſuluit, ad Deum cùm veniſſet.*

ὅ,τι νῦν. Hæc duo prima cola cohærent cum vltimo ſuperioris ſtrophes, quæ ſic proſa declares, Ἀδύνατόν ἐστιν εἰδέναι, εἰ ὅπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος κράτιστον συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ, τοῦτο καὶ μέχρι τελευτῆς τεύξεται.

καὶ γάρ. Facti narratio, qua oſtendit quo caſu impulſus Tlepolemus, inſulam Rhodũ petiuerit. Nimirum cùm occiſo Licymnio auunculo patriam fugeret. Huius autem cædis cauſam alij aliam dicunt. Triclinius dicit orto diſſidio inter vtrumque Tirynthi, Tlepolemum procul emiſſo fuſte oleagino Licymnium occidiſſe. Alios verò imprudentiæ necem hanc tribuere. Tlepolemus, inquit, bouem ferire volens, baculo eminus emiſſo aberrauit, & percuſſum Licymnium occidit. Prioris ſententiæ rationem ſequi videtur Pindarus ſi circunſtantias diſpiciamus. Etenim hunc ira percitũ id perpetraſſe dicit: vnde colligit Scholiaſtes eum ſponte, vel gloriæ, vel regni affectatione in Licymnium inſurrexiſſe. Deinde tempus notat facti: nempe cùm exiret è Mideæ domo Licy-

nius : vnde apparet à Tlepolemo quæſitam fuiſſe occaſionem , & opportunitatem. Præterea notat inſtrumentum ad cædem perpetrandam aptum, ſcilicet fuſtem oleaginum durum,quem procul dubio conſultò ferebat. Locus etiã indicatur Tiryns,quæ vrbs eſt in Argia. Vide huius hiſtoriæ narrationem in catalogo nauium Il.2.In quem locum ſcribens Euſtathius, errore quodam id factum interpretatur. Quum videret, inquit, Tlepolemus ſenio confectum Licymnium , manu negligenter à famulo duci, fuſtem in famulum vibrauit , qui cùm plagam euitaſſet, percuſſus eſt ſenex , & inuito Tlepolemo trucidatus.

Αλκμήνας κασίγνητον νόθον. Quæritur quomodo Licymnius ſit nothus Alcmenæ frater : quod ſic ſoluit Scholiaſtes & cum eo Triclinius. Electryon Lyſidicen Pelopis filiam habuit vxorem legitimam,ex eáque ſuſcepit Alcmenam,ſed Licymnium ex Midea pellice,muliere Phrygia.

σκάπτῳ Dor.pro σκήπτρῳ. & θένων pro τύπτων.σκῆπτρον etiam pro ῥάβδῳ, ſeu ῥοπάλῳ ſumit. Pro θένω dicitur & θείνω. vide lexica.

ἐκ θαλάμων Μιδέας. Hoc eſt ἐξ οἰκίας Μιδέας τῆς αὐτοῦ μητρός. Eſt & Midea vrbs in Argia.

τᾶσδέ ποτε. Hoc eſt ταύτης. & Dor. τᾶσδε pro τῆσδε. Hoc autẽ eſt referendum ad Tlepolemum & ad Rhodum : nam oraculi monitu hanc in terram Tlepolemus coloniam deduxit, vbi cùm inter ſe diſſidentes ciues reperiſſet, alteri parti ſeſe adiunxit,ac tandem rex creatus eſt.Quò dignitatis euectus,Inſulam, vt credibile eſt,multis modis ornauit.

αἱ δ' φρενῶν. Continuæ orationi interſeritur hæc gnome, qua excuſet factum ira perpetratum. Deducitur autem argumentum à maiori hoc modo: *Sapientes interdum animi perturbatione, vt eſt ira,odium,& id genus, vincuntur. Non mirum ergo videri debet ſi Tlepolemus aliquid humana fragilitate eſt paßus.* Vel etiam voluit innuere ſapientem fuiſſe Tlepolemum, hoc modo. *Siquidem ira percitus Licymnium occidit Tlepolemus, videmus animi perturbationes etiam ſapientem virum,qualis ille fuit, à recto rationis tramite dimouere.* Hoc ſignificare voluerunt qui prouerbium hoc excogitarunt tritiſſimum ore vulgi , *Non eſt tam bonus, qui non cæſpitet , equus.* Vel etiam innuit iram viris quoque ſapientibus prudentiam demere:vnde Eurip.in Med. θυμὸς δ' κρέσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

μαντεύσατο. Negligitur augmentum. Tranſit autem à facto ad conſilium. Poſtquam enim interemit auunculum, volens nolenſ-ve, conſulit Apollinem. Quare iam inſtituitur narratio eorum quæ cædem ſequuta ſunt.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Qui Deus aureis comis inſignis,reſpondẽs ex odoratis templi adytis,ei ſignificauit,vt relicto Argiuo ſolo , claſſe ſe conferret ad Rhodum inſulam mari cin- | τῷ μὲν ὁ χρυσοκόμας<br>εὐώδεος ἐξ ἀδύτου , ναῶν πλόον<br>εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς<br>στέλλειν ἐς ἀμφιθάλασσον | *Huic quidem auricomus ille* Deus *odorato ex adyto , nauium curſum dixit Lernæo à littore vt deduceret* |

ctam : vbi aliquando Iupiter magnus ille Deorum rex, aureo pluens imbre vrbem irrigauit: quum arte Vulcani, æreáque eius securi iussit grauidum sibi caput aperiri, ex quo ingenti cum clamore, qualis est bellantium, impetu prosiliens Minerua, cœlum, terrámque ad horrorem vsque perterrefecit.

νομόν. ἔνθά ποτε
βρέχε Θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν,
ἀνίχ' Ἀφαίστου τέχναισι
χαλκελάτῳ πελέκει
πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ'
ἄκραν
ἀνορούσαισ' ἀλάλα-
ξεν ὑπερμάκει βοᾷ.
" ὠρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ γαῖα μά-
" τηρ.

*ad vtrinque mari cinctā regionē. Vbi quondam irrigauit Deorum ille rex magnus aureis niuibus vrbem, quando Vulcani arte ex ære ducta bipenni Minerua vertice ex supremo patris prosiliens, vociferata est ingenti clamore. Cœlum autem horruit ipsam, & terra parens.*

τῷ μὲν. Est oraculi explicatio, quo monetur ab Apolline Tlepolemus vt relicto Argiuo solo, Rhodum versus nauiget. Hîc articulus τῷ sumitur loco pronominis τούτῳ. Et ὁ χρυσοκόμας Dor. pro comm. χρυσοκόμης. *auricomus*, est Apollo, qui sic ab aureo capillo vocatur: *hoc est*, à radijs solaribus, qui colorem auri referunt. Etenim Apollo & Sol poëtis idem sunt.

εὐώδεος ἐξ ἀδύτου. Ex adytis & penetralibus templi Deus & sacerdotes responsa dabant. Vnde Herodot. l. 1. λέγεται φωνὴν ἐκ τοῦ ἀδύτου γενέσθαι. Et Virg. Aen. 2.

*Isque adytis hæc tristia dicta reportat.*

Ducitur τὸ ἄδυτον ex α priuat. & δύω. *subeo*, Nam erat locus templi secretior, ad quem nulli nisi sacerdoti patebat aditus. εὐώδης dicitur ἀπὸ τῶν θυμιαμάτων, quibus bene olebat.

ναῶν πλόον. Hoc est, ἔχρησεν αὐτῷ διὰ πλοίων ὁρμᾶν ἀπ' Ἄργους εἰς τὴν χώραν τῆς νήσου τῶν Ροδίων. Hîc Lernæum littus ipsum Argos significat, vel à fonte Lerna, vel à luco eius nominis, in quo hydra fertur delituisse: vel etiam ab vrbe. στέλλεν. Dor. pro comm. στέλλειν vt 1. Od. γαρύεν pro γαρύειν. alij pro στέλλεν legunt εὐθῦναι.

ἐς ἀμφιθάλασσον νομὸν, hoc est εἰς τὸν τόπον ὑπὸ τῆς θαλάσσης περιλαμβανόμενον. Vno vocabulo, εἰς τὴν Ρόδον. Cæterùm νομὸς hîc sumitur pro τόπος seu χώρα. cuius exempla vide in Lexicis.

ἔνθά ποτε. Hoc est ὅπου ποτε ὁ Ζεὺς ἔβρεξε τὴν πόλιν χρυσὸν ὕων. Locum non solùm à situ, sed ab alijs etiam notis designat, nempe à notissima fabula, quæ ferebat Iouem aurea pluuia Rhodum irrigasse. Vnde Homer. 2 Il.

Καί σφίσι θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε κρονίων.

Vbi annotat Eustath. Rhodios Mineruæ è Iouis cerebro natæ primos omnium sacra fecisse. Ideóque Iouem aurea nube supra Rhodum insulam extensa aurum pluisse.

βρέχε. Neglecto augmento pro ἔβρεχε 3. pers. imperf. quod pro Aoristo sumitur. Θεῶν βασιλεὺς Periphrasis Iouis, ὃς Θεοῖς καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει, vt canit Homer⁹. νιφάδεσσι. Ion. & poët. pro νιφάσι. Niues appellat, quod alij in hac fabula pluuiā. Idque fortè cōsulto facit, quia materiā solidā melius repræsentare vidētur Niues.

ἀνίχ. Dor. pro ἠνίκα. & Αφαίστου. Dor. pro Ηφαίστου. Fabulam aureæ pluuiæ, alia fabula illuſtrat, dum notare vult tempus quo Rhodijs aurum pluit: vnde & Claudianus poëta.

*Auratos Rhodijs imbres naſcente Minerua*
*Induxiße Iouem perhibent.*

Quæ de Minerua fabulantur vide apud Lucianum, Natal. Comit. alióſque Mythologos. & Strab.l.14.

χαλκελάτῳ. hoc eſt ἐκ τοῦ χαλκοῦ ἐληλαμένῃ *ex ære ducto facta*, hoc eſt *ærea*. Dicit Vulcanum Ioui Mineruam è cerebro parienti fuiſſe obſtetricatam, ídque multorum ex ſententia: qua de re apud Lucianum feſtiuus extat dialogus. Alij hoc opus Palamaoni, alij Mercurio, alij Prometheo tribuunt, vt ait Scholiaſtes.

Αθαναία. Dor pro Αθηναία. Homero dicitur Ion. Αθηναίη. & abiecto ι. factáque craſi Αθηνᾶ communiter.

κορυφάν: Dor.pro κορυφὴν. Hinc autem quod dicitur è Iouis cerebro nata, Plutarchus eam κορυφαγενῆ vocauit. ἀνορούσασα hoc eſt ἀνορμήσασα. à verbo poët. ἀνορούω. vide in Lexicis.

ἀλάλαξεν. Hoc eſt πολεμικὸν ἐβόησεν. vt interpretatur Triclinius. Nam verbum ἀλαλάζω deducitur ab ἄλαλα quod bellantes exclamant: vnde ἀλαλαγὴ *clamor bellicus hoſtium concurrentium.*

ὑπερμάκει βοᾷ. Dor pro comm. ὑπερμήκει βοῇ. Hoc autem clamore quem per ἀλαλάζειν, τοῦτ' ἐστι, ἀναβοᾶν, denotat, innuere voluit poëta bellicoſam fuiſſe Deam Palladem Mineruam.

οὐρανὸς δ'. Hyperbole, qua magnitudinem clamoris exaggerat. ἔφριξε. hoc eſt ἐφοβήθη. & γαῖα μάτηρ. Nimirum rerum omnium parens terra: quam & Deorum matrem finxerunt poëtæ, & Opem appellauêre, item Rheam.

| παράφρασις. | στροφή. γ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| Tunc autem quum Iupiter erat pariturus, Deus ille Hyperionis filius Sol, qui ſuo lumine homines illuſtrat, Rhodijs dilectis filijs mandauit, rem illam, ſcilicet Mineruę natiuitatem, diligenter obſeruarent, vt Deæ primi aram conderent: & ſacra facerent, quibus animum patris & puellæ armipotentis exhilararent: cùm futurum eſſet, vt qui hoc primi feciſſent, habitaturam apud ſe Deam retinerent. | τότε καὶ φαυσίμβροτος<br>δαίμων Ὑπεριονίδας<br>μέλλον ἔντειλεν φυλάξα-<br>σθαι χρέος παισὶν φίλοις,<br>ὡς ἂν Θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν<br>βωμὸν ἐναργέα, καὶ<br>σεμνὰν θυσίαν θέμενοι<br>πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν, κόρᾳ<br>τ' ἐγ-<br>χειβρόμῳ· ἐν δ' ἀρετὰν<br>ἔβαλεν, καὶ χάρματ' ἀνθρώ-<br>ποισι Προμαθέος αἰδώς. | *Tunc & illuminator mortaliũ Deus hyperionides, futuram mãdauit obſeruare neceßitatẽ filijs charis, vt Deæ primi conderent aram conſpicuam, & venerãdo facto ſacrificio, patríq; animũ oblectarẽt, puellæq; haſta frementi. Virtutem autem iniecit, & gaudia hominibus, venerandus Prometheus.* |

Verùm vt venerandus Prometheus, conſilijs quidem virtutem & lætitiam animo immittit humano:

τότε. Præcognito Iouis partu Sol ſiue Apollo iubet Rhodios dilectos filios vt primi aram ſtruant, & ſacra faciant Mineruæ: quia futurum erat vt à quibus Minerua iuſto ſacrificio culta eſſet, ibi habitaret. Rhodij autem aram quidem extruxêre, ſed ignem non attulêre. Ideò cum ignem attuliſſent Athenienſes, apud illos habitare voluit. τότε. Nimirum ἡνίκα ὁ Ζεὺς ἔμελλεν τίκτειν.

φαυσίμβροτος. Epitheton Solis à φαῦσις h.e. φῶς *lux*, & βροτὸς *mortalis*. q.d. φαῦσιν φέρων τοῖς βροτοῖς. Vox φαῦσις deducitur à φαύω Aeolico inſerto υ. pro φάω. τὸ φαίνω. hoc eſt λάμπω. Apud Homer. Heſiod. φαεσίμβροτος idem dicitur.

Ὑπεριονίδας. Dor. pro comm. Ὑπεριονίδης. Patronymicum nomen ab Ὑπερίων: de quo vide Theogon. Heſiodi. Fabulæ locum dedit, quod Hyperion quidam inſignis Mathematicus, Solis & Lunæ, aliorúmque ſyderum motus diligenter obſeruauit, & præcepta ſuis de ijs reliquit: vnde Solis pater eſt dictus, & Sol ab eo Ὑπεριονίδης, ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ ἰέναι.

μέλλον χρέος. Hoc eſt μέλλον πρᾶγμα, *rem futuram*, vt exponit Scholiaſtes. Nimirum τῆς Ἀθηνᾶς τὴν γένναν: & vt Triclinius πρᾶγμα ἐξ ἀνάγκης γενησόμενον, ἤγουν γέννησιν τῆς Ἀθηνᾶς. Vel vt idem dicit τὸ μέλλον χρέος διὰ τοῦτο λέγει, διότι ἀναγκαίως ἔμελλεν ἐκεῖ τὴν Θεὸν οἰκήσειν, ἐν οἷς ἂν πρώτοις θυσία γένηται. Hoc eſt *futuram neceßitatem ob id dicit, quod erat neceßariò futurum, vt apud eos habitaret Dea à quibus primùm facta eßent ſacra.*

παισὶν φίλοις. Dicit Scholiaſtes hos eſſe Ochimum & Cercaphum. In genere Rhodios intellige.

ὡς ἂν Θεᾷ. Iubet vt primi Mineruæ ſacra faciant, ob cauſas iam dictas. Sed cùm Rhodij arcem conſcendiſſent ignis obliti, contigit vt Athenienſes primi ſacrificarint: apud quos quondam habitauit Dea. Nihilominus honorauit Rhodios, qui ob id ſine igne ſua ſacra peragunt: & quibus Iupiter animum quem oſtenderant boni conſùlens, aureum imbrem effudit, nimirum diuitias immiſit.

βωμὸν ἐναργέα. Hoc eſt περιφανῆ, καὶ τῇ κατασκευῇ πολυτελῆ τυγχάνοντα. σεμνάν. Dor. pro comm. σεμνήν. De verbo ἰαίνω dixi antea.

κόρᾳ τ' ἐγχειβρόμῳ. Periphraſis Palladis, quam appellat haſta frementem, quia ſimul atque in lucem venit, armata quatiebat haſtam. Vox ἐγχειβρόμος componitur ex ἔγχος *haſta*, & βρέμω *fremo*. Dici poteſt *armipotens*, & *armiſona*, idque perpetuo epitheto. Nam vt Iliad. ε. legimus, πολεμήϊα ἔργα non Veneri, ſed ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει.

ἐν δ' ἀρετάν. Per tmeſin pro ἐνέβαλεν. & ἀρετάν. Dor. pro ἀρετήν. Hoc eſt ἐπέβαλε δ' ἀρετὴν καὶ ἡδονὴν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ πράγματα πρόγνωσις. Porrò eſt gnome per antitheſin qua prudentiam & obliuionem in iiſdem Rhodijs opponit, ſub notiſſimo Promethei nomine, etiam ſubintellecto Epimetheo. In hoc prudentes fuêre Rhodij, ac proinde Promethei, quòd præmoniti ſe accinxerunt ad ſacra facienda Mineruæ: ſed rurſus in eo obliuioſi ac proinde Epimethei, poſt factum ſapientes, quòd arcem conſcenderunt non allato igni: adeò vt ab Athenienſibus fuerint occupati. Hoc etiam declarabit paraphraſis.

Προμαθέως αἰδώς. Dor. pro Προμηθέως. & hæc phrasis est qualis illa βίη Πριάμοιο, seu Ἡρακλέος. vel aliorum id genus. & dicitur pro αἰδοῖος vel αἰδέσιμος προμηθεύς.

παράφρασις.

ſed interdum accedit obliuionis improuiſa nebula, quæ mentes hominum à recta rei gerendæ ratione auocat. Sic huius quidem rei præſcientia, animos illorum ſtudio Deæ lætos reddidit: ſed obliuio effecit vt aliquid ad rem gerendam neceſſarium deeſſet. Etenim Rhodij, quum in arcem aſcenderunt, ſacra in templo ibi extructo facturi, ignem non habuerunt. Quo quanuis caruerunt in peragenda re ſacra: nihilominus Iupiter & Minerua ſtudium boni conſulentes, ille adducta nube flaua, aureum imbrem effudit: hæc verò Deà cæſiis oculis artem omnem ipſis præbuit, & ſtatuariam in primis:

ἀντιστροφὴ κῶλ. ια.

ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ
λάθας ἀτέκμαρτον νέφος,
καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδὸν γ' ἔξω φρενῶν.
καί τοι γὰρ αἰθούσας ἔχοντες
σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ.
τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς,
ἄλσος ἐν ἀκροπόλει, κείνοισι μὲν
ξαν-
θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
πολὺν ὗσε χρυσόν· αὐτὰ
δὲ σφιν ὤπασε τέχναν

μετάφρασις.

*ſed ſuperuenit quædam & obliuionis improuiſa nubes, & auertit rerum rectam viam extra mentem. Etenim* Rhodij *aſcenderunt quanuis non habentes ardentis ſemen ignis. Verùm dum inſtruunt ſacrificiis igni carentibus aram in arce: illis quidem flauam adducens nebulam multum pluit aurum. Ipſa autem ipſis præbuit vt in arte*

ἐπὶ μὰν βαίνει. Per tmesin pro ἐπιβαίνει. λάθας Dor. pro comm. λήθης. ἀτέκμαρτον hoc eſt ἀπροσδόκητον. q. d. ἀλλ' ἐνίοτε καὶ τοῖς προμήθειαν λαβοῦσι, λήθης ἐπιβαίνει νέφος ἀπροσδόκητον. Quod de Rhodijs intelligendum, qui à ſole quidem præmoniti, vt Mineruæ ſacra facerent, ſimul atque nata eſſet, id quidem meminerunt, ſed, quod erat potiſſimum, ignis obliti ſunt: ſine quo, quanuis alioqui neceſſario, ſuo ſacra peregerunt.

παρέλκει. Hoc eſt, *auellit*, vt apud Plutarch. in Themiſt. παρέλκειν ἀκόντισμα, *auellere telum*, legimus. Tranſlatum igitur ab ijs quæ alicunde auelluntur. ὀρθὰν Dor. pro ὀρθὴν. & ὁδὸν pro μέθοδον.

αἰθούσας. genit. fœm. Dor. pro comm. αἰθούσης, hoc eſt καυστικῆς. Eſt autem participij verbi αἴθω. ἀνέβαν. 3. perſ. plur. Aor. 2. ἀνέβην. effertur poët. 3. perſ. pro com. ἀνέβησαν. σπέρμα φλογὸς periphraſis ignis, vt apud Homerum σπέρμα φλογὸς σώζων. Hic οὐ vltimo loco ponitur, quod eſt conſtruendum ſic primum, οὐκ ἔχοντες σπέρμα φλογός.

τεῦξαν. Neglecto augmento pro ἔτευξαν. Aor. 1. ἔτευξα verbi τεύχω. hoc eſt, κατεσκεύασαν ἐν τῇ ἀκροπόλει ναὸν σὺν θυσίαις ἀπύροις.

κείνοισι μὲν. Iupiter accepta Rhodiorum pia voluntate, remuneratione illos dignatur: & quia eſt δωτὴρ ἐάων, imbrem aureum ipſis pluit, hoc eſt, opes immittit. Præterea Pallas Minerua idem erga ſe ſtudium boni conſulens eis artes, ac in primis Statuariam communicauit. Hîc κείνοισι poët. pro ἐκείνοις, & ξανθὰν νεφέλαν. Dor. pro ξανθὴν νεφέλην. & ἀγαγὼν Part. Aor. 2. ἤγαγον per reduplicationem Atticam pro ἦγον, quæ & in modis obſeruatur. Item αὐτὰ. Dor. pro αὐτή. Nimirum Minerua, & τέχναν. Dor. pro τέχνην.

*παράφρασις.*

in qua manibus industriis optimè exercenda sic excelluerunt, vt mortales omnes superarint. Eorum autem artificum præstantia cernebatur in operibus eximijs, quæ passim in compitis vrbis extabant, tam scitè elaborata, vt viuis & gradientibus similia viderentur. Atque hinc Rhodijs obtigit ingens gloria: quibus ad hanc artem natura bene comparatis, accessit institutionis à Minerua acceptæ complementum. Et certè perfectiora edit opera, quisquis ingenij dexteritatem arte expoliuit. Siquidem qui pręceptis ingenium excoluit, maiorē solertiam doli expertem adipiscitur. Cæterùm veteres poëtarum fabulæ ferūt, Rhodum insulam, quum Iupiter, aliíque Dij terram partiebantur, nondum in mari alto manifestam extitisse: sed in salsas profunditates immersam latuisse.

*ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.*

πᾶσαν ἐπιχθονίων
γλαυκῶπις, ἀριστοπόνοις χερσὶ
κρατεῖν,
ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόν-
τεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι
φέρον. ἦν δὲ κλέος
βαθύ. δαέντι δὲ καὶ σοφία
μείζων ἄδολος τελέθει.
φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
ῥήσιες, οὔπω ὅτε
χθόνα δατέοντο Ζεύς τε, καὶ
ἀθάνατοι
φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ·
ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον
κεκρύφθαι.

*μετάφρασις.*

*omni terrestres* homines, *cæsiis oculis Dea, manibus optimè laborantibus superarent. Opera autem mortalibus gradientibus similia via* vrbis *ferebant. Erat autem gloria ingens. Edocto autem & sapientia maior expers doli est. Narrant autem hominum prisci sermones nondum quando terram partiebātur Iupiter & immortales, manifestam in profundo maris Rhodum fuiße, sed salsis in profunditatibus insulam occultatam fuiße.*

πᾶσαν. Minerua, hoc est φρόνησις, Ingenium ipsis hoc dedit, vt in omni arte superarent alios homines qui in terris degunt: præsertim verò laudat ipsos à Statuaria.

ἀριστοπόνοις. Hoc est ἄριστα ἔργα διαπονέουσι. Est etiam epitheton apis apud Phocylidem.

ἔργα δὲ. Exponit quomodo manus Rhodiorum ita fuerint industriæ. Nimirum quia in Statuaria sic excelluêre vt imagines quasi viuæ apparerent. Dicit autem Scholiastes, Rhodios huius artis fuisse inuentores: & Aristarchum affirmare, Pindarum hæc à Dædalo ad Rhodios artifices transferre, qui talia fingebant opera. Polemonem etiam referre, apud Chios quidem vinctum fuisse Bacchum: & apud Erythręos Dianæ simulachrum: vnde fama increbruit, statuas non stare in loco, sed sæpius ambulare.

ζωοῖσιν. Dat. plur. poët. pro ζωοῖς, ἑρπόντεσσιν. Dat. Ion. & poët. pro ἕρπουσι à partic. ἕρπων, verbi ἕρπω. κέλευθοι, hoc est ἄμφοδα, *compita*, in quibus positæ erant statuæ multæ. Dicit Plin. c.7. l.34. suis temporibus tria signorum millia Rhodi fuisse.

κλέος βαθὺ, hoc est μέγα. Inter cæteros Rhodiorum artifices Protogenes fuit celeberrimus, ob quem Rhodum Demetrius non incendit, ita vt

dum

dum eius picturæ parceret, eum victoriæ fugerit occaſio. author Plin. l. 34.c.10. Nuncupantur inter eximios ſculptores, Ageſander, Polydorus, & Athenodorus Rhodij.

δαέντι. Rectè etiam in genitiuo diceretur δαέντος à δαεὶς partic. Aor. 2. ἐδάην verbi δαίω. Hæc autem gnome ſic declaranda, τῷ δὲ μαθόντι εὐφυεῖ ὑπάρχει σοφία μείζων καὶ ἁπλῆ. Sic Rhodij natura ad Statuariam comparati, addita Mineruæ inſtitutione, proinde coniunctis natura & arte, præſtantiſſimi artifices euaſerunt. De arte & natura vide quæ annotauimus Od. 2. ſtroph. 5.

ἄδολος expono ἁπλῆ *ſimplex, ingenua, ſine dolo.* τελέθει. 3. perſ. à verbo τελέθω poëtico pro comm. εἰμὶ.

Φαντὶ. Dor. pro φασὶ 3. perſ. plur. à verbo φημὶ. Hîc fabulam illam exponit de origine Rhodi, quomodo in ſortem Apollini ceſſerit.

παλαιαὶ ῥήσιες. Hoc eſt παλαιοὶ λόγοι ποιητῶν. Nam teſte Scholiaſte, cùm nondum extarent ſcriptores hiſtoriarum, poëtæ acceptis ijs quæ in vrbibus facta erant, idque à ſenioribus quibus innotuerant omnia per longinquitatem temporis, hiſtorias verſibus mandabant.

δατέοντο. Neglecto augmento pro ἐδατέοντο 3. perſ. imperfect. plur. à verbo δατέομαι, *diuido, partior*, μερίζω, διανέμω. A poëtis vſurpatur vt in Theogo. Heſiodi, ἀποφθιμένου δ' αὖ διὰ κτῆσιν δατέονται. Vide magn. Etymol.

πελάγει. De voce πέλαγος Dicam obiter Etymologon petere etymon hinc quaſi deducatur à τῆλε τῆς γῆς. vt ſit πέλαγος quaſi τήλαγος. Eſt enim altum, maris pars remotior à terra, vnde etiam πέλαγος dictum putant μὴ πέλας τῆς γῆς ὄν. Hinc πέλαγος τῆς θαλάσσης *profundum maris*: quale nempe eſt in medio. Sed petendum putem etymon ab Hebraico verbo *pilleg* diuiſit. vnde *peleg* riuus.

παράφρασις.

Sed cùm Sol abeſſet interim dum altero in Hemiſphęrio curriculum abſoluebat, nullus Deorum meminit illi relinquendam eſſe ſortem: Deúmque illum qui ſuis radijs omnia repurgat & illuſtrat, regionis exortem prætermiſerunt. Quod cùm Ioui in memoriam reuocaſſet, Iupiter ſortitionem iterare ſtatuebat. Sed Sol non paſſus eſt: quia dixit ſe videre in cano mari è fundo ſeſe attollentem terram, quæ multis hominibus alendis eſſet idonea, & iucunda pecudibus pabula procreare poſſet.

στροφὴ δ. κῶλ. ια.

ἀπεόντος δ' οὔτις ἔν-
δειξεν λάχος ἀελίου.
καί ῥά μιν χώρας ἀκλά-
ρωτον λίπον ἁγνὸν Θεόν.
μναθέντι δ', Ζεὺς ἄμπαλον μέλ-
λεν θέμεν. ἀλλά μιν οὐκ
εἴασεν· ἐπεὶ πολιᾶς
εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσας
αὐξομέναν πεδόθεν
πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ-
ποισι, καὶ εὔφρονα μήλοις.

μετάφρασις.

*Abſentis autem nemo indicauit ſortem Solis: atque illum regionis exortem reliquerunt caſtum Deum. Recordato autem Iupiter reſortitionem erat facturus: ſed ipſi non permiſit: quoniam cano dixit aliquam ſe videre in mari creſcentem è fundo maris terram multialtricem hominibus, & ſuauem pecudibus.*

ἀπεόντος. Absente Sole videlicet, cùm sub terra esset, aliud Hemisphærium illustrans, suúmque curriculum emetiens.

οὔπις. Hoc est οὐδὲ εἷς scilicet τῶν Θεῶν. & ἔνδειξεν pro ἐνέδειξεν, hoc est ὑπέμνησε videlicet τὸν Δία *Iouem*, ὥστε αὐτῷ τὴν μερίδα φυλαχθῆναι. *vt ipsi sors seruaretur.*

ἀελίῳ. Dor. pro comm. poët. ἠελίῳ. ab ἠέλιος pro ἥλιος.

καί ῥά μιν. Hoc est, καὶ ἄμοιρον χώρας κατέλιπον αὐτόν. Hic ἀκλάρωτον pro ἀκλήρωτον ex α. priuat. & κληρωτὸς *sorte factus.* λίπον ἁγνόν. neglecto augmento pro ἐλίποντο. Aor. 2. med. verbi λείπω.

ἁγνὸν Θεόν. Castum Deum, appellat Solem ab effectu, quòd possit suis radijs purum reddere, non quòd per se sit purus, inquit Schol. & Triclinius.

μνασθέντι. Dor. pro μνησθέντι. nempe τῷ ἡλίῳ. & simplex pro composito ἀναμνησθέντι. Hoc est εἰς ἀνάμνησιν ἐλθόντι.

ἄμπαλον. Vox ἄμπαλος est poëtica, per syncopen pro ἀνάπαλος ex ἀνά, quæ particula in compositione significat iterationem, & πάλος, hoc est, κλῆρος, vel κλήρωσις *sors, sortitio:* & ἀνάπαλος proinde sumitur pro communi ἀνακλήρωσις *repetita sortitio.* μέλλεν neglecto augmento pro ἔμελλεν. & θέμεν Ion. & Dor. pro θεῖναι. Iouem autem hîc vt æquitatis regulam proponit: qui alium sua sorte nolit fraudari.

ἀλλ' οὐ. Nimirum ὁ ἥλιος τὸν Δία. Non permisit Sol Ioui vt sortitionem iteraret: ratio sequitur, quia vidit terram aquis obrutam, quæ si emergeret, alendis hominibus multis, & pecudibus esset idoneæ.

πολιᾶς. De hoc maris epitheto, vide quæ annotauimus in πολιᾶς ἁλός, antistr. 3. Od. 1. θαλάσσας Dor. pro θαλάσσης. & αὐξομέναν. Dor. pro αὐξομένην: deinde πεδόθεν. Hoc est ἀπὸ τοῦ πέδου, nimirum τοῦ πυθμένος.

πολύβοσκον. Vox poëtica πολύβοσκος hoc est, πολλοὺς βόσκων seu φέρων: pro qua etiam dicunt πολυβότειρα. Aliud attributum huic solo εὔφρονα μάλοις hoc est ἡδεῖαν πᾶσι ζώοις ἀλόγοις. Dor. μάλοις pro comm. μήλοις.

παράφρασις.

Tum protinus exegit à Lachesi, aureo reticulo insigni, vt porrecta manu per Stygiam paludem, maximum & sanctissimum Deorum iuramentum iuraret nec falleret, sed cum Ioue annueret, insulā illam quum è mari emersisset, & in lucem prodiisset, sibi pro præmio in sortem obuēturā. Hæc autem petitio optatum euentum est sortita: Vtq; vera loquebatur Sol quū dicebat se in mari profundo videre terram, sese ad emergendum attollentem: sic eā postulatā impetrauit. Atq; emersit quidē ē mari humido insula

ἀντιστρ. κώλ. ια.

ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
χεῖρας ἀντεῖναι· Θεῶν δ' ὅρκον μέγαν μὴ παρφάμεν·
ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι,
φαεινὸν ἐς αἰθέρα μιν
πεμφθεῖσαν, ἑᾷ κεφαλᾷ
ἐξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. τελεύτασαν δὲ λόγων κορυφαί,
ἐν ἀλαθείᾳ πεσοῖσαι.
βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς

μετάφρασις.

*Iußit igitur statim aureo redimitam reticulo Lachesin manus porrigere, Deorumq́; iusiurandū magnū nō fallere: sed cū Saturni filio annuere, lucidū in æthera ipsam emißā, suo capiti in posterū præmiū fore. Perfecta autem fuerūt verborū capita in veritate cadētia. Emersit enim ex mari humido*

ἐκέλευσε. Apollo, siue Sol pro sua portione Rhodum petit, à Ioue & Lachesi ad magnum iuramentum adactis. Statim autem impetrata petitione, insula è mari emergit. Rectè autem λάχεσιν proponit, quia de sorte περὶ τῆ λάχες hoc est τῆ κλήρε est sermo. Illa enim Dea dicitur ἀπὸ τῆ λαγχάνειν. Appellat illam χρυσάμπυκα hoc est τιμίαν: decus enim addit, ornamentum. De hac voce antea diximus.

χεῖρας ἀντεῖναι pro ἀνατεῖναι. A verbo ἀνατείνω. *porrigo*. Moris autem etiam olim fuit iurantibus manus attollere & porrigere: sumptum & translatum illud à foro iudiciali. Nam ibi quū quis legem aut decretum pro republ. faciebat, si bonum & conducibile videretur præfectis, illud extensa manu confirmabant.

Θεῶν δ' ὅρκον. Deorum iuramentum est quod fit per Stygiam paludem inferorum, per quam peierare non licebat: vnde Odyss.5.

στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος
Ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Qui autem peierassent, per quoddam tempus à Deorum epulis abstinebant, vt refert Hesiod. in Theog.

μὴ παρφάμεν. Hoc est μὴ παραλογίζεσθαι, ἀπατῆσαι, παραπεῖσαι. Est autem infinit. Aeol. & Dor. formatus à comm. παραφάναι à verbo παράφημι. *decipio*. pro παρφάναι sæpius vsurpatur παρφάσθαι. vt apud Homer. μνηστῆρας μαλακοῖς ἐπέεσσι παρφάσθαι.

ἀλλά. Sic expone, ἀλλὰ σὺν Διὶ κατανεῦσαι ἀναδοθεῖσαν εἰς ἀέρα λαμπρὸν, ἑστάσθαι γέρας αὐτῷ ἐς τὸ ἔπειτα. Cæterùm φαεινὸν dicit poët. pro φαεινὸν dempto ι. & hoc fit à φαείνω, quod à φαίνω. ἑᾷ κεφαλᾷ Dor. pro ῇ κεφαλῇ hoc est αὐτῷ. ἑὸς Ion. & poët. pro ὅς.

τελεύτασαν. Dor. & neglecto augmento pro ἐτελεύτησαν, hoc est ἐτελειώθησαν. αἱ κορυφαὶ hoc est τὰ τέλη seu ἀποκαταστάσεις ῆ λόγων, seu etiam τὰ κεφάλαια *capita*. Durior autem est metaphora quum αἱ κορυφαὶ λόγων appellantur petitiones vel postulata.

ἐν ἀλαθείᾳ πεσοῖσαι. Dor. pro comm. ἐν ἀληθείᾳ πεσοῦσαι hoc est ἀποβᾶσαι.

βλάστε δέ. hoc est ἀνέδυθη. Narratio eorum quæ sequuta sunt petitionem. Dicitur autem βλάστε. Neglecto augmento pro ἔβλαστε 3. pers. Aor. 2. ἔβλαστον verbi βλαστέω inusitati pro βλαστάνω vsitato, & à βλαστέω sua tempora mutuante.

| στροφὴ. | ἐπωδ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quam obtinet genitalis ille radiorum ardentium pater, & equorum ignem spirantium rector. vbi olim compressa Rhodo Nympha septem genuit liberos nempe Cercaphum, Actim, Ma- | νᾶσος· ἔχει τέ μιν ὀ-<br>ξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ,<br>πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.<br>ἔνθα Ῥόδῳ ποτὲ μιχθεὶς<br>τέκεν ἑπτὰ, σοφώ- | *insula: obtinet q; eam acutorum generator radiorum pater, ignem spirantium dux equorū. Vbi Rhodo* Nymphæ *aliquando mixtus genuit* |

careum, Tenagem, Triopem, Phaëthôtem, & Ochimũ, qui priscorum virorum tempore magno valuerunt ingenij acumine & solertia, & sapientissimi fuerunt. Quorum vnus, videlicet Cercaphus ex Cydippe Ochimi filia genuit natu maximum Ialysum, deinde Camirum, tertiò Lindũ, qui patria terra in tres partes diuisa, separatim ac priuatim vrbes suas incoluerunt: eásque sedes singuli à sese denominarunt.

τατα νοήματ᾽ ἐπὶ προτέρων
ἀνδρῶν παραδεξαμένους,
παῖδας. ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
πρεσβύτατόν τε Ἰά-
λυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ᾽. ἀπά-
τερθε δ᾽ ἔχον,
διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρωΐαν
ἀστέων μοῖραν. κέκληνται δέ
σφιν ἕδραι.

*septem liberos qui sapiẽtissimas cogitationes tẽpore antiquorum virorũ acceperũt. Quorum vnus quidem Camirum, & maximum natu Ialysum genuit, Lindũq́; separatim autem habitabant, terrã trifariam dispartiti, paternam vrbium sortem. Vocatæ sunt autem ab illis sedes.*

ἔχει τι. Hoc est, ἔχει δ᾽ αὐτὴν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων καυστικῶν πατήρ. Hæc est declaratio euentus petitionis. Petitam in sortem suam Apollo obtinet Rhodum, sicuti iuratum fuerat. Addit poëta elegantem. Solis περιγραφὴν, quum *genethliũ* vocat, quem M. Cato *genitiuum Apollinem*: quia generationi & vitæ fauet animantium: vnde à Philosopho dictum *Sol et homo faciunt hominem*. Et fuit cultus apud Delios *Apollo genitor*, ad cuius aram nullum animal cædebatur, solùm prece solenni eum venerabantur.

ὀξειᾶν. Dor. genit. pro comm. ὀξειῶν. hoc est πυρωτικῶν, inquit, Schol. τὴν γὰρ ὀξύτητα καὶ ἐπὶ πυρώσεως λέγομεν. Triclinius exponit καυστικῶν vel ταχειῶν.

πῦρ πνεόντων. Quia Sol fons est caloris, ideo eius equos ignem spirare fingit: & more poëtico equos ei adscribit, quos apud Ouid. 2. Metam. quatuor legas.

*Interea volucres, Pyrois, Eous, & Aethon*
*Solis equi, quartusq́; Phlegon, hinnitibus auras*
*Flammiferis implent.*

vno vocabulo dici potuisset πυριπνόον.

ἔνθα Ῥόδῳ. Refert quæ sequuta sunt postquam impetrata est insula. Rhodum nympham insulæ cognominem compressit, & ex ea septem filios suscepit, qui sunt hi: Cercaphus, Actis, Macareus, Tenages, Triopes, Phaëthon secundus, & Ochimus.

σοφώτατα νοήματα hoc est σοφωτάτους: quæ posteritatis est commendatio petita à solertia, rerúmque inuentione. Hæc autem σοφώτατα νοήματα dicit παραδεξαμένους accepisse ἐπὶ τῶν προτέρων ἀνδρῶν, hoc est ἐπὶ τῶν ὑπαρχόντων ἐν ἐκείνοις χρόνοις ἀνθρώπων. Id est, *qui sapientißimas inuentiones excogitarunt, temporibus illis quibus priores homines existebant.*

ὧν. Nimirum ex quibus Solis filijs vnus, Camirum, Ialysum, & Lindum genuit: quare hi tres non υἱοὶ, sed υἱωνοὶ fuerunt Solis. Vnus autem hic ex illis septem, trium horum pater fuit Cercaphus, qui eos ex Cydippe Ochimi filia suscepit.

διὰ γαῖαν. per tmesin pro διαδασσάμενοι à διαδάζομαι. geminatur autem σ.

metri causa in hoc Aor.1.med.particip. τείχα, hoc est, εἰς τρία μέρη. & singuli suam à se partem denominarunt. Vide locum citatum Il.2.

ἀπάτερθε. hoc est χωρὶς, seu ἰδίᾳ. κέκληνται, Hoc est ἐπωνομάσθησαν. & ἕδραι. Hoc est πόλεις in quibus sedes suas posuerant.

παράφρασις.

Illa in insula Tlepolemo Tirynthiorum & Argiuorum regi constituuntur diuini honores, qui sint tanquam iucunda sedatio miserandæ calamitatis, quam vagis erroribus à patria exulando expertus erat. Etenim ei tanquam Deo, relatis ex Troia eius ossibus, templum condiderunt, sacrificia nidorosa magno apparatu peragenda instituerunt, & certamina dedicarunt: in quibus victor Diagoras alba populo bis est coronatus, præter quàm quòd inclytis in Isthmijs quater prosperè rē gessit: Nemeis quoque bis vna serie est potitus, & in asperæ ac petricosæ Atticæ certaminibus excelluit.

στροφὴ ε. κῶλ. ια.

τόθι λύτρον συμφορᾶς
οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
ἵσταται Τιρυνθίων ἀρ-
χαγέτᾳ, ὥσπερ Θεῷ,
μάλων τε κνισᾶεσσα πομ-
πὰ,
καὶ κρίσις ἀμφ' ἀέθλοις.
τῶν ἄνθεσι Διαγόρας
ἐστεφανώσατο δίς. κλεινᾷ τ' ἐν
Ἰσθμῷ
τετράκις εὐτυχέων.
Νεμέᾳ τ' ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ.
καὶ κρανααῖς ἐν Ἀθάναις.

μετάφρασις.

*Ibi liberatio calamitatis miserandæ iucunda Tlepolemo constituitur Tirynthiorum duci, tanquam Deo, ouiúmque nidore plena pompa, & de certaminibus iudicium, quorum floribus Diagoras fuit bis coronatus, inclytáque in Isthmo quater prospera vtens fortuna: Nemeáque aliam coronam super aliam. & asperis in Athenis.*

τόθι hoc est αὐτόθι, ἐκεῖ, nimirum in illa Insula Rhodo. Est autem regressio ad Tlepolemum, vnde digressus erat, quem à Rhodijs post mortem honorificè cultum dicit, institutis ipsi diuinis honoribus, quia dicata sunt sacra, & ludi publici.

λύτρον. Hoc sume pro λυτήριον: vt Schol. Vel vt Triclinius pro παῦλα, ἐλευθερία. Nam honores illi Tlepolemo exhibiti, erant veluti remedium quo exilij malo soluebatur: ac veluti finis & sedatio laborum in exilio exantlatorum. Alioqui λύτρον est redemptionis præmium quod pro captiuis soluitur.

συμφορᾶς. Hoc est πλάνης ἧς ἐπλανήθη *erroris quo vagatus est*, donec ad hanc Insulam venisset, vbi posuit pedem, & vixit.

γλυκὺ. Dulcem hanc laborum sedationē vocat, quia nihil est iucundius quàm quum πένθος πιτνεῖ βαρὺ κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν. Vtor autem verbis Pindari, quæ extant strophe 2. Od. 2. Olymp.

Τιρυνθίων ἀρχαγέτᾳ. Hoc est vt Schol. interpret. Ἀργείων ἡγεμόνι. Nam Tirynthi & Argis regnauit. Est autem dati. Dor. pro ἀρχαγέτῃ.

μάλων. Dor. pro μήλων. Quanquam autem μῆλον propriè significat ouem: hîc tamen pro pecude quauis sumitur, quæ mactari & sacrificari soleat, κνισᾶεσσα πομπὰ dicitur ἑορτὴ κνίσσης μετέχουσα. Ἑορτὴ autem vocatur hîc πομπὴ quia sacrificium in ludis magno celebratur apparatu.

ἢ κρίσις. Hoc eſt κρίσις ἐπ᾽ ἀγῶσι. Intelligit autem Tlepolemia. Nam militantibus aduerſus Troiam Græcis, eò cum Rhodijs profectus eſt Tlepolemus. Cuius oſſa, cùm ibi mortuus eſſet, Rhodum retulerunt: eíque tanquam eius conditori templum condiderunt, & celebritatem anniuerſariam, nimirum Tlepolemios ludos inſtituerunt, in quibus corona ex populo alba in præmiũ dabatur.

τῶν. Hoc eſt ὧν τινων τληπολεμίων ἀγώνων ἄνθεσι δὶς ἐστεφανώθη. Annotat autẽ Schol. Pindarum encomij gratia ludos Soli ſacros ad Tlepolemum transferre, qui celebrabantur à pueris viríſquè vigeſimo quarto die menſis Gorpiæi, hoc eſt Septembris. Cæterùm hîc obſeruanda ἐπαίοδος ad laudes Diagoræ ſumptas à varijs variorum certaminum victorijs, Tlepolemiorum, Iſthmiorum, Nemeorum, & Atticorum.

νεμέᾳ τε. Hoc eſt ἐν νεμέᾳ νίκην ἄλλην ἐπ᾽ ἄλλῃ ἔσχεν. Nimirum bis vicit, non ex interuallo, ſed reportata prima victoria, proximè etiam ſequenti certamine coronam eſt adeptus.

ἢ κρανααῖς ἐν Ἀθάναις. Per ſynecdochen Athenas pro tota Attica ſume, vt ſit pro ἐν πετρώδει, καὶ καταξήρῳ Ἀττικῇ. Vbi celebrabantur Panathenęa, Heraclea, Eleuſinia, & Panellenia: quæ omnia fortè vicit Diagoras, ſiquidem nihil Pindarus certi determinat.

παράφρασις.

Ipſum quoque victorem nouit ſcutum illud æreum quod pro Iunoniorum victoria accepit. Nouerunt etiam Lycea quæ in Arcadia, Iolæa & Herculea quæ Thebis, legitimáque Bœotiorum certamina: & Aeacea quæ in Aegina, & Theoxenia quę in Pellena deuicit. Eiuſdémque omnium frequentiſſimè apud Megarẽſes, lapideis columnis ob crebras victorias eſt inſculptum nomen. Cæterùm ô Iupiter pater qui in ſummo Atabyrij mõtis Rhodij vertice, erecta tibi ſtatua dominaris, meo carmini encomiaſtico honorem confer, illíque viro qui victoriam Olympicam eſt adeptus,

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ὅ, τ᾽ ἐν Ἄργει χαλκὸς, ἔ-
γνω μιν, τά τ᾽ ἐν Ἀρκαδίᾳ
ἔργα καὶ Θήβαις, ἀγῶνές
τ᾽ ἔννομοι Βοιώτιοι.
Αἴγινα, Πελλανά τε νικῶν-
θ᾽ ἑξάκις. ἐν Μεγάροι-
σί τ᾽ οὐχ ἕτερον λιθίνα
ψᾶφος ἔχει λόγον. ἀλλ᾽ ὦ Ζεῦ πά-
τερ νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
μεδέων, τίμα μὲν ὕμνου
τεθμὸν, Ὀλυμπιονίκαν

μετάφρασις.

*Et quod* datur *Argis æs nouit eum, Arcadiæque opera & Thebarum, certamináque legitima Bœotia; Aegina, Pellenéque vincentem ſexies: & apud Megara non aliud lapideus nomen habet calculus. Sed ô Iupiter pater, cacuminì Atabyrij dominans, honora hymni legem, Olympiorúmque victorem.*

ὅ, τ᾽ ἐν Ἄργει. Aliarum victoriarum συναθροισμός. Argis æs ipſum nouit, hoc eſt ἐν ἑκατομβαίῳ ἀγῶνι ἀσπὶς χαλκῆ αὐτῷ δέδοται. Argis celebritas erat Iunonis. Hæc ſacra Iunonia, vel Hecatombæa vocabantur: quòd centum boues Deæ immolarentur. Præmium erat ſcutum æreum, & myrthea corona. Hæc inſti-

tuit Archinus, in quibus lex erat vt immolati boues per frusta ciuibus omnibus distribuerentur.

τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ. In Arcadia erant Lycæa, Coria, Alcæa, præcipua tamen Lycæa à Lycaone instituta, in Lycæi Iouis honorem, vbi ærea arma erant victoriæ præmium. ἔργα autem iunge cum ἔγνω μιν. & sume pro ludis.

καὶ Θῆβαις. Thebis celebrabantur Iolæa, & Herculea: præmium erant æreus tripus.

Βοιώτιοι. Plurali numero loquitur, quia complures erant ludi in Bœotia, in quibus vicit Diagoras. Erant in Oropo Amphiarai, in Lebadea Trophonij, in Platæis Eleutherij, in Thespijs Erotidij.

Αἴγινα. In Aegina Insula, Aeacea Aeaco sacra celebrabantur. In Pellena Theoxenia, vel Hermæa: erátque præmium chlæna.

ἐν Μεγάροισι. In Megaris omnium frequentissimè vicit Diagoras: argumento est, quod nullius nomen frequentiùs reperitur columnis adscriptum quàm Diagoræ. Moris enim erat victorum nomina columnis insculpere.

λιθίνα ψᾶφος. Dor. pro comm. λιθίνη ψῆφος: & τὴν στήλην his verbis intelligit, cui victoris nomen ex iudicum suffragijs incidebatur. ἕτερον λόγον hoc est ἕτερον ὄνομα. Vndecim autem colliguntur hîc victoriæ.

ἀλλ' ὦ Ζεῦ. Epilogus continens εὐχήν. Quod frequenter in suis Odis facit author. Iouem autem *patrem* appellat à beneuolentia erga viuentia: & à dignitate: nam dicitur, *diuûm pater, atque hominum rex*. Tribuit ipsi dominium νώτοισιν iuga Atabyrij, qui mons est Rhodi, à quo Iupiter qui illic colitur, dictus est Atabyrius, authore Stephano. Est & Siciliæ Atabyrion, vt tradit Timæus in Scholijs. In illo autem Rhodio Atabyrio dicit Scholiastes, esse boues æneas, quæ siquid absurdi fiat statim mugiant.

τίμα. Propositio epilogi, vt placidè admittat hoc carmen, & Diagoræ Olympionici curam gerat. ὕμνου τεθμόν appellat ipsum hymnum, quo pro more & legitimè laudat egregium virum.

παράφρασις.

& virtutis laudem ex pugilatu nactus. Da etiam eidem Diagoræ, vt cùm ciues, tum exteri reuereantur ipsum, siquidem ab iniuria declinans, rectum iustitiæ tramitem calcat & insistit. Túque anime mi, qui compertum habes, quàm præclaris monitis rectæ proborum eius maiorum mentes, ipsum ad virtutis auitæ imitationem incitarint, ne reticeas Diagoram nobile

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

ἄνδρά τε, πὺξ ἀρετὰν
εὑρόντα. δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν
καὶ ποτ' ἀστῶν, καὶ ποτὶ ξείνων. ἐπεὶ ὕβριος ἐχθρὰν
ὁδὸν εὐθυπορεῖ.
σάφα δαεὶς ἅτέ οἱ πατέρων
ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
ἔχραον, μὴ κρύπτε κοινὸν
σπέρμ' ἀπὸ Καλλιά-

μετάφρασις.

*virum, pugilatu virtutem nactum: dáque ei venerandam gratiam, à ciuibus, & ab hospitibus: quia iniuriæ inimicam viam rectà incedit. Certò sciens, & quæ ei patrum iustæ mentes proborum vaticinabantur, ne occultes notum passim genus à Callianacte,*

notúmque omnibus genus ducere à Callianacte, & ab Eratidis qui decus à Gratijs acceperunt. Cæterùm etiam in vrbe Rhodiorum festa conuiuia ad voluptatem & recreationem celebrantur: verùm vna eadémque diei hora, breuíque tẽpore, rerum status & cõditio subinde mutatur, ita vt quod incommodum modò accidit, mox in melius verti possit, & contrà.

νακτος, Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρί-
τεσσιν. ἔχει
θαλίας, καὶ πόλις· ἐν
δ' μιᾷ μοίρᾳ χρόνου
ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖ-
ραι.

*Eratidarum cum gratijs. Habet & ipsa vrbs festa conuiuia. In vna autem parte temporis aliàs aliæ ingruunt auræ.*

αἰδοῖα τε. Causa cur petat à Ioue vt Diagoram honore prosequatur: quia pugilatu in Olympijs prævaluit, ἀρεταν Dor. pro comm. ἀρετὴν.

δίδοι τε. Hoc est δίδου αὐτῷ χάριτος αἰδεσίμου τυχεῖν, καὶ παρὰ τῆ πολιτῶν, καὶ παρὰ τῆ ξένων. De voce δίδοι vide Od.1.Epod.3.in hæc πρᾶξιν φίλαν δίδοι. Porrò alterum est petitionis caput: nimirum vt tum ciuibus suis tum exteris sit gratus & acceptus, eorúmque beneuolentia potiatur. ποτὶ Dor. pro πρὸς.

ἐπεὶ ὕβριος. Causa cur debeat petitionem concedere. Quia Diagoras iustitiæ rectum iter ingreditur: hoc est, rectus & iustus est. Etenim hæc iustitiæ descriptio petitur à contrario, quum dicit *viam iniuriæ contrariam rectà tenet*. Estque εὐθυπορεῖν ὁδὸν, τὸ, κατ' εὐθεῖαν πορεύεσθαι.

σάφα δαεὶς. Triclinius hæc quoque ad Iouem dici putat. Sed Scholiastes & cum eo Leonicerus & Aretius apostrophen poëtæ ad se ipsum hic agnoscunt. q.d. σαφῶς γνοὺς ἅτινα αὐτῷ, αἱ τῶν ἀγαθῶν αὐτῆ πατέρων ὀρθαὶ φρένες ἐξεχρησμῴδουν καὶ παρῄνουν, μὴ ἔα κρύβειν δὰ διάδηλον καὶ ἔνδοξον γένος ἀπὸ τῆ Καλλιάνακτος, ἅμα ταῖς τῆ Ἐρατιδῶν χάρισι. Quòd si est apostrophe Pindari ad se ipsum, distinguenda est sententia posito puncto ante σάφα & antè μὴ κρύπτε, cõmate. Porrò hic notanda laus Diagoræ à maioribus, qui vt pij & sancti erant, piè sanctéque Diagoram monebant, vt virtutis viam rectam calcaret.

Καλλιάνακτος. Callianax & Eratidæ fuerunt ex maioribus Diagoræ. Atque ab Eratida Diagoræ progenitore eiusdem nominis tribus Rhodi est. Est autem genit. Dor. pro Ἐρατιδῶν. & χαρίτεσσιν Ion. & poët. dat. pro χάρισιν. Per Gratias autem intelligit vel beneficentiam, vel quamuis aliam virtutem à Gratijs acceptam: cùm ab ijs omnia τερπνὰ καὶ γλυκέα procedant: εἰ σοφὸς vt 14. Od. huius libri loquitur poëta.

ἔχει θαλίας. Celebrat strictim Rhodiorum conuiuia, illa quidem festa totíque ciuitati communia, ad recreationem instituta: sed quæ ita se habeant, vt aliqua molestia, propter variam rerum mutabilitatem perturbentur, siquidem vna hora, aliæ aliàs auræ in diuersum spirant. Admonet autem Scholiastes, hæc dici, quasi quiddam subtriste, calamitosúmque Diagoræ lætitiæ interuenerit. Qua sententia victorem consolatur, vt quanuis nunc aduersi quidpiam sit expertus, meliora tamen postea fore speret, siquidem non solùm ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μητήρ: sed etiam, ἐν μιᾷ μοίρᾳ χρόνου, ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσοισιν αὖραι. De hac gnome vide 2. antistroph. Od.2. Olym. ῥοαὶ δ'. &c.

ἐν δὲ μιᾷ hoc est, ἐν μιᾷ ὥρᾳ βραχεῖ τε χρόνῳ τὰ πράγματα ἄλλοτε ἄλλως διατίθε[ται] καὶ

καὶ ὁρμῶσιν ἄλλοτε ἄλλαι μεταβολαὶ, καὶ εἴπι συμβέβηκε λυπηρὸν, ταχέως ἐπὶ τὸ κρεῖττον τρέπεται. Sumpta autem est metaphora à ventis qui ſubinde mutantur.

διαιθύσσοισιν. Verbum διαιθύσσω poët. eſt pro ὁρμάω. Magn. Etym. αἰθύσσειν, καὶ ἀναιθύσσειν interpretatur ῥίπτειν, πλεῖν, φέρεσθαι, ἀπὸ τῆς αἰθύιας ἐναλίας κορώνης. Idem ἀνασείειν, ἀνακινεῖν, vt Eurip. Troad. verſ. 344. ἀναιθύσσειν φλόγα, *flammam* vel *facem accenſam agitare*. Sic autem formari videtur αἴθω, τὸ καίω, καὶ λάμπω, hinc αἰθύω, tum αἰθύσσω. Compoſitum διαιθύσσω hîc ſumitur pro μετὰ μεγάλης καὶ σφοδρᾶς ὁρμῆς φέρομαι. Vide vulgata Lexica.

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ ΠΑΛΑΙΣΤῆ, καὶ Τιμοσθένει παλαιςῆ, καὶ Μελησίᾳ ἀλείπτῃ.

ALCIMEDONTI PALAEſtritæ, & Timoſtheni palæſtritæ, & Meleſię vnctori.

ΕΙΔΟΣ η.

ODE VIII.

## ARGVMENTVM.

*VNa, quod aiunt, fidelia duos parietes dealbat. Non enim vnum, ſed tres ſimul vno encomio complectitur, fratres duos, Alcimedontem qui in Olympijs, Timoſthenem qui in Nemeis lucta eodem tempore vicerunt. Præterea Meleſiam vnctorem eorúmque præceptorem, quem non ſolùm à priuatis victorijs laudat, ſed cui etiam adſcribit quas eius diſcipuli reportarunt.*

| παράφρασις. | ςροφὴ α. κῶλ. θ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| O Elidis metropoli Olympia, quæ egregias ex oleaſtro coronas præbes Olympicorum certaminum victoribus: quæque | Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων Ολυμπία,<br>Δέσποιν' ἀλαθείας. ἵνα μάντιες ἄνδρες, | *O mater aureas coronas accipientiũ certaminum Olympia, domina veritatis: vbi* |

es domina veritatis, apud quā Iamidæ, cōcisis corijs, lorisque in ignē coniectis, Iouis lucidum velóxque fulmen torquentis, per certas coniecturas mētem explorant, an rationem sit habiturus hominum, qui magnæ virtutis præconinm ex Olympica victoria consequi cupiunt, & post labores respirare, & otio ac tranquillitate frui.

ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι, παρ-
πει-
ρῶνται Διὸς ἀργικεραυνου,
εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων
πέρι
μαιομένων μεγάλαν
ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν.

*vates victimis incensi exploratēs, periculum faciunt* mentis *Ioui velociter fulminantis, siquam habeat rationem hominum quærentium magnam virtutem animo consequi: à laboribus autem respirationem.*

Αλκιμέδοντι. Quæritur quare tres vno hymno sit complexus. Ratio hæc esse potest, quia fratres fuerunt priores duo: præceptor illorum, tertius: deinde communem habuerunt patriam: præterea eodem tempore vicerunt, quanquā diuerso in loco certaminum: tandem quia fortè non habuit ἀξιολόγους ἀφορμὰς amplum satis argumentum quod de singulis caneret. Verùm omnium certissima ratio, quia sic placuit poëtæ. Αλκιμέδων, inquit Aretius, nomen habet à cura roboris, nam ἀλκὴ est *robur* & μῆδος *cura*. Verùm errare videtur, nisi faciat vt μῆδος systolen in composito patiatur. Ideò malim à μέδων participio verbi μέδω vel μεδέω *rego, impero, curo*, & ἀλκὴ *robur* deducere. Hi duo fratres Olympiade octogesima vicerunt, vterque palæstra.

Μελησίᾳ ἀλείπτῃ. Hunc quoque fuisse παγκρατιαστὴν dicit Scholiastes. Sed hîc ἀλείπτης duntaxat dicitur, Alcimedontis & Timosthenis procul dubio præceptor. Fuit autē Aliptes, (nā & Græca voce in Epist. ad Lentulū vtitur Cicero) peculiare nomen vnctoris athletarum in gymnasio, qui non solùm vngendi officio fungebatur, sed gymnasij magister erat, qui athletis epulandi & exercendi leges dabat. His omnibus vna fuit patria, scilicet Aegina Insula.

ματερ. Dor. pro μῆτερ. Exorditur per apostrophen ad Olympiam vrbem quę mater dicitur, authore Scholiaste, tum quòd Elidis esset μητρόπολις, tum quòd certamen Olympicum esset omnium clarissimum.

χρυσοστεφάνων. *Aureas coronas*, hoc est, *elegantes & pulchras* appellat, sumpta metaphora, ab auro præstantissimo metallo: vt χρυσέη ἀφροδίτη, *aurea*, hoc est, *pulchra* vocatur ab Homero. Exponitur καλλιστεφάνων, ab olea quæ ἐλαία καλλιστέφανος dici solebat.

δέσποιν' ἀλαθείας. Domina veritatis Olympia nuncupatur, quòd Iamidæ vates ibi responsa darent Iouis numine afflati: de quibus vide superiùs Ode 6.

ἵνα μάντιες. Fusiùs exponit quomodo veritatis domina sit Olympia: nimirū ob certam illam πυρομαντίαν ex qua vates futura conijciebant, ἵνα h.e. ὅπου.

παρπειρῶνται, hoc est πεῖραν λαμβάνουσι, καὶ ἐπιζητοῦσι μαθεῖν, σημεῖα διὰ τῶν ἐμπύρων εὑρίσκοντες, εἰ ὁ Ζεὺς ἀργικέραυνος ἔχει λόγον τινὰ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπιθυμούντων μεγάλην ἀρετὴν κτήσασθαι ἐκ τῆς νίκης, καὶ σπουδαζόντων ἀνάπνοιαν λαβεῖν ἐκ τῶν κατεχόντων μόχθων. Porrò notanda phrasis παραπειρᾶσθαι τινος, *alicuius periculum facere*. Et epitheton ἀργικέραυνος, quod sit ex ἀργὸς, hoc est λευκὸς & ταχὺς authore Eustath. *albus*, & *velox*, & κεραυνὸς *fulmen*. Homer. Il. θ. ἀργῆτα κεραυνὸν *lucidum*

*fulmen*. Quare ἀργικέραυνος Iupiter, ὁ ἀργὸν ſeu ἀργῆτα κεραυνὸν ἀφιεὶς *qui lucidum & velox fulmen emittit*.

μαιομένων. Verbum μαίομαι eſt poëtic. pro ζητῶ, ἐπιθυμῶ, deducitur à μάω, vnde μαίω, & μαίομαι. Hinc apparet athletas conſulto priùs oraculo, peractíſque ſacris certamina inire ſolitos.

ἀμπνοάν. Doricè pro ἀμπνοὴν, & ſyncope pro ἀναπνοὴν: ab ἀναπνοὴ hoc eſt *reſpiratio*. Laborum autem reſpirationem virtuti per appoſitionem accommodat: quia qui vicerant Olympia, poſtea quiete, otio, & ſecuritate fruebantur: vt docet Od. I. ὁ νικῶν δὲ λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον. &c.

παράφρασις.

Fieri autem ſolet vt Iouis voluntas & conſilium innoteſcat in oraculi conſultorum gratiam, ope ſupplicationum, quibus pij vates reſponſum eliciunt. At ô Piſæ nemus, inquam, iuxta Alpheum ſitæ pulchris arboribus conſitum, accipe carmen hoc quo coronam victoria partam celebro. Magnam ſanè gloriam ſemper cõſequitur, quē tui pręmij clarus honor ſequitur. Cæterùm non omnes eadē obtinent bona, ſed alius alia in re præſtat: cùm multæ, variæque ſint viæ modíque quibus fauor diuinus fœlicitatem impertit.

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

„ ἄνυεται δὲ πρὸς χάριν εὐ-
„ σεβέων ἀνδρῶν λιταῖς.
„ ἀλλ᾽ ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ᾽ Ἀλφεῷ
„ ἄλσος
τόνδε κῶμον, καὶ στεφαναφο-
ρίαν
δέξαι. μέγα τι κλέος
αἰεί,
ᾧ τινι σὸν γέρας ἕσπετ᾽ ἀ-
γλαόν.
ἄλλα δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἔβαν
ἀγαθῶν. πολλαὶ δ᾽ ὁδοὶ
σὺν θεοῖς εὐπραγίας.

μετάφρασις.

“ *Perficitur autem ad gratiam piorum virorum ſupplicationibus. Sed ô Piſæ arborib⁹ bene inſtructū nemus iuxta Alpheum, hūc hymnū, & coronæ geſtationem accipe. Magnū aliquod decus ſemper* adeſt ei, *quem tuum præmium ſequitur illuſtre. Ex bonis autem alia ad aliū proficiſcuntur, multæque ſunt viæ fœlicitatis cum Dijs.*

ἄνυεται. Poët. pro ἀνύεται à verbo poët. ἄνυω *perficio*, pro ἀνύω. Illud enim fit ab ἄνω geminato ν. Hoc ab eodem addito & inſerto υ. Porrò hoc vult dicere. γίνεται δὲ τὴν τοῦ Διὸς βουλὴν εἰς χάριν τῶν μαντείαν μαντευομένων φανερωθῆναι λιταῖς μαντέων αὐτοῦ, εὐσεβέων μὲν ἀνδρῶν. Gnome ergo eſt qua piorum preces à Deo exaudiri tradit. Intelligit autem Iamidas vates qui pijs precibus oraculum eliciunt, in illud conſulentium gratiam. Sic illos obiter laudat à pietate erga Deum.

ἀλλ᾽ ὦ Πίσας. Poſt hyperbaton, propoſitionem repetit, & apoſtrophen ad locum certaminis, quem antè Olympiam, nunc Piſam: antè matrem χρυσοστεφάνων ἀέθλων, nūc εὔδενδρον ἄλσος dicit: quia loc⁹ oleaſtris fuit cōſitus, iiſq; Ioui ſacris. Sic autem Ode 4. Olymp. poſt hyperbaton rediens ad propoſitionem, vtitur voce ἀλλὰ, στροφ. 1. colo decimo. Πίσας autem genit. Dor. pro Πίσης. Eâdem Oda & ſtropha τόνδε κῶμον vltimo colo dicit, vnde petito expoſitionem.

στεφαναφορίαν hoc eſt τὴν ἐν στεφάνοις ἀνακήρυξιν. Idque de ſuo encomio intelligit, quo celebrat coronam à victore partā. Cæterùm in pauca poteſt contrahi propoſitio, *O tu Olympia, & Piſa ſuſcipite quæſo hunc hymnum.*

μέγα τι κλέος. Hoc eſt μεγάλη τις δόξα ἐστὶν ἐκείνῳ ἀνθρώπῳ ᾧ τινι ἀκολουθήσῃ ἡ σὴ τιμὴ λαμπρά. Eſt autem gnome deducta ab ipſo certaminis loco. *Illum celebritas nominis manet, quem tuum præmium ſequitur.* γέρας vocat coronam quæ victori dabatur.

ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον hoc eſt οὐ πάντες ταὐτὰ ἔχουσιν ἀγαθά, ἀλλ' ἄλλος ἄλλο. Cui ſententiæ occaſionem dedit, quod Alcimedon quidem Olympia, Timoſthenes autem Nemea deuicit. Quare non omnia vni contingunt, vnde Homerus Il. ν.

Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι.
Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε Θεὸς πολεμήια ἔργα,
Ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν, &c.

Idem dicit in Nemeis Pindarus, τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. & 9. Olymp. ἐντὶ γὰρ ἄλλαι ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι. Alias ſimiles ſententias vide in Chiliad. Eraſmi in hæc *Non omnia poſſumus omnes.*

πολλαὶ δ' ὁδοὶ hoc eſt, interprete Triclinio πολλαὶ γὰρ καὶ διάφοροι εὐπραγίαι εἰσίν, ὧν ἄλλον ἄλλης ἐστὶ τυχεῖν, βοηθούντων τῶν Θεῶν. His continetur ratio cur bona alijs alia obueniant: nimirum quia Deus varijs modis benefacit hominibus omnibus, vni non dans omnia. Legunt ferè omnes εὐπραγίας; ſed nonnulli meliùs habent εὐπραξίας: niſi ſecunda ſyllaba vocis εὐπραγίας poſſit eſſe longa.

παράφρασις.

Quod veſtro probari poteſt exemplo Timoſthenes. Nam fatum Ioui gen rationis authori, hac ætate iuuenili vos aſciſcendo & conciliando, fecit vt tu quidem victoria Nemeorum conſpicuus euaſeris: Alcimedon autem in Olympia, vbi Cronius eſt collis, Olympico certamine claruerit: qui re ſtrenuè geſta, vir formoſus formam non decorauit, ſed fortitudine exornauit. Imò etiam lucta victoriam adeptus, Æginæ patriæ lumen decúſque addidit, quę iam re nautica commendabilis eſt, & obſeruatione iuſtitiæ Ioui aſſidentis, quam illi omnium hominum præſtantiſſimè colunt & exercent.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

Τιμόσθενες, ὔμμε δὲ κλάρωσεν
πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ, σὲ μὲν
ἐν Νεμέᾳ πρόφαντον,
Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ Κρόνου λόφῳ
θῆκεν Ὀλυμπιονίκαν.
ἦν δ' ἐσορᾶν καλός, ἔργῳ
τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων.
ἐξένεπε, κρατέων
πάλᾳ, δολιχήρετμον Αἴγιναν
πάτραν,
ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου
πάρεδρος ἀσκεῖται θέμις.

μετάφρασις.

*Timoſthenes, vos autem cōciliauit fortuna Ioui generationis authori, te quidem apud Nemeam cōſpicuū, Alcimidontem autē apud Saturni collem fecit Olympiorum victorē. Erat autem aſpectu pulcher, re autem non formam dedecorans. Præconis voce promulgauit, quum vinceret lucta, longis remis vtentem Æginam patriam: vbi ſeruatrix quæ Ioui hoſpitali aſsidet, colitur Iuſtitia.*

Τιμόσθενες. Apoſtrophe ad Timoſthenem, qua non ſolùm ſe ad eius, fratríſque confert encomium, ſed etiam vtrique præcedentem ſententiam applicat, quum oſtendit, alterum in Nemeis, alterum in Olympijs ope diuina viciſſe.

ὔμμε δ'. Hoc eſt, ὑμᾶς δ' προσωκειώσεν ἡ μοῖρα καὶ τὸ δαιμόνιον τῷ Διῒ τῷ γενεθλίῳ. Doricum eſt ὔμμε pro σφῶ dualis numeri à σύ. & κλάρωσεν. Dor. & neglecto augmento pro ἐκλήρωσε. Diuinam autem ſortem rei proſperè geſtæ cauſam efficientem conſtituit. Nihil enim ſine Deo: quod agnoſcit ſtrophe 3. 1. Pyth. ἐκ Θεῶν γὰρ μηχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς. &c.

Ζηνὶ γενεθλίῳ, hoc eſt, ſicuti Triclinius exponit, ἐν τῇ νεότητι, ἐφ' ᾗ ηὐμᾶται γενέθλιος Ζεὺς, ὡς ἔφορος τῆς γεννήσεως: vnde & Scholiaſtes putat hæc dici, quia Timoſthenes & Alcimedon in iuuentute vicerunt. Cæterùm γενέθλιος Ζεὺς vocatur, quòd ſit γεννήσεως αἴτιον *generationis author*, ait Schol. Ideo verò παγγενέτην, βιοδώτορα θνητῶν, eum nuncupat Orpheus: item παντογενέθλιον ἀρχὴν πάντων & Epigr. l. 7. ἀρχιγενέθλος, ἀφ' ἧς φύσις ἐβλάστησε. Et Tibullus *Genium natalem* nominauit,

*At tum Natalis quoniam Deus omnia ſentis.*

σὲ μὲν ἐν Νεμέᾳ. Laus Timoſthenis à Nemeæa victoria, & Alcimedontis ab Olympiaca; quas ambas ſolennitates Ioui adſcribit. Nam non ſolùm Olympia, ſed etiam Nemea fuit illi ſacra: vnde in Nemeis, Νεμέαις ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει legimus. & apud apud Theocr. Idyl. κβ. Διὸς Νεμέοιο παρ' ἄλσος.

πρόφαντον θῆκε. Hoc eſt, ἐπιφανῆ καὶ ἔνδοξον ἐν Νεμέᾳ πεποίηκε. Deeſt augmentum in θῆκε dicto pro ἔθηκε. Κρόνε λόφος Periphraſticè ſumitur pro Olympia. De hoc colle vide quæ in ſuperioribus dicta ſunt: & ex hoc loco collige Saturno fuiſſe ſacrum, & ab eo nomen *Cronium* dictum.

ἦν δ' ἐσορᾶν καλός. Alia laus Alcimedontis à bonis corporis, forma nimirum, quam Ariſtoteles inter ἀρετὰς σώματος recenſet. Eóque magis in hoc viro commendatur, quòd factis eam decorauit & ornauit, videlicet fortitudine & victoria: vnde etiam res eius geſtæ magis erant conſpicuæ, Etenim

*Gratior eſt pulchro veniens de corpore virtus.*

Hæc autem ſic etiam eloquaris. ἦν δ' καλὸς ὀφθῆναι, οὐ κατήσχυνε δ' τὸ εἶδος τοῖς ἔργοις. Per tmeſin autem dixit κατ' εἶδος ἐλέγχων pro κατελέγχων. Sic Olympionicam Theocritum laudat Simonides lib. 1. Epigram. εἰς ἀγῶνας, quem dicit.

Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφῆς.

Similiter Ariſtoclides à forma laudatur Nem. Od. 3. ep. 1.

ἐξένεπε. Hoc eſt ἀνεκήρυξε τὴν Αἴγιναν τὴν ναυτικὴν πάλη νικήσας. Quibus verbis oſtendit quonam opere formam corporis non dedecorarit, victoria nimirum, quæ corporis vires, animíque magnitudinem poſtulabat. Qua victoria etiam ſolum natale commendauit, videlicet Aeginam. πάλᾳ Dor. pro πάλη. de Aegina hac vide Plin. lib. 4. c. 12.

δολιχήρετμον. Hoc eſt δολιχοῖς ἐρέτμοις χρωμένην, ac proinde ναυτικήν. Nam re nauali claruerunt, qui ſeptuaginta nauibus conflixêre cum Athenienſibus vt refert Herodot. in Erato: qui 30 naues contra Xerxem in Salamine exhibuerunt. In quo bello Aeginetarum enituit virtus, vt idem in Vrania refert. Hæc illorum prima commendatio. Secunda in hoc conſiſtit, quòd ſint

iuſtitiæ cultores: vnde δικαιόπολις Aegina vocatur.

ξενίου. Iupiter Xenius, quòd putaretur τῶν ξένων ἔφορος. Obiter autem & φιλοξένους Aeginetas videtur perhibere.

| παράφρασις. | στροφή. β. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Nam vbi eſt multitudo, variáſque ad vias inter ſe differentes tendit, & in diuerſa ſtudia inclinat, hanc regere & gubernare tempeſtiuè, certo iuſtóque rationis iudicio difficile eſt, vt in Aegina videlicet: quò etſi innumeri confluunt aduenæ ſententijs inter ſe diſſidentes, rectè tamen gubernantur. Sed Deorum voluntas & decretum fecit vt hæc regio mari valla ta & cincta, non modò æ- | ἔξοχ᾽ ἀνθρώπων. ὅ, τι γὰρ πολὺ, καὶ πολλὰ ῥέπει,<br>ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ, μὴ παρὰ καιρὸν<br>δυσπαλές. τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων,<br>καὶ τάνδ᾽ ἁλιερκέα χώραν<br>παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις,<br>κίονα δαιμονίαν<br>(ὁ δ᾽ ἐπαντέλλων χρόνος<br>τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι) | eximiè inter homines. Quod enim multum, & multas in partes vergit, recta diſcernere mente non intempeſtiuè, difficile eſt. Sed decretum quoddam immortalium, & hanc mari cinctam regionem omnigenis ſubiecit hoſpitibus, columnam admirabilem (ſubſequens autem tempus hoc faciendo non defatigetur) |

quitatis obſeruatrix, ſed & conuenientibus vndique hoſpitibus tutum ſit columen & aſylum, tanquam diuina quæpiam columna (Quod vtinam ei longa futuri temporis ſeriè continuetur)

ἔξοχ᾽ ἀνθρώπων. Cohæret hoc cum ſuperioribus, éſtque laudis quædam αὔξησις quum Aeginetas non ſimpliciter æquitatis obſeruantes dicit, ſed etiam eximiè inter homines. Etenim illos hac virtute alijs præcellere teſtatur.

ὅ, τι γὰρ. Amplificatio laudis iuſtitiæ & æquitatis Aeginetarum, à difficultate dijudicandi, in hominum multitudine varijs affecta ſtudijs, quid rectum ſit, q. d. καὶ γὰρ ὅπερ ἂν ᾖ τι πολὺ καὶ εἰς πολλὰς ὁδοὺς τείνῃ διαφέρουσας ἀλλήλων, τοῦτο διοικεῖν ἀσφαλεῖ κρίσει λογισμοῦ καὶ δικαίῳ καὶ ἔξω τοῦ ἐγκαίρου, δυσχερές ἐστιν ὥσπερ ἐν Αἰγίνῃ δηλονότι, πλῆθος συῤῥεῖ ξένων, διαφέρον τὰς γνώμας, εἶτα ὀρθῶς διοικεῖται. Sic mihi videtur rectè interpretari hoc γνωμικὸν Triclinius: quod tibi Latinè declarabit paraphraſis. Itaque τὸ πολὺ, hîc ſignificabit πλῆθος. & πολλὰ ῥέπει, erit pro τείνει ſeu ἀποκλίνει ἐς διαφέρουσας γνώμας. Idque etiam tranſlatè à ſtatera dici poteſt. ὀρθᾷ Dor. pro comm. ὀρθῇ.

δυσπαλές. Id eſt, δύσκολον, δυσχερὲς, χαλεπόν. Eſt autem δυσπαλὴς vox poëtica, compoſita à δὺς ſignificante difficultatem, & πάλη lucta: quaſi *qui lucta vix ſuperari poteſt*: vel dicitur δυσπαλὴς quaſi δυσχερῶς πάλλεσθαι καὶ βάλλεσθαι δυνάμενος, *qui ægrè iaci poteſt*. Metaphoricè autem de re quauis difficili vſurpatur. Reperitur hæc vox Od. 4. Pyth.

τεθμὸς δέ τις. Cùm difficile ſit humano iudicio multitudinem quæ varia in ſtudia ſcinditur, gubernare, tum ope diuina opus eſt. Id Aeginetis ob-

tigiſſe teſtantur hæc verba. Nam cùm difficile ipſis eſſet hoſpitum affluentiam, populíque multitudinem cum æquitate curare & regere, ſuperuenit auxilium diuinum q. d. ἡ δὲ Θεῶν δόκησις, καὶ ταύτην τὴν τῇ θαλάττῃ περιτετειχισμένην Αἴγιναν, τοῖς πανταχόθεν ἐπιφοιτῶσι ξένοις, ἐποίησεν εἶναι εἰς ἀνάπαυσιν καὶ ἀσφάλειαν, καθάπερ ὀλβίαν τινα καὶ θεῖαν κίονα.

σάνδε. Dor. pro τήνδε. & hoc pro ταύτην. ἁλιερκέα. Vox ἁλιερκὴς eſt poët. ex ἅλς *mare* & ἕρκος *ſeptum*: vnde ſignificat, *qui mari tanquam ſepto coërcetur, & vndique cingitur*. Modò paſſiuè ſumitur vt hîc. & Iſthm. Od. 1. καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα. Modò actiuè vt Pyth. Od. 1. ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι.

παντοδαποῖσιν. Poët. Datiuus pro παντοδαποῖς. Et ὑπέστασε. Dor. pro cō. ὑπέστησε, h. e. ὑποκειμένην ἐποίησε. & ξένοις intellige τοῖς ἐξ ἄλλου τόπου ἀφικνουμένοις. Eſt autē hęc patrię commendatio à copia mercatorum & aduenarum. Teſtatur Volaterranus celebre olim emporium fuiſſe. Hanc inſulam quoque vſque adeò populoſam fuiſſe aſſerit Scholiaſtes vt 47. myriades famulorum in ea fuerint: quod certè fidem ſuperat.

κίονα δαιμονίαν. Hoc eſt ἔρεισμα θεῖον εἰς ἀσφάλειαν. quòd confluentibus vndique mercatoribus & aduenis tutum aſylum præberet. Columnam metaphoricè appellat ſumpta tranſlatione à columnis ædificiorum, quibus ita fulciuntur, vt tuta ſint aduerſus ruinam, cùm alioqui præ pondere fatiſcentia miſerè corruerent: δαιμονίαν *fœlicem*, *admirabilem*, ſeu *diuinam*: quia cùm rationem humanam ſuperet, in Repub. tam populoſa & indigenis, & aduenis, tantam eſſe εὐταξίαν, neceſſariò recurrendum ad diuinas cauſas.

ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος. Hoc eſt ὁ δὲ χρόνος ἐπιὼν, εἴθε μὴ ἀτονήσειε τοῦτο ποιῶν. Eſt comprecatio qua concludit locum à patria, & optat vt Aegina diu in hoc ſtatu fortunata maneat. Atque hæc eſt ἐπένθεσις ſententiæ interpoſita: vbi ἐπαντέλλων per ſyncopen pro ἐπανατέλλων, ab ἐπανατέλλω verbo poëtico, pro quo dicas ἐπέρχομαι, ἔπειμι.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. θ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quam populus Dorienſis gubernauit, ex quo eam Triacon collecta manu Argiuorum, qui Dorico fuerunt genere, occupauit Aeaco mortuo: quem olim Latonę filius Apollo, latéque imperans Neptunus, mœnibus Iliū cincturi, vocarunt vt in muri conſtructione eſſet adiutor. Erat enim in fatis vt bello aduerſus ipſum commoto, | Δωριεῖ λαῷ ταμιευομέναν ἐξ Αἰακοῦ·<br>τὸν παῖς ὁ Λατοῦς, εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,<br>Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν τείχεος. ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον<br>ὀρνυμένων πολέμων | *Dorienſi populo gubernatam poſt Aeacum: quem filius Latonæ, & latè imperans Neptunus, quum Ilium mœnibus eſſent coronaturi, aduocauerunt cooperatorem muri. Erat quoniam fato decretum ſurgentibus bel-* |

expugnatum conflagraret, eóque ex incendio fumum vehementem exhalaret: quod alioqui fieri non potuiſſet ſi à ſolis Dijs conditum fuiſſet.

πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
λάβεσιν ἀμπνεῦσαι κα-
πνόν.

*lis, vrbium vaſtatricibus in pugnis vehementem exhalaturum fumum.*

Δωριεῖ λαῷ. Hæc cohærent cum ſuperioribus κίονα δαιμονίαν: & agunt de primis ab Aeaco Aeginæ rectoribus, nimirum Dorienſibus. Qua de re ſic ait Græcum Scholion. *Aeaci & Pſamathes Nereidos filius fuit Phocus, quem ceu fratrem nothum Peleus & Telamon occiderunt: ac fugit quidem Peleus in Theßaliam, Salaminem verò Telamon, Aeaco mortuo, Aegina ſine rege eſt relicta. Interim Triacon quidam Argiuus, collecta Argiuorum multitudine (Argiui autem ſunt Dorici generis) Aeginam venit, eámque inhabitauit. Sicque viſum eſt poſt Aeacum, à Dorienſibus Aeginæ imperium gubernari.*

ταμιευομένων ἐξ Αἰακοῦ. Hoc eſt διοικουμένην μετὰ τὸν Αἰακόν. Aeacus fuit Iouis & Aeginæ filius, qui inſulam cùm priùs Oenone vocaretur, Aeginam à matre denominauit.

τοῦ παῖς. Digreſſio ad fabulam de fato Troiæ. Conditores fuêre Dij duo, & homo vnus, Homerus Il. φ. dicit ſolum Neptunum ſuam operam Laomedonti locaſſe ad conſtructionem Pergamorum & Troiæ, & Apollinem pauiſſe boues illius. Virgilius tamen quum 3. Georg. dicit, *& Troiæ Cynthius author*, Apollinem eius quoque innuit fuiſſe conditorem. Pindarus trium facit mentionem Apollinis qui eſt παῖς ὁ Λατοῦς. Dor. pro Λητοῦς: & Neptuni, qui Ποσειδᾶν Dor. dicitur pro Ποσειδῶν. & Aeaci quem συνεργὸν ſibi aſciuerunt.

ἐπὶ στέφανον τεῦξαι. Per tmeſin pro ἐπιτεῦξαι στέφανον hoc eſt κατασκευάζειν περίβολον ſeu περιτείχισμα. Elegans metaphora *coronam facere*, hoc eſt *muris cingere*. Sic Anacreon. Νῦν δ᾽ ἀπὸ μὲν πόλεως στέφανος ὄλωλεν, hoc eſt τὰ τείχη.

ὧν ὅτι. Ratio cur Apollo & Neptunus Aeacum operis adhibuerint συνεργόν. Quia ſciebant in fatis eſſe vt caderet Troia bello expugnata, quod fieri non potuiſſet, ſi à Dijs ſolùm condita fuiſſet. Itaque adhibitus eſt homo, vt hac ratione aliquando deleri poſſet: vt deleta eſt à Græcis.

ὀρνυμένων hoc eſt κινουμένων πολέμων ἐν μάχαις τῶν πόλεων πορθητικαῖς αὐτὴν Ἴλιον ἀναπνοὴν ἀναπέμψαι σφοδροῦ καπνοῦ. Vel paucioribus exponito, ὅτι πέπρωτο αὐτὴν δορυάλωτον γενομένην ἐμπρησθῆναι. Incendium autem emittit fumum, ſi ingens, vehementem. Hîc ἀμπνεῦσαι pro ἀναπνεῦσαι.

παράφρασις. — ἐπῳδ. κῶλ. ια. — μετάφρασις.

Hoc autem aliquando futurum portenderunt dracones tres glaucis oculis horrendi, qui extructo muro in recens conditam turrim impetum

γλαυκοὶ δὲ δράκοντες ἐπεὶ κτίσθη, νέον
πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
οἱ δύο μὲν κάπετον,

*Cærulei autem dracones, poſtquam extructus fuit murus nouam in turrim inſilientes tres,* fece-

fecerunt: ex quibus duo qui- dem mortui corruerunt, ibíq; turbati animas efflarunt: tertius verò grauiter vociferatus irruit, & intrauit. Quod prodigium inimicum animo voluens & considerans protinus Apollo Aeacum est allo- quutus, Ilium ea parte qua tuis manibus est conditum, erit expugnatu facile. Innuit hoc mihi visio illa, quam Iupiter Saturnius graui fragore tonans immisit.

αὖθι δ' ἀτυζομένω ψυχὰς βάλον.
εἷς δ' ἐσόρουσε βοάσαις.
ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαίνων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων.
Πέργαμος ἀμφὶ τεαῖς
ἥρως χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται·
ὡς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα
πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός,

*duo quidem ceciderunt: ibi autem turbati spiritus abiecerunt, ac vnus irruit vociferatus. Dixit autem Apollo inimicum animo voluens prodigium statim, Pergamus circa tuas ô Heros, manus operationes capietur, vt mihi ostentum significat, Saturnio missum grauistrepo à Ioue,*

γλαυκοὶ δὲ δράκοντες. Narrat mirabile portentum, quod extructo muro Troiæ conditoribus sese obtulit. Postquam turris est condita, tres dracones in eam nouam ingredi conati sunt: ex quibus duo quidem statim corruêre mortui: tertius magno clamore impetum faciens ingressus est. Hostes sunt illi dracones, duo pereunt qua parte Dij murum condiderunt, quia erat inexpugnabile Deorum opus: tertius vrbe potitur, quà parte eius murum struxerat homo, cuius structura euerti poterat. Dracones sunt, Achilles Pelei, & Aiax Telamonis filius, tentant vrbem capere, sed intereunt. Pyrrhus draco tertius vrbem capit. Cæterùm γλαυκοὶ dicuntur dracones, hoc est φοβεροί. Nam huiusmodi oculorum color est σιλπνός, ac proinde σιλπνοὶ ὄντες ὀφθαλμοὶ οἱ γλαυκοὶ τῇ ὁράσει ἐκφοβοῦσι. Post ἐπεὶ κτίσθη subaudiendum τεῖχος.

κάππεσον. Est tertia persona plural. poëticè metri causa pro κάππεσον. & hoc Aeol. per syncopen pro κατέπεσον. à verbo καταπίπτω, quod hîc significat ἀποθνήσκω. αὖθι. per syncopen pro αὐτόθι. vt Odyss. ο. παρ' ἡμῖν αὖθι μένοντες. Dualis est ἀτυζομένω verbi poëtici ἀτύζομαι de quo Lexica. ψυχὰς βάλον. hoc est ἀπέπνευσαν. Estque βάλον simplex pro composito ἀπέβαλον.

εἷς δ' ἐσόρουσε. Hoc est, ὁ δὲ εἷς εἰσῆλθε: vel meliùs, εἰσώρμησε. Nam verbum poëticum ὀρούω est τὸ ὁρμάω, *impetum facio*. βοάσαις Dor. pro βοήσας hoc est συρίξας· Nam συρίττειν draconum est proprium. Notat autem in hac periodo schema Scholiastes, γλαυκοὶ δράκοντες &c. nominatiuum pro genitiuo γλαυκῶν δὲ δρακόντων εἰσαλλομένων τειχῶν, οἱ δύο μὲν κατέπεσον, ὁ δὲ εἷς ἐσόρουσε: cuius schematis hoc exemplum affert ex Homero,

Οἱ μὲν δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

ἔννεπε δ' ἀντίον. Hoc est, εὐθὺς δ' εἶπεν Ἀπόλλων σκοπῶν καὶ διαλογιζόμενος ἐχθρὸν τέρας. Hæc est prodigij expositio, quam rectè Apollini, vt pote vati tribuit. Est autem τέρας, σημεῖον τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον.

Πέργαμος ἀμφὶ. Hoc est interprete Scholiast. ἡ πόλις δὲ ὦ ἥρως Αἰακὲ, τῶν Τρώων εὐάλωτος γενήσεται κατὰ τὴν ἐργασίαν τῶν σῶν χερῶν. Hîc primùm obserua apo-

ſtrophen Apollinis ad Aeacum: deinde ſynecdochen in voce Πέργαμος, quæ eſt Ilij Acropolis: & totam vrbem per hanc partem eius intellige. Metaphoricè quælibet arx vocatur Πέργαμος: quæ vox in ſingulari fœminei eſt generis: vt apud Homer. Περγάμῳ εἰν ἱερῇ. In plurali eſt neutrius & effertur *Pergama* per metaplaſmum. Sic Aeneidos 2. ſumitur,

*Si Pergama dextra defendi poßent, &c.*

χερὸς. metri cauſa pro χειρὸς. & ſingularis pro plurali χειρῶν. Præterea τὸ ἁλίσκεται, præſens pro futuro. Sic denotatur per præſens tempus certitudo rei prædictæ. Quod paſſim, in ſacris literis præſertim, comperias.

ὡς ἐμοί. Docet non caſu, ſed Iouis ſummi voluntate oblatum eſſe portentum: ídque in ſuæ interpretationis confirmationem. q. d. οὕτω νοεῖν δίδωσί μοι, ἡ πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ Διὸς βροντοποιοῦ ὄψις. Dicit φάσμα à verbo φαίνεσθαι quod priùs dixerat τέρας. Et Κρονίδα genit. eſt Dor. pro Κρονίδου. Et βαρυγδούπος hoc eſt βαρὺν δοῦπον ποιούμενος ſeu βαρέως δουπῶν. Iouis epitheton quòd tonando grauem edat ſtrepitum. Ante Κρονίδα, ſubaudi τὸ ἀπὸ: vt ſit πέμφθεν ἀπὸ Κρονίδα.

παράφρασις.

Neqe uidperficietur ſine liberis tuis. Sed primi (qui fuerunt Telamon & Peleus, & Herculem contra Laomedontem iuuerunt) Ilium populabuntur. Et quarti poſteri (reſpicit autẽ ad Neoptolemum qui connumerato Aeaco fuit quartus) extremo dabunt excidio. Sic Deus perſpicuè loquutus, per Xanthũ Troiæ fluuium in Lyciam ad Amazonas properabat equis inſignes, & ad Iſtrum equitans Hyperboreos populos adibat. Neptunus verò tridente terram pulſans ad marinum Iſthmum currum velocem impellebat, huc ad Aeginam pulchris in equis Aeacum deducens,

στροφή. γ. κῶλ. θ.

οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν· ἀλ-
λ' ἅμα πρώτοις ἄρξε-
ται
καὶ τετράτοις. ὣς ἄρα Θεὸς
σάφα εἴπαις,
Ξάνθον ἤπειγεν, καὶ Ἀμαζό-
νας εὐ-
ίππους, καὶ ἐς Ἴστρον ἐλαύ-
νων.
ὀρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμὸν πον-
τίαν
ἅρμα θοὸν τάνυεν,
ἀποπέμπων Αἰακὸν,
δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις,

μετάφρασις.

*non ſine liberis tuis: ſed ſimul cum primis incipiet, & quartis. Sic Deus apertè loquutus, ad Xanthum properabat, & Amazonas equis ſtrenuas, & ad Iſtrum equitans: at tridentis impulſor ad Iſthmum marinum currum velocem incitabat, dimittens Aeacum huc cum equis aureis,*

οὐκ ἄτερ. Docet poëta per quos Troia delenda eſſet: nimirum per Aeaci poſteros. Per primos quidem vaſtandam, per quartos ſolo æquandam. Primi ab Aeaco ſunt Peleus & Telamon, qui Herculem Laomedonti bellum inferentem ſequuti ſunt, & populati vrbem. Quartus inde ab Aeaco, eóque connumerato eſt Pyrrhus Neoptolemus. Etenim Aeaci filij ſunt Peleus & Telamon, Pelei filius Achilles, Telamonis Aiax, Achillis Pyrrhus. Quare cùm non ſine Aeaci poſteris capi poſſet Troia, non mirum quòd Græci tanto ſtudio

Achillem perquisiuerint, vt in expeditionem Troianam iret: & Pyrrhum iuuenem ire coëgerint, qui etiam inde dictus est Neoptolemus.

ὡς ἄρα. Quò quisque absolutis Troiæ mœnibus abierit, iam exponit. Apollo per Xanthum Troiæ fluuium in Lyciam tendit: hinc in Europam ad Hyperboreos populos, vbi colebatur sicuti Od. 3. diximus: vbi dictum de Istro. De Amazonibus vide Strabon. l.11. Paulum Orosium lib.1.cap. 15. Iustin.l.2.

Ὀρσοτρίαινα. Nominatiuus Aeolicus pro comm. ὀρσοτριαίνης, & Dorico ὀρσοτριαίνας: alioqui ὀρσοτρίαινα paroxytonum est, genitiuus Dor. pro comm ὀρσοτριαίνου. Nem. Od.4. Est hìc antonomasia pro Ποσειδῶν. Composita est vox ex ὄρω *moueo*, quod in futuro habet ὀρῶ & Aeol. ὄρσω & τρίαινα *tridens*, quod illius Dei est insigne.

ἐπ' Ἰσθμόν. Neptunus Isthmum petit, vbi templum habuit, sacrósque ludos Isthmicos. τάνυεν imperfecti negl. augmento pro ἐτάνυεν, à τανύω.

ἀποπέμπων. Aeginam petit Aeacus vbi regnabat, eóque deducitur à Neptuno, idque rectè, quia mari circunflua est insula. ἀγλααῖς χρυσέαις ἵπποις hoc est *pulchris in equis*. Nam equi & currus tribuuntur Neptuno.

παράφρασις.

& ad Corinthi iugum properabat, celebre sacrificium, ibi suum in honorem peragi solitum inspecturus. Ceterùm non omnes homines ijsdem rebus & studijs delectantur, sed alius alijs dat operam, sicut hi athletæ, alius alij certamini. Quòd si iam ad Melesię laudes hoc hymno me conferam, ne quis inuideat mihi, neque me petat maledictis, prædicantem decus quod annis adhuc imberbibus Olympiorum & Nemeorum victoria est adeptus: posteáque ætate virili, quum pancratio, quo viri pugnant, antagonistam superauit.

ἀντιστροφὴ κώλ. θ.

καὶ Κορίνθου δειράδ', ἐποψόμενος δαῖτα κλυτάν.
τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον
ἔσσεται οὐδέν.
εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ,
μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ
φθόνος.
καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς
ἐρέω ταύταν χάριν,
τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν

μετάφρασις.

*& Corinthi iugū inspecturus conuiuium celebre. Delectabile autem inter homines æqualiter nihil fuerit. Quare si ego Melesiæ ad gloriam* quam nactus est iam *ab imberbibus annis, recurrerim hymno, ne petat me lapide aspero inuidia. Et apud Nemeam enim similiter dicam hoc ornamentum, & postea virorum pugnam.*

καὶ Κορίνθου. Hoc cum superioribus cohæret ἐπ' Ἰσθμὸν ποντίαν: & notat reliquam Neptuni profectionem, qui ἅρμα θοὸν τάνυεν, h.e. ἐπέτεινεν ἅρμα, & ex consequenti ἐπέσπευδεν ἐπὶ Κορίνθου δειράδα. Cur autem eò tenderet, statim additur: nimirum ἐποψόμενος δαῖτα κλυτάν. hoc est θεασόμενος τὴν εὐκλεᾶ θυσίαν αὐτῷ τελουμένην ἐκεῖ. Sic fabulæ residuum, & digressionem ad Troiæ conditores absoluit.

τερπνὸν δ' ἐν. Existimant nonnulli sententiam hanc additam esse à Pindaro ob tres illos Troiæ conditores, quibus diuersa placuissent loca. Sed quomodo de Dijs loquēdo, de Apolline videlicet & Neptuno, diceret τερπνὸν δ' ἀνθρώποις? &c.

Quare malim ad tres victores quos hîc celebrat, referre: qui diuersis in certaminibus se exercuerũt, & victoriam adepti sunt. Ita vt hæc sit προκατάστασις eius quod de Melesia vnctore iamiam est dicturus: cuius sic declarãdus sensus, ὐχ ὁμοίως ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τέρπονται ἅπαντες, Ἄλλος γὰρ τἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις, οὔτε καὶ οὗτοι ἀθληταὶ ἄλλος ἄλλῳ ἀγῶνι. Hanc gnomen vsurpare possis quum innuere voles suum cuique esse pulchrum, & à sua quemque voluptate trahi.

εἰ δ' ἐγὼ. Hoc est εἰ δ' ἐπαινέσαιμι Μελησίαν ὅτι ἀγένειος ὢν ἐν Ὀλυμπίᾳ πάλῃ ἐνίκησε, μηδεὶς διὰ φθόνον κακῶς ἀγορευέτω με. Sic ad Melesiæ laudes se confert qui ætate iuuenili primùm in Olympijs victor euasit: postea paritérque in Nemeis. ὁμῶς hoc est ὁμοίως, ἤτοι ἀγένειος ὤν, *similiter* hoc est *cùm imberbis etiam eßet*. ταύτην τὴν χάριν intelligit ἣν ἐν τῇ πάλῃ νίκην ἔσχεν.

Μειλησία Metri causa pro Μελησία de quo dictum suprà ἐξ ἀγενείων: hoc refert ad imberbes Timosthenem & Alcimedontem Aretius: quòd hi Melesię opera vicerint, & laus discipulorum ad præceptorem quoque pertineat. Sed id mihi non necessarium videtur: siquidem fieri potuit vt Melesias ætate iuuenili certaminibus operam dederit: eíque scholia Olympiacam & Nemæeam victoriam iuueni tribuunt.

μὴ βαλέτω. Hoc est μηδεὶς φθονείτω μοι. Metaphora sumpta à funditoribus: qui lapidibus petunt inuisos, vt verbis asperis & maledicis inuidi exosos.

ταν δ' ἔπειτα. Hoc est, repetito ἀπὸ κοινοῦ, τὸ ἐρέω. Ἐρέω ἔπειτα τὴν μάχην τοῦ παγκρατίου, ἣν ἐνίκησεν ἀνὴρ γενόμενος. Hæc quoque victoria ipsi in Nemeis obtigit, sed quum iam sumpta virili toga ipse vir inter viros certauit.

παράφρασις.

Prȩterea siquidem ei qui sit alicuius artis gnarus, facile est eam docere: nec id præ imperitia præstare potest ignarus, & qui priùs non didicit: quoniam ineruditorum mentes sunt leues, & incertæ rerum experientia non comprobatarum: hic vtique athleticam cum laude expertus, ea meliùs quàm quisquam alius prȩceperit, quæ quis facere debet, quò desideratissimam ex sacris certaminibus gloriam reportet. Et certè post viginti nouem alios discipulos, quorum vnctor & præceptor, quibúsque victorię author fuit Melesias, ipsi nunc maximum decus peperit Alcimedon discipulorum trigesimus, lucta victoriam adeptus;

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

" ἐν παγκρατίῳ. τὸ διδάξασθαι
" δέ τοι,
" εἰδότι ῥᾴτερον· ἄγνω-
" μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν·
κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρέ-
νες.
κεῖνα δὲ κεῖνος ἂν εἴποι
ἔργα περαίτερον ἄλλων
τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει,
ἐξ ἱερῶν ἀέθλων
μέλλοντα ποθεινοτάταν δόξαν
φέρειν.
νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέ-
δων,
νίκαν τριακοστὰν ἑλών·

μετάφρασις.

*in pancratio. Docere autem perito facile: at stultum non prædidicisse: leuiores enim inexpertorum mentes. Illa autem ille dixerit opera vlterius cæteris: quis modus virum promouebit, ex sacris certaminibus desideratissimam gloriam reportaturum. Nunc quidem ipsi decus est Alcimedon victoriam tricesimam adeptus.*

ἐν παγκρατίῳ. Cohæret cum ſuperioribus. Παγκράτιον autem eſt althletici certaminis genus, de quo apud authores controuertitur, quid ſit, & cur ſic appellatum. Budæus in Pand. Dicit eſſe certaminis genus, ex eo dictum, quòd aduocatis omnibus corporis viribus, omniúmque neruorum contentione tranſigatur. Calcibus enim, etiam & cubitis, non modò pugnis pancratiaſtæ vtebantur, omníque petendi æmulum, prehendendíque modo. Plutarchus. l. 2. c. 4. Sympoſ. vbi quærit εἰ πρεσβύτατον ἡ πάλη τῶν ἀγωνισμάτων, docet παγκράτιον eſſe certamen ex pugilatu & lucta mixtum, quum ait. ὅτι γὰρ μέμικται τὸ παγκράτιον ἐκ τε πυγμῆς καὶ πάλης δῆλον. vide Lucian. περὶ γυμνασίων. Et Cœlium l. 7. c. 51. Stephani Theſ. ling. Gr. Sunt qui πένταθλον *quinquertium* & παγκράτιον idem eſſe putant, nimirum, quum athletæ illa quinque antiqua certamina obibant, videlicet pugilatum, curſum, ſaltum, diſcum, luctam: quos ſequutus eſt Hermolaus l. 30. ſuarum emendationum. Sed πένταθλον aliud à pancratio fuiſſe non dubium eſt ex citatis authoribus.

τὸ διδάξασθαι. Hoc eſt τὸ διδάξαι τῷ ἐπισαμένῳ ῥᾴδιον. ἀνεπιτήδειον δὲ εἰς διδασκαλίαν ἑτέρων τὸ μὴ προμαθεῖν. Hinc vulgo dicunt, *Doceat qui didicit*. Nemo enim faciliùs artem tradit quàm qui eam exactè callet. Quod & ad diſciplinas & liberales artes referri poteſt. Multa in compendium contrahere, obſcuris lucem dare nouit, qui perfectè didicit. Quam in ſententiam hæc Pindari verba præclarè vſurpabuntur: quibus Meleſiam ab athleticæ peritia commendat: qua inſtructus facilè præcepta dedit alijs athletis, quibus bene obſeruatis vincerent. Eſt autem ῥᾴτερον comparat. pro poſitiuo, vt & in ſequenti κουφότεραι pro κοῦφαι.

ἀπειράτων hoc eſt ἀπείρων. Commune eſt ἄπειρος, poëticum verò ἀπείρατος, Dor. pro ἀπείρητος. Hoc compon. ex α priuat. & πειρατὸς à πειράομαι *tento, experior*, quam vocem Ol. Od. 11. Nem. 1. Iſthm. 4. inuenias. Præcedenti autem Od. 6. in his βατίᾳ τ᾽ ἐν ἀπειράτῳ, ἀπείρατος deducendum eſt ex α priuat. & πεῖραρ pro πέρας *finis, terminus*.

κεῖνα δὲ κεῖνος. Hoc eſt ἐκεῖνος δ᾽ ὁ πεπειραμένος λέγοι ἐπὶ πλέον τῶν ἄλλων ἐκεῖνα ἔργα, τίς τρόπος ἄνδρα προβιβάσει, μέλλοντα δόξαν ἀποφέρεσθαι ἐκ τῶν ἱερῶν ἀγώνων. Hîc ob metrum habet κεῖνα & κεῖνος pro ἐκεῖνα & ἐκεῖνος. Deinde πρώτερον aduerb. quod ſequente vocali ſic effertur: ſequente conſona πρωτέρω vſurpatur, vt poſitiuus eius πέρα, & πέραν.

προβάσει. Dor. pro προβήσει & hoc pro προβιβάσει. ποθεινοτάταν Dor. pro ποθεινοτάτην, hoc eſt ἐπιποθουμένην.

νῦν μὲν. Hoc eſt, νῦν μὲν τιμὴ ἐστιν αὐτῷ τῷ Μελησίᾳ ἀλείπτῃ ὁ Ἀλκιμέδων τριακοστὸς νικητὴς ὑπὸ ἀλείπτῃ τούτῳ ἀναδειχθείς. Non enim hoc accipiendum ac ſi triginta victorias reportaſſet Alcimedon. Sed intelligendum trigeſimum hunc eſſe athletam ex ijs qui à Meleſia exercitati & edocti vicerunt. νίκαν τριακοστὰν, Dor. pro νίκην τριακοστήν.

στροφὴ δ'. κῶλ. θ.

ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀ-
νορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν,
ἐν τετράσι παίδων ἀπεθήκατο
γυίοις
νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέ-
ραν
γλῶσσαν, καὶ ἐπίκρυφον οἶ-
μον.
πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μέ-
νος
γήραος ἀντίπαλον.
" ἀΐδα τοι λάθεται
" ἄρμενα πράξαις ἀνήρ.

μετάφρασις.

*Qui fauore quidem Dei, fortitudine tamen non frustratus, in quatuor puerorum deposuit membris reditũ inuisissimum, & ignominiosam magis linguam, & occultam viã. Patri autem patris inspirauit robur senectutis aduersariũ. Orci nimirum obliuiscitur vir qui conuenientia fecit.*

περίφρασις.

Qui & diuino fauore vsus, & suæ fortitudinis dexteritate nõ frustratus, quatuor pueros antagonistas prostrauit: ita vt per noctẽ viásque occultas, patriam inuito animo, & ignominiosè repetere eos coëgerit omnémque loquendi libertatem pudore perfusis ademerit. Contrà verò gloriæ accessione ex victoria, paternum auum tanto gaudio perfuderit, vt debilem eius senectutem, velut inspirato robore nouo recrearit: ipse " verò re tam præclarè gesta, " mortis metu sit liberatus: cùm illius obliuiscatur quisquis edito virtutis specimine nominis immortalitatem est consequutus.

ὃς τύχᾳ μὲν. Hoc est ὃς σὺν εὐτυχίᾳ Θεοῦ, ἀνδρείας δ' οὐκ ἀποτυχὼν, τετράσι παισὶν ἐπέθηκε πάνυ μεμισημένην εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν ἐπάνοδον, καὶ ἄτιμον ἀπαρρησίαστόν τε γλῶσσαν, καὶ λαθραίαν ἐν νυκτὶ πορείαν. Ex his apparet Pindarum amplificare gloriam victoriæ Alcimedontis à dedecore plurium aduersariorum, quibus deuictis inglorium & ignominiosum in patriam effecit reditum.

τύχᾳ Dor. pro τύχῃ, éstque ellipsis τοῦ σὺν. Præterea necessariò simplex pro composito, εὐτυχίᾳ, sicuti Schol. & Triclinius exponunt, intelligendum est. Solet autem, vt antè vidimus, victorias numinis fauori, vt causæ principali adscribere, ita tamen vt adiuuantem non omittat, vt & hoc loco, quum & fortitudini Alcimedontis alteram victoriæ causam tribuit.

ἀνορέας. Vox ἀνορέα. Dorica est, ἠνορέη verò Ionica, deducitur ab ἀνὴρ mutato α. in η. Eadem occurrit Nem. 3. & Pyth. 8.

ἀμπλακὼν. Partic. Aor. ἤμπλακον ab ἀμπλακέω, τὸ ἁμαρτάνω. Fieri videtur ab ἀναπλέκω *implico*: quia peccatum homines veluti quibusdam retibus & pedicis implicat.

ἐν τετράσι παίδων γυίοις. Periphrasticè pro ἐν τετράσι παισὶν. Cúmque dicendum esset τεττάρων παίδων γυίοις, dixit τετράσι. Sicuti paulò antè ταῖς χερὸς ἐργασίαις, pro ταῖς χερσὶ.

νόστον ἔχθιστον. Accidunt ista victis, reditus in patriam planè odiosus, ignominiosus, & occultus. Nam quod aduersario succubuerunt, efficit vt molestissimum fit patriam repetere, vt loqui præ pudore non audeant, vt clam per noctem ingrediantur, quò vitent eorum subsannationem à quibus viderentur.

πατεὶ δ᾽ πατρός. Hoc eſt τῷ δ᾽ πάππῳ ἐνέβαλεν ἰσχὺν τῶ γήρως ἐναντίαν, ἤγουν καταπονούμενον αὐτ̃ ὑπὸ τῶ γήρως αὐέρρωσε. Eſt hæc altera amplificatio ab aui paterni gaudio ex ea victoria. Opponuntur hic *robur*, & *ſenium*. In ſenectute eſt debilitas, ſed exhilaratus ſenis animus vires amiſſas recreat.

Αἰδᾶ τοι λάθεται. Hoc eſt τῶ θανάτου ἐπιλανθάνεται, εὐτυχήσας ἀνήρ. Sententia qua duplicem illam ab aduerſariorum dedecore, & aui gaudio, amplificationem victoriæ concludit: qua innuit res cum honore & laude geſtas, mortis metum tollere. Tum enim non amplius graue eſt mori, quia virtutis editum ſpecimen nominis immortalitate donabit. Hic αἰδᾶ & λάθεται Dor. ſunt pro ᾅδου & λήθεται.

παράφρασις.

Cæterùm oportet vt hæc Alcimedontis victoria, mihi maiores eius Blepſiadas in memoriam reuocet: quorum etiam in gratiam, victorialem hunc hymnum canam, fructum quem vtriuſque fratris victoria ipſis peperit: Quorum, Blepſiadarum nimirum generi, (ſexta hæc corona iam obtigit „ ex Olympicis ludis, in qui- „ bus fronde oleaſtri coro- „ nantur victores. Nec mirū ſi dum nepotes celebro, maiorum etiam defunctorum memini. Nam & ad mortuos conſanguineos ex lege pertinet pars laudis viuentiūm: & rerum quæ ab illis geruntur præclarè. Neque ſepulchrum occulit cognatorum eximiam virtutem, ita vt illa apud ſuperos manifeſta, ad ſepultos non perueniat.

ἀντισρ. κῶλ. θ.

ἀλλ᾽ ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν
ἀνεγείροντα, φράσαι
χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπινί-
κον,
ἕκτος οἷς ἤδη στέφανος περί-
κει-
ται φυλλοφόρων ἀπ᾽ ἀγώ-
νων.
ἔστι δ᾽ καί τι θανόντεσσιν μέ-
ρος
κἂν νόμον ἐρδομένων.
κατακρύπτει δ᾽ οὐ κόνις
συγγόνων κεδνὰν χάριν.

μετάφρασις.

*Sed me oportet memoriam excitantem, eloqui manuum florem Blepſiadis victorialem* hymnum, *ſexta quibus iam corona circumpoſita eſt, frondiferis ex certaminibus. Eſt enim & mortuis pars legitima rerum quæ gerūtur: occultatq; neque quaquā puluis cognatorū illuſtrē gratiam.*

Ἀλλ᾽ ἐμὲ χρή. Hoc eſt Ἀλλ᾽ ἐμὲ δεῖ τὴν μνήμην ἀνιστῶντα, φράσαι Βλεψιάδαις αὐτοῖς ἐπινίκιον ὕμνον τοῦτον, ἄωτον ὃν αἱ χεῖρες τῶ Ἀλκιμέδοντος ἐνέγκαν. οἷς περιετέθη ἕκτος οὗτος στέφανος ἀπὸ τ̃ ἀγώνων στεφάνοις φυλλίνοις περιζόντων. Apoſtrophe autem eſt ad ſe, qua memoriam ſuam excitat ad laudes omnium in genere Alcimedontis maiorum. μναμοσύναν Dor. pro comm. μνημοσύνην.

ἐπινίκον ἄωτον. Periphraſticè τ̃ ὕμνον appellat, quem victores tanquam ſuę victoriæ fructum à poëta accipiunt. ἐπινίκον ſubaud. ὕμνον.

χειρῶν. *Florem manuum* hoc eſt, *victoriæ manibus partæ*. Nam lucta manus præcipuè robore conſtat.

Βλεψιάδαις. Blepſiadæ, tribus Alcimedontis in Aegina: qui nunc laudantur à numero victoriarū, quas ea familia habuit, ita vt non ſolus Alcimedon vicerit, eiúſque frater Timoſthenes: ſed quinquies ante ipſos, eiuſdem generis viri, in Olympijs coronati fuerint. Quæ certamina φυλλοφόρα vocat ad

aliorum differentiam : nam hæc victori ex oleastri fronde contexunt coronam pro præmio. Sunt verò alia, quæ vestes, arma, æs, aliud-ve præmij genus habent.

ἔστι δὲ καὶ τι. Hoc est, vt exponit Triclinius, ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἀποθανοῦσι μέρος τι τῶν ἐγκωμίων, ὃ πραττόμενον πρὸς αὐτοὺς, κατὰ νόμους ἂν πράττοιτο. Et vt Schol. ἔστι δὲ καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν ἔννομον καὶ δίκαιον μέρος ἀποδιδόμενον, τὸ τῶν ἐπαίνων. Sed cùm ad loci perspicuitatem legendum sit, non ἐρδόμενον, sed ἐρδομένων, ideo sic ista malim interpretari, τῶν δὲ πραττομένων ἀπὸ τῶν ζώντων μέρος τι καὶ ἔννομον θανοῦσιν ἐστί. Gnome qua docet posteritatis laudes ob præclara facinora ad defunctos pertinere. In qua θανόντεσσιν est datiuus plur. Ion. & poët. pro θανοῦσι. & κἄννομον pro καὶ ἔννομον.

καταχρύπτει δ' οὐ. Hoc est οὐ κατακρύπτει δ' ὁ τάφος τὴν ἀγαθὴν ἀρετὴν τῶν συγγενῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τεθνεώτων ἐν τάφῳ κειμένων ἐφικνεῖται. Altera gnome ex præcedenti fluens, qua docet virtutem viuere post funera, eámque consanguineis vita functis innotescere. Legitur hîc κεδνὰν Dor. pro κεδνήν.

παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις.

Quare Iphion Alcimedontis & Timosthenis pater, audita filiorum victoria ex Nunciatione Mercurij filia, eorũ auunculo Callimacho referre poterit, quẽadmodum Iupiter suo generi splendidum in Olympicis ludis ornamentũ coronæ præbuit. Cæterùm velim vt idem Iupiter, quicquid hi iuuenes agẽt, bona super bonis immittendo prosperet: omnésq; morbos vehementes & periculosos ab ipsis arceat. Quinetiam precor ne patiatur, vt ab inuidia rebus præclaris contraria lædantur : sed illæsos ad inoffensæ vitæ metam deducat : & cùm ipsos, tum patriam Aeginam bonis & honoribus amplificet & cumulet.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκούσαις
Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν
Καλλιμάχῳ λιπαρὸν
κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφιν ὤπασε
Ζεὺς γένει. ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς
ἔργα θέλοι δόμεν. ὀξείας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.
εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν
μοῖρα νέμεσιν διχόβουλον μὴ θέμεν.
ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον,
αὐτούς τ' ἀέξοι, καὶ πόλιν.

*Mercurij autem filiã vbi audiuerit Iphion*
*Nuntiationem, indicet*
*Callimacho splendidum*
*ornatum* qui obuenit
*in Olympia, quem præbuit Iupiter ipsorum*
*generi. Bona autem super bonis opera velit*
*dare, acrésque morbos*
*propulset. Opto de bonorum fatali prouentu*
*Nemesin contraria cogitantem non immittere : sed damnorum expertem afferens vitam, ipsósque amplificet, & vrbem.*

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς. Hoc est ὁ Ἰφίων δὲ ὁ πατὴρ ἀκούσας ἀγγελίας θυγατρὸς τοῦ Ἑρμοῦ μηνύσαι ἂν τῷ προσήκοντι κατὰ γένος Καλλιμάχῳ, ὅτι Ζεὺς διὰ τῶν ἑαυτοῦ υἱῶν τῷ αὐτοῦ γένει παρέσχε λαμπρὸν κόσμον ἐκ τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκης. In his animaduerte fictionem poëticam, quum dicit Famam victoriæ Alcimedontis nuntiam ad inferos penetrare ad patrem, qui eiusdem rei certiorem possit facere auunculum, Ἑρμᾶ Genit. Dor. pro comm. Ἑρμοῦ.

Ἰφίων.

Ἰφίων. Iphion & Callimachus, authore Schol. ſecundum quoſdam conſanguinei fuerunt Alcimedontis. Secundum alios Iphion fuit eius pater: Callimachus verò, auunculus.

Ἀγγελίας. Siquidem Mercurius, inquit Triclinius, Deorum eſt nuntius in cœlo, terráq;, & animabus ad inferos ducēdis prȩeſt, idcirco dicit poëta Iphionē eius vocem audiuiſſe, quam per εἰδωλοποιΐαν fingit eius filiam, & vocat Ἀγγελίαν.

κατὰ γενεὰν κόσμον. Intelligit victoriam Olympicam, quia vnius victoria totum genus exornat. Ante Ὀλυμπίᾳ ſubaudiendum ἐν.

ὅν σφιν. Cauſam efficientem victorię tribuit Ioui, vt & Epodo 1. Genus autem, intelligit Alcimedontem & Timoſthenem filios.

ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς. Hoc eſt ἀγαθὰ δ' ἐπ' ἀγαθοῖς θέλοι ὁ Θεὸς παρέχειν. Epilogus comprecatione conſtans, qua primùm εὐτυχίαν in rebus agendis optat. 2. ſanitatem morbos acutos arcendo. 3. Inuidiæ propulſationem 4. inoffenſam vitam 5. & vltimo cumulum honorum cùm ipſis, tum patriæ. Cæterùm ἐσλὰ & ἐσλοῖς effertur Dor. pro comm. ἐσθλὰ & ἐσθλοῖς de quo 2. Olymp. Oda. δόμεν Infin. Ion. & Dor. pro δοῦναι.

ὀξείας νόσους. Vocat morbos acutos τοὺς ἐπικινδύνους καὶ σφοδρούς, de quibus vide Hippocratem, & Galenum.

εὔχομαι ἀμφὶ. Hoc eſt εὔχομαι τὸν Δία μὴ ἔσται συμβῆναι φθόνον ἐναντία βουλευόμενον: vel paucioribus, μὴ φθονηθῆναι περὶ τῶν καλῶν. Itaque νέμεσιν hìc ſume pro φθόνον. & διχόβουλον expone ἐναντία ποιοῦσαν, οἷς βουλευόμεθα, οἷον διχάζουσαν, καὶ διαχωρίζουσαν τὰς βουλάς.

ἄγων. Nimirum ὁ Ζεὺς αὐτούς τε. Nimirum Alcimedontem & Timoſthenem Aeginetas, καὶ πόλιν. Nimirum Aeginam, fortunis & honoribus augeat.

ΕΦΑΡΜΟΣΤΩ ΟΠΟΥΝΤΙΩ, Παλαιστῇ.

EPHARMOSTO OPVNTIO, Palæſtritæ.

ΕΙΔΟΣ Θ.

ODE IX.

## ARGVMENTVM.

*PRædicatur Epharmoſtus ab Olympiorum & Pythiorum victorijs, ab Opunte patria, & à maioribus. Varias etiam*

*interſerit digreſſiones, veluti ad fabulas pugnæ Herculis contra Neptunum & Apollinem: & Deucalionis ac Pyrrhæ: quæ ſuo quæque loco aperientur.*

παράφρασις.

Ille quidem Archilochi callinicus hymnus, quem in gratiam Herculis, pulchras variáſque victorias adepti, compoſuit, quíque poſtea ſingulis victoribus alta voce in Olympia trina repetitione cani ſolitus eſt, eo quidem in loco, videlicet in colle Cronio, ſuffecit ad præludiũ chori publici, vbi ſaltationem ducebat ſequẽtibus dilectis ſocijs Epharmoſtus. Sed nunc, anime mi, ne communi duntaxat omnibus victoribus laude vir rarus fruatur, ſed ſuis etiam meritis peculiarem conſequatur, huiuſmodi carminibus quæ à Muſis ſuppeditantur ad encomia, quibus longè latéque fama virtutis diffunditur, proſequere & Iouem rutila fulmina contorquentem, & venerandum Elidis promontorium Cronium, quod Pelops Lydus heros, quondam in pulcherrimam Hippodamiæ dotem oppreſſo Oenomao retulit.

ϛροφὴ α. κῶλ. ιϛ.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ
καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλα-
δὼς,
ἄρκεσε Κρόνιον παρ᾽ ὄ-
χθον ἁγεμονεῦσαι
κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρ-
μόστῳ σὺν ἑταίροις.
ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων
μοισᾶν ἀπὸ τόξων,
Δία τε φοινικοστερόπαν,
σεμνόν τ᾽ ἐπίνειμαι
ἀκρωτήριον Ἄλιδος
τοιοῖσδε μέλεσσι.
τὸ δή ποτε Λυδὸς ἥρως
Πέλοψ ἐξάρατο κάλλι-
στον ἕδνον Ἱπποδαμείας.

μετάφρασις.

*Archilochi quidem carmen ſonans apud Olympiam Callinicus, ter acclamatum, ſatis fuit Saturnium apud collem, vt præiret ſaltanti Epharmoſto amicis cũ ſocijs. Sed nũc lõgè iaculantib⁹ Muſarũ ab arcubus, Iouémque fulmine rubentem auguſtúmque impartire promontorium Elidis huiuſmodi carminibus: quod quondam Lydus heros Pelops adeptus eſt pulcherrimam dotem Hippodamiæ.*

Ἐφαρμόστῳ. Epharmoſtus, nomen Olympionicæ qui hìc celebratur, fit à verbo ἐφαρμόζω *aptè & concinnè coniungo, adapto.* Dicitur *Opuntius* ab Opunte patria, quę ab Opunte Locri filio fuit denominata: éſtq; Locrorũ metropolis, de qua vide Strab. & Volaterr. *Palæſtrita* vocatur à genere certaminis & victoriæ. Lucta vicit, cuius proprium eſt θλίβειν καὶ κατέχειν aduerſarium. De qua vide Ariſtotel. Rhet. 1. c. 5.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου. Exordium per præoccupationem, qua reddit rationẽ cur hũc ſcribat hymnum, quum tamen Epharmoſtus communi Archilochi carmine ſit laudatus in Olympijs. Commune carmen dico, quia illum Archilochi hymnũ ſingulis victoribus ter decantare ſolebant. Porrò Archilochus poëta Lyricus hymnum in victorem Herculem & Iolaum cõpoſiturus, citharœdi in Olympia cùm ſonitũ, tum rhythmum, quem cithara edebat, exprimere dictione aliqua tentauit: ideóque vocem τήνελλα effinxit: quam Cælius l. 3. c. 11. ex Ariſtophanis ſcholijs interpretatur *lyræ harmoniam*, vel κρουμάτιον *pulſatiunculam*, ſeu *præludiũ* quod in victoria edebatur. Sed Varinus vocat vocem illam τήνελλα, μίμημα

ἐπιφθέγματος ἀυλῦ. Cæterùm huius cantilenæ fuit hoc initium,

Τήνελλα καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ηράκλεις

Αὐτός τε, καὶ Ἰόλαος αἰχμητὰ δύο.

Poſtea obtinuit vſus vt in quemuis victorem Archilochi melos iſtud ter caneretur. Vnde etiam Epharmoſto idem epinicij decantari neceſſe fuit. Quod etſi quodammodo ſufficere potuiſſet: tamen quia non adeò magna laus eſt, quæ omnibus ex æquo poteſt accommodari, ſtatuit Pindarus aliud ipſi encomium ſcribere peculiare.

φωνᾶεν Dor. pro comm. φωνῆεν *vocale, reſonans*: quod vocabulum occurrit etiam Iſthm. 4. Hic ſumitur pro μετρίῳ φωνῇ ᾀδόμενον, vt monet Triclinius: vel pro participio φωνηθέν. Ante Ὀλυμπίᾳ ellipſis τῦ ἐν obſeruanda.

καλλίνικος. Sic appellatur à Pindaro hoc loco carmen illud Archilochicū, quod in Herculē priùs cōpoſitum, poſtea cuiuis victori eſt aptatū. Sic inſcribebatur διὰ τὸ κάλλος τῆς νίκης ᾄδεσθαι φιλεῖν: *quòd ob victoriæ præſtantiam cani ſoleret*, τριπλόος vocatur, vel quòd eſſet τρίςροφος, vel quòd τρὶς ἐπικελάδων, τὸ καλλίνικε, vel quod in ipſa victoria, in gymnaſio, & in patria caneretur. Porrò Triclinius τὸ ὁ τριπλόος dicit aduerbialiter exponendum αὐτὶ τῦ ἐκ τρίτυ. Vnde annotat Leonicerus adiectiua in tribus generibus ſuis, iuxta ſubſtantiuorum opportunitatem aduerbij naturam ſumere. Cæterùm Hercules vocabatur καλλίνικος, quòd varias varijs terrarum in partibus, eáſque præclaras victorias heroica fortitudine adeptus eſſet. Quod epitheton aliàs ad quemlibet aliū virtute & victoria inſignem tranſferri potuit: vt in Eurip. Med. Νῦν καλλίνικοι τῶ ἐμῶν ἐχθρῶν φίλαι, vbi καλλίνικος ἐχθρῶν exponitur, ὁ καλὴν νίκην ἀπὸ τῶ ἐχθρῶν ἀποφέρων: *qui præclaram ab inimicis victoriam reportat*. Καλλίνικος apud Athenæum Dipnoſoph. l. 14. & Pollucem l. 4. c. 14. περὶ ᾠδῶν ὀρχήσεως, Nomen eſt ſaltationis cuiuſdam quæ ad tibiæ modulos fiebat, & Heſychius καλλίνικος, inquit, εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τῦ Κερβέρου ἀναγωγῇ. Occurrit hæc vox Nem. 3. Iſthm. 1. Pyth. 5. & 11. Nem. 4. Iſthm. 5. Dicam obiter hoc Ἀρχιλόχου μέλος prouerbialiter dici, vt refert Eraſmus in Chiliad. Hymnum qui ad multos poteſt accōmodari: qualem ferūnt ab Achilocho fuiſſe repertum, qui fuit ante Pindarum, alióſque id genus poëtas lyricos, qui ſingulos proprijs laudibus exornabant.

κεχλαδώς. Particip. præter. medij, quod à χλάζω deducitur, ſignificante τὸ ψοφῶ, τὸ ἠχῶ, *ſtrepo, reſono, cum ſono proferor*. Habet Aor. 2. act. ἔχλαδον. & præter. med. κέχλαδα. vnde particip. κεχλαδώς, vide Pyth. Od. 4. partic. κεχλαδὼν Aor. 2. act. ab eodem χλάζω. Hæc tria prima cola ſic proſa declares. Τὸ μὲ μέλος ὅπερ ἐφ' Ἡρακλεῖ ἐν Ὀλυμπίᾳ Ἀρχίλοχος συνέθηκε μετρίῳ φωνῇ ᾀδόμενον, δηλονότι ὁ καλλίνικος ὁ τρὶς λεγόμενος.

ἄρκεσε. Neglecto augmento pro ἤρκεσε. Hoc eſt ἱκανὸν ἐγένετο κρόνιον κτ' λόφον προῤῥηθῆναι Ἐφαρμόςῳ σὺν ἑταίροις φίλοις χορεύοντι. Vox ἀγεμονεῦσαι Dor. pro ἡγεμονεῦσαι, hîc exponitur προηγήσασθαι, καθηγήσασθαι, προῤῥηθῆναι. Obſeruatur hîc quando & à quibus, quum caneretur carmen, chorus publicus conſtitueretur: nimirum à victore qui præibat, & amicorum turba quæ ſequebatur præeuntem victorem.

ἀγα νυῦ. Pro νυῦ δ᾽: vt respondeat praecedenti τὸ μὲν. q. d. ὁ μὲν ὕμνος Ἀρχιλόχου κατὰ τὸν τῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκης καλεῖν ἱκανὸς ἐγένετο : νυῦ δ᾽ ἐπέξελθε, καὶ ὕμνησον τὸν Δία, ὦ ψυχή, τὸν λαμπρᾶς ἀστραπῆς αἴτιον, καὶ ὄρος Κρόνιον τοιούτοις ὕμνοις, οὓς αἱ Μοῦσαι παρέχουσι διὰ τῶν ἐγκωμιαστικῶν λόγων τὴν εὐφημίαν πόρρω πεμπόντων. Haec περικλέεσιν continent, qua se ad scribendum excitat. Est enim ἐπίνειμαι, Imperat. modi Aor. 1. med. ἐπινειμάμην, verbi ἐπινέμομαι, quod hic sumitur pro ἐπέξέρχομαι. Emphasis inest in τοιοῖσδ᾽ μέλεσι: quasi sit meliùs laudaturus, quàm Archilochi carmine fuit laudatus: qua laude complectitur cùm Iouem, cui sacra sunt Olympia, tum ipsum certaminis locum, quem synecdochicè per promontorium Elidis describit, quae pars tantùm Pisae est vbi certamina haec sacra celebrabantur. Intelligit autem κρόνιον λόφον, de quo iam antè. Et ἀκρωτήριον appellat σεμνὸν, fortè propter Iouem, & sex aras duodecim Dijs κατ᾽ δύο sacras.

ἀπὸ τόξων. Familiaris poëtae metaphora: qui poësin hic appellat arcus, & encomium proinde telum quod ex eo emittitur. Tribuuntur arcus & sagittae Musis, vt & Apollini earum praesidi: sed huius sunt radij solares: Illarum encomia & laudes: Hic ἑκαβόλος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης appellatur, quia suis radijs Sol est efficax in omnia, praesertim quum longissimos circa solstitium aestiuum immittit: illae ἑκατηβόλοι dicuntur quia carminibus decantatae laudes procul trans mare, & remotissimas ad terras feruntur.

μοισᾶν. Geminus Dorismus pro μουσῶν. & ἑκαταβόλων. Dor. pro comm. ἑκατηβόλων. à singulari recto ἑκατηβόλος *procul iaculans*. Deducitur ista vox ab ἑκὰς *procul* & βέβολα praeter. med. verbi βάλλω *iacio*, *iaculor*. Quare fit primùm ἑκαβόλος, & verso α in η metri causa ἑκηβόλος: rursus hoc Dor. ἑκαβόλος postea inserta syllaba τη, ἑκατηβόλος. & Dor. ἑκαταβόλος. Sic inferitur τη voci ἔτυμος & dicitur ἐτήτυμος. Eustathius deducit hanc vocem vel ab ἕκαθεν βάλλων *qui eminus iaculatur*, vel ab ἑκατὸν ἤγουν πολλοῖς βέλεσι χρώμενος, *qui centum* hoc est *multis sagittis vtitur*, quòd Appollo Pythonem serpentem centum sagittis occiderit.

φοινικοστερόπαν. Accus. Dor. pro φοινικοστερόπην, à nominat. φοινικοστερόπης. Epitheton Iouis, quod fit à φοίνικος *puniceus*, *ruber*, & στεροπὴ hoc est ἀστραπὴ *fulgur*: quod metonymicè in hoc composito sumitur pro κεραυνὸς, quia fulguris splendor anteit, aut comitatur fulmen, στεροπὴ dicitur ἀπὸ τοῦ στερεῖν ὄπας hoc est ὄψεως seu ὀπωπῆς quia fulguris splendor ita perstringit oculos, vt eos visu ferme priuet. Quare Iouem φοινικοστερόπην vocat *rubentia fulmina vibrantem*. Ideo Horat. 2. Od. l. 1. dicit

> *Iam satis terris niuis, atque dirae*
> *Grandinis misit pater, & rubente*
> *Dextera sacras iaculatus arces,*
> *Terruit vrbem.*

Et Virg. 1. Georg.

> *Ipse Pater media nimborum in nocte, corusca*
> *Fulmina molitur dextra.*

Ἀλιδος. Dor. pro comm. Ηλιδ⟨ος⟩, ab Ηλ⟨ις⟩ nomine regionis in qua eſt Piſa: in Piſa autem Cronium promontorium.

τὸ δήποτε. Digreſſiuncula ad Pelopis fabulam: quam Oda prima ſatis expoſuimus. Hîc ἐξάρατο. compoſitum pro ſimplici ἄρατο & hoc Dor. pro ἤρατο: ſic apud Homer. κῦδος ἀρέσϑαι *decus reportare.* ἕδνον hîc ſumitur pro φέρνη. Nam hæc ita iureconſulti diſtingunt, vt ἕδνον ſint ea dona quæ maritus vxori largitur: φέρνη verò dos quam marito affert vxor. Nihilominus ἕδνον impropriè hîc ſumitur pro φέρνη. Nam Elis propter Hippodamiam Pelopi obtigit in dotem.

παράφρασις.

Ad Pythonem quoque, vbi vt & in Elide vicit Epharmoſtus mitte celeriter dulcem hymnum. Humi repentibus verbis ſanè non vteris, viri Opuntis inclytæ ciuis luctas cithara recinendo. Velim vtique ciuem collaudes, ipſámque ciuitatem, in qua diligentes extant iuſtitię cultores, & legum bonarum, quibus integrę reſpublicæ ſeruantur, obſeruatores magnam hoc ſtudio gloriam conſequuntur: quæque pariter ſui ciuis ſtrenuitate clareſcit, cuius geminum edidit ſpecimen, alterum quum in Pythone vbi eſt fons Caſtalius, Pythiorum, alterum quum in Olympia prope fluuium Alpheum ſita, Olympiorum victor euaſit. Vnde fit vt encomiaſticus hic hymnus, qui coronarum illarum eſt fructus, celebrem Opuntem Locrorum metropolim, & arboribus inſigne ſolum, extollat.

ἀντιστρ. ε. κῶλ. 15.

πτερόεντα δ᾽ ἵει γλυκὺν
Πυθῶνάδ᾽ οἰστόν. οὔ-
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφά-
ψῃ,
ἄνδρος ἀμφὶ παλαίσμασιν
φόρμιγγ᾽ ἐλελίζων
κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος. αἰ-
νήσαις ἑ καὶ υἱὸν,
ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ
σώτειρα λέλογχεν
μεγαλόδοξος Εὐνομία.
θάλλει δ᾽ ἀρεταῖς ἴ-
σον καὶ Κασταλίᾳ, παρ᾽
Ἀλ-
φειοῦ τε ῥέεθρον·
ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείροντι
ματέρ᾽ ἀγλαόδενδρον.

μετάφρασις.

*Alatam autem mitte dulcem ad Pythonem ſagittam. Non ſanè humi ſerpentes ſermones attinges, viri de luctis citharam mouens clara ex Opunte. Laudes eam, & filiũ* eius, *quã Themis & filia eius ſeruatrix ſortita eſt, magni nominis Eunomia. Floret autẽ ſtrenuitate æqualiter & in Caſtalia, & apud Alphei fluentũ: vnde coronarum flores inclytam Locrorum extollunt matrem pulchrarum arborum* feracem.

πτερόεντα δ᾽ ἵει. Perſeuerat in apoſtrophe ad ſeipſum, vt dulce telum ab Olympia ad Pythonem dirigat, vt vna fidelia duos parietes dealbet, videlicet vt Epharmoſtum celebret non ſolùm ab Olympiaca victoria quam obtinuit Olympiade 73. ſed etiam à Pythiaca, quam obtinuit Pythiade 30. Porrò allegoricè hymnum, ſeu encomium hoc ſuum appellat οἰστὸν, vt & vltima antiſtropha 2. Od. Olymp. Addit duo epitheta 1. γλυκὺν *dulcem*, vt emolliat vocem οἰστὸν: ſicuti & loco citato dixit ἐκ μαλθακᾶς φρενὸς eundem in finem. 2. πτερόεντα *alatam.* Nam ſagittis inſeruntur pennæ quò ferantur velociùs: vúltque ita ſui ingenij velocitatem denotare. Hæc ita ſine tropo efferas,

πέμπε δ' πρὸς τὴν Πυθῶνα γλυκὺν ὕμνον διὰ τάχους. Πύθωνάδε pro εἰς vel πρὸς Πύθωνα sicuti οἴκαδε, οἴκονδε pro εἰς vel πρὸς οἶκον.

ἔτοι χαμαιπετέων. Hoc est οὐ μάτην χρήσῃ λόγοις ἐυτελέσιν. Promittit his verbis splendidum carmen. χαμαιπετὴς autem fit ex χαμαὶ hoc est ἐπὶ τὴν γῆν & πέτων pro πίπτων *humi cadens*, vel *humi serpens.*

αὐδεὸς. Dixeris in prosa φόρμιγγα κινῶν ἐπὶ τοῖς παλαίσμασι τοῦ αὐδεὸς. Verbum autem ἐλελίζω hoc loco & 1. Pyth. quum tribuitur citharæ, significat λείως κινῶ. *leuiter moueo.* Aliàs verò significat, σείω, πινάσσω, συστρέφω, εἱλέω, ἑλίσσω, *quatio, quasso, contorqueo, conuoluo, inuoluo, implico.*

αἰνήσαις ἑ καὶ υἱόν. hoc est ἐπαίνεσον αὐτὴν τὴν πόλιν Ὀπούντα, καὶ τὸν αὐτῆς πολίτην Ἐφαρμοστον. In his primùm obseruemus αἰνήσαις esse 2. pers. singul. optat. αἰνήσαιμι. Aor. 1. ᾔνεσα. Non autem particip. Dor. pro αἰνήσας vt putat Leonicerus. Deinde ἑ. per antonymiam sumi pro αὐτὴν: tertiò per υἱὸν significari πολίτην; nam patria communis est omnium ciuium mater.

ἃν Θέμις. Dor. pro ἣν: & hæc referuntur ad Opunta Epharmosti patriam, quam instituit laudare, primúmque commendat à iustitiæ cultu, & iusta legum ordinatione, ac proinde recta reipub. administratione. q.d. ἥντινα πόλιν Ὀπούντα εἰς κλῆρον ἔλαβεν ἡ δίκη, καὶ ἡ θυγατὴρ αὐτῆς πόλεως σώζουσα Εὐνομία καὶ πολὺ τιμία. Themis apud Hesiodum Iouis est coniux. Huius filiæ sunt, vt ex Orphei hymno constat, δίκη, εὐνομία, εἰρήνη. Sic enim ille.

Ὧραι θυγατέρες Θέμιδος, καὶ Ζηνὸς ἄνακτος,
Εὐνομίη τε, Δίκη τε, καὶ Εἰρήνη πολύολβε.

Hìc Pindarus vnius Eunomiæ facit mentionem, quia Opuntem præcipuè à bonis legibus laudare instituit. Olymp. 13. fiet de reliquis mentio, nimirum stroph. 1.

σώτειρα. Seruatrix dicitur Eunomia, quia bonarum legum latione & obseruatione seruatur respublica: sine quibus facilè caderet. Vnde Demosthenes orator dicebat leges ciuitatis animam esse. Vt enim exanime corpus procumbit: ita ciuitas, si leges absint, non consistit. Additur μεγαλόδοξος, poëtica vox, quę significat ὁ μεγάλην δόξαν ἔχων, ἢ φέρων *magnam habens, aut afferens gloriam:* hócque epitheton tribuitur Eunomiæ, ab effectu. Nam bonæ leges, magnam sui cultoribus gloriam afferunt.

θάλλει δ'. Secundò nunc commendatur à duabus sui ciuis victorijs, nam ciuis laudem ad patriã transfert. Altera victoria fuit Olympiorum in Olympia prope Alpheum sita: altera Pythiorum in Pythone prope fontem Castalium. Ante Κασταλίᾳ subaudienda præpositio ἐν.

ὅθεν. Victoriam consequentia sunt coronæ, coronas gloria. κλυτὰν Dor. pro κλυτὴν. & ἐπαείροντι. Dor. pro ἐπαείρουσι: & ματέρα Dor. pro comm. μητέρα. Sic periphrasticè intelligenda Opus Locrorum metropolis. Opuntij autem sunt Orientales, Eubœæ oppositi. Eadem vocatur ἀγλαόδενδρος hoc est ἀγλαὰ δένδρα φέρουσα: & à consequenti εὔγεως, vt interpretatur Triclinius.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. 1. μετάφρασις.

Itaque dilectam hanc vrbem claris illuſtrans carminibus, huius Epharmoſti victoriæ nuntium per omnes terráſque tractúſque maris velociùs quàm generoſo equo, & celerrima naui mittã, ſi modò fatali opeadiutus ego poëta eximius, Gratijs ſplendidum carmen cõtexo: quandoquidem quicquid iucundum eſt, & placet, ab illis proficiſcitur. Diuino autem dono homines cùm ad ſapientiam, tum ad alias virtutes à natura ſunt comparati.

ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν
μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον,
καὶ ναὸς ὑποπτέρου, παντᾶ
ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι
κᾶπον· κεῖναι γὰρ ὤπασαν
τὰ τέρπν'. ἀγαθοὶ δὲ
καὶ σοφοὶ κατ' δαίμον' ἄνδρες

*Ego autem charam vrbem claris illuſtrans carminibus, & feroci equo ciòiùs, & naue alata quoquouerſum nuntium hoc mittam, ſi modò fatali auxilio eximium Gratiarum decerpo hortum: illæ enim præbent iucunda. Strenui autem viri, & ſapientes per diuinom ſortem*

ἐγὼ δέ τοι. Hoc eſt, Ἐγὼ δὴ σὺν λαμπραῖς ᾠδαῖς λαμπρύνων περιφιλῆ πόλιν Ὀποῦντα, τὴν ἀγγελίαν ταύτην πέμψω θᾶττον ἢ ἵππος, καὶ ναὸς ταχυτάτης θᾶσσον. Quibus verbis iterum promittit illuſtre carmen. Vtrúrque metaphora ſumpta ab ignis ſplendore. Nam μαλερὸς dicitur καυστικὸς, λαμπρός. Ignis autem eſt lucidum eſſe & ἐπιφλέγειν hoc eſt λαμπρύνειν, ἐπαυγάζειν, *illuſtrare, clarum reddere.* Quare hoc loco μαλερὸς & ἐπιφλέγω metaphoricè ſumenda ſunt. Nam cùm μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς propriè ſonet, *ardentibus incendens carminibus*, tamen tropicè exponendum eſt, *claris illuſtrans carminibus.* Ita vt quemadmodum ignis ardet, & ſplendet, quo loca vicina calefiunt, & illuſtrantur: ſic poëtarum carminibus accendatur exiſtimatio hominum, ipſorúmque nomen clarum reddatur.

ἀγάνορος Dor. pro comm. ἀγήνορος. Ἀγήνωρ autem poëticum eſt: cuius variæ ſunt ſignificationes, rebúſque tum animatis, tum inanimis tribuitur. Hìc ἀγήνωρ equo tribuitur. Od. 1. Iſthm. κόμπον ἀγάνορα vocat *magnificam gloriam*. Porrò prouerbialiter hæc ſententia vſurpatur, quum de feſtinatione agitur, ſicut & illud, Πηγάσου ταχύτερος *Pegaſo velocior.*

ναὸς ὑποπτέρου. Hoc eſt ταχείας. Nam ὑπόπτερος, propriè eſt *alatus*: ſed metaphoricè *velox*: Sic autem vocatur nauis quæ remis tanquam alis citò fertur: vnde Homerus de remis loquens eos πτερὰ vocat τά πτερὰ νηυσὶ πέλονται. & à Polluce *palmulæ remorum*, qui & ταρσοὶ κωπῶν, vocantur πτερά. Heſiodus autem νηὸς πτερὰ vocat ἱστία. Nam quod alæ auibus, id vela remíque nauibus præſtant. Innuere autem vult poëta ſe ſuis carminibus effecturum vt Epharmoſti laudes citò per omnes terráſque tractúſq; maris perferantur. Siquidem iter fit equo per terram: naui per mare.

ἀγγελίαν ταύταν, hoc eſt τοῦτο ἐγκώμιον ἀγγέλλον Ἐφαρμόστου ἀνδραγαθήματα. In ταύταν Dorifmus eſt pro ταύτην.

εἰ σύν τινι. Hoc eſt εἰ μετά τινος θείας μηχανῆς τὴν ποιητικὴν ἀσκῶ. Etenim Gratiarum hortum, poëticam appellat, in qua quemadmodum in horto varijs floribus decoro, nitet eximia venuſtas: vnde prope Muſas Charites habitare dicuntur ab Heſiodo.

Παρ' δ' αὐταῖς Χάριτές τε καὶ Ἵμερος οἰκί' ἔχουσι.

μοιρειδίῳ. Vox μοιρείδιος poët. eſt, à μοῖρα *fatum*, & ſumitur pro εἱμαρμένος vel πεπρωμένος. quæ vox occurrit. Pyth. 1. Iſthm. 6. & Pyth. 4. παλάμᾳ Dor. pro παλάμῃ & κᾶπον pro κῆπον. Hac autem conditionali propoſitione vſus eſt, quòd noſſet ſe ingenio poëtico multum valere.

κεῖναι γὰρ ὤπασαν. Ratio præcedentis ſententiæ, ab effectu ſumpta. Quid autem præſtent Charites vide 14. Oda huius libri.

Ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοί. Confirmatio rationis à generali ſententia, qua docet ſapientiam aliáſque virtutes diuinitus ad homines promanare. Intelligit autem τὴν εὐφυΐαν *præclaram indolem*. Idem ſentit ſtroph. 3. Pyth. 1. ἐκ Θεῶν γὰρ μηχαναὶ &c. & 3. Iſthm. Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται ἐκ σέθεν. & Homerus Il. v. vbi Aeneas longam ſui generis ſeriem explicat:

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε.

Innuit autem non ſolùm ſibi à Deo datum eſſe vt eſſet σοφὸς ad componendum hymnum: ſed Epharmoſto etiam vt eſſet ἀγαθὸς ad victoriam comparandam. Preterea his verbis ſibi ſternit viam ad fabulam Herculei roboris, quo Dijs, Neptuno ſcilicet obſtitit, & Plutoni.

παράφρασις.

Etenim niſi ita ſe res haberet, vt ſapientes & fortes diuinitus redderent homines, quomodo fieri potuiſſet vt Hercules claua manibus vibrata tridentem reprimeret; quum ei circa Pylum aduerſus Neleum pugnanti reſiſtebat Neptunus filio ferens opem? quomodo etiam Apollinem ſuperaſſet, quum argenteo arcu etiam ipſi obſiſtebat: quando huic Deo proiecto tripode bellum intenderat, quia Pythia ſacerdos Deum adeſſe, & reſponſa dare aliquando ſciſcitanti negauerat? quomodo etiam quum Pluto nõ immotam teneret virgam qua mortalia corpora trahit

στροφὴ β. κῶλ. ιϛ.

ἐγένοντο. ἐπεὶ ἐναν-
τ' ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκυτάλαν τίναξε χερ-
σὶν,
ἁνίκ' ἀμφὶ Πύλον σταθεὶς
ἔρειδε Ποσειδῶν,
ἤρειδέν τε μιν ἀργυρέῳ
τόξῳ πολεμίζων
„ Φοῖβος· οὐδ' Ἀΐδας ἀκι-
„ νήταν ἔχε ῥάβδον,
„ βρότεα σώμαθ' ᾇ κατάγει
„ κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
„ θνασκόντων. ἀπό μοι λόγον
τοῦτον στόμα ῥῖψον·
„ ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι
„ Θεοὺς, ἐχθρὰ σοφία· καὶ
„ τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,

μετάφρασις.

*exiſtunt: alioqui quomodo aduerſus tridentẽ* Neptuni, *Hercules clauam vibraſſet manibus, quando circa Pylum conſtitutus reſiſtebat ipſum argenteo arcu oppugnans Phœbus: „ nec Pluto immotam habebat virgam, mortalia corpora qua deducit cauũ ad vicũ morientium? Mihi hunc ſermonem abijce os. „ Nam conuiciari Dijs, odioſa eſt ſapientia: & gloriari intempeſtiuè,*

ad ſe-

ad sepulchrum,eo repulso Cerberum ex inferis reduxisset? At verò tu meum os sermonem hunc missum facito.Nam absurda deDijs dicere contumeliosum est, odiosum,stultúmque & gloriando Dijs homines anteponere,insaniæ simillimum.

ἐπεὶ ἔναντ'. Sic declaranda cum Triclinio sententia hæc.ἐπεὶ εἰ μὴ ἐγένοντο κτ᾽ μοῖραν θείαν φρόνιμοι καὶ ἀνδρεῖοι, πῶς ἂν ὁ Ἡρακλῆς ἐναντίον τῆς τριαίνης τοῦ Ποσειδῶνος ἐκίνησε διὰ χειρῶν τὸ ῥόπαλον; Itaque à contrario probat viros sapientes & fortes à Deo esse. Quod nisi ita se haberet, Hercules non potuisset tribus Dijs, Neptuno,Apollini & Plutoni resistere. Quod ad primam historiam attinet, Hercules auhore Schol. Trachinio quodam occiso,Pylum Apollinis iussu se contulit, vt à cæde per Neleum expiaretur. Id renuente Neleo, eum bello persequutus est Hercules, etiam Neptuno, qui Nelei pater erat, filij partes defendente.

ἔναντα. Poëticum aduerbium pro comm. ἐναντίον,quod per syncopen formatur ex ἐναντία, & Aeolicè accentu in primam syllabam retracto ἔναντα dicitur, & significat *contra,aduersus*. τριόδους idem quod τρίαινα, & σκυτάλη quod ῥόπαλον seu κορύνη. De qua voce vide 6.Odam huius libri. τίναξε neglecto augmento pro ἐτίναξε à τινάσσω, τὸ κινῶ *moueo,quatio*.

ἀνίκα.h.e.ὅπηνίκα ὡς ὁ Ποσειδῶν ἀμφὶ τὴν Πύλον αὐτῷ ἀντήρειδε. Dicit Schol. esse in hoc abusum loco Homeri dicentis Ἐν Πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλών, quum ibi non de Pylo vrbe Nestoris agatur:sed τὴν ἐν ᾅδου πύλην intelligat.

ἤρειδε.Neglecto augmento pro ἤρειδε.ab ἐρείδω quod hîc vsurpatur pro composito ἀντερείδω, τὸ ἀνθίσταμαι. Qua in significatione etiam vsurpatur ἤρειδεν in sequenti colo.

πολεμίζων Φοῖβος. Secunda historia. Cùm Hercules venisset Pythonem, super re quadam consulturus Apollinem,respondit Pythia Apollinem non esse domi,neque iam responsa dare.Quamobrem ira percitus, arripuit τὸν μαντικὸν τρίποδα, Deo bellum illaturus: in quo certamine Apollinem vicisse fertur. Phœbo autem tribuitur ἀργύρεον τόξον, vnde ἀργυρότοξος appellatur.

οὐδ' ἀκινήταν.h.e. οὐδὲ ὁ Αδης εἶχεν ἀκίνητον τὴν ἑαυτοῦ ῥάβδον, δι' ἧς κατάγει τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα εἰς καταδύσεις τῆς γῆς, ὡς οἱ ἀποθνήσκοντες διέρχονται. Tertia historia de pugna contra Plutonem.Nam cùm Hercules Eurysthei mandato, Cerberum ab inferis educere vellet,Plutonem obsistentem repulit,& canem eduxit.Porro antè οὐδὲ,ἀπὸ κοινοῦ repetendum ἐνίκα.

Αἴδας.Dor.pro Αἴδης. Deinde ἀκινήταν Dor.pro ἀκινήτην. ab ἀκίνητος: quod etsi communiter generis est communis nihilominus poëta metri causa fœmineum genus format κατ' ἀναλογίαν.Postea ἔχε imperf.est negl.augm.pro εἶχε.

ῥάβδον. Virga tribuitur Plutoni vt & Mercurio: sed hac cum differentia:Quòd hic virga vtatur ad animas ducendas & reducendas:ille ad corpora. Proinde Ebeni corona ei dicata est:eúmque cupresso delectari tradunt, quæ arbor funeribus adhibetur.Hinc & ἀγεσίλαος cognominatus est παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαούς. Et infrà Pindaro dicitur λαγέτας eodem sensu.

ᾇ.Dor.pro ῇ.& κοίλαν pro κοίλην.Vocat autem cauum vicum morientiũ, ipsum

ſepulchrum quò mortales trahit Pluto. Mirum igitur Herculis robur, mira fortitudo, ſiquidem effecit vt quum virgam illam Pluto mouerit, ab ea non ſolùm illæſus redierit, ſed Deum ipſum etiam vicerit. θνασκόντων Dor. pro θνησκόντων.

ἀπό μοι λόγον. Apoſtrophe ad ſuum os, cum graui increpatione, qua corrigit effuſam licentiam, fabuloſa liberiùs de Dijs narrandi, q.d. ἀπόῤῥιψον ὦ σόμα ἐμὸν τὸν λόγον τοῦτον ὡς ἐπιβλαβῆ.

ἐπὶ. Ratio correctionis & increpationis. Et elegantiſſimæ ſunt hæ ſententiæ, quarum prima docet, ne de Dijs leuiter quicquam ſentiamus & dicamus: quẽadmodum quum Hercules homo Dijs opponitur, eóſque viciſſe dicitur. Huic non abſonum eſt quod prima Olymp. 2. epodo dixit, ἐμοὶ δ' ἄπορα &c. Nam nihil de Dijs contumelioſum dicendum ibi monet.

λοιδορῆσαι. Conuiciari vocat quod de Dijs liberiùs ex fabulis narrauit: & loco citato primæ Olymp. κακαγόρως maledicos appellat, qui Deum aliquem γαστρίμαργον fabulantur. Cúmque iſtiuſmodi fabulæ tanquam inuolucris ſapientiam quandam continere videantur, eam ἐχθρὰν hoc eſt μεμισημένlω *odioſam* nuncupat, ac proinde meram ſtultitiam, ſiquidem ἐχ ὅσιόν ἐστι nefas eſt talia comminiſci & referre.

τὸ δὲ καυχᾶσθαι. Altera ſententia qua monet ne de nobis quicquam iactemus, ne-ue gloriemur, ſiquidem illud inſaniæ reſpondet. Cæterùm ἑρμηνευτικῶς additur hoc priori ſententiæ q.d. *Non modò odioſa eſt ſapientia malè ſentire de Dijs: ſed gloriari homineſq; Dijs præferre, mera eſt inſania.*

παράφρασις.

Ne nunc nugas huiuſmodi proponas: miſſum facias bellum: nullius pugnæ memineris quando de Dijs ages, cùm hæc non cadãt in eos. Quin potiùs de Opunte Protogeniæ vrbe ſic ab Opunte eius filio denominata loquaris, vbi Iouis velocium fulminum authoris conſilio & prouidentia, Deucalion & Pyrrha, quum repreſſo Græciæ diluuio ex monte Parnaſſo deſcendiſſent, primas ſedes poſuerunt, & citra coniugalem congreſſum homines ſui ſimiles compararunt, iactis poſt terga lapidibus, ita vt iactu viri virilis, iactu fœminæ fœmineus ſexus repararetur: vnde populi à λᾶας *lapis* appellati ſunt λαοὶ: primúmque primi illi Opuntij, quorum in gratiam velim, ô tu meum os, nunc carmina pronuncies: omiſſiſque veteribus fabulis, quæ eorum in gloriam, ſicuti Epharmoſti victoria, recens acciderunt, recens canas: ſiquidem vt vina meliora quidem reddit dies, ſic contrà gratiores ſunt hymni eximij recens conditi.

ἀντιστρ. κῶλ. ιϛ.

μανίαισιν ὑποκρέκει.
μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοιαῦτ'. ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν,
χωρὶς ἀθανάτων. φέροις
δὲ Πρωτογενείας
ἄστει γλῶσσαν, ἵν' αἰολοβρόντα Διὸς αἴσᾳ
Πύῤῥα Δευκαλίων τε Παρνασοῦ καταβάντε,
" δόμον ἔθεντο πρῶτον. ἄτερ
" δ' εὐνᾶς ὁμόδαμον
" κτισσάσθαν λίθινον γόνον.
" λαοὶ δ' ὀνόμασθεν.
ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶμον
" λιγύν. αἴνει δὲ παλαιὸν
" μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων

μετάφρασις.

*inſaniis conſonat. Ne nũc ſtridas talia: omitte bellũ, pugnamq; omnem ſeorſum à Dijs. Conuertas autẽ ad Protogeniæ vrbẽ linguã, vbi velociter fulminantis Iouis imperio Pyrrha, Deucalioq; Parnaſo quum deſcendiſſent ſedes collocarunt primas,* " *& abſq; concubitu, eiuſdẽ generis compararũt lapideã fœturam:* λαοὶ *autẽ appellati fuerũt. Excita carminũ ipſis viã canorã.* " *Lauda autẽ vetus quidẽ vinũ, flores verò hymnorũ*

μανίαισιν Datiuus poëtic.pro μανίαις Cohæret autem cum ſuperioribus. ὑποκρέκει hoc eſt συμφωνεῖ, προσέοικε, ὑπηχεῖ, *conſonat, ſimile eſt, congruit, conuenit*. Eſt autem ὑποκρέκειν *authore Schol*. τὸ ἠρεμαίως ὑπηχεῖν ἐν τῷ ἁρμόζειν τὴν κιθάραν. Nam κρέκε ſonat cithara. Quare eſt metaphora ſumpta à citharæ pulſatione. Cæterùm vt eſt inſani ſeipſum laudare intempeſtiuè: ſic contrà ſapientis eſt tempeſtiuè gloriari, ſuáſque laudes prædicare: quod quomodo fieri poſſit citra auditorum inuidiam & offenſionem, docet Hermogenes, libro περὶ μεθόδου δεινότητος, cap. περὶ τοῦ αὑτὸν ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. & Plutarchus in Opuſculis.

μὴ νῦν λαλάγει. Hoc eſt μὴ νῦν τὰ τοιαῦτα φλυάρει. Epimone in eâdem ſententia, ne bella, rixáſque Deorum proferat. Eſt autem λαλαγεῖν poëticum pro λαλεῖν, ἐκφωνεῖν, *loqui, narrare, dicere*.

ἔα πόλεμον. Hoc eſt μὴ μέμνησο πολέμων, μαχῶν τε, τὰ γὰρ τοιαῦτα πόῤῥω τῶν Θεῶν ἐστί. Sume μάχαν Dor.pro μάχην.

φέροις δ᾽. Hoc eſt λέγοις μᾶλλον ὦ στόμα τὰ περὶ τῆς πόλεως τῆς ἀπὸ Πρωτογενείας, δηλονότι τῆς Ὀπουντος: Hæc eſt μετάβασις qua redit ad laudes Opuntiorum, quorum originem deducit ad Deucalionem & Pyrrham hoc pacto. Iapeti filij ſunt Prometheus, & Epimetheus: deinde Promethei & Clymenes filius eſt Deucalion, qui & Opus nominatur. Epimethei autem & Pandoræ filia Pyrrha. Pyrrhæ autem & Deucalionis filia Protogenia, quam Locrus duxit in vxorem. Quia verò ſterilis erat, ne Locrus ſine ſucceſſore mortem obiret, rapit Iupiter Protogeniam, ad Mænala Arcadię montem transferens, eámque à ſe grauidam factam Locro marito reddit. Locrus è Ioue natam prolem ſuam putans, ei aui materni Deucalionis, qui aliàs etiam Opus dicebatur, nomen indidit: & ab hoc vrbs Opus, quæ periphraſticè Protogeniæ vrbs hîc dicitur.

αἰολοβρόντα. Genit. Dor. à nominat. Dorico αἰολοβρόντας pro αἰολοβρόντης: quod vocabulum eſt poëticum, Iouíſque epitheton q.d. αἰόλας hoc eſt ταχείας βροντὰς ἐγείρων. Interpres Latinus metonymicè expoſuit *Iouem velociter fulminantem*. Tonitru enim pro ipſo fulmine accepit, quod cum tonitrui fragore ingenti cœlitus in terras defertur. Apuleio autem βροντᾶος dicitur, *Tonitruus, Tonitrualis*: idem cum αἰολοβρόντης. αἴσα Dor.pro αἴσῃ hoc eſt τῇ προστάξει, τῇ βουλῇ ſeu βουλήσει τοῦ Διός.

Πύῤῥα. Digreſſio ad κατακλυσμὸν qui Pyrrhæ & Deucalionis ætate accidit, quorum fabulam Ouid. deſcribit. 1. Metamorph. Horum hîc mentionem facit tanquam primorum Opuntis incolarum, quum ex Parnaſſo poſt diluuium deſcendiſſent. Contrà tamen dicit Apollodorus eos in Cyno habitaſſe.

ἄτερ εὐνᾶς. Hoc eſt ἄνευ κοίτης, καὶ μίξεως γόνον ὁμογενῆ ἀπὸ λίθων ἐκτήσαντο. Fabulantur Deucalionem & Pyrrham iuſſu Iouis, lapidibus poſt terga iactis hominum genus inſtauraſſe: ex illius autem iactu mares, ex huius verò fœminas ſurrexiſſe.

εὐνᾶς. Dor. pro comm. εὐνῆς item ὁμόδαμον pro ὁμόδημον. & κτησάσθαν. Dualis numeri, Aor. prior. med. neglecto augmento & Dor. pro ἐκτησάσθην. Legunt nonnulli κτισάσθαν tanquam à κτίζω, quòd cùm actiuè ſit ſumendum, non ita probo.

λαοὶ δ'. Doribus λᾶας dicitur λίθος: vnde Epicharm. τοὺς ὄχλους ἀπὸ τῶν λίθων dictos λαοὺς asserit. Philochorus verò dicit Cecropem, quum vellet Athenienſium numerum cognoſcere, iuſſiſſe vt lapides afferrent, & in medium proijcerent: ex iiſque cognouiſſe viginta millia ciuium eſſe: & τοὺς ὄχλους à Cecrope λαοὺς eſſe appellatos. Sed maximè recepta eſt authoris noſtri ſententia, qui à lapidibus, vnde reparatum eſt genus humanum à Deucalione & Pyrrha, λαοὺς ait dictos eſſe populos, vnde illud refert Schol.

Ἐκ δὲ λίθων ἐγένοντο βροτοὶ, λαοὶ δὲ καλέονται.

ὠνόμασθεν. Sic neglecto augmento & Aeol. effertur 3. perſ. plur. Aor. 1. paſſ. pro ὠνομάσθησαν.

ἔγειρ' ἐπέων. Epanalepſis qua cœptam ſententiam reuocat: iterúmque ſe excitat: q. d. κίνησον τὸ Ὀπουντίων χάριν τὸ ἀπὸ τοῦ Δευκαλίωνος ὁδὸν ἐπῶν ἐμμελῆ: τὰ γὰρ παλαιὰ διηγήματα οὐχ ὥσπερ παλαιὸν οἶνον ἐπαινετέον, ἀλλὰ τὰς νέας ὑποθέσεις ὕμνων, οἷα ὑπόθεσις τῆς νίκης τοῦ νικηφόρου Ἐφαρμόστου ἀπογόνου ὄντος Δευκαλίωνος.

αἴνει δὲ παλαιὸν. Per antitheſin confert vinum vetus cum recentibus verſibus: illud quidem laudat, ſed non antiqua poëmata: hos quoque laudat, & antiquos taxat Homerus Odyſſ. β. de vino veri.

Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Ἕστασαν, ἄκρητον θεῖον ποτὸν, ἐντὸς ἔχοντες.

Hoc ab Euryclea in vigeſimum vſque annum erat ſeruatum. Sic & Odyſſ. γ. vinum laudat à Neſtore retentum in vndecimum vſque annum. Idem Homer. de nouo carmine.

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Huius ſententiæ ſenſum vide pluribus in Adag. Eraſm. titulo *Nouitas*. Vide apud Athenæum Dipnoſoph. l. 1. c. 23. locum hunc citatum, eadémque opera rationem cur vinum vetus nouo præferatur, & inter mulieres vir iuuenis.

ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων, hoc eſt τῶν νέων ὕμνων τοὺς ἀνθηροὺς, καὶ λαμπροὺς. Metaphora eſt in voce ἄνθεα qua ſignificatur precium, dignitas, & iucunditas. Flores enim in plantis ſunt res præſtantiſſima.

παράφρασις.

Porrò dicunt aquæ vim ingentem nigram fœcundámque terrã impetu magno obruiſſe: ſed Iouis arte aquas quæ exũdarunt, derepente refluxiſſe, & reſorptas in ſuos ſinus rediiſſe. Ex ijs autem, Deucalione & Pyrrha, ortum duxerunt veſtri maiores ô Opuntij: illi ſanè bellicoſi. Nam ex eorum filia Protogenia matre, & patre Ioue, filiorum Saturni præſtantiſſimo, natus eſt filius, exinde nati ex ea ſtirpe reges indigenæ, ita vt ſui ſanguinis dominos ſemper habuerint.

ἐπῳδ. κῶλ. ι.

νεωτέρων. λέγοντι μὰν
χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν
ὕδατος σθένος, ἀλλὰ Ζηνὸς
τέχναις ἀνάπωτιν ἐξαίφνας
ἄντλον ἑλεῖν. κείνων δ' ἔσαν
χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι
ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος
φύτλας κοῦροι, κορᾶν τε φερτάτων Κρονιδᾶν, ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί.

μετάφρασις.

*recentiorũ. Aiunt porrò terram quidem obruiſſe nigrã aquæ vim: ſed Iouis ſolertia refluxũ repentè exundationem cepiſſe. Ex illis autẽ erant æreis clypeis inſtructi veſtri maiores ab initio Iapetionidis ſtirpis filij, filiarumq́ præſtantiſſimorum Saturniorum indigenæ reges ſemper.*

λέγοντι. Iam antè occurrit antiſtr.2.Od.2.pro λέγοισι. Deſcribit autem breuiter Deucalionis diluuium, vtque reſorptæ ſunt aquæ. Diceres proſa·λέγουσι δὴ ὕδωρ πολὺ καταποντίσαι τὴν γῆν μέλαιναν. Dor. μαν pro μὴν. ὕδατος σθένος expono *aquæ vim*, hoc eſt *magnam copiam*: ita vt non ſit periphraſis pro ὕδωρ, ſed ſignificet πολὺ ὕδωρ: aqua autem copioſa magno fertur impetu.

μέλαιναν. Rectè ſanè obſeruat Leonicerus huius epitheti vim, qua terræ fœcunditátem denotat: etenim ab omni æuo compertum eſt fertilem eſſe terram huiuſmodi. Aſſerit autem Ariſtoteles περὶ χρωμάτων, alborem terræ propriũ colorem eſſe: alios illi colores ex variarum qualitatum aut elementorum mixtura accidere.

Ζηνὸς. Hoc eſt, ſubaudito λέγουσι. Ζηνὸς μηχαναῖς τὸν ἄντλον λαβεῖν τὴν ἐξαιφνίδιον ὑδάτων ἀποχώρησιν, καὶ γενέσθαι ἀναρρόφησιν. Doricè dicitur ἐξαίφνας pro ἐξαίφνης.

ἀνάπωτις & Dor. mutato σ. in τ. ἀνάπωτις, & per ſyncopen ἄμπωτις propriè dicitur ἡ ἀναχώρησις τ̃ θαλάσσης vel ἡ ἀναπινομένη θάλασσα, *maris reciprocatio* qua ſuas aquas reſorbet. Fit ab ἀναπίνω. cuius ſimplex πίνω, ſumit nonnulla tempora à πόω, inuſitato. Reperitur etiam ἀνάπωσις, idem ſignificans. Huic opponitur πλημμυρὶς *inundatio, æſtúſque maris*. Fusè autem ex Theſauro Stephani harum vocum expoſitionem hauri.

ἄντλον. Vox iſta ἄντλος, in Maſcul. & ἄντλον in neutro (non tamen Henrico Steph. ſatis probatur hoc genere) eſt ſentina nauis, in quam omnes ſordes confluunt. Sed hîc eſt ἡ χύσις καὶ ῥύσις τ̃ ὕδατος, ἣν ἡ ἄμπωτις ἀνεξήρανε.

κείνων δ' ἔσαν. Narrata Deucalionis & Pyrrhæ hiſtoria, venit ad Opuntios, quos ex hiſce ſuam originem accepiſſe tradit: vt declarauimus ſuperiore antiſtropha, in hæc verba φέρεις δ'. &c. κείνων pro ἐκείνων ſubaudito ἐξ. & ἔσαν poët. pro ἦσαν 3. perſ. plur. per ſyſtolen & geminato σ. ἔσαν ab imperfecto ἦν. vbi εἰμὶ.

χαλκάσπιδες. Hoc eſt, à conſequenti πολεμικοί. Vox hæc χαλκάσπις hoc eſt χαλκῆν ἀσπίδα φέρων eſt poëtica, & occurrit Pyth. 9. ἀρχᾶθεν. Dor. & poët. pro ἀρχῆθεν, hoc eſt ἐξ ἀρχῆς. Ιαπετιονίδος φύτλας κοῦροι hoc eſt ἐκ τ̃ Ιαπετοῦ γενεᾶς γενόμενοι ἔκγονοι. φύτλας Dor. pro φύτλης.

κορᾶν Dor. genit. pro κορῶν. à ſingul. recto κόρα. & κρονιδᾶν. Dor. etiam genit. pro κρονιδῶν. Cæterùm Scholiaſtes hîc obſeruat numeri enallagen pro κόρης καὶ φερτάτου κρονίδου. Nã sũt ex poſteritate puellæ Protogeniæ, quæ apud Locrum maritum ſterilis erat, & à Ioue rapta concepit. Itaque ex hac & Ioue natus eſt Opus à quo genus Opuntiorum. Iupiter φέρτατος κρονίδης dicitur, quia Saturni trium illorum filiorum putatus eſt præſtantiſſimus, factúſque eſt ſummus Deus.

ἐγχώριοι. Hoc eſt αὐτόχθονες. Laus eſt Opuntiorum qui peregrinum dominum nunquam experti ſunt: ſed ſui ſanguinis reges ſemper habuerunt, ſuíque iuris fuerunt βασιλῆες autem Ion. pro βασιλέες. βασιλεῖς.

παράφρασις.

Antea enim Iupiter cœli dominus , Protogeniam Opuntis , aliter Deucalionis, filiam, ex Eleorum ſolo clam ſurſum abreptam , in Mænalo monte compreſſit, & ad Locrum maritum grauidam reduxit, ne liberis carens vita defungeretur, atque ita ſucceſſore deſtitueretur. Illa autem ex ſummi Iouis ſemine vterum gerebat : & Heros Locrus, conſpecto ſuppoſititio filio, quem tamen proprium exiſtimabat, exhilaratus eſt, & Opuntem appellauit , vt Deucalioni materno patri, aliter Opunti vocato , eſſet cognominis , qui in virum ſupra quàm dici poteſt, forma factiſque eximium euaſit : & cui gentis Opuntiæ pater imperium tradidit, vt ſubiectum populum adminiſtraret.

ϛροφὴ γ. κῶλ. ιϛ.

πρὶν Ολύμπιος ἀγεμὼν
ταὶ παῖδ᾽ ἀπὸ γᾶς Επει-
ῶν Οπουῶτος ἀναρπάσαις ἕκα-
λος,
μίχθη Μαιναλίαισιν ἐν
δειραῖς , καὶ ἔνεικε
Λοκρῷ, μὴ καθέλοι μιν αἰ-
ὼν, πότμον ἐφάψαις,
ὀρφανὸν γενεᾶς. ἔχεν
δὲ σπέρμα μέγιστον
ἄλοχος , εὐφράνθη τε ἰ-
δὼν
ἥρως θετὸν υἱόν.
μάτρωος δ᾽ ἐκάλεσσέ μιν
ἰσώνυμον ἔμμεν,
ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ
τε καὶ ἔργοισι. πόλιν δ᾽ ὤ-
πασεν, λεών τε διαιτᾷν.

μετάφρασις.

*Quondam enim Olympius dux filiam Opuntis è terra Epeorũ quum ſurripuiſſet tacitus, mixtus eſt ei Mænaliis in iugis , & reduxit ad Locrum , ne auferret eum æuum mortem inducens , expertem prolis. Habebat autem ſemẽ generoſiſſimum vxor , gauiſúſque eſt intuitus Heros ſuppoſititium filium. Ita autem vocauit eũ vt aui materni cognominis eßet, excellentem virum ſupra quàm dici poßet , forma factíſque. Vrbem autem dedit , populúmque regere,*

πρὶν. Explicat vt Iupiter Opuntem rapta Protogenia generarit. Vt autem apertior ſit ſententia, ſubaudienda coniunctio γὰρ. poſt πρὶν. ἀγεμὼν Dor. pro ἡγεμὼν , addito Ολύμπιος , erit periphraſis Iouis, qui poëtis Latinis *rector Olympi* dicitur.

ταὶ Dor. pro com. τὴν. παῖδα nimirum *Protogeniam*. γᾶς Dor. pro γῆς Επειῶν hoc eſt Ηλείων. Nam Elei vocati ſunt Epei ab Epeo Endymionis filio. Οπουῶτος hoc eſt Δευκαλίωνος: nam is fuit binominis, vt iam obſeruatum. ἕκαλος Dor. pro ἕκηλος hoc eſt ἥσυχος. μίχθη neglecto augmento pro ἐμίχθη. Μαιναλίαισιν Dat. poët. pro Μαιναλίαις: addito ſequens ἐν δειραῖς, & erit periphraſis pro ἐν Μαινάλῳ. Mænalus mons & vrbs Arcadiæ. Hæc autem ſic proſa efferas. πρότερον γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ ἐν τῷ Ολύμπῳ βασιλεὺς τὴν τοῦ Οπουῶτος τοῦ Δευκαλίωνος θυγατέρα Πρωτογένειαν ἀναρπάσας λάθρα ἀπὸ τῆς Ηλίδος , ἐμίγη αὐτῇ ἐν τῷ ὄρει Μαινάλῳ, καὶ ἤνεγκε τῷ Λοκρῷ αὐτῆς ἀνδρί.

μὴ καθέλοι. Impellens cauſa raptæ à Ioue Protogeniæ. Hoc eſt μὴ ἄτεκνον αὐτὸν καταστρέψειεν ὁ χρόνος.

πότμον ἐφάψας. Hoc eſt συντυχίαν θανάτου ἐπαγαγών. Deinde ὀρφανὸν γενεᾶς hoc eſt ἄτεκνον, ἄπαιδα.

1 ἔχε. Neglecto augmento, pro εἶχε δ' ἡ γυνὴ τοῦ Λοκροῦ Πρωτογένεια υἱὸν ἀπὸ τοῦ σπέρματος μεγίστου. Nam erat ἐκ Διὸς filius ille. Est commendatio sobolis à patre.

θετὸν υἱόν. Suppositítius erat filius: sed proprium putabat Locrus. ματρῶος. Dor. pro μητρῶος. Est genit. à μήτρως *maternus auunculus*: quæ vox est Ionicæ dialecti. Aliàs apud recentiores, vt hoc loco, est *maternus auus*, apud Eustath. plura vide.

ἐκάλεσσε. Metri caussa pro ἐκάλεσε. & ἔμμεν. geminato μ. poëticè metri caussa, & hoc Ion. & Dor. pro εἶναι. Dicas prosa ὀνόματι δ' αὐτὸν οὕτως ὡς ὁμώνυμον εἶναι τοῦ ἀπὸ μητρὸς πάππου.

ὑπέρφατον ἄνδρα. Laus secundi Opuntis à forma & factis. Sic & à forma laudat Od. 8. Alcimedontem. μορφᾷ Dor. pro μορφῇ.

πόλιν δ'. Hoc est πόλιν δ' αὐτὴν τὴν Ὀποῦντα πάρεσχεν αὐτῷ διοικεῖν ὁ Λοκρός. Hic λεὼν Atticè pro λαόν. Metaphora est in διαιτᾶν q. d. *prudenter administrare*, vt medici qui cum consilio victus rationem præscribunt.

παράφρασις.

Virtute autem fuit adeò clarus, vt vndique ad eum se contulerint hospites eius fama perciti: finitimíque Heroës Argiui, Thebani, Arcades, & Pisatæ, amicitiæ ergo confluxerint. Verùm inter cæteros Heroas qui Opuntem habitatum venerunt, amore maximo cohonestauit Actoris & Æginæ filium Menœtium. Nam Ægina postquam Æacum peperisset, Actori Thessalo nupsit, vnde natus Menœtius: cuius & Stheneles filius, cum Agamemnone & Menelao Atrei filijs, in Mysiam, vbi olim regnauit Teuthras, appulsus (quum ignari viarum Græci, Troiam aduersus quam militabant, ibi esse rati, solum vastabant) solus cũ Achille, quando Telephus rex, suscepta patriæ defensione, strenuum Græcorum exercitum fugauit, & ad naues compulit, fugatis omnibus alijs in acie stetit: ita vt hoc suæ virtutis specimine, cuius prudenti facilè indicarit magnanimum esse se, fortémque bellatorem. A quo tempore viri fortitudinem admiratus Achilles Thetidis filius,

ἀντιστρ. κώλ. ις.

ἀφίκοντο δέ οἱ ξένοι
ἔκ τ' Ἄργεος, ἔκ τε Θηβᾶν, οἱ Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται.
υἱὰ δ' Ἄκτορος ἐξόχως
τίμασεν ἐποίκων,
Αἰγίνας τε, Μενοίτιον.
τοῦ παῖς ἅμ' Ἀτρείδαις
Τεύθραντος πεδίον μολὼν,
ἔστα σὺν Ἀχιλλεῖ
μόνος, ὅτ' ἀλκάντας Δαναοὺς
τρέψαις ἁλίαισι
πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν.
ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι
μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν
νόον γ', ἐξ οὗ Θέτιος γόνος οὐλίῳ μιν ἐν Ἄρει

μετάφρασις.

*Accesserunt igitur hospites ex Argo, & ex Thebis, & Arcades, itémque Pisatæ: sed filium Actoris, Æginæque Menœtium, maximè inter incolas honorauit: cuius filius cum Atridis Teuthranis in campum profectus, stetit* in acie *cum Achille solus, quando strenuos Danaos in fugam versos, marinas ad puppes Telephus compulit, ita vt prudenti præberet cognoscẽdam strenuam mentem Patrocli, ex quo Thetidis proles, pernicioso ipsum in bello*

ἀφίκοντο δ' οἱ. Amplificatio laudum Opuntis ab amicitia finitimorum Heroũ.

qui illius virtutum fama permoti,ex Argo,Thebis,Arcadia & Pisa ad ipsum confluxerunt. οἱ autem hoc loco non est articulus cum ξένοι coniungendus:sed habetur pro αὐτῷ à pronomine ὗ. 3. personæ. q. d. παρεγένοντο δὲ αὐτῷ ξένοι καὶ μέτοικοι ἀπό τε τοῦ Ἄργους, καὶ Θηβῶν, καὶ Ἀρκαδίας, καὶ Πίσης. Dor. genit. Θηβᾶν pro Θηβῶν.

υἷα δ' Ἄκτορος. Hoc est υἱόν τε Ἄκτορος καὶ Αἰγίνης Μενοίτιον ἐτίμησεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἐνοικοῦντας ξένους. Eiusdem Opuntis laus à singulari amicitia, qua prosequutus est Menœtium,vt pote hospitum Heroum fortissimum & præstantissimũ. Etenim boni est bonos amare.

τοῦ. Articul. præposit. pro subiunct. οὗ nimirum Μενοιτίου παῖς Πάτροκλος ἅμ' υἱοῖς Ἀτρέως ἐπελθὼν ἐς τὴν Μυσίαν τὴν γῆν Τεύθρανι ποτὲ βεβασιλευμένην, μόνος ἔστη σὺν Ἀχιλλεῖ, ὅτε ὁ Τήλεφος τρέψας τοὺς ἰσχυροὺς Ἕλληνας συνήλασεν εἰς τὰς ναῦς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ διατριβὴν ποιουμένας. Ita est digressio de expeditione Græcorum ad Troiam,qui in Mysiam appulsi,hicque Ilium esse rati,regionẽ vastare cœperunt. Sed Telephus suscepta suæ ditionis defensione, Græcos omnes in fugam vertit, exceptis Achille & Patroclo,qui soli fugatis omnibus fortiter impetum hostium pertulêre.

υἷα. Contractum pro υἱέα accus.ab inusitato singulari υἱεύς. τίμασεν Dor.& neglecto augmento pro ἐτίμησε. Αἰγίνας Dor.pro Αἰγίνης. ἔστα Dor.pro ἔστη. ἀλκᾶντας accus.plur.cõtractus pro ἀλκάεντας.à nominat.sing.Dorico ἀλκάεις pro ἀλκήεις. poëtica voce pro ἰσχυρός. à nomine ἀλκή. Occurrit Od.5. Pyth. ἀλκᾶντας Ἡρακλέος ἐκγόνοις. Dat.poët.ἁλίαισι pro ἁλίαις. Synecdochicè dixit πρύμναις pro ναυσί. ἔμβαλεν. Poët.& Aeol.pro ἐνέβαλεν.

ὥστε.Robur & magnanimitatem Patrocli ex hoc facto colligit. Cuius verba sic prosa efferas,ὥστε τὸν Πάτροκλον δεῖξαι παντὶ φρονίμῳ μαθεῖν γενναῖον ἑαυτοῦ νόον. Laus ista pertinet ad Opuntios, siquidem Opus Patrocli fuit patria,præfuítque Opuntijs in Troiano bello. βιατὰν Dor.pro βιατὴν hoc est ἀνδρεῖον.

ἐξ οὗ.Hoc est ἀφ' οὗ χρόνου ὁ Ἀχιλλεὺς Θέτιδος παῖς παρῄνει αὐτῷ μηδέποτε τάσσεσθαι χωρὶς τῆς πολεμικῆς ἑαυτοῦ τάξεως.Cæterùm ἐν ἄρει Metonymicè dixit pro ἐν πολέμῳ.

παράφρασις.

rogauit vt nunquam ab hasta sua semotus,qua mortales potenter occidit, in acie consisteret: sed secum suóque in ordine semper pugnaret.Vtinam verò ego verborum & argumentorũ inuentione polleam: ita vt conscenso Musarum curru sublime poëma accipiam: & sim ad celebrandum victorem idoneus. Vtinam

ἐπῳδ. κῶλ. ι.

παραγορεῖτο, μή ποτε
σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
δαμασιμβρότου αἰχμᾶς.
εἴην
εὑρεσιεπὴς, ἀναγεῖσθαι
πρόσφορος, ἐν Μοισᾶν δίφρῳ.
τόλμα δὲ, καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις

μετάφρασις.

*hortabatur, nunquã absque sua in acie stare hasta mortalium domitrice.*Vtinam *sim excogitator verborum ad narrandum commodus, in Musarum curru:audacia quoque & ampla facultas comitetur. Ob hospitalita-*

etiam

etiam dicendi libertatem, amplámque facultatem in rerum copia consequar. Accedo autem eâdem opera laudaturus Isthmiacas Lãpromachi victorias, propter quas coronis est redimitus: quando ipse & Epharmostus ambo consanguinei vicerunt, siue hic Olympia, ille Isthmia, siue vterque Isthmia,

ἕσποιτο. προξενίᾳ δ', ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις. ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

*tem autem & virtutem accesi celebrator Isthmiacis Lampromachi coronis: quãdo ambo compotes euaserunt*

παραγορεῖτο. Cohærent ista cum superioribus. Dor. autem dictum pro παρηγορεῖτο. Porrò hæc παρηγορεία ex Il. π. sub initium est petenda, quam & Scholiastes citat. Μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ἀτιμότερον δέ με θήσεις. Quod dicit Homerus Achillem interdicere Patroclo ne sine se pugnare cuperet, hoc dicit Pindarus, ne sine sua hasta in acie staret. Hoc est, *non procul à se suisq; armis*: nisi respicere velit ad arma Achillis quibus indutus pugnabat Patroclus.

ταξιοῦσθαι. Verbum ταξιόω Pindaro est proprium pro τάσσω, παρατάσσω. à nomine τάξις. αἰχμᾶς. Dor. pro αἰχμῆς. nota synecdoche: *cuspis*, pro *tota hasta*. Vox δαμασίμβροτος. poët. est, παρὰ τὸ δαμάσαι τοὺς βροτούς. Huius hastæ descriptionem vide Iliad. τ. 387 versu.

εἴην. Noua præparatione regreditur ad laudes Epharmosti. Eà autem constat εὐχῇ, qua petit ingenium & vires à Musis, vt dignis laudibus extollat Epharmostum.

εὑρησιεπής, & per systolen εὑρεσιεπής. Hoc est ἐπῶν εὑρετής *verborum inuentor*, poëtica vox, quæ à Schol. exponitur καινολόγος. & à Triclinio καινῶν ἐπῶν εὑρετής. Fortè autem idem est cum εὑρεσιλόγος, *facundus*, & *disertus*.

ἀναγεῖσθαι. Dor. pro ἀνηγεῖσθαι hoc est διηγεῖσθαι, quod construitur cum πρόσφορος hoc est ἐπιτήδειος *idoneus*, seu *commodus* ἀνηγεῖσθαι *ad narrandum*. Ab Aemylio Porto, Franciscum patrem sequente, πρόσφορος exponitur nomen pro participio προσφερόμενος *aduectus*, & compositum pro simplici φερόμενος: & iungitur cum ἐν Μοισᾶν δίφρῳ. *aduectus in Musarum curru*. Cur autem, inquit, poëta cupit se Musarum curru vehi? Quia poësis, & carmina poëtica quibus aliquis celebratur sunt quasi quidam currus alati, quibus & ipsi poëtæ per vniuersum terrarum orbem regiè vehuntur, & per ora virorum leuiter volant vnà cum illis, quorum laudes canunt. Ipsa verò oratio soluta, est quasi gregarius & minùs honoratæ fortunæ miles, qui pedibus iter humi facere cogitat: ideóque πεζὸς λόγος à Græcis appellatur. Hæc ille. Sed cùm simplex & commoda sit prior interpretatio: cui bono hæc tam subtilis, & coacta? Annon rectè dicetur εὑρησιεπὴς *vir eloquens* ἀναγεῖσθαι πρόσφορος, *aptus ad narrandum*, ἐν Μοισᾶν δίφρῳ *in curru Musarum*. Hoc est ἐν ὑψηλῇ ποιήσει ἣν αἱ Μοῦσαι δωροῦνται? Nam hoc allegoricè significat δίφρος Μοισᾶν, vt opponatur poësis humili orationi, quæ *prosa* dicitur.

τόλμα δὲ καί. Hoc est εὐτολμία δὲ ἤγουν παρρησία, καὶ μεγάλη δύναμις, ἤγουν δαψίλεια δυνάμεως ἀκολουθήσειεν ἐμοί. Hæc addit ad illustrationem præcedentis εὐχῆς mẽbri. Nam

opus eſt παῤῥησίᾳ ad dicendum : item δυνάμει. quæ ἀμφιλαφὴς dicitur, metaphora ſumpta à corporibus amplis, quæ manibus ambabus complecti ſit opus. Macedonica dialecto dicitur mutato β. in φ. pro ἀμφιλαβής. Vide vulgata Lexica. Et ἀμφιλαφὴς δύναμις, μεγάλη, ἀμφοτέραις χερσὶ λαβοῦσα. Porrò ἕσποιτο metri cauſa poëtę dicunt pro ἕποιτο à poëtico ἕσπομαι pro ἕπομαι.

προξενίᾳ δ'. Præmiſſa noua προκατασκευῇ, laudum Epharmoſti congeriem perſequitur. Ante προξενίᾳ ſubauditur τὸ ἐπὶ. q.d. διὰ δὲ τὴν προξενίαν, καὶ ἀρετὴν ἦλθον ἐπαινετὴς καὶ ὑμνητὴς τῶν στεφάνων Λαμπρομάχου, οὓς ἐν Ἰσθμῷ ἔλαβεν. Hîc videas per tranſennam laudari Lampromachũ Epharmoſti conſanguineum, ſumpta occaſione à victoria, quam eodem die ambo reportarant. Impulit autem Pindarum viri benignitas ad mentionem eius faciendam: quia cùm Thebanorum fuerit πρόξενος, Pindari quoque eſſe potuit.

τιμάορος. Hoc loco ſumitur pro ὑμνητὴς, τιμητὴς, ἐπαινετὴς. Et Dor. effertur pro τιμήορος. παρὰ τὸ τιμὴν ἀείρειν *honorem afferre*: ac proinde *celebrare*. Formatur à præter. med. ἤορα reiecto η. & à τιμὴ, vt ſit τιμήορος. Dor. verò τιμάορος. & craſi τιμωρὸς quod eſt vſitatiſſimum: & exponitur, *vindex, vltor, adiutor*, vt ex vulgatis Lexicis comperias. Sed peculiaris eſt poëtæ noſtro ſignificatio.

ὅτ' ἀμφότεροι. Ambo, nimirum Lampromachus, & Epharmoſtus eodem die vicerunt hic Olympia, ille Iſthmia : vel vt nonnulli volunt vterque Iſthmia. In κράτησαν negligitur augmentum pro ἐκράτησαν.

παράφρασις.

vno eodémque die. Porrò in Iſthmo Corinthiaco, bis poſt Olympia victis Iſthmiis, ſemélque in Nemea Nemeis, gaudio perfuſus eſt Epharmoſtus. Argis præterea vir inter viros, in Iunonijs : Athenis iuuenis inter iuuenes in Panathenæis re ſtrenuè geſta magnum decus obtinuit. Quàm verò fortem ſeſe præbuit in Marathone cùm Heraclea celebrarētur! vbi, clam relictis iunioribus, auſus eſt ætate prouectiorum certamen ſuſtinere, cuius præmium ſunt argenteæ phialæ. In quo ſuperatis magna corporis agilitate viris aduerſarijs, ipſe ab omni lapſu immunis, curriculi circulum pertranſi-

στροφὴ δ'. κῶλ. ιϛ.

μίαν ἔργον ἀν' ἁμέραν.
ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρ-
μαι.
ταὶ δὲ καὶ Νεμέας Ἐφαρ-
μόστῳ κατὰ κόλπον,
Ἄργει τ' ἔσχεθε κῦδος ἀν-
δρῶν. παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.
οἷον δ' ἐν Μαραθῶνι συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων
ἀμφ' ἀργυρίδεσσι.
φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ
ἀπτῶτι δαμάσαις,
διήρχετο κύκλον, ὅσσᾳ
βοᾷ, ὡραῖος ἐὼν καὶ
καλὸς, κάλλιστά τε ῥέξαις.

μετάφρασις.

eiuſdem *incepti eodem die. Alia autē duo in Corinthi portis contigerũt poſtea gaudia, alia autem & Nemeæ Epharmoſto in ſinu. Argiſq; obtinuit decus virilis ætatis: puer verò Athenis. Qualiter autē apud Marathonē quum ſubduxiſſet ſe ab imberbibus, ſuſtinebat certamen ſeniorum de argenteis phialis viroſq; celeri dolo lapſu carente quum domuiſſet, pertranſibat circulum, quanto cum clamore ſpecioſus exiſtens, & decorus, pulcherrimáque operatus.*

bat, quanta ſpectantium cum acclamatione, qui iuuenem formoſum, factíſque inſignem admirabantur.

μίαν ἔργον. Hęc cum ſuperioribus cohærent, & ἁμέραν Doricè dixit, pro comm. ἡμέραν.

ἄλλαι δ'. Sequitur ἀϑροισμὸς victoriarum Epharmoſti, & ſex hac in ſtropha recenſentur. Primùm δύο. Duas victorias Iſthmiacas obtinuit: quod ſignificat quũ dixit ἐν πύλαις Κορίνθου. Nã hæc eſt Iſthmi periphraſis, vbi Iſthmia celebrabantur. Ratio cur Corinthi πύλας appellet Iſthmum, quia nimirum per Iſthmum hunc, quæ ſunt terræ anguſtiæ inter Ionium & Aegeum mare, ad Corinthum eſt aditus.

χάρμαι. Sic hæ duæ victoriæ ab effectu vocantur *Gaudia* hoc loco χαραὶ, ἡδοναὶ, ſæpe tamen χάρμη eſt *pugna, prælium* apud Homerum, quia viri fortes χαίροντι τῇ μάχῃ. Vide vulg. Lexica.

ταὶ δ'. Tertia victoria Nemeorum, vbi περιφραστικῶς vocat Nemeam Νεμέας κόλπον. q.d. ἢ ἄλλαι δ' χαραὶ νίκης ἐν Νεμέᾳ ἐγένοντο τῷ Εφαρμόςῳ.

Αργει τ'. Quarta victoria quam in Iunonijs Argiuorum ſacris obtinuit. q.d. ἐν Αργει δ' δόξαν περισσείληφεν αὐδρῶν νικήσας τὰ Ηραῖα. Obiter autem obſeruatur ætate viri li tum temporis eum fuiſſe, ἔχεσθε, eſt imperf. à poëtico ἔχθω. Vide de his ſacris antiſtropha vltima Od. 7. Olymp.

παῖς δ' ἐν. Quinta victoria Panathenæorum quæ Athenis celebrantur: quęque vicit ætate iuuenili. Dor. Αθάναις pro comm. Αθήναις.

οἷον δ'. Sexta victoria Marathonia, vbi Heraclea in Herculis honorẽ peragebãtur. Hæc autẽ θαυμαστικῶς efferũtur q.d. φεῦ ὅπως ἑαυτ̃ λάθρα ἐξαγαγὼν ἀπὸ τ̃ ἀγωνίζεσθαι μετ̃ τ̃ ἀγυείων, αἰέμενος τ̃ ἀγῶνα τ̃ τελειωτέρων τ̃ ἡλικίαν, ἐπὶ ταῖς ἀργυραῖς φιάλαις. Fuſius autem hanc uictoriam deſcribit: in qua primùm conſiderandus locus Μαραθῶν, Atticæ regionis campus: de quo vide Strabonem. Deinde ætas, quum dicitur συλαθεὶς ἀγυείων, hoc eſt εἰς ἄνδρας χωρήσας, vbi συλαθεὶς Dor. pro συληθεὶς & hoc per tranſlationem pro ὑπεξελθών. Tertiò præmium ἀργυρείδες. Hoc eſt *argenteæ phialæ*; vt & χρυσίδες dicũtur *aureæ phialæ*. Vbi μῦνεν pro ἔμενεν, & ἀργυρείδεσσι. Dat. Ion. & poët. pro ἀργυρείσι. Quarto agilitas, quæ denotatur ὀξυρεπεῖ δόλῳ. Hoc eſt ὀξυπάτῃ κινήσει, quã comitatur firmitas, vt ex ἀπτῶπ epitheto colligitur. Quinto publica acclamatio, quum dicit θαυμαστικῶς, ὅσσᾳ βοᾷ. Dor. pro ὅσῃ βοῇ & in ὅσσᾳ metri cauſa σ. geminatur. Sexto ætas ὡραῖος, matura. Septimo καλὸς, forma corporis. Octauo κάλλιστα ῥέξαις, facti qualitas.

δόλῳ ἀπτῶπ. Poëta tribuit dolo celeritatem, & lapſus immunitatem, ídque figuratè: cùm propriè hæc conueniant perſonis, quæ dolo in certaminibus vtuntur, celeriter, & ſine lapſu: ita vt ſuperando antagoniſtas non labantur. Quæ vincendi ratio victori eſt glorioſiſſima. Porrò ἀπτῶς componitur ex α priuat. & πίπτω *cado*: & ὀξυρεπὴς poët. pro quo frequẽtius cũ gemino. ρρ. ὀξυρρεπὴς, & ὀξύρροπος: *qui celeriter mouetur, velox, celer*. ex ὀξὺ, τὸ ταχὺ, vel ὀξέως τὸ ταχέως & ῥέπω τὸ κινέομαι.

παράφρασις.

Quinetiam in Lycæis Lycæi Iouis sacris, quę in Parrhasia Arcadiæ vrbe celebrari solent, Arcadico populo peperit admiratioñe, adeò præclarè certauit. Itẽ Pellenensibus visus est admiratione dignus, quum in Theoxenijs Apollinis festo, reportata victoria, chlęnam eius pręmium accepit, quo vestis genere frigus hybernum propulsaret, & ventorum iniuriæ mederetur. Testis quoque est fortitudinis eius Iolai tumulus apud Thebanos, iuxta quẽ Iolaia & Herculea celebrari solita deuicit. Testis & est splendidorũ eius factorum ad mare sita Atticæ vrbs Eleusis, vbi Eleusinio certamine superauit. Cęterùm quod tam multa præstitit Epharmostus diuino naturæ dono tribuendum est: quò fit vt magis ipsum laudem. Et certè qui à natura rectè ad aliquid sunt comparati, in hoc exercendo excellunt: solíque veræ laudis præconium merentur. Plerique tamen doctrinæ ope ad studia virtutum promoti, gloriam apud homines consequi cupiunt. Sed cùm naturæ dotibus careant, aliísque sint inferiores, satius est, quicquid vel fœliciter ab illis gestum est, tacere: nec silentium illud fuerit reprehensione dignum.

ἀντιστρ. κῶλ. ιϛ.

τὰ δ' Παῤῥασίῳ στρατῷ
θαυμαστὸς ἐὼν φάνη,
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυ-
καίου.
καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδια-
νὸν φάρμακον αὐρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε. σύνδικος
δ' αὐτῷ Ἰολάου
τύμβος, εἰναλία τ' Ἐλευ-
σὶς ἀγλαΐαισι.
„ τὸ δὲ φυᾷ, κράτιστον ἅπαν.
„ πολλοὶ δὲ διδακταῖς
„ ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
„ ὤρουσαν ἑλέσθαι.
„ ἄνευ δὲ Θεοῦ σεσιγα-
„ μένον γ' οὐ σκαιότερον χρῆ-
„ μ' ἕκαστον. ἐντὶ γὰρ ἄλλαι

μετάφρασις.

*In ijs autem quæ facta sunt in Parrhasio exercitu, admirandus esse apparuit, Iouis in celebritate Lycæi: & frigidorum quando produlsatorium remedium ventorum apud Pellenen retulit. Testis est Iolai tumulus, maritimáque Eleusis splendidis ipsius factis. Quod à natura est, optimum omne: multi tamen hominum partis doctrina virtutibus ad laudem prodierunt aßequendam. Sed quæ absque Deo, si tacita fuerit, non deterior res* est *qualibet. Sunt enim aliæ.*

τὰ δ. Elliptica est hæc oratio, & sic declaranda, κατὰ δὲ τὰ ἔργα τὰ γενόμενα αὐτῷ ἐν τῷ Παῤῥασίῳ τῆς Ἀρκαδίας δήμῳ ἐφάνη θαυμαστὸς ὢν ἐν τῷ Λυκαίου Διὸς ἀγῶνι. Cæterùm in Epodo 3. vnam victoriam, in stropha 4 sex enumerauit: nunc sequitur octaua quam obtinuit Epharmostus in Lycæis quæ celebrantur in honorem Iouis Lycæi in Parrhasia Arcadiæ vrbe. De quibus iam dictum Od. 7. Olymp. antistropha vltima.

Παῤῥασίῳ στρατῷ. Hoc est Ἀρκαδικῷ λαῷ. Nam Parrhasia est Arcadiæ vrbs in qua celebrari solebant Lycæa. στρατὸς autem sumitur pro λαὸς, δῆμος, vt Pyth. Od. 1. νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν. ἐὼν Ion. & poët. pro ὢν, & φάνη neglecto augmento pro ἐφάνη. πανάγυριν Dor. pro comm. πανήγυριν.

καὶ ψυχρᾶν. Repetito ἀπὸ κοινοῦ, θαυμαστὸς ὢν ἐφάνη, sic ista declarabis. καὶ ὁπότε ἐν Πελλήνῃ, ἔνθα τελεῖται ἀγὼν Θεοξένια καλούμενος, ἀπηνέγκατο χλαῖναν ἀλεξάνεμον καὶ ψύχους ἀποσβηστικόν. Nona victoria qua potitus est in Pellene

vrbe, vbi Theoxenia vel Hermæa in honorem Apollinis & Mercurij celebrabantur. Confer hæc cum ijs quæ annotata sunt antistropha vltima Od. 7. Olymp. & in Odam quæ *Theoxenia* inscribitur. Porrò ψυχᾶν ἀωρᾶν Dor. genit. pro ψυχῶν ἀωρῶν. & Πελλάνα Dor. pro comm. Πελλήνη. φέρε. pro ἔφερε & simplex pro composito ἀπέφερε.

φάρμακον εὐδιανόν. Translatio sumpta à medicina. Porrò εὐδιανὸς Dor. pro com. εὐδιεινὸς. Hic vertitur priùs ει in η. deinde Dor. η in α. Fit à nomine εὐδία. & exponitur *tepidus*.

σύνδικος τ'. Subauditur ἐστί. Et sic prosa loquaris: μαρτυρεῖ δὲ τῇ αὐτοῦ ἀνδρείᾳ ὁ τοῦ Ιολάου τάφος ἐν Θήβαις. Hoc dicit de victoria decima quam in Iolai sacris & Herculeis reportauit de quibus vide Od. 7. Olymp. antistr. vlt. in hæc ἐν Θήβαις.

σύνδικος. Hic exponitur μάρτυς *testis*, qui veluti suo patrocinio fert cuipiam opem: quæ vox occurrit Pyth. Od. 1. σύνδικον μοισᾶν κτέανον. vide vsum eius in Lexicis.

εἰναλία τ'. Vndecima & vltima victoria quam in Eleusi Atticæ vrbe Cereri & Proserpinæ sacra obtinuit, vbi Eleusinia certamina fiebant, Anacalypteria & Demetria, in quibus præmium erat κριθὴ *hordeum*. vox εἰνάλιος poët. dicitur pro ἐνάλιος, vt & in Epigr. εἰνάλιοι φῶρες, hoc est *piratæ*. ἀγλαΐαισι poët. datiuus pro ἀγλαΐαις. hoc est ἀγλαοῖς ἔργοις.

τὸ δὲ φυᾷ. Hoc est, τὸ ἀπὸ φύσεως ἅπαν ἄριστον, καὶ δεξιώτατον Generalis est sententia, qua non ad se, sed ad Epharmostum respicit, quem naturæ beneficio, diuinitúsque insita facultate ad certamina singulariter instructum fuisse tradit. Interim collationem instituit bonorum quę à natura habemus, & eorum quæ doctrina comparauimus: illáque hisce præfert, vt & sub finem Od. 2. huius libri. Atque ita sententiam fert huius quæstionis apud Philosophos iam olim agitatæ,

*Virtutem doctrina paret, natura-ue donet.*

cui sanè ita astipulari licebit, vt dicamus bene ad aliquid natos disciplinis adiutos fieri præstantiores, vt pro Archia poëta docet Cicero: & quanuis disciplina quidam vtantur, tamen parum efficere præ ijs qui naturæ dotibus instructi sunt, cùm his adminiculis careant. Ars & natura sese mutuo perficiunt: ita tamen vt hæc illa potiùs quàm illa hac carere possit: vnde quidam sunt αὐτοδίδακτοι. Proinde stat sententia poëtæ qui naturam doctrinæ anteponit.

πολλοὶ δέ. Antithesis quæ collationis alteram partem habet: q. d. πολλοὶ δ' ὑπὸ διδαχῆς καὶ μαθήσεως ἀρετὴν κτησάμενοι ὥρμησαν κλέος λαβεῖν παρὰ τῶν ἀνθρώπων. Apud Platonem in Menone agitatur hæc quæstio sit-ne διδακτὸν ἡ ἀρετή. Innuit autem poëta infœliciorem esse laborem eorum qui inuita Minerua eandem cum alijs qui naturæ dotibus sunt instructi consequi laudem volunt.

ἄνευ δὲ Θεοῦ. Intellige sicuti Schol. ἄνευ θείας φύσεως ἕκαστον πρᾶγμα κατορθούμενον μὴ θρυλλεῖσθαι, μέμψεως οὐκ ἄξιον. Atque hæc est sui defensio cur acquisititiæ virtutis genus non laudet, nimirum quia quod natura non est eximium, non

eſt multis præconijs dignum.

σεσιγαμένον. Dor. pro σεσιγημένον. οὐ σκαιότερον hoc eſt σοφώτερον, proinde ἄμεμπτον.

ἐντὶ γὰρ. Dor. pro εἰσὶ. Confirmatio ſuæ defenſionis, quamobrem ſapienter agat, qui donis naturæ non inſtructos non laudant : quia nimirum alia ſtudia alijs ſunt præſtantiora: & virtutes aliæ primi, aliæ ſecundi ſunt ordinis : illæ omnino , hæc minimum laudandæ. Primi ordinis eſt εὐφυΐα. Vnde virtutes Heroïcæ. Secundi διδαχὴ : quæ inuita tamen Minerua , virtutem inſtillat : à qua nihilominus aliquid etiam , ſed non ita præclarum efficitur.

ἐπῳδ. κῶλ. ι.

ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι.
μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε
θρέψει
μελέτα. σοφίαι μὲν αἰπει-
ναί· τοῦτο δὲ προσφέρων ἄεθλον,
ὄρθιον ὤρυσαι θαρσέων,
τόνδ' ἀνέρα δαιμονίως γεγά-
μεν,
εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁ-
ρῶν-
τ' ἀλκάν. Αἰάντειον γε
δαι-
τὶ ὃς τ' Οἰλιάδα νι-
κῶν ἐπεστεφάνωσε βω-
μόν.

μετάφρασις.

*via alijs tranſitu faciliores. Vnicum autem non omnes nos alet ſtudium. Sapientia quidem ardua. Hoc autem afferens præmium altè vociferare audacter , hunc virum diuinum ortum habere , præſtantem manibus , dexteritatem in membris habentem , aſpectu Martio præditum: qui Aiacis* Oilidæ *vincens aram coronauit feſtis dapibus.*

παράφρασις.

ſiquidem iniuria præſtantioribus inferretur , ſi deteriores perinde nullo diſcrimine laudarentur. Etenim in ſtudijs alij alijs vlterius progrediuntur, magiſque proficiunt , pro ratione dotum naturæ. Nec omnes in vno tantùm vitæ inſtituto verſamur, ſed varij varijs incumbimus, aliíque in alijs excellimus. Ac omnium quidem artium maximè arduæ ſunt illæ quæ ratione exercentur, videlicet ingenuæ: qualis inter cæteras poëſis. Ex qua anime mi, depromptum hoc præmium ſonorum , encomiaſticum nempe hymnum , offer Epharmoſto : & audacter clama virum hunc inſitas à natura , ac proinde diuinitus corporis dotes habere , ſcilicet manuum robur , totiúſque corporis agilitatem & dexteritatem : cuius aſpectus virilis natiuam fortitudinem patefaciat. Quíque præter enumeratas victorias , ex Oileis ludis victor redijt : & Aiacis Oilei (cuius in gratiam circum eius in Locride cenotaphium celebrantur) aram ſacrificijs, feſtóque conuiuio decorauit.

ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι. Hoc eſt, προκοπτικώτεραι, ἀνυστικώτεραι, δι' ὧν τις δύναται προσωτέρω περαιῶσαι. Viæ nimirum vlteriores, per quas alius alio vlterius progredi poteſt, pro ratione dotum naturæ, quam in ſtudijs ducem ſequi oportet: quia nihil inuita dices , faciéſue Minerua. Hic autem comparatiuus περαίτερος, nec à πέρα, nec à περαιόω eſt formandus: ſed à poſitiuo περαῖος, cuius comparat. περαιότερος, & per ſyncopen περαίτερος. vt γεραιὸς. γεραιότερος, γεραίτερος.

μία δ' οὐχ ἅπαντας. Ratio cur viæ aliæ alijs ſint tranſitu faciliores: quia ni-

mirum non omnes vno ſtudio tenentur. Et certè non omnes iiſdem ingenij corporiſque dotibus pollemus: ſed alius alijs artibus,& diſciplinis fit clarus. Hoc argumentum tractat Horatius prima Oda. Vide etiam Chil. Eraſmi in parœmiam, *Non omnia poſſumus omnes*. Innuere autem vult etiam poëta ſequē-dum id genus ſtudiorum ad quod ſe quiſque natum ſentit. ἄμμε eſt dual. Dor. & Aeol. pro νῷ. μελέτω Dor. pro μελέτη. hoc eſt ἐπιτήδευμα.vt hanc ſententiam proſa efferas,ἓν δ' ἐπιτήδευμα ὁ δυνάται ἅπαντας ἡμᾶς θρέψαι.

σοφίαι μὲν αἰπειναί. Hoc eſt αἱ λογικαὶ τέχναι ὑψηλαί. Sapientiæ nomine literarum profeſſionem intelligendam puto: qua nihil magis arduum:vnde finxerunt poëtę Muſas in arduis, ac ſalebroſis montibus habitare. Porrò emphaticè loquitur numero plurali: quia plures ſunt ingenuæ artes. Cæterùm reſpicit ad ſuam poëſin,cuius ſtudium collocat inter difficillima: atque ita ſuam Lyricen commendat.

τοῦτο ᾗ.Apoſtrophe vel ad ſuum animum, vel ad chorum, vt hunc hymnum offerat Epharmoſto, tanquam victoriæ præmium: & alta voce clamet, diuinitus acceptas corporis dotes eum habuiſſe, ob quas facilè tot certaminum victor euaſit. q.d. τοῦτο δ' ἀπὸ τ σοφίας μου γέρας ἀποφέρων θαρσαλέως κ ἐξὺ ἀναβόησον τοῦτον ἄνδρα τ Ἐφάρμοστον θείᾳ μοίρᾳ γεγονέναι, δυνατὸν ταῖς χερσὶ, κ παντὶ τῷ σώματι δεξιόν.

ὄρθιον. à Schol.& Triclin.exponitur μέγα. ὑψηλὸς, ὀξύ. At videtur non ſine ratione Aretius ſenſiſſe hoc conſtruendum cum præcedente ἄθλον, vt ſit ὄρθιον ἄθλον. *præmium ſonorum*: ſicque alludatur ad ὄρθιον νόμον Arionis: cùm ſic hoc encomium ἄθλον appellet,quod præmij vice pro victoria largitur.

γεγάμεν.Dor.pro γεγαέναι. Infinit.tanquam à γέγημι. Vel à γέγαα. præt. pro γέγονα. à verbo γάω.de quo conſule Anteſignanum.

εὔχειρα. Enumeratio naturæ dotum Epharmoſti εὔχειρ *manibus promptus*. & δεξιόγυος, ὁ δεξιὰ γυῖα ἔχων. *qui valet dexteritate membrorum*. vt agilitate pedum, laterum, capitis, neceſſaria athletis. ὁρῶντ' ἀλκὰν hoc eſt, τῷ βλέμματι ἀλκὴν κ δύναμιν ἐμφαίνοντα: vel ἀνδρεῖον βλέποντα.

Αἰάντειον γε. Hoc eſt ὅστις τὰ Αἰάντεια νικήσας Οἰλιάδου βωμὸν δαιτὶ κατεκόσμησε. Malè Ἰλιάδα legunt per aphæreſin τ Ο. legendum Οἰλιάδα Dor. pro Οἰλιάδου. Hanc 12 victoriam coronidis vice apponit. Οἰλιάδης eſt patronymicum ab Οἰλεὺς vt docet Euſtath.Hinc Οἰλεΐδης, & per contractionem Οἰλείδης.vt à Πηλεὺς Πηλείδης. reiecto ε. Οἰλίδης, interiecto verò α. Οἰλιάδης vt apud Homerum Πηληϊάδης principio Iliados.

Αἰάντειον. Licentia poëtica dixit Αἰάντειον Οἰλιάδα βωμόν. pro communiori loquendi formula, τ Αἴαντος τ Οἰλιάδου βωμόν. *Aiaceam Oilidæ aram* pro *Aiacis Oilei filij aram*.Cæterùm apud Locros inſtituti fuerunt Oilei ludi, in gratiam Aiacis Oilei filij. Etenim Aiax iſte fuit Locrus, cui in Locride poſtquam in Troia mortuus eſt,tributi ſunt honores diuini. Huic cenotaphium fecerunt in medio loci vbi feſti eius certamina celebrantur:quæ vicit Epharmoſtus.

δαιτὶ ἐπεστεφάνωσε. A conſequenti antecedens intelligendum.Nam victores θυσίαις καὶ στεφάνοις aram ornabant.

ΑΓΗΣΙΔΑΜῼ ΛΟΚΡῼ, Ἐπιζεφυρίῳ παιδὶ, Πύκτῃ.

ΕΙΔΟΣ. Ι.

AGESIDAMO LOCRO, Epizephyrio puero, pugili.

ODE. X.

## ARGVMENTVM.

*Commendatur Agesidamus Locrensis à patria, ab institutione, & laboribus, quibus ad victoriam peruenit. Hinc digreditur ad bellum Herculis & Augiæ, quo trucidato Hercules Olympia instituit. Primos etiam victores in ijs coronatos percurrit. Postea redit ad institutum encomium: & Agesidamum non sine laudum præconio moriturum concludit.*

παράφρασις.

Reuocate mihi in memoriam, & suggerite, ô Musa, túque Iouis filia Veritas, qua meæ mentis in parte scriptus sit, & firmiter collocatus, Agesidamus Archestrati filius, qui pugilatu vicit Olympia. Etenim obliuioni tradidi me dulce epinicion ipsi debere. Et quia non obliuionis sed mendacij possem insimulari, ac si data opera promissis non stetissem: efficite quæso ne me tanquam mendacij reum reprehendant homines, ob errorem, quem solummodo per memoriæ lapsum commisi in amicum.

στροφὴ. α. κῶλ. ιη.

Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ
μοι
Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρε-
νὸς
ἐμᾶς γέγραπται· γλυκὺ γὰρ
αὐτῷ
μέλος ὀφείλων ἐπιλέλαθ'. ὦ
Μοῖσ' ἀλλὰ σὺ, καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διὸς,
ὀρθᾷ χειρὶ ἐρύκετον ψευ-
δέων
ἐνιπὰν ἀλιτόξενον.

μετάφρασις.

*Olympiorum victorem redigite mihi in memoriam Archestrati filium, qua in parte mentis meæ scriptus sit: dulce enim illi melos debere oblitus sum. Sed tu ô Musa, & filia Iouis Veritas, recta manu arcete mendaciorum reprehensionē ob admißum in hospitem peccatum.*

Αγησι-

Ἀγησιδάμῳ. Nomen victoris qui hoc hymno celebratur eſt Ἀγησίδαμος Dor. pro Ἀγησίδημος. Deductum ex ἄγω *duco*, & δῆμος *populus*.

Λοκρῷ Ἐπιζεφυρίῳ. Patria eſt Locris. Sed quia plures ſunt Locri, differentiam non omittit. Locri alij iuxta Aetoliam ſunt, qui Ozolæ appellantur: alij iuxta Eubœam, qui Epicnemidij & Leleges: alij prope Italiam, qui Epizephyrij dicuntur, quòd iuxta Zephyrum oppidum, vt Stephanus habet, ſiti ſint.

παιδὶ. Aetatis notatio: fuit iuuenis, necdum virilem ætatem id temporis ingreſſus: quare παῖς ſimpliciter ſignificat νέον in hac epigraphe. Secundo colo primæ ſtrophes ſignificat υἱόν. De voce πύκτης vide 7. Od. Olymp. in epigraphen.

τὸν Ὀλυμπιονίκαν. Exordium ſumit ab obliuione ſua, qua factum eſt, vt non ſteterit promiſſis. Quare cùm excidiſſet ipſi, quod Ageſidamo pro victoria Olympica carmen; pollicitus erat: in limine apoſtrophen facit ad Muſas, rogátque ſibi illum in memoriam reuocari. Ὀλυμπιονίκαν Dor. pto Ὀλυμπιονίκην.

ἀνάγνωτε. Hoc eſt, ἀναγνωρίσατε, ἀναμνήσατε, εἰς μνήμην ἀνάγετε. nimirum ὦ Μοῦσαι. Aliàs ἀναγινώσκειν propriè eſt *legere*. vide vulg. Lex.

πόθι φρενὸς, hoc eſt ἐν ποίῳ μέρει τῆς διανοίας μου κεχάρακται. Mentem hîc appellat φρένα cuius cùm plures ſint partes, rectè petit, quanam in parte mentis ſcriptus ſit Ageſidemus. Phyſici dicunt διάνοιαν ſiue νοῦν tres habere partes, φανταστικὸν, λογιστικὸν, & μνημονευτικόν: quæ num ſint ſedibus diſtinctæ diſputatur apud medicos. Cæterùm quando ſignificare volumus nos aliquid in animo reconderè, & firmiter collocare, dicimus nos illud γράφειν ἐν φρεσί. Sic in Prometheo vincto Aeſchylus ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. Citatur etiam Sophocles à Schol. σὲ δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους. Eadem eſt apud Hebræos loquendi ratio, vt 3. Prou. Salom. v. 3. *eas ſcribe ſuper tabula tui cordis*. Sic paſſim Cicero *in mente inſculpere*. & Terent. in Andr. *Nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis*.

γλυκὺ γὰρ. Proſa dicas, Ἐγὼ γὰρ ἐπιλαθόμην χρέωστῶν αὐτῷ ἡδὺ ὕμνον. Ratio eſt præcedentis compellationis, cum tranſlatione criminis ad obliuionem: quod quidem elui poſſit ἀναμνήσει Muſarum. Doric. eſt ἐπιλέλαθα pro ἐπιλέληθα præter. medio verbi ἐπιλανθάνομαι.

ὦ Μοῖσ' ἀλλά. Hoc eſt σὺ τοίνυν ὦ Μοῦσα, καὶ ὦ θύγατερ Διὸς Ἀλήθεια, δικαίᾳ χειρὶ ἀπ' ἐμοῦ, κωλύετε τὴν ἐπιτίμησιν, ἣν ἄν τις εἰς ἐμὲ ποιήσαιτο, ὡς εἰς ψευσάμενον, ὅτι ἥμαρτον εἰς τὸν φίλον, ὑπόσχεσιν πληρῶσαι βραδύνας. Annotat Leonicerus poëtam nunc ab omnibus Muſis ad vnam deſcendere: & Aretius alteram apoſtrophen hîc facit. Sed meliùs Triclinius ſentit: qui dicit Exordium iſtud non ad omnes Muſas conuerti: ſed ad Muſam vnam: & Veritatem. Quare neutrius illorum ſtabit ſententia. Et certè loci ſenſus, ei qui attentè conſiderabit, opinionem Triclinij admittet. Quæritur quam Muſam intelligat author, ad Clionem reſpicere dicunt Aretius & Leonicerus: quia eſt εὑρετικὴ καλλιχόρου κιθάρης: verùm Marſilius Ficinus argumento in Platonis Io-

nem, Pindarum à Polymnia fabulatur afflatum.

ἢ σὺ θυγάτηρ. Cum Musa Veritatem inuocat: quia cùm mendacio factus sit obnoxius, veritate patrona opus habebat, vt ostenderet non mendacio, sed obliuioni tribuendum errorem, quem in amicum commiserat. Etenim postquam promisisset, officium data opera non præstabat, sed tantummodo promissi complementum obliuionis causa prorogabat. Rectè etiam filia Iouis fingitur Veritas: quia veritatis author est Deus: & vt sacra pagina testatur, Deus est Veritas. Sed alij poëtæ & Plutarchus eam Temporis faciunt filiam, vnde Senarius.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

ἐρύκετον. Est imperandi modi dual. numeri, cùm de duabus Musa & Veritate sit sermo. Poëticum est ἐρύκω. pro κωλύω. κατέχω. κρατῶ.

ἐνιπὰν Dor. pro ἐνιπὴν. à recto ἐνιπή. poët. pro ἐπιτίμησις ab ἐνίπτω significante ἐπιτιμῶ, ἐπιπλήττω. Et ἀλιτόξενος poët. etiam est ὁ εἰς τοὺς ξένους ἀλείτων, hoc est διαμαρτάνων. Exponitur hic ἕνεκα τῆς εἰς τὸν φίλον ἁμαρτίας.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ια. | μετάφρασις.

Nam præstitutum illud tempus quo futurum promiseram, vt victorem hymno decorarem, cùm iampridem præterierit, indéque magnnm huc vsque interuallum intercesserit, meum ingens debitum dedecore affecit. Verùm tamen si fœnus pro dilatione pendam, scilicet hunc hymnum vt sortem, alterum vt vsurã soluẽdo, me ab illa hominũ acerba reprehẽsione potero liberare. Nunc autem videamus quo pacto, quẽadmodũ fluctus erumpens, calculos qui voluũtur in littore maris, abluit & obruit: sic etiam maculosum neglecti promissi crimen mea poẽsi eluere possim: quáque ratione commune cùm patriæ, tum Olympionicæ encomium gratam ad gratiam persoluam.

Ἕκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων
χρόνος,
ἀμὸν κατῄσχυνε βαθὺ χρέ-
ος.
ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς, ὀ-
ξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν ὁ τόκος ἀν-
δρῶν.
νῦν ψᾶφον ἑλισσομέναν,
ὅπα κῦμα κατα-
κλύσει ῥέον· ὅπα τε κοινὸν λό-
γον
φίλαν τισόμεθ' ἐς χάριν.

*Alõgo enim interuallo superueniens tempus, quod futurum expectabatur meũ dedecorauit magnũ debitũ. Sed tamen soluere potest vsura hominũ vituperationẽ acerbam. Nunc* videamus *quo pacto calculũ qui voluitur* in littore, *fluct⁹ obruet erumpens, & quomodo communem hymnum amicam persoluemus ad gratiam.*

ἕκαθεν. Ratio præcedentis petitionis, sic πεζῷ λόγῳ declaranda. μακρόθεν γὰρ ἐπελθόμενος, καὶ πολὺς ὢν χρόνος ἀφ' οὗ ἔμελλον ἐπιτελεῖν αὐτῷ ἐπαγγελίαν, ἐπονείδιστον ἔδειξέ τό μου πολὺ καὶ μέγα ὄφλημα. Porrò ὁ μέλλων χρόνος debet referri ad tempus illud determinatum promissi carminis, quod tunc futurum expectabatur. Quia verò præstitutum terminum præterijt, ille ὁ μέλλων χρόνος dicitur ἕκαθεν ἐπελθών. Cæterùm Dor. est ἀμὸν pro ἐμὸν.

ὅμως δὲ. Noua fœnoris, pro tardiùs soluto debito, promissione, ostendit se liberandæ fidei modum reperire posse. Τόκον metaphoricè vocat sequentem hymnum. Nam præsentem sortis instar debebat, quia promiserat. Quia autem

diu distulit, vsuram accedere oportebat. Id præstat altero hymno. Sumptum à debitoribus. ὀπιμομφαὶ Dor. pro ὀπιμομφὴν cum qua voce construe ἀνδρῶν.

νῦν ψᾶφον. Dor. sunt pro ψῆφον ἑλισσομένην ὅπη. Porrò aliquid ἔξωθεν petendum est ad sensum: & sic prosa loquendum, declarata etiam allegoria. νῦν δὴ σκοπήσωμεν ὅπως τὸ ἡμέτερον κῦμα ῥέον, τοῦτ' ἐστὶν ἡ ἡμετέρα ποίησις, κατακλύσει τὴν ἑλισσομένην παρ' αἰγιαλῷ ψῆφον, τοῦτ' ἐστὶ τὴν φερομένην καθ' ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων μέμψιν.

ὅπα τε κοινόν. Præterquam quod in voce λόγον est ἀπόδηλωσις metaphoræ, qua priùs hymnum appellauit κῦμα: est etiam propositio qua commune hoc patriæ & Agesidamo encomium pollicetur: vt liquet ex ijs quæ statim sequuntur, Adeò vt cum Triclinio sic efferendam putem hanc sententiam. ὅπως τε κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει ἀποδώσομεν ὕμνον εἰς φιλουμένην χάριν. Etenim patriæ laudes Epodus ab initio profert.

παράφρασις.

Etenim in Locrorum Epyzephyriorum republ. viget candor & veritas, adeò bonis à Zaleuco legibus est instructa: illíque bonarum artium studijs delectantur & sunt bellicosi. Non mirum autem si in certamine principio languidus fuerit Agesidamus, cùm etiam Heroum fortissimus Hercules à Cycno illo qui peregrinos per Italiam transeuntes obtruncare solebat, quorum ex capitibus Marti templum conderet, fugatus retrocesserit. Quod si denuo resumptis viribus certarit, & Olympia vicerit, eã victoriam Ilæ vnctori acceptam ferat, à quo in nouas vires est erectus Agesidamus, eíque gratiam habeat vt Achilli Patroclus, qui quòd in eius armis esset, fugatos à se Troianos agnouit. Ita vir qui virum ad virtutem natum præceptis acuit, eum Déi cum auxilio ad ingens decus prouehit, non sine labore.

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

νέμει γὰρ ἀτρέκεια πόλιν Λοκρῶν
Ζεφυρίων, μέλει τε σφίσι Καλλιόπα
καὶ χάλκεος Ἄρης. τράπε δὲ Κυκνεία
μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα.
πύκτας δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν Ἴλᾳ φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλλεῖ Πάτροκλος.
„ Θήξαις δέ κε φύντ' ἀρετᾷ ποτὶ
„ πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
„ νὴρ, Θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

μετάφρασις.

*Regit enim veritas vrbem Locrorum Zephyriorũ, & curæ ipsis est Calliope, & æreus Mars. Fugauit porro Cycnea pugna etiam Herculẽ supra modũ violẽtũ. Pugiles verò in Olympia vicẽs Agesidam⁹, gratiã habeat Ilæ, vt Achilli Patroclus. Acuens* vir *autẽ* virũ *ad virtutẽ natũ ad ingens euexit decus, Dei cum auxilio.*

νέμει γὰρ. Commendatur Agesidami patria à veritate, siue candore, & synceritate, ad quam instituebant leges optimæ, quibus ea Respub. instructa florebat. Huius legislator fuit Zaleucus pastor, ad id oraculi responso destinatus. Primíque hi Locri referente Strabone, scriptis legibus vsi sunt.

μέλει τε. Secunda commendatio à poëtices studio. Etenim Calliope Heroicũm carmen docet. Putem autem synecdochicè per Calliopen Musas omnes, ac proinde bonas artes esse intelligendas. Καλλιόπα Dor. pro Καλλιόπη.

hoc eſt ἡ ποιητικὴ χάρις σπουδάζεται παρ' αὐτοῖς.

χάλκεος Ἄρης. Metonymicè pro πόλεμος. & Mars dicitur æreus, & ærea arma quibus bellatores muniri ſolent. Et hęc 3. commendatio, quòd ſint πολεμικοί: & certè fuerunt homines bello conſtantes & fortes Locri Epizephyrij, qui Crotoniatas olim profligarunt, vt refert Strabo l. 6. vbi etiam meminit quomodo Dionyſij tyrannidem vlti ſint.

τράπε δ᾽. Neglecto augm. pro ἔτραπε, hoc eſt εἰς φυγὴν ἐκίνησε, καὶ τὸ ὑπερβολικῶς ἰσχυρὸν Ἡρακλέα ὁ μετ' αὐτοῦ μάχην συγκροτήσας Κύκνος υἱὸς Ἄρεως. Hoc Herculis exemplo excuſaturus eſt victoris imbecillitatem, & commendaturus vnctoris opem. Quaſi dicere velit non mirum ſi principio elanguerit Ageſidamus iuuenis: cùm ipſe Hercules à Cycno Martis filio in fugam conuerſus fuerit. Sed quemadmodum ille poſtea Cycnum nactus ſolum ſuperauit: ſic etiam iſte induſtrio vſus alipta victor euaſit.

Κυκνεία μάχα. Cycnus Martis filius in tranſitu Theſſaliæ habitans, prætereuntes per inſidias obtruncabat, vt ex occiſorum capitibus templum conderet Marti. Herculi ergo illac aliquando tranſeunti inſidias ſtruxit, eúmque pugna adortus eſt, & adiuuante Marte fugauit. Sed Hercules poſtea reuerſus, Cycnum ſolum repertum neci dedit.

πύκτας δ᾽. Vnctori victor tanquam cauſæ adiuuanti gratiam rei rectè geſtæ debet, eíque acceptum ferre ſucceſſum tenetur: ideo & Ageſidamum ad hoc hortatur. Nam cùm in certamine trepidaſſet, poſtea à præceptore Ila in audaciam reſtitutus, victoriam reportauit. Lectio varia eſt huius vocis. Ἴλᾳ, alij Ἰόλᾳ, alij Ὕλᾳ.

ὡς Ἀχιλλεῖ Πάτροκλος. Illuſtrat exemplo Patrocli & Achillis. Acceptam ferre debet Ilæ victoriam Ageſidamus, quia vnctor athletam fatiſcentem erexit: ſicuti & Patroclus Achilli, quum vt refertur Il. 16. Troianos ſuperauit, quum eſſet in armis Achillis.

Θήξαις δέ. Sententia qua Ilæ beneficium commendatur: quáque docemur exercitia, & præceptorum inſtitutiones eſſe cauſas adiuuantes profectus. Alij legũt φῶτ' ἀρετᾷ alij pro φῶτα, φύντα quod malim. Vt ſit hic ſenſus clarior. Θήξας δὲ τις ἄνδρα πρὸς ἀρετὴν πεφυκότα πρὸς μέγα κλέος ὁρμᾶν ἐποίησε. Etenim hîc agitur de eo qui pollet εὐφυΐᾳ, quem promouit præceptor: & certè teſte Horat. doctrina vim promouet inſitam. Tum adiuta ab arte natura præclari quid præſtat, cuius fructus eſt gloria. Dorica ſunt ποτὶ pro πρὸς, ὤρμασε pro ὥρμησε. παλάμα pro παλάμη, hoc eſt βοηθεία.

παράφρασις.

Nemo autem ſine labore lætam victoriam reportauit vnquam, ex qua præ omnibus operibus lumen & ſplendorem caperet. Cęterùm tempus illud quinquennale, quo ex

στροφὴ. β. κῶλ. η.

" ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες,
" ἔργων πρὸ πάντων, βιότῳ φάος.
ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι
θέμιτες ὦρσαν Διὸς, ὃν ἀρχαί-

μετάφρασις.

*At laborũ expers accepêre gaudiũ pauci aliqui, operib⁹ præ omnibus vitæ lumen. Certamen autem eximiũ canere iura incitarunt Iouis, quod antiquum*

ᾧ σάματι πὰρ Πέλοπος
βίῃ Ἡρακλέος
ἐκτίσσατο, ἐπεὶ Ποσειδά-
νιον
πέφνε Κτέατον ἀμύμονα:

*iuxta sepulchrum Pelopis Herculea vis constituit, quum Neptunium interfecißet Cteatum inculpatum:*

lege institutionis celebrãtur Olympia, monet me vt eximium hoc Iouis certamen canam, quod Pisis vbi antiquum est Pelopis sepulchrum, potens Hercules instituit, postquam Neptuni & Moliones filios, inculpatum nimirum Cteatum occidit,

ἄπονον δ᾽. Sententia qua laborem, vnam ex præcipuis causis adiuuantibus commendat. Etenim vt 9. Sat. l. 1. canit Horat.

*Nil sine magno*
*Vita labore dedit mortalibus.*

& Phocylides.

Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.

& Sophocl. in Elect.

πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.

& poëta noster,

αἰεὶ δ᾽ ἀμφ᾽ ἀρεταῖσι πόνος, δαπάνα τε μάρναται.

Cæterùm notanda loquendi formula παῦροί τινες, hoc est οὐδένες. Sic stro. 2. 1. Od. μείων γὰρ αἰτία hoc est οὐδεμία, & alibi μείων ἔπεται μῶμος. pro οὐδείς. Vnicus Polycrates Samius, de quo Herodot. l. 3. sine labore lætitiam percepit: vnde non tam alumnus fortunæ, quàm partus dici debuit. Sed in athletica nihil tale accidit.

χάρμα. A consequenti antecedens intellige, nempe τὴν νίκην, quæ gaudium parit. vt sit huius sentẽtiæ sensus, οὐδένες χωρὶς πόνου νίκην ἔλαβον, ἣ πρὸ πάντων ἔργων, παρέχει φῶς αὐτοῖς. Etenim victoriam, corona, honor & laus sequitur, vnde vitæ splendor & lumen.

ἀγῶνα δ᾽. Tertia commendatio à genere certaminis, quod eximium est, omniúmque præstantissimum, vt superioribus Odis iam ostendimus. Ad cuius authorem, eiúsque res gestas tum temporis digreditur.

Θέμιτες ὤρσαν. Hoc est οἱ νόμοι seu νομοθεσίαι. τοῦ Διὸς vel αἱ κατὰ νόμους συνήθειαι προέτρεψαν. Vel θέμιδες, intelliguntur ὁ κατὰ θεσμὸν τῆς πενταετηρίδος πληρωθεὶς χρόνος, quod postremum mihi maximè arridet.

ὃν ἀρχαίῳ. Notatio loci vbi instituta sunt Olympia, Pisanimirũ, vbi olim fuit sepultus Pelops: de cuius sepulchro, vide strophen 4. primæ Odæ. Olymp. σάματι Dor. pro σήματι. & πάρ. per apocopen pro παρὰ. βίῃ Ἡρακλέος per periphrasim pro Ἡρακλῆς. ἐκτίσσατο. gemin. σ. pro ἐκτίσατο à verbo κτίζω: quod hoc loco significat κατασκευάζω.

ἐπεὶ. Notatur circunstantia temporis, quo instituta sunt hæc certamina. Nẽpe postquam Cteatum, & Eurytum occidisset Hercules. Sic autem habet historia. Cteatus & Eurytus Moliones & Actoris dicti fuêre, quum Neptuni & Moliones fuerint: hos interfecit Hercules cùm Augiæ à quo mercedem exigebat, militatent. Hi diuersam ab alijs hominibus naturam sunt adepti: vterque duo capita, quatuor manus, totidem pedes, vnum autem corpus habue-

runt, propterea bellicosi fortiter in prælijs dimicarunt. Ποσειδάνιον autem Dor. mutato ω. in α. pro Ποσειδώνιον, vt & Ποσειδᾶν pro Ποσειδῶν. De Cteato & Euryto sic Pausan. l. 2. ἐν Κλεωναῖς δὲ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἱερὸν, καὶ μνῆμα Εὐρύτου καὶ Κτεάτου. Θεωροὺς γὰρ ἐξ Ἤλιδος ἐς τὸν ἀγῶνα ἰόντας τῶν Ἰσθμίων αὐτοὺς ἐνταῦθα Ἡρακλῆς κατετόξευσεν, ἔγκλημα ποιούμενος, ὅτι οἱ πρὸς Αὐγείαν πολεμοῦντι ἀντετάχθησαν.

παράφρασις.

occîdit & Eurytum, quò faciliùs mercedem exigeret ab Augia superbo: qui decimam quamque vaccam pro fimi purgatione promissam reddere nolebat. Illos autem ex insidijs circũuenit Hercules, in saltibus sub Cleonis Argolica ciuitate, & in via interceptos interemit: vt etiam priùs acceptam ab ipsis iniuriam vlcisceretur: quũ Moliones illi filii auxilio venientem ex Tirynthe exercitum in recessibus Elidis sedentem perdiderunt: vbi Heroës præstantissimi Telamon, Chalcodon, & Iphicles occubuerunt.

ἀντιστρ. κῶλ. η.

πέφνε δ' Εὔρυτον. ὡς Αὐγέαν λάτρειον
ἄκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
πράσσοιτο λόχμαισι δὲ δοκεύσαις
ὑπὸ Κλεωναῖ, δάμασε κἀκείνοις Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ.
ὅτι πρόσθε ποτὲ
Τιρύνθιον ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν,
μυχοῖς ἄμμενον Ἄλιδος.

μετάφρασις.

interfecißet etiam Eurytum: vt à supra modum violento Augea nolente volens famularem mercedem exigeret. In saltibus autē insidiatus sub Cleonis, domuit & illos Hercules in via, quoniam antea aliquando Tirynthium profligauerant ipsi exercitum in receßibus sedentem Elidis.

ὡς Αὐγέαν. Hoc est ἵνα ἀπαιτοίη τὸν Αὐγέαν ἄκοντα ἑκὼν τὸν μισθόν. Ratio cur hos duos priùs occiderit Hercules: nimirum vt solus relictus Augias faciliùs superaretur. Causa belli aduersus Augiam, quia nolebat promissam ex pacto mercedem reddere. Merces autem erat decima quæque vacca.

λάτρειον. Hoc est ὑπὲρ τῆς λατρείας, i. δουλείας τῆς ἐξαιρέσεως τοῦ κόπρου. ὑπέρβιον est epitheton referendum ad præcedens Αὐγέαν.

λόχμαισι δέ. Modus quo Hercules è medio sustulit Cteatum & Eurytum. Illos ex insidijs circumuenit in saltibus sub Cleonis, quum ad Isthmia se conferrent.

λόχμαισι. Dat. poët. pro λόχμαις. δοκεύσαις. ἐπιτηρήσας, ἐπιβουλεύσας.

Κλεωναῖ. Genit. Dor. pro Κλεωνῶν, Cleonæ autem est ciuitas Argolica. δάμασε neglecto augmento pro ἐδάμασε. De Cleonis vide Pausaniam lib. 2.

ὅτι πρόσθε. Altera ratio cur Hercules Molionidas istos inuaserit: nempe quia prior iniuriam ab ipsis acceperat, quum sibi suppetias venientem exercitum aduersus Augiam, perdidissent. Quo in conflictu cecidêre Telamon, Chalcodon, & Iphicles senior Herculis frater. Tirynthium exercitum appellat, quia ex Tirynthe vrbe Argiua proceres prodierant.

μυχοῖσι. Locus in quo cladem accepit exercitus ille, nempe in Elide, ἄμμενον Dor. pro ἥμενον. Hoc est καθεζόμενον. Ἄλιδος Dor. pro Ἤλιδος. Videtur mendosè

geminari μ. in ἄμμδυον. Nam ſtabit ſine illo & Dialectus, & metrum.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. θ. μετάφρασις.

Paulò autem poſtquam Molionides iſti ſuperbi eſſe fuerunt, rex ille Eleorum Augias erga hoſpitem perfidia vſus, vidit patriã poſſeſſionibus abundantem diripi, ferro, flammiſque vaſtari; & in profundam calamitatis abyſſum deuolui Phyćteum ciuitatem in qua habitabat. Ex quibus diſcimus fieri non poſſe vt deterior poteutioris vim effugiat. Poſtea etiam ipſe præ temeritate, vltimus in patriæ excidio occurrẽs, mortẽ grauem non declinauit.

Μολιόνες ὑπέρφιαλοι. καὶ μὰν ξειναπάτας Ἐπειῶν βασιλεὺς ὄπιθεν
οὐ πολλὸν, ἴδε πατρίδα πολυκτέανον
ὑπὸ στερεῷ πυρὶ, πλαγαῖς τε σιδάρου
βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
„ νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ᾽ ἄπορον.
„ καὶ κεῖνος ἀβουλίᾳ ὕστατος
„ ἁλώσιος ἀντάσαις, θάνατον
„ αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

*Moliones arrogantiſſimi. Sedenim decertor hoſpitum rex Epeorum, non multò pòſt vidit patriam poſſeſſionibus abundantẽ ſub validο igni, ictibúſque ferri profundo gurgite calamitatis ſedentem ſuam ciuitatem. Contentionẽ enim ſuſceptam aduerſus potentiores deponere difficile eſt. Et ille temeritate, poſtremus expugnationis obuius factus, mortem grauem non effugit.*

Μολιόνες ὑπέρφιαλοι. Cohærent iſta cum ſuperioribus. Et ſic appellantur à materno nomine Μολιόνη quæ fuit Moli filia. Μολιὼν, genit, όνος. Matronymicum pro quo communiùs diceres Μολιονίδης, vt ex Scholijs colligitur.

καὶ μὰν. Dor. pro μὴν. Augiæ ob perfidiam calamitas, deſcribitur: & ξειναπάτας Dor. ξειναπάτης *hoſpitum deceptor*, nuncupatur: quia iniurius fuit Herculi hoſpiti quum promiſſam mercedem pro nauata opera non reddidit.

ὄπιθεν οὐ πολλὸν. Hoc eſt οὐ πολὺ ὕστερον, & ὄπιθεν pro ὄπισθεν. Prima calamitas in excidio, incendióque patriæ. Hanc Φύκτεον appellant Græca Scholia. στερεὸν πῦρ intellige δραστήριον, ἰσχυρόν τε. Metaphoricè βαθὺν ἄτας ἐς ὀχετὸν, pro ſimpliciori loquendi formula μεγίστην εἰς ἄτην. Tranſlatio petita ab aquis profundis, ἵζοισαν Dor. pro ἵζουσαν.

νεῖκος δὲ. Hoc eſt φιλονεικίαν τῶν κρεσσόνων ἄπορον τῷ ἥττονι ἐκκλῖναι. Gnome, quam ex euentu Herculei belli aduerſus Augiam elicit: innuítque nulla vi quemquam poſſe fortioribus reſiſtere: vt ſi regi potenti, quiſpiam inferior opibus, viribúſque ſeſe opponat.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,

inquit Homerus, & Nem. 10. Od. Ep. 4.

χαλεπὰ δ᾽ ἔρις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.

κἀκεῖνος. Secunda calamitas, Augiæ mors, in quam ferri dicitur ἀβουλίᾳ per imprudentiam, propriámque amentiam, θάνατον αἰπὺν. Hoc eſt μέγιστον, καὶ χαλεπώτατον.

παράφρασις.

Protinus confecto bello, quum vniuerſum exercitũ, omnémque prædam Piſis cõtraxiſſet ſtrenuus ille Iouis filius Hercules, patri Deorum maximo metitus eſt diuinum lucum: circunſeptúmque templum puro in loco ſeparauit, ſtatuítque vt eius ambitus, diuerſorium eſſet certantium, in quo cibum ſumerent: & Alpheum honore proſequutus eſt, eum connumerãdo inter duodecim Deos, quibus dicatæ erant ſex aræ.

ϛροφὴ γ. κῶλ. κ.

ὁ δ' ἄρ' ἐν Πίσᾳ ἕλσαις ὅλόν τε
ϛρατὸν,
λεῖαν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
υἱὸς, ϛαθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
πατρὶ μεγίϛῳ. περὶ δὲ πά-
ξας,
ἄλτιν μὲν ὅ γ' ἐν καθα-
ρῷ
διέκρινε. τὸ δὲ
κύκλῳ πέδον, ἔθηκε δόρπου λύ-
σιν
τιμάσαις πόρον Αλφεοῦ,

μετάφρασις.

*Ille itaque Iouis ſtrenuus filius, contracto in Piſa vniuerſo exercitu, prædáque omni, metiebatur diuinum lucum Patri maximo. Quum autem circunſepſiſſet, templum quidem in puro loco ſeparauit: aream autem quæ in circuitu, fecit cœnæ diuerſorium, honore proſequutus meatnm Alphei,*

ὁ δ' ἀρ' ἐν. Narrat ἐπόμενα victoriæ, vt Hercules debellato Augia Olympiacos ludos inſtituit. In his Πίσᾳ Dor. eſt pro Πίσῃ, & ἕλσαις ſyncope pro ἐλάσαις, vt & in quibuſdam Tyrtæi verſibus. Et apud Homer. Il. α. Infinit. ἕλσαι pro ἐλάσαι ἀμφ' ἅλα ἕλσαι Αχαιοὺς. Notandum autem hoc vocabulum pro ratione ſpirituum variam agnoſcere originem ἕλσαις, hoc loco pro ἐλάσαις particip. Aor. 1. ἤλασα verbi ἐλαυνω. Verùm ἕλσαι per ſyncopen pro ἑλκύσαι, ab Aor. 1. εἵλκυσα verbi ἑλκύω. *traho.*

ϛαθμᾶτο. Neglecto augmento pro ἐϛαθμᾶτο, hoc eſt κατεμετρεῖτο. κατεσκεύαζεν: à verbo ϛαθμάομαι de quo vulgata Lexica. Cæterùm in hac inſtitutione Olympiorum, conſiderat primùm ἄλσος quod Ioui maximo conſecratur: deinde ἄλτιν *ſacellum* quod in puro loco deſignatur, tertio locum quem conuiuio peracto agone deſignauit: quarto ſex aras erectas in duodecim Deorum honorem, inter quos connumeratus eſt Alpheus, cuius aqua in his ſacris ſola erat in vſu. De ſex illis aris vide 5. Olymp.

περὶ δὲ πάξας. Per tmeſin & Dor. pro περιπήξας, hoc eſt, περιορίσας, περικυκλώσας, ἄλτιν exponit ἄδυτον, ſeu νεών. Dicítque ab aliis ὄνομα χωρίου appellari Scholiaſt. Monet etiam eſſe qui legant Αλιν hoc eſt Elidem, vt ſit ſenſus τὴν μὲν Ηλιν καθιέρωσε τῷ Θεῷ. Ariſtodemus ait ἄλτιν ſimpliciter eſſe locum circa Olympiam. Híncque Iouem Αλτιον nominari. Triclinius ἱερὸν *templum* interpretatur: quam interpretationem, primámque à Scholiaſte allatam magis probo. Pauſanias autem in Eliacis τὸ δὲ ἄλσος (inquit) ἱερὸν τοῦ Διὸς παραποιήσαντες τὸ ὄνομα, Αλτιν ἐκ παλαιοῦ καλοῦσι. καὶ δὴ καὶ Πινδάρῳ ποιήσαντι ἐς ἄνδρα Ολυμπιονίκην ᾆσμα, Αλτις ἐπωνόμασται τὸ χωρίον.

τὸ δὲ κύκλῳ. Hæc ita dilucidè interpretatur Schol. τὸ δὲ χωρίον τὸ κύκλῳ τοῦ ναοῦ,

κατα-

καταλυτήριον ἔταξεν εἶναι τῶν ἀγωνιζομένων εἰς εὐωχίαν.

τιμάσαις. Dor. pro τιμήσας. & πόρον Ἀλφεοῦ periphrasticè sumito pro ipso Alpheo: quem vt indigenam Deum honore dignatur.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quarum sedem, Saturnium collem, à Saturno Deorum patre nominauit. Nam antea ignobilis erat regio in qua regnabat Oenomaus: nec dum structis ibi aris, desertus ille collis non nisi multa niue conspersus occupabatur. Cæterùm huic primæ Olympiorum institutioni, primæque celebritati interfuerunt Parcæ, & Tempus Veritatis parens; ille vt fœlicitatem: hoc vt diuturnitatem ludis illis impertiret, quò non solùm fœlices, sed etiam diuturni redderentur. | μετὰ δώδεκ' ἀνάκτων Θεῶν. καὶ πάγον<br>Κρόνου προσεφθέγξατο. πρόσθε γὰρ<br>νώνυμος, ἇς Οἰνόμαος ἆρχε,<br>βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. ταύτᾳ<br>δ' ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ<br>παρέσταν μὲν ἄρα<br>„ Μοῖραι σχεδὸν, ὅ, τ' ἐξελέγχων<br>„ μόνος<br>„ ἀλάθειαν ἐτήτυμον | cum duodecim regibus Dijs, & collem Saturni appellauit. Antea enim ingloria, cui Oenomaus imperabat, rigabatur multa niue. Hac autem in primo-nata celebritate, affuerunt Parcæ propè, „ & quod prodit solum veritatem certam |

καὶ πάγον. Quinto loco celebrem Saturni collem reddidit Hercules: qui antea erat νώνυμος. Hoc est, ἀνώνυμος, ἄδοξος. Quidam autem dicunt hunc collem appellatum fuisse Saturnium antequam sex illas aras duodecim Dijs fecisset Hercules, quoniam ibi erat Saturni templum. Aiunt verò alij, cum quibus Pindarus, desertum priùs fuisse locum: sed Herculem structis duodecim Deorum aris illum appellasse collem Saturnium, à patre Deorum Saturno.

πρόσθε γάρ. Hoc est καὶ γὰρ ἀνώνυμος οὖσα ἡ χώρα, ἧς Οἰνόμαος ἦρχεν, ἐκαλύπτετο ὥσπερ ὑπὸ πολλῆς, καταφερομένης χίονος. Hæc autem sunt allegorica quibus significat, donec instituti fuissent hi ludi, Elidem vbi regnabat Oenomaus, obscuritate & silentio fuisse inuolutam & incognitam. Vel innuit hunc locum sub Oenomao non habitatum, & ædificijs carentem, solis niuibus obrui solitum.

νώνυμος. Vel per aphæresin pro ἀνώνυμος. Vel ex νη. Negat. partic. & ὄνομα. ellipsis vocum ἦν ἡ χώρα. & ἇς ἆρχε. Dor. pro ἧς ἦρχε, vel etiam ἄρχε negl. augmento imperfecti. βρέχετο negl. aug. pro ἐβρέχετο. πολλᾷ Dor. pro πολλῇ. Quòd si allegoricè hæc sumas, rectè locum illum niue irrigari dixeris, quia collis erat, & altiores loci niuibus accipiendis, & conseruandis sunt magis idonei, quàm inferiores & humiliores.

ταύτᾳ δ'. Hoc est ἐν ταύτῃ δὲ τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν Ολυμπίων, καὶ πρώτῃ τελουμένῃ ἑορτῇ. Hìc ταύτᾳ & τελετᾷ. Dor. sunt pro ταύτῃ τελετῇ. Hanc autem Olympiorum institutionem fœlicem fuisse docet, quoniam adstiterunt Parcę. Fin-

git etiam tempus adſtitiſſe, vt celebritatem hanc non ſolùm ἐυμοῖρον, ſed etiam πολυχρόνιον futuram doceat.

παρέσαν. Tertia perſ. plur. Aor. 2. act. Bœot. pro παρέστησαν, hoc eſt παρεγένοντο. & σχεδὸν hoc eſt, ἐγγὺς, πλησίον, vt Il. 1. ἐπεὶ μάλα τοι σχεδὸν ἔλθῃ. h.e. *quum proximè ad te venerit*: & paſſim apud noſtrum poëtam. Nem. 10. Pyth. 5.

ὅ, τ' ἐξελέγχων. Hoc eſt, ὅ, τε χρόνος τὴν ἀλήθειαν ἀποδεικνύων. Vide hac de re Chiliad. Eraſ. prouerbio. *Tempus omnia reuelat*. Veritatem autem quam antè finxit Iouis filiam: nunc à tempore palam educi docet. Idque rectè: vnde fingitur tempus eam è puteo ſenſim euocare.

ἐτήτυμον. Hoc eſt ἀσφαλῆ, propriè tamen ἐτήτυμος & ἔτυμος exponi ſolent, ἀληθής: vt videre eſt in Lexicis.

παράφρασις.

Illud autem tempus longo progreſſu, poſteris pro certo declarauit, vbi Hercules diuiſorum Augiæ deuicti ſpoliorum primitias Dijs obtulerit: & quomodo Olympia, quinto quoque anno deinceps celebranda, in celebritate prima, primiſque victorijs inſtituerit. Quis autem ô Muſa, in hoc recens inſtituto certamine primam ſortitus eſt coronam, reportata victoria, pugilatu, pedum celeritate, & curruũ agitatione gloriam ſibi adipiſcendo, & re bene geſta, gloriationem ex ſucceſſu certaminis promanantem, antagoniſtæ detrahendo?

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

» χρόνος. τὸ δὲ σαφανὲς, ἰὼν πόρσω
κατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμου δὲ δόσιν
ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε, καὶ πεντα-
ετηρίδ' ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτὰν,
ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ, νικαφορίαισί τε.
τίς δὴ ποταίνιον ἔλαχε στέφανον,
χείρεσσι, ποσίν τε, καὶ ἅρμασιν
ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος;
εὖχος ἔργῳ καθελών;

μετάφρασις.

*tẽpus: certitudinemq; vltra procedẽs enarrauit, vbi belli munus ſpolia partitus immolaſſet, & quinquennalem quomodo inſtituiſſet celebritatem, in Olympiade prima, victoriaque adeptionibus. Quis verò recentem adeptus eſt coronam, manibus, pedibúſque & curribus, in gloria ſe collocans, gloriam certaminis ad*uerſario *detrahens ſuo facto*?

τὸ δὲ σαφανὲς. Dor. pro σαφηνὲς & neutrum adiect. pro ſubſtant. σαφήνειαν. q. d. χρόνων δ' ἔμπροσθεν ἐδήλωσε, καὶ ἐφανέρωσεν, ὁπηνίκα τὴν τοῦ πολέμου δωρεὰν, λάφυρα δηλονότι διανείμας ἔθυε. Applicat autem huic Olympiorum inſtitutioni, temporis officium in explicanda veritate: quod in paraphraſi patebit. Porrò de voce ἀκρόθινα dictum oda prima.

καὶ πενταετηρίδα. Adiectiuè ſumitur hoc ſubſtantiuum. Et ſic proſa loquaris, καὶ τὴν πενταετηρικὴν ἑορτὴν ἀγώνων ὅπως τελεῖσθαι ἔταξεν, ἐν τῇ πρώτῃ πανηγύρει καὶ πρώταις νίκαις. Hæc Scholiaſtes θαυμαστικῶς dici putat. Exiſtimo potiùs conſtruendum cum præcedenti ſententia ὅπα τὰν πολέμου &c. Porrò ἔστασεν, ἑορτὰν, πρώτᾳ. Dor. pro ἔστησεν, ἑορτὴν, πρώτῃ. Item νικαφορίαισι Dor. & poët. pro νικηφορίαις.

τίς δὴ. Arrepta occaſione ex ijs quæ de prima Olympiade, primíſque victorijs dixit, mentionem facit primorum victorum. Sermonem autē ornat apoſtropha ad Muſam: quam interrogat, quiſnam primam obtinuerit victoriam. q. d. τίς δὴ ὦ Μοῦσα, ποτίτον ἔλαχε στέφανον πυγμῇ, δρόμῳ, ἱππηλασίᾳ. Porrò ποταίνιος hoc eſt πρόσφατος *recens*, & à conſequēti ποτίτος: cōponitur, vt vult Euſtath. ex præpoſitione Dorica ποτὶ pro comm. πρὸς, & αἶνος ſignificante ſermonem: q. d. *ſermone dignus, ad ſermones pertinens*, quale eſt τὸ νεωστὶ συμβὰν *id quod recens accidit, nouum*, vide Eraſm. Chil. titulo *Conatus*, in hæc verba *Omnibus neruis*. λάχε. Negl. augm. pro ἔλαχε. χείρεσσι. Dat. Ion. & poët. pro χερσὶ.

ἀγώνιον. Hoc cum εὖχος iungendum, ſicque declarandus eſt locus ob hyperbaton: ἑαυτὸ ἐν δόξῃ καὶ τιμῇ θέμενος, καὶ δι' οἰκείας νίκης ἔργου, τὸ ἐκ τοῦ ἀγῶνος γενόμενον καύχημα, τὸ ἀνταγωνιστὴν ἀφελόμενος.

| παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Oeonus quidem Licymnij filius, Mideæ vrbis Argolicæ princeps, indéque profecti exercitus dux, ſtadio in rectitudinem extenſo fuit præſtātiſſimus, quod omnium celerrimè pedibus decurrendo emenſus eſt. Lucta verò præſtantiſſimus fuit Echemus, qui re optimè geſta, Tegeam Arcadiæ vrbem, patriam ſuam illuſtriorem reddidit. Doryclus autem Tirynthius, honorē pugilatu eſt adeptus: & quadriiugo curru, | στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον<br>ποσσὶ τρέχων παῖς ὁ Λικυμνίου<br>Οἰωνός. ἷκεν δὲ Μιδέαθεν<br>στρατὸν ἐλαύνων. ὁ δὲ πάλᾳ, κυδαίνων Ἔχεμος Τέγεαν.<br>Δόρυκλος δὲ τέλος<br>πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πόλιν.<br>ἐν ἵπποισι δὲ τέτρασιν, | *Stadio quidem in rectitudinē extenſo præſtantiſsimus fuit pedibus currens filius Licymnij Oeonus. Venerat autem ex Midea exercitum ducens. Lucta autem illuſtrans Echemus Tegeam. Doryclus verò finem pugilatus reportauit. Tiryntha incolens vrbem, cum equis autem quatuor,* |

στάδιον μὲν. Catalogus primorum Olympionicarum, qui recens inſtitutis ab Hercule ludis vicerunt, & coronati ſunt. Sex autem ſunt victores, qui ſex diuerſis certaminum ſpeciebus claruerunt. Primus refertur Oeonus Licymnij filius, Mideæ vrbis Argolicæ princeps, qui ſuperauit curſu. στάδιον quod Latinis *curriculum*, dictum vt volunt ἀπὸ τῆς στάσεως: quòd Hercules eo ſpatio confecto vno ſpiritu conſtiterit, ídque ſpatium ſuis pedibus metitus ſit, quod Piſis poſtea decurrebant, fecítque id longum pedes ducentos. Quod ſpatium cùm alijs, quæ totidē pedibus conſtabant, eſſet longius: hinc Pythagoras collegit, Herculem reliquis hominibus tantò fuiſſe proceriorem, quantò Piſæum ſtadium reliqua per Græciam ſuperaret. ἀρίστευσεν, negl. augm. pro ἠρίστευσεν, idque metri cauſa, & ποσσὶ metri cauſa pro ποσί.

εὐθύτονον hoc eſt κατ' εὐθεῖαν εἰς μῆκος τεταμένον: ἀκαμπὲς. Itaque de curſu ἄνευ καμπῆς loquitur, ad illius differentiam qui fiebat κατὰ καμπὴν. Significat etiam curri-

culum hoc in rectam longitudinem fuisse protensum. Est autem hoc vocabulum & poëticum,& Pindaricum,factum ex ἐυθὺ & τείνω.

ἦκεν ᾖ.Hoc est ἦλθε δ' ἐκ Μιδέας ἡγεμὼν ὢν στρατιᾶς.Hic sumpta metaphora ἀπὸ τῶν ποιμνίων dicitur ἐλαυνων. Cæterùm monet Scholiastes Pindarum hunc declarare victorem in prima Olympiorum institutione,qua iam attigerat virilem ætatem. Nonnullos verò dicere eum ab Hippocoontidis,puer cùm esset, fuisse prohibitum.

ὁ ᾖ πάλᾳ. Hoc est ὁ δ' Εχεμος πάλῃ νείσευσε δοξάζων τέγεαν. Secundus victor Echemus lucta vicit. Cuius victoria patriæ gloriosa fuit: quia quum victores proclamabantur,patriæ mentio fiebat.Est autem Tegea Arcadiæ vrbs. Dicunt ab hoc Echemo peremptum Hyllum quum in Peloponnesum descenderet.

Δόρυκλος ᾖ. Tertius victor Doryclus qui pugilatu superauit: vbi πυγμᾶς Dor. pro πυγμῆς & φέρε. pro ἔφερε. Cæterùm Triclinius τέλος πυγμᾶς φέρε exponit ἤρατο τὸ κράτος τῆς πυγμῆς. Hoc est τὴν ἐν τῇ πυγμῇ νίκην, *victoriam pugilatus reportauit.* Aretius τέλος exponit ἀξίωμα *dignitatem* & *honorem*. Aliàs hęc phrasis τέλος φέρειν apud Aristotel.in Polit.est ἀνάλωμα δαπανᾶν *impensas sustinere, sumptus facere.*

ἐν ἵπποισι ᾖ. Hoc est τεθρίππῳ,*quadrigis*. Dixit autem ἵπποισι poët.& Ion. pro ἵπποις.Et fit mentio quarti victoris, qui curru quadrijugo strenuè rem gessit, ísque postea vocatur Halirrhothius.

παράφρασις.

in quo sua habuit insignia,Halirrhothius Mantinetus. Phrastor autē iaculo scopum attigit. Eniceus verò discum lapideum,manu rotatum & circumactū, omnium longissimè emisit: vnde sociorum adstantium magnam acclamationē excitauit , & admirationem sui peperit. Quum autem hæc peragerentur certamina , plenæ lunæ surgentis oculus formosus amabili suo lumine tempus vespertinum,alioqui obscurum illustrauit.

ἀντιστρ. κῶλ. η.

ἀπὸ Μαντινέας σᾶμ' Ἀλιρροθίου
ἄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπόν.
μᾶκος δ' Ενικεὺς ἔδικε πέτρῳ
χέρα κυκλώσαις ὑπὲρ ἁπάντας,
καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
παραίθυξε μέγαν.
ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
σελάνας ἐρατὸν φάος.

μετάφρασις.

*ex Mantinea signum Halirrhothij, at iaculo Phrastor attigit scopum. Longè autem Eniceus iaculatus est saxo manu circū rotata supra omnes: & sodalitio tumultum cōmouit magnum: vesperúmque illustrauit pulchra aspectu lunæ amabile lumē.*

Μαντινέας. Mantinea Arcadiæ ciuitas in catalogo nauium Homeri. Οἳ Τέγεαν τ' εἶχον , καὶ Μαντινέην ἐνέμοντο.

σᾶμ' Ἀλιρροθίου. Huius phraseos varia est lectio in Scholijs. Alij περιφραστικῶς sumunt pro corpus Halirrhothij,hoc est Halirrhothius: quia σῆμα & Dor. σᾶμα est idem ac σῶμα: qua significatione vsus est Plutarchus in Homeri vita. Scholiastes interpretatur σῆμα. σημεῖον καὶ δόξα τοῦ Ἀλιρροθίου. Hoc est *insignis , & nobilis*

*Halirrhothius*. Alij Σᾶμε per apoſtrophen ad Semum Halirrothij filium. q. d. *vicisti quadrigis Seme Halirrhothij fili*: quoniam Diphilus poëta Theſeidos author refert Semum quendam primum curru Olympia viciſſe, his verbis quæ citantur in Scholijs. τέτλας ὃ πῶλυς ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος, ὃς πρῶτος ἅρματ' ἔλασε παρ' Ἀλφειῷ. Quo fit vt vulgata interpretatio ſic habeat, *tu fili Halirrhothij Seme*. Vide plura apud Scholiaſten, ex quo potiora elicuiſſe ſit ſatis. Addam tantummodò Aretij ſententiam, cui aſſentior facilè: exponit ille *ſignum Halirrhothij*, quoniam qui quadrigis certabant, depicta in equis & quadrigis habebant ſua inſignia quibus agnoſcerentur. Quæ interpretatio, ſi hoc in more fuerit, eſt ſimpliciſſima.

ἄκοντι Φράστωρ. Hoc eſt ὁ ᾗ Φράστωρ ἐπὶ σκοπὸν ἔῤῥιψε τὸ ἀκόντιον: ac proinde εὐστόχως ἠκόντισεν. Quintus victor iaculo. ἔλασε negl. augm. pro ἤλασε Aor. 1. act. à themate ἐλαύνω.

μᾶκος Dor. pro μῆκος: vel ſubauditur præpoſit. εἰς: vel aduerbialiter pro μακρόν. q. d. μακρὸν δ' Ενικεὺς ἐδίσκευσε τῷ λιθίνῳ πέτρῳ. Sextus victor *diſco*: definitur *diſcus* λίθος στρογγύλος, ὃν χειριζόμενοι ἔῤῥιπτον οἱ γυμναζόμενοι: *lapis rotundus, quem libratores manu in longum proyciebant ludentes*. σόλος verò maſſa erat ferrea: vt ſecundo Iliad. Euſtathius diſtinguit. Sed Il. ψ. ex alijs etiam metallis, & σφαιροειδὴς ἦν ὁ σόλος, δίσκοι λίθινοι. Et Odyſſ. θ. ait, diſcus aliàs quidem ex ferro fiebat, qualis in Iliade fuit σόλος: vel ex ligno: fortè etiam ex ære & lapide. Diſci inuentorem Perſeum fuiſſe memorat Pauſanias in Corinthiacis.

χέρα poët. pro χεῖρα. κυκλώσας hoc eſt περιστρέψας. Et ſic proſa loqueris, πέτρον χειρὶ περιστρέψας, καὶ πάντας τῇ βολῇ παρελθών. Deſcribitur rotatione, diſci in aërem iaculatio, vt apud Propertium

*Miſsile nunc diſci pondus in orbe rotat*.

Item etiam oſtenditur, ſphæra iſta vltra ſcopum emiſſa præmium referri ſolitum: vt & in his Homeri Il. ψ.

Τὸ τρίτον αὖτ' ἔῤῥιψε μέγας Τελαμώνιος Αἴας
Χειρὸς ἀπὸ στιβαρῆς, καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντα.

Simile certamen habes Odyſſ. θ. vbi Vlyſſes ſuperat Phæacenſes. De hoc Lucianus in Anacharſide, & Ouid. 1. Metamorph. Dixit autem hîc, πέτρῳ metonymicè, materia pro forma.

καὶ συμμαχία hoc eſt καὶ τοῖς παρεστῶσι συμμάχοις ἔκπληξιν ἐκίνησε. Sic & ſocijs admirationi Polypœtes Il. ψ. ver. 347. quum diſco ipſum Aiacem ſuperauit. In ſexto cōlo legunt nonnulli παρέθηξε à παραθήγω. τὸ παρακινῶ, τὸ παρορμῶ, τὸ ἀνεγείρω. Sed metrum non poteſt eam lectionem ferre: vnde quidam ſcribunt παραίθυξε: à παραιθύσσω quod hîc ſumi poteſt pro παρακινῶ ſeu ſimpl. κινῶ: ſicuti li. 2. Arg. Apoll. Rhodij

Λαίφεα πάντ' ἐτίναξε παραιθύξας πτερύγεσσι.
*Vela omnia quaßauit, ea mouens ſuis alis*.

De hoc verbo dicendi locus erit Pyth. 1.

ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξε. Per tmeſin pro ἕσπερον δ' ἐνέφλεξε, id eſt ἐπέλαμψε. & illud ἕσπερον iudicio Triclinij ſumendum aduerbialiter pro κατὰ τὴν ἑσπέραν. Sic φλέγειν

ſumetur ἀμεταβάτως pro *ardere*, hoc eſt *lucere*. Vel ſi ἕσπερον ſumas pro veſpertino tempore, & nocturnis tenebris, ἕσπερον φλέγειν expones *veſperum illuſtrare*. Vtroque modo propoſito ſumere potes, ſeruato loci ſenſu.

σελάνας. Dor. pro σελήνης. quæ εὐῶπις h.e. εὐόφθαλμος appellatur, quia plenilunio, quo pulcherrima eſt Luna, fuerunt inſtituti ludi. ἐρατὸν φάος *amabile lumen*: quia nocturnæ illius facis lux eſt iucũda hominibus, quibus ita dẽſiores tenebræ nimium ingratę, diſpelluntur. Cæterùm his concludit Olympiadem primam ab Hercule celebratam.

παράφρασις.

Tum verò quum ad iucundas epulas veſperi ventum eſſet, intérque cœnandum, carmen victoris encomiaſticum pro more caneretur, delubrum omne cantu perſonabat. Cæterùm nos etiam nunc priſcum illum morem victores poſt certamen in cõuiuio canendi, iam à principio vſitatum ſequuti, victorialem hymnum, ſic à victoria quæ ſuperbos reddit, cognominatum, in munus victoris canemus. Canemus etiam Iouem tonitruum ſtrepitus in aëre excitantem, igneũmque telum manu contorquentem, videlicet coruſcum fulmen quod iaculatur quoties ſua potentia vtitur. Porrò ad tibiam accommodabitur dulcis auribus noſtra modulatio carminum:

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερ-
πναῖ-
σι θαλίαις τὸ ἐγκώμιον ἀμφὶ τρό-
πον.
ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι καὶ
νῦν
ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώ-
χου,
κελαδησόμεθα βροντάν, καὶ πυρπά-
λαμον βέλος
ὀρσικτύπου Διός γ᾽, ἐν ἅπαντι
κράτει
αἴθωνα κεραυνὸν ἀρηρότα.
χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλα-
μον
ἀντιάξει μελέων.

μετάφρασις.

*Perſonabat autem totum delubrum iucundis conuiuijs laudatorio ritu. Initia autẽ priora ſequẽtes & nũc, gratiã* hymni *cognominẽ victoriæ ſuperbæ canemus, tonitru & ignem protendens telum horriſoni Iouis in omnipotentia ardens fulmen aptum. Delicioſa autem modulatio carminum ad fiſtulam occurret:*

ἀείδετο δέ. Hoc eſt ὁ δὲ ναὸς ὅλος περιηχεῖτο τοῖς ὕμνοις ἐν ἡδείαις εὐωχίαις κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐγκωμιαστικόν. Oſtendit quid peractis certaminibus fieri ſoleret cùm à victoribus, tum à reliquo cœtu: concœnabant nimirum omnes, & victorum aliqui laudes accinebant, ſub veſperam. Ἀείδεσθαι quod propriè ſignificat *cani, celebrari*, hîc poëtica licentia expoſitum pro περιηχεῖσθαι, exponitur *perſonare*. ἐγκώμιος id eſt ἐγκωμιαστικός: vt & ἐγκωμίων μελέων Od. 2. Olymp. τρόπον hoc eſt νόμον: lex erat ſeu mos canendi victorum laudes in conuiuijs, quæ quo loco celebrarentur, vide ſtroph. 3. in hæc τὸ δὲ κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν.

ἀρχαῖς δὲ προτέραις. Hactenus in res Herculis digreſſus, nunc redit ad inſtitutum Ageſidami encomium. Initio teſtatur ſe priſcos mores ſequuturum in præſentia: victorem nimirum peracto certamine celebraturum. Vt autem in

ſuperioribus, Iouem cui ſacri erant hi ludi in primis hymno cecinit: idem & hîc ſe facturum teſtatur.

ἐπωνυμίαν χάριν νίκας. His intelligit, vt vult interpres, τ̄ ἐπινίκιον ὕμνον. Etenim huiuſmodi hymnus ἐπινίκιος eſt ἐπώνυμος τ̄ νίκης: cognomen habet à vocabulo νίκη hoc eſt *victoria*. Tum etiam idem hymnus χάρις appellatur, quia eſt veluti munus & merces quam victori poëta gratificatur. νίκας Dor. pro νίκης. Victoria dicitur ἀγέρωχος metonymicè, quia ſuperbos, & petulantes facit, ἐπωνύμιος poët. & Pindar. vox pro comm. ἐπώνυμος. ex ἐπὶ & Aeol. ὄνυμα poët. & Ion. ὔνυμα, poſtea Dor. mutato υ. in ω, ὤνυμα, vnde nomen adiect. ἐπώνυμος.

βροντάν. Tonitru & fulmen Iouis, ſume pro ipſo fulminante & tonante. Dor. dictum pro comm. βροντήν. Fulmen autem περιφραστικῶς appellat βέλος πυρπάλαμον. hoc eſt, *telum igneum quod manu vibratur*. q.d. βέλος πυρῶδες παλάμῃ βαλλόμενον. Ideo 2. Oda lib.1. Carm. Horat. Iupiter dicitur

*rubente*.

*Dextera ſacras iaculatus arces.*

& Ouid. Metam. 2.

*Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra.*

& apud Aeſchyl. in Prometh.

Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος

Καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα.

Porrò teſte Heſychio πυρπαλάμους vocabant *vafros & callidos*. τοὺς διὰ τάχους τι μηχανᾶσθαι δυναμένους, καὶ τοὺς ποικίλους τὸ ἦθος.

ὀρσικτύπου. Epitheton Iouis ὀρσίκτυπος poët. & Pindar. propriè ſignificat, *qui ſtrepitum excitat*. Formatur à futuro Aeol. ὄρσω, verbi ὄρω, & κτύπος, *ſtrepitus*. Διὸς κτύπος periphraſticè vocatur βροντή: vnde apud Homerum Iupiter κτυπεῖν ἀντὶ τοῦ βροντᾷν λέγεται Euſtathio.

ἐν ἅπαντι κράτει. Hoc eſt ἐπὶ πάσῃ χρείᾳ τοῦ κράτους αὐτοῦ ἡρμοσμένον. ſeu ᾧ Ζεὺς χρῆται εἰς ἅπασαν χρείαν. Quotieſcunque in vſum reuocat ſuam potentiam, accommodatum ad hoc eſt telum eius igneum, quod appellat αἴθωνα κεραυνόν, & Heſiodus αἰθαλόεντα. Eſt ἀρηρότα part. præt. med. ἄρηρα. Sumitur ἀρηρὼς hoc loco pro ἡρμοσμένος, ἁρμόδιος, ἁρμόζων.

χλιδῶσα δέ. Hoc eſt πρὸς αὐλοὺς δ' ἀπαντήσει ἐναβρυνομένη μολπὴ τῶν μελῶν. Clariùs. ὁ δ' ὕμνος ἡδέως καὶ ἁβρῶς μετ' αὐλῶν ῥυθμίσεται. Antea autem oſtendimus carmina noſtri poëtæ non ſolùm ad lyram ſeu cytharam, ſed etiam ad tibiam cani ſolita. Dorica ſunt μολπὰ pro μολπὴ, & ἀντιάξει pro ἀντιάσει. futuri, verbi ἀντιάω. In voce κάλαμον metonymia eſt materiæ pro forma.

| παράφρασις. | στροφὴ ε. κῶλ. ι. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| quæ apud Thebas vbi eſt Dirce fons celebris, in lu- | τὰ παρ' εὐκλέϊ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν, | quæ apud inclytam Dircen longo quidem |

cem edidi, multò postquam ea promiseram Agesidamo. Sed etsi dilationem longam passa sit mea promissio: seriùs tamen exhibitum encomium non debet minùs esse gratum. Quemadmodum enim filius ex legitima vxore in senectute tardè genitus, quum iam pater incipit repuerascere, paternum animum amore magis inflammat, quia non sine proprio herede se moriturum sperat. Sic & hoc meum encomium, licèt seriùs exhibitum, gratissimum nihilominus erit tibi Agesidame, quia non sine laudum præconio morieris, quo tua virtus etiam posteris commendatur, Et vt diuiti.

ἀλλ' ὥς τε παῖς ἐξ ἀλόχου πατρὶ
ποθεινὸς, ἵκοντι νεότατι
τὸ πάλιν ἤδη· μάλα δέ τοι θερ-
μαίνει φιλότατι νόον·
„ ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
„ χὼν ποιμένα ἐπακτὸν ἀλλό-
„ τριον
„ θνάσκοντι στυγερώτατος.

*pòst tempore apparuerunt. Sed quemadmodum filius ex vxore patri amabilis, venienti ad iuuentutem rursum: valdè autē incendit amore mentem* "*(quoniam diuitiæ fortinæ dominum ascititium alienum, morienti* sunt *odiosissimæ.*

τὰ παρ'. Hæc cum superioribus cohærent: & sic declaranda sunt ἅτινα μέλη μετὰ πολὺ τῆς ὁμολογίας χρόνον ἐν τῇ ἐνδόξῳ Δίρκῃ ἐφάνησαν. Quibus innuit se carmen encomiasticum Agesidamo cecinisse multo post promissionem tēpore. Articulus τὰ hìc pro subiunctiuo ἃ sumitur: & εὐκλέϊ per syncopen pro εὐκλέεϊ vel εὐκλεεῖ; vt in superioribus μορφὰν εὐκλέα, pro εὐκλέεα, vel εὐκλεᾶ.

Δίρκᾳ. Dor. pro Δίρκῃ. Dirce fons Thebanus à Dirce Lyncei Thebarum regis vxore denominatus. Synecdochicè hìc sumitur pro ἐν Θήβαις. Hinc Dircæus ab Horatio dictus Pindarus 2. Od.l.3. Carm.

*Multa Dircæum leuat aura cycnum.*

φάνεν 3.pers.plur.negl.augm.& Aeol.pro ἐφάνησαν.

ἀλλ' ὥς τε. Fastidium diutius expectatæ laudis, quàm ex promisso par erat, egregia comparatione mollit, imò tollit: simul etiam gratiorē hymnū reddit, ostendēs quanto bono præclari viri destituantur, qui sine laudum meritarum præcone moriuntur. Vide in paraphrasi comparationis declarationem. Sic autem prosa loquaris. Ἀλλ' ὥσπερ τις παῖς γνήσιος ἐκ νομίμης γυναικὸς πατρὶ ποθεινός ἐστιν ὑπὸ τοῦ γήρως εἰς τὸ ἀνάπαλιν τῆς νεότητος ἐλθόντι. Porrò νεότατι Dor. pro comm. νεότητι. Et cùm senio confecti viri repuerascant, δὶς παῖδες οἱ γέροντες prouerbio dicuntur.

μάλα δέ τοι. Hoc est μάλα δέ τοι ἐξάπτει καὶ διεγείρει τὸν νοῦν αὐτοῦ πρὸς φιλοφροσύνην. Dor. φιλότατι pro comm. φιλότητι. hoc est φιλίᾳ.

ἐπεὶ πλοῦτος. Ratio cur filius morienti seni sit iucundus, petita à contrario: ἐπειδὴ ὁ πλοῦτος χρῆμα λυπηρότατόν ἐστιν ἀποθνήσκοντι χωρὶς διαδόχου προσήκοντος καὶ λείποντι αὐτὸν ἀλλοτρίῳ καὶ ἐπεισάκτῳ κληρονόμῳ. Appellat ποιμένα quem prosa δεσπότην dicas. θνάσκοντι Dor. pro θνήσκοντι. Rectè autem obseruat Aemilius Portus in lexico Pindarico, poëtam figuratè κατ' ἐναλλαγὴν diuitijs tribuere quod ipsi morti propriè conuenit, quę solet esse patribus acerbissima, quum vident se mori sine liberis, & legitimis, proximísque hæredibus, opésque suas magnis laboribus partas, ad externos, alienósque homines deuolui. Posset tamen me iudice sine figura hoc intelligi, si dicamus virum ἄπαιδα & ἄτεκνον diuitias

diuitias quas amauit cùm effet in viuis, odiffe moriendo quòd in hæredem alienum deuolui debeant: ita vt eas fecum perire, quàm fuperftites effe mal-let. ἐπακτὸς ab ἐπάγω afcifco, hoc loco, Sed Od. 6. Pyth. eft σφοδρός.

παράφρασις. | αὐτιστρ. κώλ. ια. | μετάφρασις.
--- | --- | ---
comparatæ multo labore diuitiæ, breuem breui vitæ tempore delectationem præbent: fed quum è vita migrat, ei funt odiofiffimę, fi afciti-tium & à fuo genere alienum hæredem nancifcantur. Sic etiam ei qui in facris certa-minibus ftrenuè fe gefferit, exiguo tantùm tempore, quũ recens eft victoria, iucundi funt acti labores: fed eorum | καὶ ὅταν καλὰ ἔρξαις ἀοιδᾶς ἄτερ, Ἀγησίδαμ' εἰς Ἀΐδα σταθμὸν ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ πνεύσαις, ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν. τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα, γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-πάσσει χάριν. ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος κόραι Πιερίδες Διός. | ita etiam quum pulchra operatus vir, fine car-mine, Agefidame in Or-ci ædes venerit, fru-ftra fumpto labore, præ-buit labori breuē quādā delectationē, dulcifona autē lyra, dulcifq; tibia tibi infpergit gratiam: præbent quoque amplum decus filiæ Iouis Pierides.

poftea fermè pœnitet, fi illis fruftra fufceptis, à poëta non laudatus, nec immortalitate no-minis donatus, in fepulchrum defcendat. Quod fanè tibi non accidet, Agefidame, cui dul-cinofa lyra, fuauífque tibia iucundum melos vt pote mercedem mittit: cuius famam longè latéque diffufam pofteritati tradunt Mufę Iouis filiæ quæ montem Pierium incolunt.

καὶ ὅταν. Ellipfis vocis ὥσπερ. Nam eft πρόσωπος? comparationis. καλὰ ἔρξαις hoc eft καλὰ ἔργα πράξας. Doricum eft ἀοιδᾶς pro comm. ἀοιδῆς. Ἀγησίδαμε. Eft apoftrophe ad Agefidamum, quem ferè paffus erat mori fine promiffo encomio. εἰς Ἀΐδα σταθμόν. periphrafticè pro εἰς Ἀΐδην. Phrafis etiam apud Græcos vfitatiffi-ma εἰς ᾅδου, fubaudita voce vel quæ hic additur σταθμόν, vel alia, vt οἶκον. Porrò Ἀΐδα Doricus eft genitiuus pro ᾅδου.

κενεὰ πνεύσαις. hoc eft μάταια κοπιάσας. Voce πνέειν pro πονέειν vel κοπιᾶν vtitur, quo-niam in labore fpirare magis folemus, quàm in otio. κενεὸς poët. & Ion. dici folet pro κενός: hoc loco fignificat μάταιος.

ἔπορε μόχθῳ. hoc eft βραχεῖαν τινα τέρψιν πάρεσχε τῷ ἀγῶνι. Et per βραχεῖαν in-nuit vfque adeò breuem, vt nulla ferè fit, vel fic exponas βραχύ τι ἐτέρφθη τῷ μόχθῳ τοῦ ἀγῶνος.

τὶν δ'. Dor. pro σοὶ: & ἁδυεπής. q.d. σοὶ δὲ καὶ ἡδύφωνος λύρα, καὶ γλυκὺς αὐλὸς ἐπιπάσσει ἀναπεικίλλει? τε χάριν μέλος. Epilogus hymni quo pollicetur Agefidamo fore, vt, non quemadmodum alij, qui quòd præconem laudum non ha-buerint, in ipfo labore certaminis paulùm tantùm lætati funt, peren-nem ex carmine fuo delectationem percipiat, & eius victoria immortali-tati nominis tradatur.

ἔχοντι Dor. pro ἔχουσι: & fimplex pro compofito περιέχουσι. κλέος εὐρὺ hoc eft ἐπὶ πολὺν τόπον περιτεμνόμενον. Nam carmina longè latéque famam diffundunt. Iouis filiæ funt Mufæ vt ex primis ἔργων καὶ ἡμερῶν verfibus colligere eft. Πιε-ρίδες à monte Pierio quem incolunt dictæ: vnde ibidem Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι,

dicuntur. Earum mater fingitur Mnemosyne. Vide hac de re Mythologos.

παράφρασις.

Quem ego quoque, meam operam cum Musis diligenter adhibens, dulci hoc carmine laudem inclytæ Locrorum gentis complexus, eodémque ornamento ciuitatem viris præstantibus insignem prosequutus, amabilem Archestrati filium encomio decoraui, postquã accepi eum pugilatu, in quo valet robur manuũ, Olympia vicisse, idque iã olim cũ esset adhuc aspectu formosus, & versaretur in vigẽtis ætatis flore, cuius venustas, simul cum Venere, gratum Ioui reddens Ganymedem, fecit vt in cœlum raptus fuerit, nec mortem expertus pincernam agat Deorum: cùm alioqui mors æquo pede pauperum, regúmque tabernas pulsare non erubescat.

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

ἐγὼ δ' συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,
κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα, τὸν εἶδον
κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον,
κεῖνον κατὰ χρόνον γ', ἰδέᾳ τε καλὸν,
ὥρᾳ τε κεκραμένον· ἅ, τ' ἀναιδέα Γανυμήδει θάνατον ἀλαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

μετάφρασις.

*Ego quoque opitulans studiosè, illustrē gentem Locrorum amplexus sum, & melle ciuitatem irrigans viris præstantem, filium amabilē Archestrati laudaui, quem vidi vincentem manus robore aram apud Olympiacam, illo tempore formáque pulchrum floreq́ ætatis temperatum: qui flos impudentem à Ganymede mortem propulsauit, cum Venere.*

ἐγὼ δ'. Per quandam κεφαλαιώδη σύλληψιν memorat quid iam in Agesidami gratiam præstiterit, profitetúrq; se Locrorum gentem eâdem opera cum ipso laudasse. συνεφαπτόμενος nimirum τῶν μουσῶν. σπουδᾷ Dor. pro σπουδῇ.

ἀμφέπεσον. hoc est περιεπτυξάμην, περιέλαβον, ἠσπασάμην. Poëtica phrasis ἀμφιπίπτειν ἔθνος, pro ἀσπάζεσθαι.

μέλιτι καταβρέχων. hoc est ὕμνῳ ἡδεῖ κοσμῶν: metaphora sumpta à rebus liquidis & dulcibus. αἴνησα negl. augm. pro ᾔνησα.

τὸν εἶδον hoc est ὃν ἔγνων πυκτικῇ νικῶντα. Hic χερὸς pro χειρός. & ἀλκᾷ Dor. pro ἀλκῇ βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον. hoc est ἐν Ὀλυμπίᾳ. Nam hi ludi celebrabantur πολυξενωτάτῳ παρὰ βωμῷ qui eo erat in loco.

κεῖνον κατὰ χρόνον. Notat ætatem fuisse florentem quando Agesidamus certauit: quæ iam quum scribit, est senilis. Quo satis indicat se diu distulisse hunc hymnum, cùm inter has ætates multi anni labantur.

ἰδέᾳ τε καλὸν, hoc est τῷ εἴδει καλὸν, καὶ τῇ ἡλικίας ἀκμῇ συνόντα: vel etiam, τῷ τοῦ σώματος κάλλει, καὶ τῇ τούτου ἀκμῇ συγκεκραμένον.

ἅ τε. Referendum ad vtrumq; ἰδέα, καὶ ὥρα, *forma*, & *flos ætatis*, quæ cùm in Ganymede essent, à Ioue raptus est, nec mortem sensit inter Deos relatus. De hoc dictum Olymp. prima.

ἀναιδέα. Mortis epitheton ἀναιδὴς *impudens*, quòd excusso pudore omnes pro-

miſcuè metat: vnde Horatius.

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
*Regúmque turres.*

Κυπρογενεῖ. Hoc eſt τῇ Ἀφροδίτῃ. Κυπρογενὴς poët. Veneris epitheton: item κυπρογένεια q. d. ἐν Κύπρῳ γεννηθεῖσα; quia fertur in Cypro nata. Eadem & κύπρις & κυπρεία.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΑΓΗΣΙΔΑΜΩ, τόκος.

EIDEM AGESIDAMO fœnus.

ΕΙΔΟΣ. ΙΑ.

ODE. XI.

## ARGVMENTVM.

*Continet hæc Ode victoris Ageſidami laudes, eiúſque patriæ: Illum à pugilatu & corona victoriæ: hanc à ſapientia, hoſpitalitate, & fortitudine commendat.*

παράφρασις. — στροφὴ. α. κῶλ. ϛ. — μετάφρασις.

Quemadmodum apud homines, magnus eſt vſus, aliàs ventorum, vt ad nauigationem, aliàs pluuiarum quas nebulæ producunt, vt ad agrorũ recreationem ſic etiã carminum, ad laudem clarorum virorum. Quandoquidem dulciſoni hymni, eius qui magnis in laboribus ſtrenuè ſe geſſit, famam ad poſteros perferunt, & magnarum virtutum honorem firmum ſtabilémque reddunt; ac ſi laus quam continent, & virtus irruptum iureiurando fœdus iniuerint.

„ Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε
„ πλείστα
„ χρῆσις, ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων
„ ὀμβρείων, παίδων νεφέλας.
„ εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι, με-
„ λιγάρυες ὕμνοι
„ ὑστέρων ἀρχὰ λόγων, τέλλεται
„ καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρε-
„ ταῖς.

“ *Aliquãdo hominibus ventorũ plurimus eſt vſus: aliquando itẽ cœleſtium aquarum, filiarũ nubis. Quòd ſi cum labore aliquis proſperè rem gerat, blandiloqui hymni* qui ſunt *poſteriorum occaſiones ſermonum, ſunt, & fidum pignus magnis virtutibus.*

τόκος. Priori hymno Pindarus profitebatur se dilati encomij Agesidamo promissi reprehensionem soluere posse, si pro debiti dilatione vsuram daret. Idcirco adiunctum prolixiori illi breuiorem hunc hymnum appellat τόκον. Ille igitur debiti κεφάλαιον erit, hic τόκος. Nam vt debitores præter acceptam pecuniam, qua vsi sunt aliquandiu, aliam quandam fœnoris gratia reddunt. Sic Pindarus vltra promissum atque adeò debitum encomium, Oden hanc fœnoris instar addit.

Ἔστιν ἀνθρώποις. Exordium κατ' σύγκρισιν: quæ duabus constat partibus, altera à ventis: altera à pluuijs desumpta. Neque id sine arte, quam aperit Triclinius. Duæ sunt laudandi rationes: vna verbis & fama hominum: altera encomijs poëtarum: illam non scriptam laudem, vt pote instabilem, cum ventis inconstantibus nihilque post se relinquentibus comparat. Hanc scriptam cum pluuijs, quæ non modò terram pinguefaciunt & molliunt, vnde pullulant plantæ: sed etiam stabiles sunt, & inibi diutius immorantur. Etenim verba volant: sed scripta manent. Prosa autem sic hanc sententiam reddas, addendo συγκειτικόν, καὶ παραποδοτικὸν μόριον quæ subintelligantur. ὥσπερ ἔστι καιρὸς ὅτε γίνεται ἀνθρώποις χρεία πλείστη ἀνέμων· ὅτε ὄμβρων· οὕτω καὶ τοῖς διὰ πόνου νικήσασιν ὕμνοι χρήσιμοι. Habes πλείστα Dor. pro comm. πλείστη.

οὐρανίων ὑδάτων. Periphrasis & definitio imbris siue pluuiæ: etenim ὄμβρος pro ὑετὸς hîc sumi debet μεταληπτικῶς. Est ὄμβρος cōfertim ruens pluuia ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ῥέειν. At ὑετὸς est lenis & sensim delabens pluuia. Sic autem definiri potest pluuia, *cœlestis aqua ex nube generata*. Etenim vapores humidi in mediam aëris regionem inuecti condensantur in nubem, quæ postea soluitur in aquas. Vnde παρθένοι ὀμβροφόροι appellantur nubes in νεφέλαις Aristophanis. νεφέλας Dor. pro νεφέλης. Nota metaphora in παίδων νεφέλας.

μελιγάρυες. Dor. pro μελιγήρυες. Μελίγηρυς poët. vox q.d. ὁ μέλιτος δίκην γῆρυν χέων, hoc est, ἡδίστην φωνὴν χέων. Extat etiam Pyth. 3. & Isthm. 2.

ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων. hoc est ῥίζαι, προφάσεις, αἰτίαι τοῦ τὴν φήμην ὕστερον ἐπικρατῆσαι. Post λόγων autem comma velim scribere, & τέλλεται construere cum πιστὸν ὅρκιον, sequendo Triclinij sententiam: siquidem hoc commodè seruata mente authoris fieri potest: & constructio singularis cum plurali nullibi apud authores reperitur, nisi cum neutro genere. Itaque hîc erit ordo, μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων supple ὄντες, τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς. Cæterùm τέλλομαι poëticum est pro γίνομαι, ὑπάρχω, εἰμὶ, quod iam occurrit huius libri Od. 1. ὕστεροι λόγοι dicuntur, quoniam οἱ ὕστεροι μνημονεύονται τῶν προγενεστέρων.

πιστὸν ὅρκιον. hoc est βεβαία ἀσφάλεια. Sumitur metaphora à fœdere nunquam frangendo propter fidem vtrinque iureiurando datam. Fœdus autem laus & virtus iniuerunt, idque firmum. Et certè γίνεται ἔπαινος ἐπ' ἀρετῇ. vnde Socrates τὸν Λιβανωτὸν τοῖς Θεοῖς, τὸ δ' ἔπαινον τοῖς ἀγαθοῖς ἀπονέμειν δεῖ. Virtutes autem magnas appellat τὰ ἐν μεγάλοις πράγμασι κατορθώματα. Qualis est Olympiorum victoria. Alioqui magnæ virtutes, heroicæ nuncupabuntur: vt Fortitudo, Iustitia, Temperantia, & id genus.

παράφρασις.

Huiusmodi autem laus quæ encomiasticis hymnis continetur, quam nulla téporis longinquitas, nec hominum inuidia delere queat, etiam Olympiorum victoribus debetur. Quorum equidem curam ex officio suscipere volo, & encomia pronunciare præstantissimo carmine, quod Deo acceptum feram: cùm diuini sit muneris nunquam non ingenij solertia, mentísque acumine valere & conspicuum esse. Cæterùm Agesidame Archestrati fili, scias velim me tui nunc rationem habere. Te ob pugilatum quo decertasti & vicisti,

ἀντιστρ. κῶλ. ϛ.

ἀφθόνατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις
οὗτος ἄγκειται. τὰ μὲν ἁμετέρα
γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.
ἐκ Θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ
πραπίδεσσιν.
Ἴσθι νῦν Ἀρχεστράτου παῖ, τεᾶς
Ἀγησίδαμε πυγμαχίας ἕνεκεν,

μετάφρασις.

*Inuidiæ autem non obnoxia laus Olympiorum victoribus hæc reposita est. Quæ quidem nostra lingua gubernare vult. Cæterùm ex Deo homines prudentibus florent in perpetuum mentibus. Scito nunc Archestrati fili, Agesidame tui pugilatus causâ,*

ἀφθόνατος Dor. pro ἀφθόνητος. Quod autem in genere dixerat, laudem deberi magnis virtutibus: nunc strictiùs ad strenuitatem athleticam refert. q. d. οὗτος δ' αἶνος ὁ τοῖς νικηφόροις δι' ὕμνων ἀνακείμενος φθόνου ἐστὶν ἐλεύθερος. Legitur ἄγκειται Aeol. pro comm. ἀνάκειται.

τὰ μὲν. Hoc est ταῦτα μὲν οὖν ἐγκώμια τῶν κατορθωμάτων διοικεῖν ἐθέλει ἡ γλῶσσά μου. Innuit autem se velle eorum hymnorum authorem esse, quibus indelebilis victorum laus contineatur. ἁμετέρα Dor. pro ἡμετέρα, & ποιμαίνειν translatum à pastoribus qui gregem regunt, eiúsque curam suscipiunt. γλῶσσα: quia non solùm scripto mandare, sed etiam voce pronunciare dignabatur encomium.

ἐκ Θεοῦ δ' ἀνήρ. Gnome est qua Deo tribuit, quicquid hominibus inest præclari. q. d. ἐκ δὲ Θεοῦ βοηθείας πᾶς ἀνὴρ ἀεὶ εὐδοκιμεῖ ἐπὶ σοφαῖς διανοίαις. Est enallage personæ, quum indefinitè loquitur, & de se tamen hoc intelligit, dum suam poësin commendare conatur, quam Deo acceptã fert. Nec non hoc etiã referri potest ad eum qui laudatur, cùm & ipsi diuini sit muneris lumen eximijs poëtarum ex carminibus capere. Vox πραπίδες occurrit Od. 2.

Ἴσθι νῦν. Apostrophe ad Agesidamum, cui applicat priuato, quod in genere dixit de laudandis Olympiorum victoribus. ἴσθι pro ἴσαθι imperat. verbi ἴσημι. Porrò breuiter laudis argumenta aggreditur.

παράφρασις.

præter oleastri coronam, qua pulchrè redimitus fuisti, blandiloqui carminis ornamento decorabo: eadémque opera Locrorum Epi-

ἐπῳδ. κῶλ. ι.

κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
ἁδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπιζεφυρείων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.

μετάφρασις.

*ornamentum præter coronam aureæ oliuæ blandiloquum cantabo, Epizephyriorum Lo-*

zephyriorum gentis celebrationi ſtudebo. Apud hanc, mecum ô Muſæ choream quæſo inſtituite. Polliceri & ſpondere auſim vos ad populum acceſſuras, qui non ſolùm hoſpitalitatis eſt amans, rerúmque honeſtarum peritus, ſed ſumma etiam ſapientia pollet, rebúſque bellicis claret. Quas dotes animi, corporíſque à natura quum acceperint, non aliter quàm fulua vulpes aſtutiam, & grauiter fremens leo fortitudinem ingenitam, amittere queant, & immutare.

ἔνθα συγκωμάξατ᾽. ἐγγυάσομαι
μή μιν ὦ Μοῖσαι φυγόξενον στρατὸν,
μηδ᾽ ἀπείρατον καλῶν,
ἀκρόσοφον δὲ, καὶ αἰχματὰν ἀφίξεσθαι. τὸ γὰρ
ἐμφυὲς, οὔτ᾽ αἴθων ἀλώπηξ,
οὔτ᾽ ἐρίβρομοι λέοντες
διαλλάξαιντο ἦθος.

*crorum gentem curæ habes. Ibi choream vnà inſtituite. Spondebo non ad ipſam, ô Muſæ, hoſpites fugientem populum, neque imperitum honeſtatis, ſed ſummè ſapientem, & bellicoſum peruenturas eſſe. Siquidem natura inſitos, neq; ardens vulpes, neque grauiter rugientes leones, mutauerint mores.*

κόσμον. Cohærent iſta cum ſuperioribus, & κόσμον ἀδυμελῆ intelligit hymnum: ſiquidem victori futurus eſt ornamento, ἐπὶ στεφάνῳ: præterquam quòd alium coronæ ornatum acceperat ab Hellanodicis. Etenim τὸ ἐπὶ, hîc *præter* interpretor, quia videtur poëta duorum ornamentorum rationem habere, ſcilicet coronæ oleaſtri, & carminis laudatorij. Porrò ſuo more ἐλαίαν ἀντὶ κοτίνου ſumit: vocátque χρυσέαν hoc eſt *pulchram*.

τῶν Ἐπιζεφυρείων. De his Locris iam egimus Oda ſuperiore: vbi cum Scholiaſte trium tantùm mentiouem fecimus, cùm & quarti nimirum Opuntij, à Triclinio nominentur. Ita laudes huius gentis proferens, victorem a patria prædicat.

ἔνθα. Hoc eſt, ἐν ταύτῃ Λοκρίδι τῶν Ἐπιζεφυρείων. συγκωμάξατε. Dor. pro comm. συγκωμάσατε. Imperat. modi. Aor. 1. med. verbi συγκωμάζω. Eſt autem apoſtrophe elegans ad Muſas, apud quas ſuaſorijs vtitur argumentis, ſumptis à virtutibus illius gentis, quæ ſunt, Hoſpitalitas, Honeſtas, Sapientia, Fortitudo. Etenim primò populum vocat μὴ φυγόξενον, ſignificans κατ᾽ ἀφαίρεσιν, τὸν φιλόξενον. Deinde μὴ ἀπείρατον καλῶν, hoc eſt vno vocabulo μὴ ἀπειρόκαλον, tertiò ἀκρόσοφον *ſumma ſapientia præditum*. Poſtremò αἰχματὰν, hoc eſt, πολεμικὸν *bellicoſum*.

ἐγγυάσομαι. Dor. pro comm. ἐγγυήσομαι ὑμᾶς ἀφίξεσθαι πρὸς δῆμον αὐτὸν μὴ κακόξενον, μήτ᾽ ἀπειρόκαλον, ἀλλ᾽ ἄκρως σοφὸν, καὶ πολεμικόν. Dor. eſt μοῖσαι pro comm. μοῦσαι.

φυγόξενος poët. vox. ὁ φεύγων τοὺς ξένους. *Fugiens hoſpites*, vel φυγαδεύων hoc eſt διώκων τοὺς ξένους *fugans, perſequens hoſpites*, ac proinde ἄξενος, καὶ κακόξενος. ξενηλάτης. Porrò αἰχματὰν. Dor. pro αἰχμητήν.

τὸ γὰρ ἐμφυὲς. Hoc eſt τὸ ἐκ τῆς φύσεως. τὸ φυσικὸν, τὸ συγγενικόν. Dum autem poëta ſpondet pro Locris apud Muſas, nititur neceſſaria coniectura. Spondere auſim pro Locris, huiuſmodi moribus eſſe, nec illos mutaſſe, quia ijs à natura ſunt inſiti. Naturam enim expellas furca, tamen vſque recurret. Vtque nec vulpes aſtutiam, nec leo fortitudinẽ immutare queat: ſic neque Locri mores hoſce bonos,

cùm natura ſint ita comparati. De hac ſententia vide Chiliad. Eraſmi titulo. *Ingenij malitia, & inſtitutio.*

αἴθων *rufa, ardens*, epitheton vulpis, vel à colore, quia eſt ἄγαν πυῤῥά. vnde & λαμπουεὶς vocatur: vel ab ingenio, quia eſt διάπυρος καὶ δολία τὴν διάνοιαν. *callida, aſtuta*, qualis à phyſicis deſcribitur.

ἐρίβρομος. Eſt epitheton leonis, qui & ἐριβρεμέτης eâdem vocis origine dicitur Iſthm. Od. 4. fit ab ἐρι, ſignificante λίαν, in compoſitione, & βρέμω *fremo, rugio.* Hæc vox, occurrit etiam Pyth. 6. Innuitur autem hoc epitheto leonem eſſe γενναῖον, μεγαλαλκῆ, & μεγάλαυχον. *generoſum, robuſtum, magnanimum.*

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ΙΜΕΡΑΙΩ, δολιχοδρόμῳ.

ERGOTELI HIMERAEO, dolichodromo.

ΕΙΔΟΣ ΙΒ.

ODE XII.

## ARGVMENTVM.

*ERgotelem Philanoris filium laudat à triplici victoria, nimirum Olympica, quam ſeptuageſima ſeptima Olympiade obtinuit: Pythiaca quam vigeſima nona Pythiade reportauit: & Iſthmiaca.*

παράφρασις.

O ſeruatrix Fortuna,
Iouis, qui libertatis eſt au-
thor, filia, ſupplicem tibi
precationẽ offero pro diu-
turna potentiſſimæ vrbis
Himeræ ſalute, & incolu-
mitate. Tu enim numen il
lud es à quo res omnes hu-
manæ reguntur, & guber-
nantur terra, maríque: hîc
celeres naues, illic bella ve-

στροφὴ α. κῶλ. θ.

„ Λίσσομαι παῖ Ζηνὸς ἐλευθε-
„ ρίου,
„ Ἱμέραν εὐρυσθενέ᾽ ἀμ-
„ φὶ πόλει, σώτειρα Τύχα.
„ τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
„ νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλε-
„ μοι,
„ κἀγοραὶ βουλαφόροι· αἵ γε μὲν
„ ἀνδρῶν

μετάφρασις.

„ *Supplico* tibi *filia*
*Iouis libertatis præſi-
dis, pro Himera poten-
ti vrbe, ſeruatrix For-
tuna. A te enim in ma-
ri gubernantur celeres
naues, & in terra ra-
pida bella, cõcionéſque
conſilij allatrices.* Ho-

hementia, & quæuis comitia, consiliáque: & à te pendet rerum euentus faustus, vel infaustus: non ab hominum iudicijs & opinionibus, qui varias spes in sese voluunt, inanes & irritas, aliàs hæc, aliàs illa sperantes, ac si nossent quid sit euenturum.

„ πόλλ᾽ ἄνω, τὰ δ᾽ αὖ κάτω
„ ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
„ σαι κυλίνδοντ᾽ ἐλπίδες.

*minum certè spes multa sursum, alia deorsũ mendacia vana secantes voluuntur.*

Ἐργοτέλει. Ergoteles Philanoris filius genere Cretensis, patria Cnossius, apud quam vigentibus dissidijs, ad Himeram Siciliæ vrbem profugit, vbi ciuitate donatus, concitatas ab Hierone & Gelone turbas sedauit. Et quoniam Cnossum patriam, Himera permutauit, in qua tanquam ciuis vixit, idcirco nũc Himeræum appellat. Est autem Himera Siciliæ ciuitas & fluuius: de qua Strabo lib. 6. & Volaterr. lib. 9.

δολιχοδρόμῳ. Δολιχοδρόμος is erat qui sexies, vt quidam putãt, stadium curriculo obibat, à δρόμος *cursus*, & δόλιχος, *curriculum spatij continentis duodecim stadia*, vel secundum Suidam, *viginti quatuor*: quem sequitur Varinus; cursus fuit plenus, & maior diaulo, qui est cursus à carceribus ad calcem, tum à calce ad carceres, nulla interposita quiete.

λίσσομαι. Exordium à loco communi de Fortunæ imperio, & ab eius inuocatione, cuius numen in rebus Ergotelis à patria profugi admiratus, ei commendat Himeram vrbem, ad quam bonis auibus Ergoteles se contulerat, vt Principum dissidia quibus agitabatur, sua prudentia componeret.

παῖ Ζηνός. Fortuna filia Iouis à Pindaro rectè dicitur. Nam etsi ratione nostri fortuitus sit rerum euentus: & vita regi videatur fortuna, non sapientia, omniáque non prouidentia, sed casu fieri putentur, adeò instabilis est mundi status: tamen ratione Dei nihil non consilio, decretóque numinis in hoc orbe terrarum voluitur & versatur. Ideóque id fortè ratus Pindarus, Fortunam finxit Iouis filiam, quem summum Deum Ethnicus ille putauit. Quo figmento nihil aliud possis intelligere, quàm fortunam esse fatum, atque è diuina prouidentia, & operatione profluere, vt rectè exponit Leonicerus. Oceani filia fingitur ab alijs, & inter Deos numeratur: vnde Iuuen. Saty. 10.

*Nullum numen abest, sit sit prudentia: sed te*
*Nos facimus Fortuna Deam, cœlóque locamus.*

& Horat.

*O diua gratum quæ regis Antium.*

ἐλευθερίου. Iupiter Eleutherius non abs re hoc loco vocatur, ὁ τῆς ἐλευθερίας ἔφορος Θεός: quia non solùm rebuspubl. author & largitor est libertatis: sed etiam priuatis, vt qui Ergotelem ab intestino Cnosio bello liberatum, in Himeræorum vrbis libertatem asseruerit. In Græcia & Athenis hoc nomine coli cœpit post deuictos Medos ad Platæas, vbi Mardonius cum 300 millibus Persarum occubuit: constructum Ioui Eleutherio est templum: ibíque certamina Eleutheria postea celebrata.

Ἱμέρα

Ιμέρα. Hoc eſt περὶ τ̃ μεγαλοσθενε̃ς πόλεως Ιμέρας ἱκετεύω. Quæ expoſitio cùm ſit commoda,non eſt quod vno vocabulo legamus ἀμφιπόλει hoc eſt σῶζε, ſicuti Schol. εὐρυσθενὴς appellatur à magna potentia.

σώτειρα. Seruatrix fortuna nunc vocari poteſt, vel reſpectu Ergotelis, qui ſeruatus eſt à turbis ciuilibus Cnoſiorum: vel reſpectu Himeræorū apud quos mota ob Gelonem & Hieronem diſſidia, pacata fuerunt: & ciues à periculo quod ob ſeditiones imminet,liberati. Vel cùm ſit μέση λέξις ἡ Τύχη, & aliàs κακή, aliàs ἀγαθὴ nuncupetur, ideo σώτειραν appellat, vt proſperam fortunam à ſe inuocari denotet.

τὶν γδ. Hoc eſt ὑπὸ σοῦ κυβερνῶνται ταχεῖαι νῆες ἐν θαλάσσῃ. Ratio precationis eſt petita à potentia fortunæ:qua pollet terra,maríque ac proinde in toto terrarum orbe,qui duabus hiſce partibus conſtat. τὶν Dor.pro σοὶ.

κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες. Hinc deſumptum illud Horatij lib.1.Carm.Od.35.

*Te pauper ambit ſollicita prece*
*Ruris colonus: te dominam æquoris*
*Quicunque Bithyna laceßit*
*Carpathium pelagus carina.*

λαιψηραὶ. Hoc eſt κοῦφαι,& τὴν ὁρμὴν σφοδραὶ. *Concitata, leuia* bella in quibus diuerſas in partes motus fiunt ſubitanei. κἀγοραὶ pro καὶ ἀγοραὶ. βουλαφόροι Dor.pro comm. βουληφόροι:vno vocabulo dicas βουλευτήρια. In quibus, pacis & belli ſumuntur deliberationes.

αἵγε μ̃. Ex eo quod ſpes hominum falluntur,cùm aliud ſperent,aliud accidat, colligere vult,res omnes cauſæ occultæ,nimirum fortunæ ( cuius tamen à Ioue pendet diſpenſatio ) eſſe obnoxias. Hæc ſententia rerum humanarum vanitatem diſertè proponit:cùm ſpe tantùm fulciantur. Vanæ autem ſunt ſpes, ac veluti vigilantium ſomnia: contra quas quod accidit fortuna caſuſ-ve appellatur:vnde Fortuna,vel Caſus à Philoſophis definitur, *Euentus prater animi noſtri deliberationem.*

μεταμώνια. Hoc eſt μάταια *inania*, *vana*. μεταμώνιος dicitur quaſi à μετ' & μὴ ὄνιος hoc eſt μὴ χρήσιμος *inutilis*. Pro μεταμώλιος dictum putat Henricus Stephanus,& hoc quaſi μεταμελείας ἄξιος: *pœnitendus*. τάμνοισαι. Dor. pro τέμνουσαι. Metaphoram in hoc verbo agnoſcit Schol.à nauibus aquam ſecantibus.

| ΠΡΟΣ ΦΕΡΟΙΣ. | ΑΝΤΙΣΤ. ΚΩΛ. Θ. | ΜΕΤΑΦΡΑΣΙΣ. |
|---|---|---|
| At verò nulli mortalium in terris verſantium, nullū quo res futura præſciri poſſit, certum diuinitus ſignum & argumentum obtigit:ſed prudens futuri tēporis exitum caliginoſa nocte premit Deus. Quò fit vt multa hominibus præter coniecturas & expecta- | „ σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων „ πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσ- „ σομένας εὗρεν θεόθεν. „ τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φρα- „ δαί. „ πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν „ ἔπεσεν | *Signum enim nondū quiſquam terreſtrium certum de re futura nactus eſt diuinitus:ſed futurorum excæcatæ ſunt cognitiones:multáque hominibus præter opinionem euenīūt* |

tionem accidant: ita vt alij speratis rebus lætis & iucundis experiantur tristes: alij qui procelloso in statu paratum exitum metuunt, improuisa bona nanciscantur & formidatam ruinam prospero successu permutent.

„ ἔμπαλιν μὲν τέρψιος. οἱ δ᾽ ἀνιαραῖς
„ ἀντικύρσαντες ζάλαις,
„ ἐσλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
„ κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

*in contrarium delectationis. Alij verò molestas quum inciderunt in procellas, bonum ingens infortunio breui permutant tempore.*

σύμβολον. Gnome qua docet nullum dari à Deo hominibus rei futuræ signum: ac proinde verum esse quod modò dixit, vanas esse hominum spes, sumitur autem σύμβολον pro σημεῖον: & cum πιστὸν pro τεκμήριον. Apud Scholiasten Philochorus dicit σύμβολα dici τὰς ἐκ φήμης μαντείας, τοῦτ᾽ ἔστι κληδόνας, καὶ πταρμοὺς, ἢ φωνὰς, ἢ φήμας, ἢ ἀπαντήσεις. Cæterùm quum ait poëta nondum etiam diuinitus datum esse rei futuræ signum, videtur complecti ipsa oracula, & vaticinia, quæ nihil certi significent: ita vt auguria, arioli, aliáque id genus omnia incerta meritò putentur.

ἐπιχθονίων. Epitheton pro ἀνθρώπων. ἐσσομένας geminato σ. & Dor. pro ἐσομένης. Hoc est μελλούσης. θεόθεν. Hoc est ἀπὸ, vel παρὰ, vel ἐκ τοῦ θεοῦ. Porrò hanc sententiã prosa sic efferas. οὐδεὶς δ᾽ ἀνθρώπων πράξεως μελλούσης ἐσεσθαι, πιστὸν εὗρε παρὰ Θεοῦ σημεῖον.

τῶν δὲ μελλόντων. Hoc ipsum est quod ad Leptinem Demosthenes docet his verbis, τὸ μέλλον ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶν ἄδηλον. Quódque Patrocles, τὴν δὲ πλησίον τύχην οὐκ ἴσμεν, οὐδ᾽ ὁρῶμεν. & Silius Italicus.

*nostros fortuna labores*
*Versat adhuc, casúsque iubet nescire futuros.*

& Horat.

*Prudens futuri temporis exitum:*
*Caliginosa nocte premit Deus.*

φράδαι. Hoc est γνῶσις. Est autem φράδη vox poëtica pro illa comm. γνῶσις. Formatur à præter.med. πέφραδα verbi φράζομαι. *perspicio, intelligo.*

πολλὰ δ᾽ ἀνθρώποις. Hoc est πολλὰ συνέβη τοῖς ἀνθρώποις παρὰ προσδοκίαν, ἐναντία τῇ ἐλπιζομένῃ τέρψει. Gnome quæ tanquam πόρισμα sequitur ex antè dictis. Nam si nihil certi de rebus futuris norunt homines: cæca sunt de ijs illorum consilia; ac proinde multa hominibus præter expectationem, opinionem, & spem necessariò eueniunt: alijs tristia, qui læta sperabant; alijs læta, qui tristia præuidere sibi videbantur. Exemplis historiæ scatent: & id ipsum quisque quotidiana comprobat experientia.

γνώμαν Dor. pro γνώμην. & ἔπεσε. Vsurpatur à poëta μεταφορικῶς, sumpta translatione ἀπὸ τῶν κύβων.

ἔμπαλιν τέρψιος. Pindarica phrasis pro κατὰ τὸ ἐναντίον τῆς τέρψεως προσδοκωμένης. *contra speratam oblectationem, seu voluptatem.* Est & similis phrasis vltimo colo 12 Pythiorum ἔμπαλιν γνώμας.

οἱ δ᾽ ἀνιαραῖς. Hoc prosa sic efferas οἱ δ᾽ ἀλγειναῖς πραγμάτων ζάλαις περιτυχόντες, εἰς ἀγαθὸν μέγα ἐν βραχεῖ ἀπὸ κακοπαθείας μετέπεσον. Porrò ἀντικύρσαντες. Est partic.

plur.num. à singulari αὐτικύρσαις Aor.1.act. per syncopen pro αὐτικυρήσαις ab αὐτικυρέω. Aor. 1. αὐτικύρησα & syncope αὐτέκυρσα. Vel à grauitono κύρω. pro comm. κυρέω. cuius futurum erit κυρῶ & Aeol. κύρσω. Vnde Aor. 1. ἔκυρσα.

πεδάμειψαν. Neglecto augm. pro πεδήμειψαν. A verbo πεδαμείβω Aeol. pro comm. μεταμείβω. Nam Aeoles præposit. μετ, faciunt πέδα. Mutant enim μ in π. vt pro ὄμματα dicunt ὄππατα. & τ. in δ. Simili Aeolismo Aemilius Portus vult vsum Euripidem in Phœnissis versu 1034 in πεδαίρου pro μεταίρου. Leonicerus componit ex πέδον, & ἀμείβω. q.d. πεδάμειψαν *firmiter permutarunt*. Eandem compositionem ex πεδίον seu πέδον & ἀμείβω sequitur Aretius: sed melior est Aemilij Porti sententia.

παράφρασις.

Sic ô Ergoteles Philanoris fili, quæ tibi damnosa videbatur futura soli natalis in alienum mutatio, iter ad gloriam tibi strauit. Nisi enim seditio inter tuos ciues orta, te patria Cnosso expulisset, patrios intra muros, cognitósque lares cum illis obscurum prælium cõmisisses, more galli gallinacei, qui suo in sterquilinio fortiter, at sine gloria pugnat: nec iam decurso dolicho gloriosam hoc certamine victoriam reportasses: sed honos quem ex pedum velocitate consequutus es, marcidus tibi ijsset. Iam verò, fuga tua spe meliorem euentum sortita, vicisti & coronatus es in Olympia, bísque alibi, nimirum in Pythone & Isthmo, vtroque in loco semel. Vnde Himeram, ad quam sitæ sunt thermæ, quas Minerua Herculi boues Geryonis per Siciliam agenti scaturire fecit, vt fessas longo itinere vires, in ijs lotus, recolligeret, illa multiplici victoria extollis: dum eo in solo tanquam patrio proprióque versaris.

ἐπῳδ. κῶλ. ί.

υἱὲ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά
κεν,
(ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ)
συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ,
ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε πο-
δῶν,
εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα
Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.
νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ στεφανωσάμε-
νος,
καὶ δὶς ἐν Πυθῶνι, Ἰσθμοῖ τ', Ἐρ-
γότελες,
θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, ὁ-
μιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρούραις.

μετάφρασις.

*Fili Philanoris, certè et tuum, (domi pugnans velut gallus gallinaceus) cognatum apud lares, inglorium decus emarcuisset pedum, nisi seditio viros inter se committens Cnoßia te priuaßet patria. At nunc apud Olympiam coronatus, & bis apud Pythonem & Isthmum Ergoteles, calida nympharũ balnea extollis, versans apud domestica arua.*

υἱὲ φιλάνορος. Apostrophe ad Ergotelem, qua ipsi applicat priorem sermonẽ, & doctrinam de rerum inexpectato euentu: & ostendit eum diuino beneficio, quum nihil tale expectandum videretur, relicta patria seditionibus perturbata, meliorem sedem nactum esse, & in Himera ciuitate Siciliæ potentissima cum honore vitam exegisse.

ἤτοι. Sic aliter prosa loquaris ὄντως δὴ ἡ σὴ τιμὴ τῆς ταχύτητος τῶν σῶν ποδῶν ἐν τῇ οἰκίᾳ συγγενικῇ ἄδοξος κατεμαράνθη καθάπερ ἀλέκτωρ μάχας ἔνδον ποιούμενος. Hîc Dor. est τεά pro

σὶ.& ἐνδομάχας Dor. pro comm. ἐνδομάχος. Videtur poëta reſpicere ad priſcum morē, quo ſolebant veteres certamen gallorum ſolenniter & publicitus exhibere. Quare eſt comparatio elegans, qua turbarum ciuilium vanitatē, & inglorium domeſticarum rixarum ſtudium declarat: ita vt ſi patriæ diſcordijs interfuiſſet Ergoteles, & pro ſua parte depugnaſſet, ſine laude & gloria permanſiſſet: non aliter ac gallus aliquis gallinaceus qui cum alio, ſuo in ſterquilinio, cōmittitur. Cùm contrà clarus euaſerit celeberrimo Olympiorum certamine per Græciam vniuerſam: quod nō accidiſſet, ſi natale ſolū alieno non permutaſſet.

τιμὰ Dor. pro τιμή. vtitur verbo καταφυλλοῤῥέω. Metaphora ſumpta ab arboribus, quarum folia humi decidunt, & delapſa marceſcunt. Interdum etiam geminatur ρ.

ἀντιάνειρα. Hoc eſt ἐξ ἐναντιώσεως τ ἀνδρῶν γινομένη. Seditio quæ fit ex viris inter ſe commiſſis, ſibique inuicem aduerſantibus. Ex ἀντὶ *contra, aduerſus*, & ἀνήρ. Aliàs ἀντιάνειρα exponitur ἴσανδρος. Eſtque epitheton Amazonidum, quæ ſunt πολεμικαὶ inſtar virorum: vel quæ audent viris in bello concurrere, vt de Pentheſilea loquitur Virgil. Aen. 1. v. 127.

νῦν δ'. Subaud. ἐν ante Ὀλυμπίᾳ. Sequuntur autem Ergotelis laudes à triplici victoria Olympiaca, Pythiaca, & Iſthmiaca. Hîc δὶς per diſtributionem ſumendum puto, bis nimirum, ſemel Pythia, ſemélque Iſthmia: Scholia enim vnius tantùm Pythiadis mentionem faciunt.

θερμὰ. Hoc eſt Ιμέραν ὕδατα καὶ μεγαλωύεις. Hîc notanda metaphora in βαστάζεις ſumpta à baiulis, qui onera humi poſita, humeris attollunt. Eſt & ſynecdoche in his θερμὰ λουτρά. Nam Thermas ad Himeram ſitas, dicit pro tota Himera. Eſt etiam thermarum periphraſis θερμὰ νυμφᾶν λουτρά. Et quum hîc Nympharum mētionem faciat, videtur Pindarus ſentire non Palladis ſed Nympharum iuſſu haſce aquas prorupiſſe. Allegoricè etiam ſumi poſſent hæc verba, θερμὰ νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις, vt vult Leonicerus q. d. *ceu feſſus iam vires reſumis, & recrearis thermis*, hoc eſt, *hymnis & encomijs*.

ὁμιλέων παρ'. Hoc eſt οἰκῶν καὶ ἀναστρεφόμενος παρ' Ιμέρᾳ ὥσπερ ἐν οἰκείᾳ γῆ, καὶ πατρίδι.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩ, σταδιεῖ, δρόμῳ καὶ πεντάθλῳ.

XENOPHONTI CORinthio stadij cursori, cursu & quinquertio victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ ΙΓ.

ODE XIII.

## ARGVMENTVM.

*Xenophontis Corinthij laudes persequuturus, commendata statim ab initio victrice eius domo tantùm obiter, ingreditur in locos commendationis. Primùm patriam victoris ab æquitate, iustitia, certaminibus & ingenio Corinthiorum commendat. Deinde proprias Xenophontis virtutes recenset. Tertiò patris eius Thessali victorias aliquot percurrit: & Ptœodorum auum laudat. Hinc ad Corinthum redit. Tandem ad ipsum Xenophontem regressus plurimas eius recenset victorias: & oratione ad Iouem conuersa concludit.*

παράφρασις.

Cùm suscipiam laudare Xenophontis domum, erga ciues benignam, erga peregrinos hospitalem, quæ tres in Olympia victorias obtinuit (siquidem Thessalus pater cursu pedum, Xenophon filius cursu in stadio, & quin-

στροφὴ α. κῶλ. ια.

Τρὶς Ὀλυμπιονίκαν ἐπαινέων
οἶκον ἅμερον ἀστοῖς,
ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου

μετάφρασις.

*Olympiorum ter victricem laudãs domum, benignam erga ciues, hospitibúsque inseruientem, in notitiam adducam beatã Corinthum,*

quertio vicerunt) eâdem opera celebrabo Corinthum fœlici opulentia, florentibúsque iuuenibus claram, Peloponnesi vestibulum, quà in Peninsulam est aditus, vbi templum habet Neptunus, ab Isthmo, Isthmiisque ei sacris dictus Isthmiacus, in qua huiusmodi est reipu. cōstitutio, vt firmis ciuitatum fundamentis, videlicet bonis legibus, iustitiæ & paci innitatur, sororibus eâdem matre Themide bona consilia suggerente prognatis: quę diuitias suppeditant,

προθυρον Ποσειδᾶνος ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασιγνη-
ταί τε, βάθρον πολίων,
ἀσφαλὴς Δίκα, καὶ ὁμό-
τροπος Εἰρήνα, ταμίαι
ἀνδράσι πλούτου, χρύ-
σεαι
παῖδες εὐβούλου Θέμι-
τος,

Isthmij vestibulum Neptuni, florens iuueni-bus. In hac enim habitat Eunomia, sororésque fundamentum vrbium, firma iustitia, & ijsdem moribus prædita pax, dispensatrices hominibus diuitiarum, aureæ filiæ Themidis consultricis bonæ,

Ξενοφῶντι. Xenophon hic fuit filius Thessali cuiusdam, & auum habuit Ptœodorum, de tribu Oligethidarum, Corinthius. Athletæ fuerunt eius pater & auus: ipse illis superior. De Corintho vide Suidam. Plin. Volaterr. & Stephanum.

σαδίῳ. Σταδίου & σταδιοδρόμος. Cursor stadij. Sic appellatur Xenophon iste, fortè quia hoc in certamine potissimum se exercebat. Quia autem non modò hoc vicit, sed etiam quinquertio: ideo non dicit simpliciter σαδίῳ vt præcedenti Oda Δολιχοδρόμῳ. Sed facta distributione ait δρόμῳ καὶ πεντάθλῳ subaudi νικήσαντι. Itaque duplex victoria, vna δρόμῳ cursu, quo stadium, sexcentorum pedum, vel vt alij, sexcentorum & viginti qninque spatium emensus est & superauit. Altera πεντάθλῳ quo, quemadmodum Διοφάντου Φίλωνος, ἐνίκα Ἅλμα, ποδωκείην, δίσκον, ἄκοντα, πάλην. Nam hæc continet quinquertium, scilicet, saltum, cursum, discum, iaculum, & luctam. Sed vt dicam quod sentio, Puto legendum esse σαδιοδρόμῳ, καὶ πεντάθλῳ. Et sic clarior erit sensus. Nam σαδιοδρόμος cursor stadij, & πένταθλος, qui quinquertio certat dici solet, vt lib. 2. Epigram. Lucill.

Καὶ πένταθλος Ὕλας, καὶ σαδιεὺς Μενεκλῆς.

Nemo autem non videt facilem esse lapsum in σαδίῳ, δρόμῳ, pro σαδιοδρόμῳ.

τρὶς Ὀλυμπιονίκαν. Hoc est τρὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ νενικηκότα. Exordium autem continet communem Xenophontis familiæ laudem. Primùm enim domum ter victricem appellat: quia pater eius Thessalus Olympiade 69. vicerat: ipse verò 79. vna die cursu, & pentathlo. Sic decem Olympiadibus, non decem annis vt habet Aretij commentarius, patris & filij victoriæ à se inuicem distarent. Sed suspicor esse errorem in numeri huius supputatione apud Triclinium. Deinde domum eandem appellat ἥμερον ἀστοῖς, hoc est πρᾶον πολίταις. & ξένοισι θεράποντα hoc est τῶν ξένων θεραπευτικὸν ac proinde φιλόξενον. Proinde laudat ab humanitate in ciues, & peregrinos. Quòd autem hoc ad τὸ οἶκον referatur, satis ostendit & series sermonis, & vocum congrua syntaxis. Quo fit vt falli mi-

hi videatur Aretius qui ista tribuit Corintho.

γνάσομαι. Hoc est γνωρίσω, γνώριμον ποιήσω; Eàdem significatione γνώσεσ pro γνωρίζειν occurrit superius Oda sexta,stroph. 5. Atque hinc laudes Corinthi aggrediens, Xenophontem laudat à patria. Quæ I. ὀλβία. hoc est, εὐδαίμων vocatur, & πλουσία. Nam hoc complectitur ὀλβία. vt innuat huic ciuitati nihil defuisse ad vitam honestè & commodè transigendam: & certè ex historijs nota satis est Corinthi opulentia 2. Ἰσθμίου Ποσειδᾶνος πρόθυρον: hoc est πρόθυρον τοῦ Πελοποννήσου, ὅπερ ὁ Ποσειδῶν ὁ ἐν Ἰσθμῷ τιμώμενος ἔχει κατοικητήριον. Etenim Corinthus sita est in fine Isthmi, & principio Peloponnesi:quare per eam tanquam per vestibulum aditus est in reliquam Peninsulam. Ideo etiam Od. 8. dixit πύλας Κορίνθου. & Bacchylides, vt habet Scholiast. ὦ Πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεόδματοι πύλαι. Metaphora hic agnoscenda ab ædibus petita ad topographiam Corinthi: qualis est 4. Od. lib. 3. Carm. Horatij qui suum solum natale appellat *altricis limen Apuliæ*. Et apud Ciceronem *vestibulum Siciliæ*.

Ἰσθμίου.Isthmiacus Neptunus dicitur,quia in Isthmo cultus est, vbi sacri erant ipsi Isthmiaci ludi. Ποσειδᾶνος Dor.pro comm. Ποσειδῶνος. 3. ἀγλαόκουρον πρόθυρον, hoc est εὔανδρον.Est autem ἀγλαόκουρος, ὁ ἀγλαοὺς κούρους ἔχων.Ab ἀγλαὸς *illustris*; & κοῦρος Ionica voce pro νέος.

ἐν τᾷ γᾶ. Dor.pro τῇ,sic legendum cum Ald. & Schol. legisse videtur ἐν τᾷδε γᾶ. sed vocis τᾷδε tollendum δε. propter metrum. 4. laus à recta reip. institutione: in qua vigent bonæ leges, iustitia, & pax. De Eunomia dictum est Od. 9. vbi σώτειρα dicitur & μεγαλόδοξος. quem locum cum isto confer in antistr. I.

βάθρον πόλεων. Hoc tribuitur non soli Eunomiæ, vt exponit Aretius: sed & alijs sororibus, quibus necessariò tanquam fundamento innititur, & in quas tutò inclinata recumbit ciuitas omnis. Et sic accipiendum satis indicat series verborum. Omnes codices habent βάθρον πολίων ἀσφαλὴς Δίκα, excepto Schmidio,qui meo iudicio rectè legit Δίκα πολίων ἀσφαλὲς βάθρον.

Δίκα.Dor.pro Δίκη quæ *firma* dicitur ἀσφαλὴς, ὅτι μὴ σφάλλεται quia non titubat, nihilque ad gratiam iudicat: vel quia ciuitates à qua colitur inconcussæ diuino beneficio manent.

Εἰρήνα. Dor.pro εἰρήνη.ἀπὸ τοῦ εἰς ἓν εἴρειν τοὺς ἀνθρώπους,*quòd homines in vnum connectat*. Dicitur Iustitiæ ὁμότροπος *iisdem moribus prædita*. Quia qui iustitiam amat, idem pacem amat: & qui pacem amat, idem iustitiam pacis fautricem amat. Pacem cum Iustitia coniungit: quia ciuitas in qua Iustitia regnat, pacata solet esse.

ταμίαι πλούτου. Regnante enim iustitia,vigente pace ditescunt homines: contrà quum iniustitia exercetur,bellúmque accenditur,diuites ad inopiam vt plurimum rediguntur.

χρύσεαι.Hoc est καλλίστη θυγατέρες Θέμιδος δίκαια βουλευομένης, seu ἀγαθὰς βουλὰς διδούσα. Hesiodus hanc illarum matrem vocat.

Δεύτερον ἠγάγετο λιπαρὴν Θέμιν ἣ τέκεν ὥρας,

Ευνομίαν τε, Δίκαν τε, καὶ Ειρήνην τεθαλυῖαν.

Porrò Θέμιδος est genit. comm.nominis Θέμις. quæ vox teste Eustathio ταυτὸ, ὅπερ Θεσμὸς, καὶ δίκη, πολλαχοῦ παρ' Ομήρῳ, καὶ ὐ μόνον διὰ τοῦ δ. Θέμιδος, κοινῶς κλίνεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ τ. Θέμιτος, Δωρικῶς. καὶ μετὰ τοῦ σ. Θέμιστος.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ια. | μετάφρασις.

Et quarum hic est scopus vt propulsent iniuriam quam mali homines dictis factísque audacibus inferre solent, quũ opulentia turgescunt, aut alia re quapiam potiores insolescunt. Habeo res præclaras de Corinthijs narrandas, quas vt lingua efferam, honesta mei animi audacia me impellit: ita vt cùm nemini possibile sit proprium ingenium occultare, abstinere non possim quominus res præstabiles commendem. Vobis ô Corinthij filij Aletæ regis, qui in Peloponnesum cum Heraclidis Heraclides ipse eorum dux migrando, Corinthi imperium obtinuit, horæ vernantes vario subinde tempore splendorem præbuerunt ob victorias, quibus plerique vestrorum ciuium sacris in certaminibus potiti sunt.

ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν ὕβριν,
κόρου
ματέρα θρασύμυθον.
ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα
τέ μοι
εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέ-
γειν.
ἄμαχον δ' κρύψαι τὸ συγγενὲς
ἦθος.
ὔμμιν δ' παῖδες Αλάτα, πολλὰ
μὲν νι-
καφόρον ἀγλαΐαν
ὤπασαν τ' ἄκραις ἀρεταῖς
ὑπερελθόντων ἱεροῖς
ἐν ἀέθλοισιν· πολλὰ δ' ἐν
καρδίαις ἀνδρῶν ἔβα-
λον

*Valunt autem arcere iniuriã saturitatis matremaudaciloquam. Habeo honestaq̃, loqui, audaciaq̃, mihi recta linguam incitat ad dicendum. Impoßibile occultare ingenitos mores. Vobis autem ô filij Aletæ, sæpe quidem victoria reportatorem splendorem præbuerunt, eorum qui per summas strenuitates victores fuerunt in sacris certaminibus: multa verò cordibus hominum immiserunt:*

ἐθέλοντι Dor. pro ἐθέλουσι. Superioribus cohærent ista non ἐνεκτικῶς, sed præoccupatione quadam. Etenim cùm luxus & petulantia Corinthiorum taxari soleret, vnde Adagia, *Ilium non indignatur Corinthijs*, item *Corinthiari*, aliáque id genus: vult probrum hoc arcere, quum dicit Eunomiam, Iustitiam, & Pacem illis opum esse dispensatrices, & contumeliæ propulsatrices, quam nimia fœlicitas, quali fruebantur, progignere solet.

ὕβριν κόρου. Per hypallagen est intelligendus hic locus, nam non contumelia saturitatis, sed saturitas contumeliæ est mater. Vnde illud.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕποιτο.

Porrò in κόρος est metaphora. Nam propriè est satietas cibi, potúsque; indéque manans fastidium. Iam verò transfertur ad magnarum opum satietatem, rerúmque inde manans fastidium. Vide hanc vocem alia acceptione Ep. 2. Od. Olymp. & 3. Isthm.

ματέρα. Dor. pro μητέρα. θρασύμυθον appellat à θρασέως μυθεῖσθαι: *temerarij & impu-*

*impudentis orationis authorem.* At non dicta modò, ſed & facta audacia parit ſatietas.

ἔχω καλά τε. Denuo ſibi parat attentionem noua hac προκατασκευῇ ad Corinthiorum laudes alias.

τόλμα τε. Dor. pro τόλμη. q. d. ἔχω εἰπεῖν καλὰ, ἅπερ νῦν διηγεῖσθαι παρορμᾷ τὴν γλῶτταν μου δικαία τόλμη. Notandum epitheton cum τόλμη, quæ eſt μέση λέξις.

ἄμαχον ἦ: hoc eſt ἀδύνατον κρύψαι τὸ ἐμφυὲς ἦθος. Hoc autem intelligi poteſt, & de poëtæ ingenio, & de Corinthiorum ſtudijs, quorum ingenium colendis virtutibus addictum occultari non poteſt.

ὔμμιν Aeol. pro ὑμῖν. & Ἀλάτα. Dor. pro Ἀλήτου. Quinta Corinthi commendatio à victorum copia. παῖδες Ἀλήτου periphraſticè pro *Corinthij*. Nam Aletes Heraclidarum in Peloponneſum migrantium dux fuit: idem ex ſtirpe Herculis oriundus: nam pater eius fuit Hippotes, auus Phylas, proauus Antiochus, abauus Hercules. Aletes, authore Didymo, fuit rex Corinthiorum, qui trigeſimo à Dorienſium aduentu anno regnauit. At Scholiaſtes dicit Aleten cepiſſe Corinthum, ob ídque poëtæ dictos Corinthios παῖδας Ἀλήτου, tanquam eius poſteros.

πολλὰ μὲν. Proſa ſic declares hanc ſententiam. πολλάκις μὲν αἱ ὧραι αἱ πολυειδῆ ἄνθη προστείνουσαι, πάρεσχον ὑμῖν, ὦ Κορίνθιοι τὴν ἀπὸ τῶν νικῶν λαμπρότητα τῶν ἀριστευσάντων δι' ἐξόχων ἀνδραγαθιῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσι.

πολλὰ δ'. Hic πολλὰ pro *multa*, illic pro *ſæpe* ſumitur: & μὲν, & δὲ ſibi inuicem reſpondent. καρδίας, τὸν νοῦν intellige.

παράφρασις.

Quinetiam virorum veſtrorum mentibus ſolertia inuenta ab initio inſpirarunt: quorum authores meritò dicantur, cùm omne inuentum ſui ſit inuentoris. Vnde niſi hinc profecta eſt dithyrambi inuentio? quod genus eſt ſaltationis in honorem Bacchi, pro qua ſacer illi bos, ſaltatoris erat præmium. Quis alius equeſtrium inſtrumentorum, fræni nimirum & currus ſymmetriam commētus eſt? Quis Deorū tēplis prior ἀετώματα vtraq; ex parte appoſuit? Hîc quoque ſtudium Muſices & literarum floret, floret & bellorum: vt quum præſtantiſſimos poëtas Eumolpum & Aeſonem habuerunt: & quum ſtrenua illorum iuuentus Grecos ad Salaminem, ad Platæas, ad Thermopylas fortiter contra Perſas defendit.

ἐπῳδὴ κῶλ. ια.

ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ-
χαῖα σοφίσμαθ'. ἅπαν δ' εὑ-
ρόντος ἔργον.
ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφαναν
σὺν βοηλάτᾳ χάριτες
διθυράμβῳ; τίς δ' ἱππεί-
οις ἐν ἔντεσιν μέτρα,
ἢ Θεῶν ναοῖσιν οἰω-
νῶν βασιλῆα δίδυ-
μον ἔθηκ'; ἐν δ' ὃ Μοῖσ' ἁδύπνοος,
ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

μετάφρασις.

*Horæ floribus copioſæ antiquitus ſolertia inuenta. Omne autem opus eſt eius qui inuenit. Bacchi vnde exortæ ſunt venuſtates cum boues agente dithyrambo? quis præterea equeſtribus in armis menſuras, aut Deorum in templis auium regem geminum appoſuit? In ea eſt & Muſa ſuauiter ſpirans: in ea Mars etiam floret iuuenum pernicioſis prælijs hominum.*

ὧραι. Sexta commendatio ab inuentorum folertia, quorum collationem tribuit Horis: quia fucceffu temporis varia inuenêre Corinthij. Horæ autem funt, vt docet Zezes 2.Hefiodi, quatuor anni tempora ἔαρ, θέρος, φθινόπωρον, χειμών. Dici putantur παρὰ τὸ ὁρᾶν, τὸ φυλάσσειν. vt in Hefiodi Theo. tradit idem, αὗται γὰρ φύλακες τ̃ ἀνθρωπίνων ἔργων. vel fecundum Platonem ἀπὸ τ̃ ὁρίζειν, quia terminos anni conftituunt, & anni tempora diftingunt.

πολυάνθεμοι. Sic vocantur quòd, quemadmodum Gratiæ, fint femper florentes & vernantes. Ideóque Ouid.in Faftis, eas Floræ Deæ comites facit. πολυάνθεμος poët.pro πολυανθής.

ἀρχαῖα σοφίσματα. Scholion admonet hæc dici, quia Phidon quidam Corinthius adinuenit menfuras & pondera, aliíque Corinthij alia multa.

ταὶ Διωνύσου. Recenfet quædam inuenta Corinthiorum. Primò ab illis inuentum ait Bacchi dithyrambum. Fuit, referente Schol. faltationis genus in quo victori bos dabatur apud Corinthios: vnde βοηλάτης dicitur παρὰ τὸ βοῦν ἐλαύνειν. Alij huius inuentionem ad Arionem Methymnæum referunt, & βοηλάτην παρὰ τὴν βοὴν dici fentiunt, quòd carmen cum clamore recitaretur. Scribit etiam Schol. Pindarum primo dithyrambo, dicere Thebis effe repertum. Sed cùm omnes Pindarici dithyrambi perierint, comperti nihil habere poffumus. Tradunt nonnulli dithyrambum, chorum fuiffe in orbem actum, ad laudem honorémque Bacchi: appellatum ἀπὸ τ̃ Διονύσου τ̃ ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθόντος, à *Baccho duabus foribus egreßo*, vtero fcilicet materno, & Iouis femore: vel quòd ab eodem Nifæ, in διθυράμβῳ hoc eft *bifori* antro fuerit educatus. βοηλάτᾳ. Dor pro comm. βοηλάτῃ. Phrafin autem hanc profa reddas, πόθεν αἱ χάριτες τ̃ Διονύσου παρῆσαν σὺν ὕμνῳ χορῷ τε διθυράμβῳ, βοὸς χάριν ἀδομένῳ ἐξευρόντο;

τίς δ'. Secundum inuentum eft, *frænum & currus*, quæ ἵππεια ἔντεα, hoc eft ὅπλα dicuntur, *equina inftrumenta*, κατασκευάσματα. Bellerophon autem dicitur Corinthi Pegafum primum domuiffe fræno. τὰ μέτρα ἱππείοις ἐν ἔντεσι. expone τὴν ἐν ἱππείοις ὅπλοις συμμετρίαν. Didymus autem apud Scholiaft. dicit neque equeftres curfus, neque currum ftructuras, neque frænum per hoc denotari, fed κεραμεικὸν βοτὸν, duplici metaphora, partim quia rota equis eft propria, partim quia vtrinque à pedis calcaneo impellitur. Theophraftus lib. de Inuentis refert Hyperbium Corinthium inueniffe τὴν τ̃ κεραμικ̃ βοχ̃ μηχανὴν: quod eft genus menfuræ, ex quo quia menfuramus μέτρα dixit Pindarus. Nonnulli ἵππεια ἔντεα per fynecdochen fumunt pro πολεμικᾷ. Geminatur σ.in ἔντεσιν metri caufa.

ἢ Θεῶν. Tertium inuentum, quòd ἀέτωμα in Deorum templis primi fecerint. Αετοὶ autem fiue πτέρυγες, ἢ ἀετώματα funt ædificiorum faftigia & pinnacula in altum trianguli inftar extenfa, vt Galenus oftendit in gloffis Hippocratis. Suidas exponit τὰ τῶν ἱερῶν στεγάσματα. Sic appellantur quòd in modum aquilæ extendentis alas formarentur.

ναοῖσιν. Ion. & poët. pro ναοῖς. & βασιλῆα Ion. pro βασιλέα. Rex auium

est aquila. δίδυμον hic vocat, hoc est διπλοῦν αἔτωμα. quòd ὄπιϑεν & ἔμπροσϑεν, vtraque ex parte fieret.

ἐν δὲ μοῖσ'. Septima commendatio à Musices studio, & poësi. Nam claros habuit poëtas hæc ciuitas, Eumolpum qui Græcorum reditum scripsit, & Aesonem, cuius meminit Simonides. ἁδύπνοος μοῖσα. Dor. pro ἡδύπνοος μοῦσα.

ἐν δ' Ἄρης. Octaua à bellicis gestis. Nam Corinthij multum in bellis Persicis pro Græcia præstiterunt, vt quum naues ad Salaminem habuêre Adimanto duce, quem Scholiast. perperam Adiantum nominat: vt quum ad Thermopylas Corinthij 400. milites cum alijs Græcis Persam sustinuêre. Item ad Platæas contra eosdem. Vide Herodot. in Polymnia, Vrania, & Calliope.

παράφρασις.

O summe Deorum Iupiter pater, qui in Olympia potenter regnas, esto fauens per omne tēpus laudatorijs versibus, quibus Corinthiacū populum prosequor: cui velim vt inoffensam fœlicitatē largiaris: simúlque secunda fortunæ aura Xenophonti aspires. Accipe etiam æquo animo encomiasticum hoc carmen, quod ille, vt lege sancitum est Olympionicas carmine laudare, pro coronis reportat, quas vna & eâdem Olympiade, stadio fœliciter decurso, & superato quinquertio est adeptus: qui successus post hominum memoriam nulli mortalium obtigit.

στροφὴ. β. κῶλ. ια.

ὕπατ' εὐρὺ ἀνάσσων Ολυμπίας,
ἀφϑόνατος ἔπεσσι
γένοιο χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ·
καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,
Ξενοφῶντος εὔϑυνε δαίμονος οὖρον.
δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τεϑμὸν, τὸν ἄγει πεδίων
ἐκ Πίσας, πεντάϑλῳ ἅμα
σταδίου νικῶν δρόμον. οὐκ
ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
ϑνατὸς οὔπω τις πρότερον.

μετάφρασις.

*O supreme, latè imperans Olympiæ, nō inuidus carminibus meis sis omni tempore, Iupiter pater: & hunc populum damni expertem regens, Xenophontis dirige genij ventum prosperum: & accipe eius coronarum laudatoriam legem, quā aduehit ex campis Pisæ, vnà cum quinquertio vincens stadij cursum: quæ non consequutus est vir mortalis vnquam priùs.*

ὕπατ'. Precatione concludit laudes Corinthiorum: & ad virtutes Xenophontis transit. In precatione considerandæ sunt quatuor petitiones: primùm suis carminibus petit gratiam: deinde Corinthijs fœlicitatem integram: tertiò Xenophonti prosperam fortunam: quartò vt hunc etiam hymnum accipiat Deus. Voces quoque notandæ, ὕπατος hoc est ἔξοχος, ὕψιστος. vt ὕπατος κρειόντων ab Homero vocatur. εὐρὺ ἀνάσσων, hoc est κρατικῶς, seu μεγάλως: non enim tam de latitudine, quàm de potentia imperij fit mentio: siquidem non vsque adeò latè patet Olympia.

ἀφϑόνατος Dor. pro ἀφϑόνητος. ἔπεσσι metri causa pro ἔπεσι. γένοιο. Ion. pro γένου. q. d. μὴ νεμέσησον ὦ Ζεῦ τοῖς μοῦ περὶ αὐτῶν ὕμνοις.

εὔθυνε. Metaphoricè loquitur, ſumpta tranſlatione à nauibus quæ ſecundo vento impelluntur: appellat autem δαίμονος οὖρον, τὴν εὐτυχίαν τῆ Θεῆ τῆ διοικοῦντος αὐτῷ τ̀ βίον.

δέξαι ϡ. Hoc eſt ἀπόδεξαι τ̀ ἐγκωμιαστικὸν λόγον τῶν αὐτῆ στεφάνων. Erat enim lex apud Grecos vt Olympionicæ encomio publicè laudarentur. Vox ἐγκώμιος eodem modo vſurpatur Ode ſecunda, ἐγκωμίων μελέων. & 10. ἐγκώμιον τερπνόν.

πεντάθλῳ ἅμα. Hinc apparet in titulo duas tantùm victorias notari, & validam eſſe noſtram conjecturam, de epigraphe tali, σαδιοδρόμῳ καὶ πεντάθλῳ. Porrò amplificat victoriæ laudem, eo quòd exemplo caret eius factum: cùm nemo Olympia ſtadio & pentathlo viciſſet hactenus vno die.

ἀντεβόλησεν. Hic verbum ἀντιβολέω poëticè vſurpatur pro ἐπιτυγχάνω: & cum genit. iungitur, éſtque aſſequor, adipiſcor. Proſa ſic hæc verba reddas: ὧν εὐτυχημάτων οὐδεὶς ἀνὴρ πώποτε πρότερον ἐπέτυχε. Dixit Πίσας Dor. pro Πίσης, & θνατὸς pro θνητός.

| περίφρασις. | ἀντιςρ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Nec ſolùm in Olympia vicit: ſed bis etiam apio compli-cato pro decertatis Iſthmijs eſt coronatus: necnon in Nemea rem fœliciter geſſit. Quinetiam pater eius Theſſalus ad Alphei fluuium in Olympia pedum celeritate conſpicuus euaſit: & vno die ſtadium, & diaulum in Pythijs cum honore decurrit. Eodem quoque menſe apud aſperas Athenas dies celeri pede decurrens caput ipſius cinxit coronis ob triplicem pulcherrimam triplici certamine victoriam, ſtadio, diaulo, & armato curſu. | δύο δ' αὐτῦ ἔρεψαν πλόκοι σελί-<br>νων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν<br>φανέντα. Νεμέα τ' οὐκ ἀντι-<br>ξοεῖ.<br>πατρὸς ϡ Θεσσαλῦ ἐπ' Ἀλ-<br>φεῦ<br>ῥεέθροισιν αἴγλα ποδῶν ἀνά-<br>κειται·<br>Πυθοῖ τ' ἔχει σαδίȣ τιμάν,<br>διαύλȣ<br>θ' ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί. μη-<br>νός τέ οἱ τωὐτȣ̃, κρανααῖς<br>ἐν Ἀθάναισι, τρία ἔργα<br>ποδάρκης ἁμέρα<br>θῆκε καλλίς' ἀμφὶ κόμαις. | duo ipſum texerunt pli-camenta apiorũ in Iſthmiadibus conſpectum: Nemeaq; non repugnat. Patris autem Theſſali ad Alphei fluenta decus pedum eſt repoſitum: quinetiam in Pythijs habet ſtadij honorem, diauliq; ſole in vno. Menſe prætereà eodem aſperas apud Athenas, tria certamina celeripes dies poſuit pulcherrimas circum comas. |

δύο δ' αὐτόν. Hoc eſt, δύο ϡ στέφανοι ἐκ σελίνȣ ἔστεψαν αὐτ Ἰσθμοῖ. Hic laudatur à victorijs Iſthmiacis & Nemeæis. δύο πλόκοι, hoc eſt στέφανοι, nam ſolent πλέκεσθαι. Illud δύο poteſt intelligi de duabus Iſthmiacis victorijs, vel de priore in Iſthmijs, de poſteriore in Nemeis. Cùm autem dicat Iſthmiacam coronam ex apio conflatam, obſeruandum quod monet Scholiaſtes, quódque Triclinius: non ſolam pinum Iſthmiorum eſſe præmium: ſed & apium, vt & in Nemeis: hoc tamen diſcrimine, quòd Iſthmi arido ex apio corona

nectebatur: Nemeæ verò ex viridi. Vtroque in certamine vtebantur coronis ex apio, quia hi agones fuerunt Epitaphij, & σέλινον eſt ſacrum τῶν χθονίων.

Νεμέα τ᾽ ἐκ ἀντίξοει. Hoc eſt ἐκ ἀντίκειται αὐτῷ, ſiquidem & in Nemeis vicit. Αντίξοεῖν ſignificat ἐναντιοῦσθαι, ἀντιβαίνειν, ἀντίκεισθαι. Metaphora ſumpta eſt ἀπὸ τῶν ξύλων ξεομένων, καὶ ἀλλήλοις ἁρμοζομένων. Quæ enim inter ſe bene conueniunt ligna, dicuntur συγξέεσθαι: quæ non conueniunt ἀντιξοεῖν, vnde ἀντίξοος *contrarius*. De quo Lexica.

πατρὸς δ᾽. Hoc eſt, καὶ τ πατρὸς αὐτοῦ Θεσσαλοῦ, ἡ ἐκ τοῦ δρόμου δόξα, ἀνάκειται ἐν τῇ Ολυμπίᾳ. Iam ergo Xenophontem à patris Theſſali virtutibus collaudat: primámque eius victoriam Olympicam attingit: quum gloriam pedum eius repoſitam eſſe dicit ad Alphei fluenta, qui Elidis eſt fluuius. Porrò ῥείθροισιν poët. & Ion. pro ῥείθροις ſeu ῥεέθροις, & ἀγλαά. Dor. pro ἀγλαή.

πυθοῖ τε. Secunda Theſſali victoria apud Pythonem. τιμαὶ Dor. pro τιμὰς, ἀλίῳ. Dor. pro ἡλίῳ. ἀμφ᾽ ἑνὶ. Metonymiciè loquitur pro ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. ſic Virg. Aen.3.

*Tres adeò incertos cæca caligine ſoles*
*Erramus pelago.*

Vbi *tres ſoles* pro *tres dies*. Duplex victoria Pythiaca, nimirum ſtadio, de quo iam diximus: & diaulo: de quo fuſiùs hic dicendum.

διαύλου. Vox δίαυλος fit à δὶς *bis* & αὐλὸς *tibia* id eſt, metaphoricè *anguſtus* & *prolixus*, à ſimilitudine tibiæ, vt Schol. in Il. ρ. affirmant. Quare δίαυλος *bis anguſtum* & *prolixum* hic ſonat. Eſtque propriè ſpatium duo continens ſtadia, vnde Iulius Pollux δίαυλον interpretatur διπλοῦν στάδιον. Dicitur etiam curſus reciprocus, ſeu duplicatus, obeundi ſcilicet ſtadium, & mox redeundi. Vnde διαυλοδρόμοι dicuntur qui δισάδιον curſu emetiuntur. Cùm enim ad metam perueniſſent, flectentes eò rurſus recurrebant vnde curſum inierant.

μηνὸς δ᾽ τοὐτοῦ. Hoc eſt κατὰ τ αὐτ μῆνα. τοῦτ. pro τοῦ αὐτοῦ Dor. Refertur tertia Theſſali, eáque triplex victoria, quam Athenis obtinuit. Αθάναισι Dor. pro cõm. Αθήναις. τρία μ᾽ ἔργα. Intellige δίαυλον, ὁπλιτικὸν δρόμον, & στάδιον.

ποδαρκής. Hoc eſt ὀξυδρόμος, *curſu velox*, quia ſtatim exigitur diei curriculum: quam vocem 5. Pyth. cum ποδαρκέω exponimus. ἀμέρα Dor. pro ἡμέρα. θῆκε negl. augm. pro ἔθηκε.

| παράφρασις. | ἐπωδ. κῶλ. ιε. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Vicit etiam ſepties Hellotia, in gratiam Eurytiones & Hellotidis ſororum virginum; monitu Mineruæ inſtituta, vt expiaretur earum mors in ſuo templo | Ἑλλώτια δ᾽ ἑπτάκις, ἐν δ᾽ ἀμφιάλοισι Ποσειδάνος τεθμοῖσι Ποτειδάνι σὺν πατρὶ μακρότερα | *Hellotia autem ſepties vicit. In mari autem cinctis Neptuni ritibus, Prœodoro cum patre, maiora oblecta-* |

crematarum. In Isthmijs præterea, quæ in Isthmo Corinthiaco mari vndique circundato, vbi colitur Neptunus, rite celebrantur, maiora ipsum oblectamenta, & perquam honorifica carmina cum Ptœodoro patre sequuntur, Xenophontis auo. Quàm sæpe etiam Delphis Pythia, & in Nemea sylua, vbi leo ille grassabatur, Nemea strenuè vicistis ô Thessale & Xenophon? Libens contendam solus aduersus multos innumerum esse numerum præclarè gestarum à vobis rerum: ita vt quemadmodum arenam numerare, sic vestras virtutes recensere non possim.

τέρψιες δ' ἕψοντ', ἐείπ-
μοί τ' ἀοιδαί. ὅσσα τ' ἐν
Δελ-
φοῖσιν ἀριστεύσατε,
ἠδ' χόρτοις ἐν λέοντος;
δηρίομαι πολέσιν
περὶ πλήθει καλῶν. ὡς μὰν σα-
φὲς
οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

*menta sequuntur, & perhonorifica carmina. Quàm multos etiam fortitudinis principatus obtinuistis apud Delphos, & in septis leonis? Pugno cum multis de multitudine vestrorum insignium factorum. Sic quidē apertè non noßem recensere marinorum calculorum numerum.*

Ἑλλώτια. Pergit Thessali victorias recensere: quanquam hæc ad ipsum Xenophontem à Scholio referuntur: sed perspicua sermonis series poscit vt ad Thessalum potiùs respexisse videatur author. Porrò Hellotia panegyris erat apud Athenienses, vt cum Scholiaste narrat Triclinius, Mineruæ Hellotidis causa instituta. Quum enim Dorienses Heraclidarum ope Peloponnesios aggressi, Corinthum captam incendissent, virgines quædam incēdium perniciémque sui effugere volentes, cum Eurytione & Hellotide sororibus, in templum Mineruæ confugerunt. Quod cùm animaduertissent hostes, templum incenderunt. Vnde cùm aliæ virgines effugissent: Eurytione & Hellotis sorores ibi solæ conflagrarunt. Hinc peste deinceps exorta, editum est à Mineruâ oraculum, non antea desituram luem, quàm animas crematarum virginum expiassent. Quare Mineruæ Hellotidi ædem sacram extruxerunt, & panegyrim Hellotia dictam, pro Hellotidis expiatione instituerunt. Quidam verò Hellotiam dicunt appellatam fuisse Mineruam, à palude quæ est apud Marathonem, vbi sacrum est ipsi templum, ἕλος enim Græcis est *palus*. Est etiam huius nominis festum lampadodromicum Corinthi in Mineruæ honorem, in quo iuuenes lampadas habentes currebant. Quam celebritatem quidam volunt inuentam, postquam Bellerophontis equum Pegasum Dea subiecit, frænúmque illi indidit, & ita ipsum εἷλεν cepit. At prima historia est verisimilior. Et hæc quarta est Thessali victoria.

ἐν δ' ἀμφιάλοισι. Hoc est ἐν ἀγῶσι δὲ τοῖς ἐν Ισθμῷ κατ' νόμοις τελκμένοις, ὧν ἔφορος ὁ Ποσειδῶν, μείζονες τέρψεις ἀπὸ τῶν τιμίων ὕμνων ἀκολουθοῦσι σὺν Πτοιοδώρῳ πατρί. Quinta Thessali victoria Isthmiaca, Sacra autem sunt Neptuno Isthmia. Dixit ἀμφιάλοισι τεθμοῖσι pro ἀγῶσι κατ' νόμοις τελκμένοις ἐν τόπῳ ἀμφοτέρωθεν θάλασσαν ἔχοντι: & intelligitur Isthmus Corinthiacus.

Πτοιοδώρῳ σὺν πατρί. Laus aui Xenophontis, quam obiter attingit, innuendo eum etiam in Isthmijs vicisse. Et cùm hic sit Thessali pater, liquet Hellotiorum & Isthmiorum victoriam non Xenophonti, vt vult Schol. sed Thes-

ſalo tribuendam.

ἔψονται. Enallage temporis: futurum pro præſenti ἕπονται. Hîc duplex lectio à Schol. notatur, vel μακρότεραι Τέρψιες ἕψονται, Ἐρίτιμοι τ' ἀοιδᾷ quæ eſt receptiſſima: vel μακρότεραι Τερψίᾳ ἕψονται, καὶ Ἐριτίμου ἀοιδᾷ: vnde ait, Terpſij frater Ptœodorus fuit: ac Terpſij quidem filij fuerunt Eritimus & Namertidas: Ptœodori Theſſalus, cuius Xenophon. Quidam verò Namertidam, Eritimum dicunt: Eritimi filium Autolycum.

ὅσα δ'. Dicuntur iſta per admirationem q.d. ποσάκις ἐν Δελφοῖς ἐνικήσατε τὰ Πύθια, καὶ τὰ Νέμεα ἐν τοῖς λέοντος περιορισμοῖς. Hæc autē vel ad Xenophontem, vel ad auum eius referre potes.

χόρτοις. Hoc eſt περιορισμοῖς vel περιορίσμασι, vel περιφράγμασι aut περιχωρήμασι, ſicut interpretatur Euſtathius, in hunc verſum

Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον.

Ratio cur χόρτος dicatur ſeptum à Schol. hæc dicitur, quòd antiquitus gramina plantantes loco ſepimenti, locorum terminos circunſcribebant.

δηρίομαι. Hoc eſt ἐρίσω πρὸς τοὺς πολλοὺς περὶ τοῦ πλήθους ὑμετέρων ἀνδραγαθημάτων. Concluſio ſuperiorum: qua æquè ac littoris arenam, innumerabiles eſſe teſtatur res præclarè geſtas ab illis viris.

ποντιᾶν ψάφων Dor. pro comm. ποντιῶν ψήφων. Hoc eſt τῶν ψηφίδων τῶν παραθαλασσίων. Sic autem integra reddi poteſt comparatio. ὥσπερ τῶν ψηφίδων τῶν παραθαλασσίων ἀριθμὸν οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν ἀκριβῶς, οὕτω καὶ τῶν ὑμετέρων ἀνδραγαθημάτων.

### παράφρασις.

Sed mediocritas qualibet in re, proinde etiam in laude, ſeruanda eſt, eiúſque opportunum vſum noſſe magni eſt momenti. Porrò ego non vt alienus, ſed vt ex vobis vnus, ὁ Corinthij, in communi miſſus, progenitorum veſtrorum prudentiam, bellúmque virtutibus heroicis clarum ita dicam, vt nihil falſi de Corintho proponam. Ac Siſyphum quidem artificijs inſtar Dei prudentiſſimum memorabo, qui omnium hominum fuit aſtutiſſimus, vt quum Autolyci præſtigias callidè repulit. Medeā quoq; quæ inuito Aeeta patre Iaſoni nupſit: nauémque Argo,

### στροφὴ γ. κῶλα ια.

„ ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον.
„ νοῆσαι
„ δὲ καιρὸς ἄριστος.
ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς,
μῆτίν τε γαρύων παλαιγόνων,
πόλεμόν τ' ἐν ἡρωίαις ἀρεταῖσιν,
οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ. Σίσυφον μὲν
πυκνότατον παλάμαις
ὡς θεὸν, καὶ τὰν πατρὸς ἀντία Μήδειαν θεμέναν
τὸν γάμον αὐτᾷ, ναῒ σώτειραν Ἀργοῖ, καὶ προπόλοις,

### μετάφρασις.

*Conſentaneus autem eſt in quaque re modus: quem intelligere opportunitas eſt optima. Ego autem proprius in communi miſſus, conſiliúmque laudans maiorum, bellúmque heroicis in virtutibus, non mentiar de Corintho: Siſyphum quidem prudentiſſimum artificijs vt Deum, & contra patrem Medeam molitam nuptias ſibi, nauis ſeruatricem Argûs & vectorum.*

eiúſque vectores Iaſonis ſocios, quos Aeetas perdere volebat, ſua prudentia ſeruauit, & à morte liberauit.

ἕπεται ῥ. Ex vltimis præcedentis epodi verbis colligit modum qualibet in re ſeruandum: ac proinde etiam in rerum præclarè geſtarum laude. Reſpondet huic ſententiæ illa, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, & illa, *Eſt modus in rebus.* Et in his notanda προκατασκευὴ ad ſequentia maiorum Corinthi præconia.

νοῆσαι. Hoc eſt ὁ νοῆσαι καιρὸν, ἄριστόν ἐστι. Sic etiam in mediocritate tenenda opportunitatis habenda ratio, ſine qua ne mediocritatis quidem vſus planè bonus foret.

ἐγὼ δ̓. Hoc eſt, ἐγὼ δὴ οὐκ ὢν ὡς ἀλλότριος τις, ἀλλ' ὡς ἴδιος, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐν κοινότητι ἀποσταλεὶς, τὴν σύνεσιν τῶν προγόνων ὑμετέρων λέγων, καὶ τὰς κατὰ τὸν πόλεμον ἀνδραγαθίας τῶν παρ' ὑμῖν ἡρώων, οὐδὲν ψεύσομαι περὶ Κορίνθου. In his eſt noua propoſitio, ad προκατασκευὴν de alijs Corinthiorum laudibus, ſumptis ab eorum maioribus: quorum priùs in rerum inuentione ſolertiam oſtendit: nunc in conſilijs prudentiám, & in bello fortitudinem commendat. Vt autem ſuæ beneuolentiæ Corinthijs, & veræ narrationis omnibus fidem faciat: ſe ac ſi non ſit alienigena, ſed ex illis vnus in communi miſſus, dicturum, nihílque falſi additurum pollicetur.

παλαίγονος, poët. idem ac commune παλαιγενὴς, *olim genitus, priſcus, antiquus, vetus,* παλαιγόνος verò, *qui olim genuit.*

Σίσυφον μ̀. Primum συνέσιος ὑπόδειγμα Siſyphus, ὃς κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν vt Il. ζ. dicit Homerus: quo loco Euſtath. Σίσυφον dictum tradit, quaſi θεόσοφον. Nam Dores pro θεὸν, dicunt σιὸν, & Aeol. pro σοφὸν, συφὸν: vt & ὄνυμα pro ὄνομα.

πυκνότατον παλάμαις. Hoc eſt ἐν ταῖς ἐπινοίαις συνετώτατον, vel βουλαῖς, γνώμαις, πράξεσι. Sic Euſtathius loco citato κέρδιστον exponit συνετώτατον: de Siſypho quæ dicuntur vide apud Natal. Comit.

καὶ ταν. Hoc eſt καὶ τὴν Μήδειαν παρὰ γνώμην τοῦ πατρὸς αὐτῆς γαμηθεῖσαν. Secundum exemplum, Medea Corinthia quæ Iaſoni nupſit renitente patre, qui Argonautas perdere volebat. Qua de re conſule Apollonij Argonautica. Sed quæritur quomodo hæc quæ Colchidē incoluit, vt Corinthia laudetur. Hoc ita ſoluitur. Sol ex Antiopa filios habuit Aloëum, & Aeeten: ac Aloëo pater dat Arcadiam: Aeetæ Corinthum. Quod regnum quum Aeetæ non placeret, Buno Mercurij filio tradidit adminiſtrandum, ſuiſque liberis ſeruandum. Ipſe verò in Colchidem Scythiæ migrauit. Cuius rei teſtis eſt Eumelus hiſtoricus poëta, quem citat Scholiaſtes.

Ἀλλ' ὅτε δ' Αἰήτης, καὶ Ἀλωεὺς ἐξεγένοντο
Ἠελίου τε καὶ Ἀντιόπης· τότε δ' ἄνδιχα χώρην
Δάσσατο παισὶν ἑοῖς, Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός,
Ἣν μὲν ἔχ' Ἀσωπὸς, ταύτην πόρε δίῳ Ἀλωεῖ.
Ἣν δ' Ἐφύρην κτεάτισσ' Αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν.
Αἰήτης δ' ἄρ' ἑκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν,

Εἰσόκεν ἀυτὸς ἵκοιτ', ἢ ἐξ ἀυτοῖο τις ἄλλος,
Η πῶς, ἠδ' ὑιωνὸς, ὁ δ' ἵκετο Κολχίδα γαῖαν.

Quare ob paternam & hæreditariam Corinthi poſſeſſionem, meritò Corinthia dici poteſt. Quam etiam quidam Corinthi habitaſſe dicunt: eóſque graui peſtilentia liberaſſe ſacro Cereri, & Nymphis facto: eius liberos mortuos diuinis honoribus cultos à Corinthijs vocari Μιξοβαρβάρους, q. d. *ex Græcis & barbaris parentibus mixtos & oriundos.*

θεμένα & ἀυτᾷ Dor. pro θεμένη & ἀυτῇ. ναῒ συντυχεῖν hoc eſt ἢ ναυῒ Ἀργῷ ἢ τοὺς ἐπιβάτας ἔσωσε. Nam Iaſonē adiuuit in auferendo vellere aureo, & cum eo feliciter in Græciam nauigauit: imò Argonautas quos pater occidere volebat, ſeruauit.

πρόπολοις. Intellige ἐπιβάτας *vectores*, & ſocios Iaſonis ducis: qui πρόπολοι dicuntur, hoc eſt ὑπηρέται, θεράποντες: ſiquidem ſui ducis mandatis erant obnoxij: ideóque Triclinius πρόπολοις exponit ἐπιμελουμένοις *curam gerentibus*: legit tamen πρόσπολοις à πρόσπολος idem ferè ac πρόπολος: ſed huic lectioni verſus metrum refragatur. Eſt autem πρόπολος propriè ſeruus, qui ante dominum, cui ſeruit, verſatur, ὁ πρὸ ἰδίου κυρίου πολῶν.

πυρφόροις. | ἀντιστρ. κώλ. ιε. | μετάφρασις.

Quod verò ad fortitudinem bellicam attinet: quidam etiam ex maioribus veſtris heroës, qui ad Troiā militarunt, vtraque ex parte in prælijs ſtrenuè ſe geſſerunt: quorum alij Euchenore duce, Helenam à Paride raptam, cum Agamemnone & Menelao Atrei filijs repetebant: alij Troiam defendentes iſtis obſiſtebant duce Glauco, qui cum Lycijs Ilium profectus, timendum ſe præbuit Danais, apud quos, à Diomede de generis origine interrogatus, gloriabatur Corinthi vbi eſt fons Pirene, extare præclaram domum, ingentémque hæreditatem, auitúmque aui Bellerophontis imperium.

τὰ δ', καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ πρὸ Δαρδάνου
τειχέων ἐδόκησαν
ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τάμνειν
τέλος.
τοὶ μὲν, γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέος
Ελέναν κομίζοντες· οἱ δ' ἀπὸ πάμπαν
εἴργοντες. ἐκ Λυκίας δὲ Γλαῦκον
ἐλθόντα
τρέμον Δαναοί.
τοῖσι μὲν ἐξεύχετ' ἐν ἄστει Πειράνας, σφετέρου
μὰ πατρὸς ἀρχὰν, καὶ βαθὺν
κλᾶρον ἔμμεν, καὶ μέγαρον.

*In ijs autem quæ in robore* ſunt *ante Dardani muros viſi fuerūt quondam in vtramque* partem *præliorum ſecare finem, alij quidem cum charo Atrei genere Helenam repetentes, alij autem omnino prohibentes. Ex Lycia autem Glaucum qui venerat timuerūt Danai. Apud hos quidem gloriabatur, in vrbe Pirenes, ſui quidem patris regnum, & magnas opes eſſe, & domum.*

τὰ δ'. Hoc reſpondet præcedenti periodo, quæ ita inchoatur Σίσυφον μέν: & hæ particulæ μὲν & δὲ in diſtributione vſurpantur. Quare Corinthios duplici nomine nunc laudaturus, priùs prudentiam, poſteriùs fortitudinem me-

morat q.d. καὶ τὸ ἕτερον μέρος, τὸ πόλεμον. μάρτοι ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖς οἱ Κορίνθιοι περὶ τῶν τὸ Ιλίου τειχῶν ἔδοξαν ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη ἐν ταῖς μάχαις ἀριστεῦσαι. Nunc itaque illos à fortitudine laudaturus, belli Troiani hiſtoriam affert, in quo partim pro Troia, partim contra Troiam militarunt. ἀλκᾷ Dor. pro ἀλκῇ. Δαρδάνου τείχεα Troiam periphraſticè appellat; cuius rex olim fuit Dardanus. μαχᾶν Dor. pro μαχῶν.

τοὶ poët. pro οἱ. q. d. οἱ μὲν σὺν φίλοις Ἀτρέως υἱοῖς, δηλονότι Ἀγαμέμνονί τε καὶ Μενελάῳ τὴν Ἑλένην ἀνακομίζειν ἐθέλοντες. Horum qui pro Græcis aduerſus Troiam iuerunt, dux fuit Euchenor, de quo verſus Homeri citat Schol.

Ην δέ τις Ευχήνωρ Πολυΐδου μάντεος υἱὸς
Αφνειός τ' ἀγαθός τε Κορινθόθι οἰκία ναίων.

Ἑλέναν Dor. pro Ἑλένην & κομίζοντες, hoc eſt, ἀνακομίζειν βουλόμενοι. Hoc igitur loco κομίζειν ſignificat *reperere quod ſuum eſt.*

οἱ δ'. Hoc eſt πάμπαν ἀποκωλύοντες, καὶ ἀνθιστάμενοι. Glaucus autem qui fuit Corinthius à maioribus, & in Lycia habitauit, Lycios pro Troianis duxit. Eius autem genus ita refertur à Schol. Glaucus Hippolochi fuit filius, Hippolochus Bellerophontis, Bellerophon Siſyphi, Siſyphus Aeoli, Aeolus Hellenis, Hellen Iouis. Bellerophon autem Corinthius in Lyciam eſt miſſus. Nam Antia Prœti vxor, quum eum in ſui amorem pertrahere non poſſet, eũ detulit apud maritum quaſi ſuæ pudicitiæ inſidiatorem. Prœtus cum literis eum ad Iobatum ſocerũ in Lyciam miſit, vt eius iuſſu interficeretur. Verùm poſt multos labores ſuperatos, quos tamen iniunxerat ipſi, ſperans fore vt ſuccumberet, non ſolùm nõ peperciт Bellerophonti, ſed filiam etiam viro tam præclaro, Anticleam nomine locauit, ex qua habuit Hippolochum, Iſandrum, & Laodamiam.

τρέμεον. Neglecto augm. pro ἐτρέμεον. & Δαναοὶ, hoc eſt Αχαιοὶ, Ἕλληνες, ſic Glaucum fortem virum fuiſſe innuit. etenim Danaos eum horruiſſe non conſtat.

τοῖσι μέ. Articulus, τοῖς pro οἷς: Deſumpta autem ſunt iſta ex Il. ζ. verſ. 206 & ſequent.

Ιππόλοχος δ' μ' ἔτικτε, καὶ ἐκ τοῦ φημι γενέσθαι.
Πέμπε δέ μ' ἐς Τροίην, καί μοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλεν
Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.
Μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, οἳ μέγ' ἄριστοι
Εν τ' Εφύρῃ ἐγένοντο, καὶ ἐν Λυκίῃ εὐρείῃ.
Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Itaque apud Danaos hinc ſe genus ducere gloriabatur: ſiquidem apud Diomedem, alijs quoque audientibus hæc verba fecit.

ἐν ἄστει Πειράνας. Periphraſis pro ἐν Κορίνθῳ. Fuit Pirene fons Corinthi, infra Acrocorinthi verticem, qui affluentes quidem aquas non habet, ſed tamen perſpicuas, & potu ſuauiſſimas. De hoc fonte Strabo l. 8. Quam Corinthum communi nomine vocamus, Ephyram vocat Homerus loco citato.

πατρὸς. Intellige τὸ πάππου, nimirũ Bellerophontis. ἀρχαὶ, κλᾶρον. Dor. pro cõmὰρχὴν, κλῆρον. In illa autem vrbe poterant eſſe auita bona: quæ ibi multa poſſidebat Heros ille eximius Bellerophon antequam à Prœto fuiſſet expulſus.

παράφρασις.

Qui multum laboris diu olim pertulit,quum Medusæ Gorgonis , cuius caput scatebat serpentibus, filium Pegasum equum , ex sanguine illius à Perseo truncatæ natum , Corinthi sibi subijcere cuperet , antequã frænum aureum à virgine Pallade accepisset , sibi veraci visione oblatũ ex somnio excitato, hísque verbis ab illa compellato. Dormisne Aeoli proles rex Bellerophon? Age hoc frænum accipe, quo indomitum equum delinias , tibíque subijcias : idque vero tuo patri Neptuno equorum domitori,taurum obesitate tardũ sacrificans,ostendito.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

ὃς ταῖς ὀφιώδεος υἱ-
όν ποτε Γοργόνος, ἦ πόλλ᾽ ἀμφὶ
κρουνοῖς
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων ἔπα-
θε,
πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κού-
ρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγ-
κ᾽. ἐξ ὀνείρου δ᾽ αὐτίκα
ἦν ὕπαρ. φώνασε δ᾽, εὕ-
δεις
Αἰολίδα βασιλεῦ;
ἄγε φίλτρον τόδ᾽ ἵππειον δέ-
κευ,
καὶ δαμαίῳ μιν θύων
ταῦρον ἀργὸν , πατρὶ δεῖ-
ξον.

μετάφρασις.

*Qui serpentosæ filium olim Medusæ,certè multa circum riuos Pirenes Pegasum iungere cupiens pertulit, donec ei aureas phaleras habens frænum puella Pallas attulit. Ex somnio autem statim hoc fuit vigilanti euidens,loquutáque est. Dormis ab Aeolo oriũde rex ? age delinimentum hoc equinum accipe,& domitori ipsum, sacrificans taurũ splẽdidum,patri ostende.*

ὃς ταῖς ὀφιώδεος. Pergit historiam Bellerophontis qui Glauci fuit auus , narrare: vt Pegasum domuerit beneficio Palladis. Fuit hic equus ille alatus ex Medusę, quæ eadem Gorgon, sanguine natus. Cùm enim dormienti Medusæ Perseus caput amputasset,ex sanguine equus ille alatus prosiluit. Vnde Ouidius

*Creditur hic cæsæ grauida ceruice Medusæ*
*Sanguine respersis prosiluisse comis.*

Porrò Γοργὼν vocatur ὀφιώδης, quia eius caput anguibus horrebat , vt & sororum eius,quæ fuerunt Euryale,& Stheno Phorcynis filiæ.

ἀμφὶ κρουνοῖς. Nimirum Πειρήνης fontis Corinthiaci. Hoc est circa Corinthum,vbi Pegasum arte humana indomitum , accepto à Minerua fræno domuit , vnde superiùs Corinthios fræni diximus inuentores. Πάγασον Dor.pro comm. Πήγασον,& ζεῦξαι simplex pro composito ὑποζεῦξαι.

πρίν γέ οἱ. Quod humanæ vires nõ possunt,illud diuinũ præstat auxiliũ. Itaque cũ multũ diúq; Pegaso domãdo laborasset Bellerophõ,Pallas illi dat frenũ,cuius inuentrix illa cùm fuerit , Chalinitidem,hoc est *frænatricem* cognomento dixerunt.

ἐξ ὀνείρου. Modus quo Pallas Bellerophontem conuenit, nempe per insomniũ. ὄνειρος idem quod ὄναρ,manifestè distinguitur ab ὕπαρ,vt Homer.Odyss. τ.

Οὐκ ὄναρ, ἀλλ᾽ ὕπαρ ἐσθλόν, ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται.

Putant ὄναρ & ὄνειρον dici quasi ὂν αἴρειν, quòd vt plurimum falsas imaginationes obijciat. ὕπαρ quasi ὕπναρ, παρὰ τὸ τὸν ὕπνον αἴρειν, quòd quasi vigilanti obiecta visio, sit vera.

φώνασε. Negl. augm. & Dor. pro ἐφώνησε. Oratio Palladis ad Bellerophontem, quem vocat Aeoliden, quia genus ab Aeolo fertur ducere: regem quoque, quia ſtirpe regia erat oriundus. φίλτρον ἵππειον allegoricè frænum appellat. Nam vt φίλτρον, quæ eſt amatoria potio, animos ad amori obediendum pellicit: ſic frænum etiam equos homini parere docet.

καὶ δαμαίῳ. Hoc eſt καὶ τοῦτο φίλτρον δαμαστικῷ Ποσειδῶνι σῷ πατρὶ δεῖξον. Porrò δαμαῖος poët. & Pindaricum eſt vocabulum, pro δαμάζων vel δαμαστικός. Epitheton Neptuni qui fuit equi primus inuentor, vt docet Virg. 1. Georg.

*Túque, ô cui prima frementem*
*Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.*
*Neptune.*

Δαμαῖος, inquit Schol. λέγεται Ποσειδῶν ἐν Κορίνθῳ ἀπὸ τῆς τῶν ἵππων δαμάσεως.

πατρί. Patrem Bellerophontis dicit Neptunum, quia hic verus erat pater illius, Siſyphus autem ex opinione & ſermone vulgi: vt Amphitryo pater erat putatitius Herculis, cùm reuera pater Herculis eſſet Iupiter.

ταῦρον ἀργόν. Quia Homerus dicit tauros παμμέλανας offerri Neptuno: ideo Schol. nequid diſſidij inter illum noſtrúmque poëtam oriatur, ἀργὸν non *album*, ſed ἐκλάμποντα τῷ μεγέθει, & ἐμφανῆ ἐν τῇ ἀγέλῃ interpretatur. Sed cùm ἀργὸς aliud ſignificet quàm λευκός, & exponatur aliquando, *piger*, *iners*, *otioſus*: hocque epitheton tauro conueniat, qui fit obeſus, & ad victimam aptus: ideo ταῦρον ἀργὸν *lentum*, *pigrum* bouem offerre iubetur Bellerophon, videlicet otioſum, nec aratro adhibitum, vel amplius adhibendum.

παράφρασις.

Hæc illi per noctem dormienti dicere viſa eſt, incorruptæ virginitatis, & nigro horrificóque ſcuto formidabilis Minerua. Tum ille rectus in pedes ſurrexit, arreptóque fræno quod mirabili caſu adiacebat, vatem Polyidum Cœrani filium ſedulò quæſiuit, & lubens inuenit, cui rem totam vt acciderat declarauit: vtque eius confilio, noctu in Deæ templo dormiuerat: vtque illa Iouis fulmine tanquam haſta vtentis filia dederat, pretioſum auróque inſigne frænum,

στροφὴ δ. κῶλ. ια.

κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ κνώσσοντί
οἱ
παρθένος τόσα εἰπεῖν
ἔδοξεν. ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ
ποδί.
παρκείμενον δ' συλλαβὼν τέ-
ρας,
ἐπιχώριον μάντιν ἄσμενος εὗ-
ρεν.
δεῖξέν τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευ-
τὰν
πράγματος. ὥς τ' ἀνὰ βω-
μῷ θεᾶς κοιτάξατο νύ-
κτ' ἀπ' ἐκείνου χρήσιος, ὅ-
πως τέ οἱ αὐτὰ Ζηνὸς ἐγ-
χεικεραυνόου παῖς ἔπορε

μετάφρασις.

*Nigram habens ægidem in nocte, dormienti illi virgo non plura dicere viſa eſt. Exiluit igitur recto pede: adiacénſque quum corripuiſſet prodigium, indigenam vatem lubens reperit, oſtendítque Cœrani filio omnem rei euentum: vt in ara Deæ dormiſſet noctu, iuxta oraculum ab eo datum: & quomodo illi ipſa Iouis fulmine vt haſta vtentis filia dediſſet*

κυαναιγίς. Conclufio orationis quam Pallas ad Bellerophontem habuit, quæ vocatur κυαναιγὶς, hoc eft αἰγίδα μέλαιναν καὶ φοβερὰν ἔχουσα : *nigram & terribilem ægidem tenens*. Etenim κυάνεος exponitur *niger*. & αἰγὶς eft nomen fcuti quod Ioui & Mineruæ tribuunt. Et eft authore Seruio ; in Aen. 8. propriè munimentum æreum pectoris, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum, fi in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: fi in pectore hominis, ficut in antiquis Imperatorum ftatuis videmus, lorica dicitur. Vocatur autem αἰγὶς, ἀπὸ τῆς αἰγὸς. Nam Iupiter Creticæ illius capræ à qua nutritus fingitur, pelle pro fcuto eft vfus aduerfus Titanas. Vel Vulcanus illi quoddam fcutum fabricauit, in quo fculpta erat illa capra. Mineruæ ægis horrenda erat mirabili rerum terribilium pictura, vt Medufæ capite, terrore, pauore, clamore: cuius defcriptionem pete ex Iliad. ε. Ideo Virgilius dixit,

*Aegidaq; horrificam turbatæ Palladis arma.*

ἐν ὄρφνᾳ hoc eft, ἐν νυκτὶ vt prima Oda. οἷος ἐν ὄρφνᾳ. Pallas vocatur παρθένος ob virginitatem perpetuò feruatam.

ἀνὰ δ' ἔπαλτ'. Hoc eft ἀνεπήδησε δ' ἐν ὀρθῷ ποδὶ γενόμενος. Sequitur itaque narratio eorum quæ fequuta funt fomnium: turbatus furrexit in pedes rectus Bellerophontes ob rei per fomnum vifæ infolentiam. ἔπαλτο Ion. mutato φ in π. pro ἔφηλτο, ab ἐφάλλομαι. quod Iones dicunt ἐπάλλομαι.

παρκείμενον. Syncope pro παρακείμενον. τέρας intellige χαλινὸν: quoniam, inquit Schol. ὕπαρ φανεὶς, ὕπαρ ὤφθη.

Κοιρανίδᾳ. Dor. pro Κοιρανίδῃ. patronymico nomine Polyidum vatem Cœrani filium intelligit, cui fomnium enarrat. τελευτάν. Dor. pro τελευτήν. quam vocem ἀπόβασιν hic exponit Triclinius.

ὥς τ' ἀνὰ. Hoc eft ὅπως τε ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ναῷ ὕπνωσε κατὰ τὴν νύκτα μετὰ τὴν μαντείαν αὐτοῦ. Etenim cùm nefciret quo pacto Pegafum retinere poffet, non dubium eft quin confulti vatis confilio ibi cubuerit: Vnde ἀπ' ἐκείνου χρησίος addit.

κοιτάξατο. Dor. & negl. aug. pro ἐκοιτάξατο poëtis vfitato vocabulo ab inufitato κοιτάζω. cuius futurum comm. κοιτάσω & Dor. κοιτάξω: vnde Aor. 1. act. ἐκοίταξα, & medius ἐκοιταξάμην. à nomine κοίτη. & hoc à κεῖσθαι.

ἐγχεικέραυνος, hoc eft κεραυνῷ καθάπερ ἔγχει χρώμενος. *fulmine vt pote gladio vel hafta vtens.*

| περιφέρεις. | ἀντιστρ. κώλ. ιε. | μεταφέρεις. |
|---|---|---|
| quo equi ferocem animum perdomaret. Tum vates iuffit vt fublata omni mora ea præftaret quorum in fomnis à Minerua monitus fuerat: ac | δαμασίφρονα χρυσόν. ἐνυπνίῳ δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι κέλησατό μιν. ὅταν δ' εὐρυ- | domans feroces animos aurum. Somnio itaque quàm celerrimè parere iuffit ipfum: & quum |

primùm Neptuno qui latissimum & potentissimum maris terram ambientis imperium tenet, firmum pedibus bouem mactaret: deinde equestri Mineruæ aram & templum ilico strueret. Quibus peractis rem antè impossibilem adiutus opè diuina Bellerophon exegit. Ac sanè quod quis iuraret & desperaret fieri posse, id diuinæ potentiæ auxilio facillimè perficitur. Quare fortis Bellerophon alacri animo alatum equum prehendit & mandibulis inditum ori frænum circumposuit, hócque instrumento, tanquam mitigatorio pharmaco ferociam illius compescuit.

σθενεῖ
καρταίποδ' ἀνεγείρη γαιόχῳ,
θέμεν ἱππείᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.
„ τελεῖ δ' Θεῶν δύναμις καὶ
„ τὰν παρ' ὅρκον
„ καὶ παρὰ ἐλπίδα κού-
„ φαν κτίσιν γ'. ἤτοι καὶ ὁ καρτερὸς ὁρμαίνων ἔλαβε
Βελλεροφόντας, φάρμακον
πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυν,

*præpotenti taurum mactaßet terram continenti, vt strueret equestri aram statim Mineruæ. Efficit autem Deorum potentia vt sit opus facile*, quod alioqui est *præter id quod quis iuraret, & speret* posse fieri. *Certè & fortis alacri animo accepit Bellerophontes, pharmacum mite extendens circa mandibulas,*

δαμασίφρονα χρυσόν. Periphrasis τοῦ χαλινοῦ cum metonymia materiæ pro forma. Nam *aurum* pro *aureo fræno* dicit. Et sic appellat, vel quòd esset δατίμιον *pretiosum*: vel quòd esset ἐπίχρυσον *deauratum*: addit epitheton δαμασίφρων quasi δαμάζων τὸ ἄγριον τοῦ ἵππου φρόνημα: *domans ferinam equi indolem*: vel quasi δαμάζων τὰς τῶν ἵππων φρένας, καὶ τοῖς ἀναβάταις εὐπειθεῖς ποιῶν: *domans equorum animos feroces, & seßoribus morigeros reddens*. Fit à verbo δαμάω vel δαμάζω. & φρὴν. Dixerat antè χρυσάμπυκα χαλινόν.

ἐνύπνίῳ δ'. Consilium & responsum Polyidi, quo suadet Bellerophonti vt citra moram ea præstet, quæ Minerua per somnium monuit.

κελήσατο. 3. pers. singul. Aor. 1. med. neglecto augm. pro ἐκελήσατο: à præsenti κελέομαι: quod à poëtico barytono κέλομαι deducitur. Communiter vsurpatur κελεύω *iubeo*. Occurrit hæc vox, etiam Isthm. Od. 6.

ὅταν δ'. Iubet vt primùm Neptuno bouem immolet: deinde aram Mineruæ faciat. Neptunum per antonomasiam εὐρυσθενῆ appellat, quòd eius imperium sit amplissimum, & valentissimum: & γεαόχον, quòd mare terram contineat. Iam autem quid sit γαιάοχος antè diximus; à quo γεάοχος nihil significatione, sed mutatione syllabæ γαι in γε differt.

καρταίποδα. Hoc est ταῦρον. Sic enim Delphi taurum vocant, ait Scholiastes. Fit hoc nomen à κάρτος *robur*, & πὸυς *pes*. Nam pedum robore magno valent tauri. Dici potest & κραταίπους. quod epitheton mulis tribuitur apud Homerum, hoc in versu

Ἡμίονοι δ' ἄξουσι κραταίποδες ἐς τόδε δῶμα.

Potest κραταίπους vel καρταίπους per syncopen formari à κραταιόπους vel καρταιόπους, hoc est ἰσχυρὸς, στερρὰς, καρτερὸς τοὺς πόδας. Nisi quodammodo fides habenda esset Scholiastæ, qui dicit Delphis patrio nomine taurum κραταίποδα vocari, hanc vocem pro epitheto sumere liceret, vt & γεάοχον hic pro Neptuno ponit.

ἀνερύῃ. Hoc eſt σφάζῃ, θύῃ. Eſt autem ἀνερύειν, τὸ ἀνακλᾷν τ̃ βάχηλον, ἢ λαιμοτομεῖν, vt voluerunt quidam ex veteribus, quòd in iugulatione pecudum & victimarum, ſolerent earum iugula retrorſum flectere, & ſurſum verſus cõuertere: híncque ἀναρρύειν pro θύειν dictum volunt: & ἀνάρρυσις pro θυσία. Citat Scholiaſtes ex Homero locum vbi eâdem ſignificatione qua hîc ſumitur ἀνερύω. & hæc ſunt verba αὐέρυσαν μὲν πρῶτα. hoc eſt, vt exponitur εἰς τοὐπίσω ἔκλασαν. Aliàs ἀνερύω eſt τὸ ἀνέλκω.

. θέμεν. Ion. & Dor. pro θεῖναι, hoc eſt ἱδρύσασθαι. Minerua ἱππία hoc eſt ἱππικὴ, *equeſtris* appellatur, quia currum inueniſſe fertur. Ἀθανᾷ Dor. pro comm. Ἀθηνῇ.

τελεῖ ϑ. Hoc eſt ἡ ϑ Θεῶν δύναμις κούφως καὶ ῥᾳδίως ἀνύει τὴν πρᾶξιν ἀνέλπιστον ἢ ἀδύνατον δοκοῦσαν. Gnome elegans de ſumma & incredibili potentia Dei, qui ſi homini opituletur, ipſi res difficiles reddit faciles. Rationem autem Bellerophontis habet poëta, cui cùm videretur impoſſibile equum illum alatum domare, accepto à Minerua fræno, eum ſibi reddidit obtemperantem.

τὴν παρ' ὅρκον, hoc eſt περὶ ἧς ἄν τις ἢ δι' ὅρκου ἀπαγορεύσειεν ὡς οὐχ οἷός τε γενέσθαι. *quam quis iuraret fieri non poße*. καὶ τὰν παρ' ἐλπίδα, hoc eſt ἣν οὐκ ἄν τις ἐλπίσαι ποτε. *quam nemo ſperaret vnquam*. Porrò κούφαν κτίσιν hoc eſt κενὴν πρᾶξιν *inane opus* ratione hominum dicitur, quibus impoſſibile videtur, quod moliuntur: vel ῥᾳδίαν dixit κούφαν, ratione Dei qui facilè efficit, quod antea fieri non poſſe videbatur.

ἤ τοι καὶ ὁ. Hoc eſt, καὶ δὴ ὁ ἰσχυρὸς Βελλεροφόντης προθυμούμενος ἔλαβε τὸν πτερόεντα ἵππον, τ̃ χαλινὸν πρᾳϋντικὸν φάρμακον περὶ τῇ γένυϊ ἐπενεγκών. Hoc autem rebus diuinis procul dubio peractis ſuſcepit: vno verbo ἐχαλίνωσε.

φάρμακον πραΰ. Ab effectu pro πρᾳϋντικὸν *mites efficiens*: in πραΰ eſt metonymia: in φάρμακον eſt metaphora ſumpta à rebus medicis. Priùs idem φίλτρον ἵππιον appellauit.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quo conſcenſo æneis armis indutus ſeſe exercuit, vt experiretur num ex eo armatus facilè pugnaret. Poſtea cum eo vicit muliebrem & ſagittis valentem exercitum Amazonum quæ frigidam Scythiam, deſertúmque & vacuum volucribus cœlum incolunt, Chimæram quoque flammas ſpirans monſtrum, Solymóſque | ἵππον πτερόεντ'. ἀναβὰς<br>δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς<br>ἔπαιζε.<br>σὺν δ' ἐκείνῳ καί ποτ' Ἀμαζονίδων<br>αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλπων ἐρήμου, τοξόταν βάλλων γυναικεῖον στρατὸν,<br>καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν, | *equum alatum. Simul atque autem conſcendißet, æratus luſit* ſaltationem *enoplion. Cum illo autem aliquando Amazonidum etiam, aëris frigidi, & à finibus deſerti, ſagittarium petens muliebrem exercitum, & Chi-* |

inter Lyciam Pamphiliám-que habitantes interemit. Sed eius fatum filentio prçteribo. Equum autem ipfum excuffo domino in cœlum tranflatum ferunt, & in antiqua Iouis præfepia receptum.

καὶ Σολύμους ἔπεφνε. διασωπάσομαι ὤυτῷ μόρον. τὸ δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέχονται.

*maram ignem ∫pirantem, & Solymos interfecit. Reticebo eius mortem. Sed ipfum equum in Olympo præfepia Iouis antiqua excipiunt.*

ἵππον πτερόεντα. Periphrafis Pegafi. Cæterùm fequentia continent hiftoriam rerum à Bellerophonte geftarum ex quo frænum accepit. Eadem etiam Homerus refert Iliad. 6. in Glauci oratione ad Diomedem: quem locum confule.

ἐνόπλια. Hoc eft ἐνόπλιον ὄρχησιν χαλκοῖς ὅπλοις ὡπλισμένος ἔπαιξε. Igitur frænatum equum confcendit : in confcenfo armatus ludit : fcilicet vt fefe exerceat, & aliqua belli præludia præmittat. Alludit autem ad πυῤῥίχην, quæ eft ἐνόπλιος ὄρχησις.

χαλκωθεὶς. Pindaricum vocabulum eft χαλκοῦσθαι, id eft, χαλκείοις ὅπλοις ὁπλίζεσθαι : vt hîc χαλκωθεὶς fit exponendum *æneis armis armatus.* Ideo & in Græcis Schol. exponitur χαλκοῦ περιθέμενος θώρακα, ἢ ὅπλα ἐνδὺς χαλκᾶ.

ἔπαιξε. Hoc eft παιδιᾶς βόπον ἑαυτὸν ἐγύμνασε: *lu∫us in modum ∫e∫e exercuit.* ποιὰν ὄρχησιν ἐνόπλιον. Quę & πυῤῥίχη πολεμικὴ dici poteft: quam ἐνόπλιοι παῖδες ὠρχοῦντο *armati pueri ∫altare ∫olebant in Creta.* Sic itaque ludendo, féque exercendo Bellerophon ad res grauiores fefe comparabat.

σὺν δ' ἐκείνῳ. Quæ effecerit ope huius equi. Primùm Amazonidas vicit. περιφραστικῶς vocat τοξόταν γυναικεῖον στρατὸν fexus, & generis armorum mentionem faciens. Locum quem incolunt defcribit frigidiffimum & defertum q.d. σὺν αὐτῷ δὲ Πηγάσῳ τ̃ στρατ̃ γυναικεῖον τόξων εὖ εἰδότα τ̃ Αμαζόνων βολαῖς ἀπτιθέμενος, τ̃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ αἰθέρος ἢ ἐρήμου ἐνίκησε.

αἰθέρος ψυχρᾶς. Sic conftruenda hæc verba ἀπὸ κόλπων αἰθέρος ψυχρᾶς ἢ ἐρήμου. Sinus ætheris metaphoricè dixit τὰ κοιλώματα, Frigidum aërem, ob cœli inclementiam fub quo viuunt Amazones. Nam frigidiffimos tractus ad boream, & folitudines Scythicas, montéfque Hyperboreos flexuofos incoluerũt. Defertum verò ἐφ' ᾧ ὁ διατρίβει πτλωὰ διὰ τὴν ψυχρότητα, inquit Triclinius. Vide prima primæ Olymp. Od. ftropha ἐρήμας δι' αἰθέρος.

καὶ Χίμαιραν. Secundum facinus, Chimeræ extinctio. πῦρ πνέοισαν. Dor. pro πνέουσαν. Huius fabulam fatis notam non adfcribo.

καὶ Σολύμους. Tertium facinus. Solymorum profligatio. Sunt hi populi inter Lyciam, & Pamphyliam. Alijs Pifidæ dicti poftea feruntur. vide Strab. l. 12. & 14.

διασωπάσομαι. Dor. pro διασιωπήσομαι. ὤυτῷ Dor. genit. pro αὐτοῦ. Reticet mortem Bellerophontis, quem excuffiffe fertur Pegafus, eóque cafu claudum reddidiffe: ipfe verò in cœlum auolaffe, & in ftellas quæ φάτναι dicuntur, mutatus

mutatus fuisse. Verùm Aratus separat Pegasum equum à præsepi. Nam in cancro præsepe est, vbi sunt asini, dicit Aratus.

Καὶ τοὶ μὲν καλέονται ὄνοι, μέσση δέ τε φάτνη.

Vbi Schol. eius ait in cancro nubeculam esse galaxiæ similem, quæ vocatur φάτνη. Stellas autem, qui cancri videntur oculi, ὄνους appellari. In genere autem exceptum Iouis præsepi fabulatur Pegasum: quia inter stellas reponitur. τὸ δὲ subaudi ἵππον. ἐν Ὀλύμπῳ hoc est ἐν οὐρανῷ.

ἀρχεῖαι Pindaricè scribitur pro ἀρχαῖαι.

παράφρασις. — στροφὴ. ε. κῶλ. ια. — μετάφρασις.

Verumenim vero iam mihi redeundum est ad propositum laudis argumentum, nec longiori digressione ad res alias quæ sese offerunt vtenti, ab instituto encomio diutius deflectendum. Etenim excellarum & præstabilium Musarum impulsui morem gerens, auxiliator aduersus rerum præclarè gestarum obliuionem, veni Oligæthidis familiæ Xenophontis, celebraturus illorum victorias quas in Nemeis & Isthmijs obtinuerunt. Paucis autem illas simul omnes comprehensas declarabo: & veraci iureiurando planè affirmabo illos in Isthmijs triginta, totidémque in Nemeis esse adeptos: ac proinde suaui præconis voce, victores in vtroque certamine sexagesie promulgatos.

ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμ-
βον, παρὰ σκοπὸν οὐ
χρὴ
τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χε-
ροῖν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἑ-
κὼν,
Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίκου-
ρος,
„ Ἰσθμοῖ, τά τ' ἐν Νεμέᾳ. παύ-
„ ρῳ δ' ἔπει θή-
„ σω φανέρ' ἀθρό' . ἀλα-
θής τέ μοι ἔξορκος ἐπέσ-
σεται. ἑξηκοντάκι γὰρ
ἀμφοτέρωθεν γ' ἁδύγλωσ-
σος βοᾷ κάρυκος ἐσλοῦ.

*Verùm me rectum telorũ mittentem turbinẽ, prater scopum non oportet multa tela firmare manibus. Musis enim splendidas sedes habentibus cedens, Oligæthidis veni auxiliator*, ob eorum facta *apud Isthmum, &* „*apud Nemeam. Breui igitur carmine faciam manifesta simul omnia: verumq́, mihi iusiurandũ aderit. Sexagesies enim vtrinq; dulcilinguis vox præconis boni,* victores eos pronuntiauit.

ἐμὲ δ' εὐθὺν. Epanodus à longiori digressione, à qua se reuocat ad institutum. Tropica est loquendi formula, & allegoria ipsi familiaris: vt in præcedentibus πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη &c. Hìc simpliciter sic loquaris cum Triclinio, ἐμὲ δὲ χρὴ περσσήκουσαν ποιούμενον τὴν ὁρμὴν τῶν λόγων, οὐκ ἔξω τῆς προσηκούσης ὑποθέσεως, ποιεῖσθαι τοὺς πλείστους λόγους. vel cum Schol. οὐ χρὴ περιττολογεῖν περὶ ἄλλων, καὶ ἐκβαπτίζειν τοῦ προκειμένου ἐπαίνου. Obiter περιττολογίαν taxat, qualis est in digressionibus prolixioribus, quæ plus extra, quàm ad rem dicunt.

ῥόμβον. id est ῥίψιν & ὁρμὴν *iaculationem & impetum, vel* δίνησιν καὶ βολὴν *agitationem & vibrationem.* ἀκόντων hoc est τῶν λόγων. Itaque ῥόμβον ἀκόντων interpretare τὴν τῶν ἐγκωμιαστικῶν λόγων ὁρμήν. Vox ῥόμβος Isthm. Od. 4. significat ὁρμήν. quum ait ῥόμβον ἴσχει *impetum cohibet.*

τὰ πολλὰ βέλεα. hoc eſt τοὺς πολλοὺς λόγους τοὺς ἀλλοτρίους. Et notanda hypallage in his ἱέντα καρτύνειν, pro ἱέναι καρτύνοντα.

Μοίσαις γὰρ. Ratio cur ſe à digreſſione reuocet. ἀγλαόθρονος dicitur quaſi ἐν ἀγλαῷ θρόνῳ καθήμενος. ex ἀγλαὸς & θρόνος: cui ſynonymum eſt ἀγλαόθωκος Nem. Od. 10. ἔκων metri cauſa pro ἑκών. & Ολιγαιθίδαισιν Datiuus poët. pro Ολιγαιθίδαις, Oligæthidæ autem tribus ſeu familia eſt Corinthi, ab Oligætho quodam, è qua Xenophon hic progenitus eſt, cuius familiæ in honorem Xenophontis enumerat victorias, in ſacris certaminibus partas.

ἔβαν. Dor. pro ἔβην. ἀρήκεσεν hoc eſt βοηθὸς. βοήθεια γὰρ, inquit Triclinius, τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὰ ἔπη, ὡς ἐῶντα τὸ λοιπὸν λήθην αὐτῶν καταχωρισθῆναι. *Carmina enim rebus præclarè geſtis ſunt auxilio, vt quæ non ſinant obliuionem aduerſus eas in poſterum gloriari.*

Ἰσθμοῖ. h.e. διὰ τὰ αὐτῶν ἔργα καὶ ἐν Ἰσθμῷ, καὶ ἐν Νεμέᾳ. Deinde παύρῳ δ' h. e. ἐν βραχεῖ λόγῳ διάδηλα ὁμοῦ πάντα ποιήσω. Promittit breuitatem in comprehendendis multis. Deinde veritatem, quam ſuo more iuramento firmat, quum ait, ἀλαθὴς δέ μοι ἔξορκος ἐπέσσεται. hoc eſt καὶ ὅρκος ἔσται μοι ἐπὶ τούτοις ἀληθής. Porrò ἔξορκος Pindaricum eſt vocabulum pro ſimplici ὅρκος. Etſi. Græcus Schol. interpretetur, ἐξαίρετος ὅρκος *eximium iuramentum*: non vulgare, ſed ſanctum. Vel ἀντίορκος. q. d. ἐναντίος ὅρκος τοῖς ἄλλων ὅρκοις, *iuramentum contrarium iuramentis aliorum.*

ἑξηκοντάκι. Metri cauſa fit apocope literæ σ. in fine. Ergo Oligæthidæ tribus Xenophontis ſexaginta victorias obtinuit ἀμφοτέρωθεν, nimirum in Iſthmijs & Nemeis, vtrinque triginta. Nec quemadmodum Triclinius, Oligæthidas intelligere velim Corinthios per ſynecdochen: ſed ſolummodo familiam Oligæthi, ex qua fuit oriundus Xenophon: vt huic ſtirpi natiua videatur hæc virtus rectè certandi, & maior fit illius laus quem hoc encomio celebrat.

ἁδύγλωσσος βοὰ Dor. pro ἡδύγλωσσος, hoc eſt ἡδύφωνος βοή. Figuratè & poët. tribuitur voci, quod propriè conuenit perſonæ, quæ vocem lingua format dulcem & iucundam. Præterea βοὰν ἡδύγλωσσον dicit, non propter eius modulationem concinnam, ſed quia iucundum eſt victoribus laudis præconium.

κάρυκος ἐσλοῦ. Dor. pro κήρυκος ἐσθλοῦ. Deficit autem hîc ἀνεκήρυξεν αὐτοὺς. q. d. τοὺς γὰρ Ολιγαιθίδας ἡδύφωνος βοὴ κήρυκος ἀγαθοῦ ἀνεκήρυξεν ἑξηκοντάκις νικήσαντας καὶ τὰ Ἴσθμια καὶ τὰ Νέμεα.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κώλ. ιε. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Iam verò antè diximus Olympicas eorũ victorias quũ Xenophontis domum à principio ter Olympiorum victricem vocauimus. Futuras au- | τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν ἔοικεν ἤ- δη πάροιθε λελέχθαι· τά τ' ἐσσόμενα, τότ' ἂν φαίην | *Eorum autem apud Olympiam facta videntur iam antè dicta fuiſſe. Futura autem tum* |

tem in posterum, carmine tum declarabo, quum ipsis obtigerint: spero enim fore vt Olympia denuo vincant: sed huius rei penes Deum est euentus. Quòd si ad hoc certamen à suo genio posthac impellatur: huius operis curam, Ioui cui est sacrũ: & Marti indigenæ Deo, quippe Oenomai fuit pater, committemus. Porrò quàm multas Delphis ad Parnassum Pythiorum victorias reportauit: quàm multas Iunoniorum & Hecatombæorum Argis, & Iolaorum, Heracleorúmque Thebis: quàm multas etiam Lycæorum in Arcadia, quod testabitur Lycæi Iouis ara regina in qua sacra fecit idcirco.

σαφές.
„ νῦν δ' ἔλπομαι μὲν, ἐν Θεῷ
„ γε μὰν
„ τέλος. εἰ δὲ δαίμων γενέθλιος
ἕρποι,
Διῒ τοῦτ', ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώ-
σομεν πράσ-
σειν· τὰ δ' ἐπ' ὀφρύϊ Παρ-
νασίᾳ, ἀμφ' Ἄργεΐ τε, ὅσ-
σα καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε
Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυ-
ρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ.

quum fuerint, *dicam a-*
„*pertè. Nunc autẽ spero qui-*
*dem: sed in Deo* est *euentus.*
*Verùm si Deus custos eius iã*
*à natiuitate progredia-*
*tur, Ioui hoc, Martiq́, tra-*
*demus faciendũ.* Facta autem eius *in iugo Parnassio, & apud Argos, & apud Thebas, quàm multa* sunt, *& quàm multa apud Arcades* fecit *dominium* coronę *obtinens, testabitur Lycæi* Iouis *ara regina.*

τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ. Iam enumeratas tradit victorias Olympicas. Etenim Xenophontis dixit τρὶς Ὀλυμπιονίκαν οἶκον, in ipso limine odes. Rectè hanc phrasim sic prosa cum Scholiaste declares, τὰ δ' ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ, αὐτοῦ νικητήρια, ἤδη ὡς ἔοικε προείρηται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις.

τά τ' ἐσσόμενα id est τὰ μέλλοντα. Hoc autem vult ἐὰν δὲ νικήσῃ πάλιν Ὀλύμπια, σαφῶς αὐτοῦ ἐπαινέσω. Geminatur σ. in ἐσσόμενα. & σαφὲς neutrum adiectiuum pro aduerbio σαφῶς.

νῦν δ' ἔλπομαι. Ratio cur nouum carmen nouæ victoriæ promittat: Quia videlicet sperat fore vt Xenophon Olympijs iterum potiatur. Sed tamen illius spei euentum penes Deum esse confitetur.

γενέθλιος δαίμων. Hic ille est ὁ διοικῶν τὸν βίον ἀπὸ γενέσεως: siue τὸ συγκληρωθὲν δαιμόνιον. *Genium* Latini dicunt: qui Platonis, Socratis & Menandri sententia, simul cum homine nascitur atque occidit: qui cuique nascenti agnascitur, hominíque ad extremum vsque spiritum apparet ac præstò est.

ἕρποι. Expone προΐοι, προκόπτοι, ἐπιδοίη. Illúdque ἐκδώσομεν πράσσειν expone ἐπιβέψομεν, Ioui nimirum, vt cui sacrum est certamen Olympicum, & Marti, vt qui Deus est indigena. Nam ex Harpine Asopi Thebani fluminis filia, Oenomaum Eleorum regem genuit.

τὰ δ' ἐπ'. Congeries victoriarum 1. in Parnasso, *hoc est* in Pythijs 2. Argis *hoc est* in Iunonijs, & Hecatombæis. 3. Thebis, *hoc est*, in Herculeis, & Iolaijs 4. in Arcadia, *hoc est*, in Lycæis. ὀφρὺς Παρνασία dicitur metaphoricè, pro ἐξοχὴ Παρνάσου: mons autem Delphis adiacens Pythia denotat. De his vide Od. 7. & 9.

Ἀρκάσ' ἀνάσσων. hoc est, καὶ ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ νικῶν ὅπως γέγονε τοῦ στεφάνου δεσπότης. Post Λυκαίου subaudi Διός. Nã Lycæus Iupiter apud Arcadas colebatur. Huius ara regina dicitur quasi præstantissima.

παράφρασις.

Præterea virtutis & ſtrenuitatis eius teſtis erit Pellene, vbi Theoxenia, Sicyon vbi Pythia, Megara vbi Dioclea, Aegina vbi Aeacea, Eleuſis vbi Demetria, Marathon vbi Herculea celebrantur. Teſtes quoque erunt Syracuſæ, ciuitas ad excelſum montem Aetnam ſita, & opulentiſſima: vbi Iſthmia & Nemea ad ſacrorum illorum quinquennalium exemplar aguntur. Teſtis etiam Eubœa, in qua ad Geræſtum Geræſtia Neptuno pro ſedata tempeſtate peraguntur. Quòd ſi Græciam percurras, comperies eum res opinione maiores &plures geſſiſſe. Enimuero concede mihi Iupiter, vt peracto hymno leuiter euadã, ne cui ſim moleſtus: méque reuerendũ & honore dignum præſta: eámque fœlicitatem impertire, cum qua iucundè viuam.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

Πελλανά τε, ϗ Σικυὼν,
καὶ Μέγαρ', Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος,
ἅ, τ' Ἐλευσὶς, ϗ λιπαρὰ Μαραθὼν,
ταί θ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου
καλλίπλουτοι πόλιες, ἅ, τ' Εὔβοια ϗ πᾶσαν κτ'
Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν
μάσσον' ἢ ὡς ἰδέμεν.
ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶ
Ζεῦ τέλει, αἰδῶ δίδοις,
καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν.

μετάφρασις.

*Pellana quoque teſtis erit factorum eius, & Sicyon, & Megara, Aeacidarumq́; bene ſeptus lucus, Eleuſisq́; & opulenta Marathon, & quæ ſunt ſub Aetna altiuertice diuitijs florētes vrbes, & Eubœa. Deniq; vniuersā perGræciā inuenies ſcrutans maioraquàm mēte poſsis complecti. Sed me leuibus exire pedibus Iupiter effice, reuerentiam dans, & proſperitatem rerum delectabilium dulcem.*

Πελλανά Dor. pro comm. Πελλήνη. eſt repetendum μαρτυρήσει. Pellene vrbs Achaiæ, vbi Theoxenia & Hermæa agebantur. Σικυὼν vrbs Bœotiæ, vbi Pythia. Megara vrbs inter Peloponneſum, Atticam & Bœotiam, authore Stephano, vbi Dioclea, à Diocle Megarenſium principe dicta. Αἰακιδᾶν ἄλσος, periphraſis Aeginæ, vbi Aeacea & Delphinia. Eleuſis vbi Eleuſinia, ſeu Demetria: Marathon Atticæ vrbs, vbi Herculea celebrabantur. Vide Od. 9. de his.

ταί. poët. pro αἱ. ὑπ' Αἴτνας. Syracuſas intelligit, vbi Nemea, vel, vt alij volunt, Iſthmia celebrabantur, non eâdem periodo, qua illa quæ in Nemea & Iſthmo: ſed ad eorum ſimilitudinem, & exemplar deſumpta. Αἴτνας Dor. pro comm. Αἴτνης. Additur epitheton ὑψίλοφος hoc eſt λόφον ὑψηλὸν ἔχουσα, q. d. *qui verticem, apicem, criſtam, acumen in ſummo habet*. Dicit καλλίπλουτοι πόλιες in plurali, quia in plurali Syracuſæ vocantur: cuius ciuitatis nota ſatis opulentia. καλλίπλουτος hoc eſt καλὸν ἔχων πλοῦτον.

ἅ τε. Dor. pro comm. ἥ, τ'. Εὔβοια. Geræſtia innuit. Cùm enim quondam ad Geræſtum ingens oborta eſſet tempeſtas, vt ea ſedaretur, Neptuno ſacra promiſerunt: ab eóque tempore Geræſtia ipſi celebrarunt.

ϗ πᾶσαν. Syllepſis vniuerſalis poſt longam rerum rectè geſtarum enumerationem: ſed hyperbolicè loquitur, quum opinione maiores & plures ab ipſo partas victorias teſtatur. μάσσον' ἢ ὡς ἰδέμεν hoc eſt ἔργα μείζονα ἢ ὡς αὐτὰ νοῆσαι, μάσσων poët. pro μείζων. & ἰδέμεν. Ion. & poët. pro ἰδεῖν.

ἀλλά. Breuis epilogus continens εὐχὴν per apoſtrophen ad Iouem: qua petit vt iam concludat ne ſit moleſtus hymni prolixitate. q.d. ὦ Ζεῦ ποίει με ἀνύσαντα τὸ ὕμνον ἐλαφροῖς ποσὶν ἐξελθεῖν ἀνεπαχθῆ φανέντα.

αἰδῶ δίδοις. Hoc eſt αἰδέσιμον καὶ τιμῆς ἄξιον τιθεὶς. Sic honorem pro carmine repoſcit.

καὶ τύχαν. Dor. pro τύχην. i. εὐτυχίαν ἐξ ἧς ἔστι τέρπεσθαι, καὶ ἥδεσθαι, ſic fœlicitatem optat, cum qua iucundos annos tranſigat.

ἐκνεῦσαι. Eſt infin. Aor. 1. ἐξένευσα verbi ἐκνέω *enato: natando euado: euado, effugio*. Quo verbo vtitur Iohannes Euang. c. 5. v. 13. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. *Ieſus enim euaſerat ex turba quæ erat eo in loco*, alia exempla vide in Lexicis.

| ΑΣΩΠΙΧΩ ΟΡΧΟΜΕΝΙΩ παιδὶ Κλεοδάμου, Σταδιεῖ. | ASOPICHO ORCHOMEnio filio Cleodami, curſori ſtadij. |
|---|---|
| ΕΙΔΟΣ ΙΔ. | ODE XIV. |

## ARGVMENTVM.

*Laudatur Aſopichus Orchomenius Cleodami filius à victoria Olympica, & à patria. Interim quia Charites Orchomeni coluntur, ipſis hymnum hunc poëta commendat: eáſque ſuis à proprietatibus eleganter celebrat.*

| παράφρασις. | Εἶδος μονοστροφικὸν κώλ. ιη. καὶ ιζ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| O celebres Gratiæ Orchomeni Minyei fœcundi ſoli dominæ, quibus Cephiſus fluuius per medium Orchomenum labens, in ſortem obtigit: quæ apud | Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσαι, αἵ τε ναίετε καλλίπωλον ἕδραν, ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι | *Cepheſias aquas ſortitæ, quæque incolitis equorum pulchritudine nobilem ſedem, ô pinguis celebres reginæ* |

gentem illam egregio equitatu valentem habitatis, & antiquorum Minyarum præsides & curatrices estis, quas fundo preces exaudite. Quicquid enim apud mortales iucundum existit, & suaue, vestro fit beneficio: siue quis sapientia, siue quis forma, siue quis fortitudine claret. Quicquid pariter apud immortales: adeò vt ipsi Dij choros sibi ab hominibus institutos, & quæ sibi ex sacrificijs celebrantur conuiuia, non sine Gratijs dispofita regant: quæ etiam rerum omnium quæ in cœlo geruntur sunt dispensatrices: & suas sedes iuxta Pythium Apollinem aureo arcu insignē posuerunt, sicuti ad dextram eius in Delphico templo collocatæ pinguntur: ipsúmque Iouem patrem honore perenni prosequuntur.

χάριτες Ορχομϵνȣ̃,
παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκο-
ποι,
κλῦτ᾽, ἐπεὶ εὔχομαι.
" σὺν γὰρ ὑμῶν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ
" γλυκέα
" γίνεται πάντα βροτοῖς,
" εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀ-
" γλαὸς
" ἀνήρ. οὔτε γὰρ Θεοὶ
" σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ
" κοιρανέοντι χορούς,
" οὔτε δαῖτας. ἀλλὰ πάντων
" ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,
" χρυσότοξον θέμεναι
" παρὰ Πύθιον Απόλλωνα θρό-
" νους,
" ἀέναον σέβοντι πατρὸς
" Ολυμπίοιο τιμάν.

*Charites Orchomeni, antiquorum Minyarũ præsides, audite quoniam precor. Nam per vos delectabilia & dulcia existunt omnia mortalibus, si sapiens, si pulcher, siquis splendidus sit vir. Neque enim Dij venerabilibus ab'que Charitibus regunt choros, neque conuiuia: sed omnium dispensatrices operum in cœlo, quæ iuxta insignem arcu aureo Pythium Apollinem collocarunt sedes, sempiternum colunt patris Olympij honorem.*

Ασωπίχῳ. Asopichus, forsan ab Asopo Bœotiæ fluuio denominatus, nomen est victoris quem hoc hymno poëta celebrat. Is Orchomenius ab Orchomeno patria dicitur, quæ est Bœotiæ ciuitas. Nam etsi Homeri temporibus sui iuris fuerit, & à reliqua Bœotia seiuncta: postea tamen à Phœnicibus adiuncta est Bœotiæ, quum ipsi ab Argiuis pulsi Orchomenum cum tota illa regione sibi submisêre. Nomen habet ab Orchomeno Minyæ filio: vnde Μινύειος Orchomenus appellatur, ad aliarum eiusdem nominis vrbium differentiam. Nam in Arcadia est Orchomenus, quæ Polymelus dicitur: alia in Thessalia: alia in Macedonia: alia in Carystia.

παιδὶ Κλεοδάμȣ. Pater Asopichi Cleodamus: qui sic Dorica dictione dicitur pro Κλεόδημος. & παῖς pro υἱὸς hîc sumitur.

σαδιεῖ. Genus victoriæ denotat: de quo in superioribus verba fecimus. vicit Olympiade 76. ἁπλοῦ δρόμον ἄνευ καμπῆς: *simplicem stadij cursum sine reflexione.*

εἶδος μονοστροφικὸν. Sic appellatur Oda, q.d. μόνην στροφὴν ἔχουσα, quoniam vnicam habet strophen in duas partes diuisam, quarum altera continet octodecim, altera septendecim cola.

Καφισίων ὑδάτων. Exordium ab inuocatione Gratiarum: quarum videtur meminisse, quia Orchomeni colebantur, quæ est Asopichi patria. Porrò Deas il-

las commendat à loco, à viribus, officio, dignitate, & pietate in Iouem. Primùm igitur ait Gratias esse sortitas Cephisiam aquam: quia Cephisus est Orchomeni vbi colũtur, fluuius: cuius filius Eteocles primus ipsis sacra fecit: vnde Theocritus Gratias Eteocleas Idyll. 16 nuncupauit.

ὦ Ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαὶ τ̃ Μινύειον
Ὀρχόμενον φιλέοισαι ἀπεχθόμενόν ποτε Θήβαις.

Porrò Καφίσιος Dor. pro comm. Κηφίσιος. Regulariter autem à nomine Κηφισὸς deducitur Κηφίσιος, sed Doricè η in α. & ι in η mutatur, & pro Κηφίσιος dicitur Καφήσιος, vt pro ἐπίβολος dicitur ἐπήβολος. λαχοῖσαι Dor. pro λαχοῦσαι.

αἵτε. Laus loci quem incolunt Charites, ab equorum pulchritudine: nam καλλίπωλος, poët. vox exponitur, *qui* vel *quæ pulchros equos habet*. Orchomenij autem, teste Scholiaste, olim fuernnt ἱππικοὶ *equitatu validi*. Et Erginus Orchomeni tyrannus Thebanos prælio superatos sibi fecit tributarios: donec ab Hercule qui Erginum trucidauit, liberati sunt Thebani.

λιπαρᾶς. Hoc est εὐγείου. Nam terra pinguis, est fœcunda, ac proinde opulenta, qualem Iliad. primo, hanc facit, enumeratis alijs locis opulentissimis addens;

Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσεται, ὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας.

ἀοίδιμοι. Celebres Gratiæ dicũntur, quasi ab omnibus decantatæ: & βασίλειαι vel ob generis nobilitatem: vel ob regalem honorem quo apud Orchomenios afficiebantur. Iouis autem & Eurynomes filias fingit Hesiodus.

παλαιγόνων. Hoc est ἔφοροι τ̃ παλαιῶν Μινυῶν, τ̃ϐτ' ἐστ τ̃ Ὀρχομενίων. Nam veteres Minyæ dicuntur à Minya Thessalo, filio Neptuni, & Callirhoës Oceani filiæ. Hic autem Minyas fuit Orchomeni rex primus. Eustathius ait Pisidas etiam Minyas vocari, quos Homerus Solymos nominat. Μινυᾶν Dor. pro Μινυῶν. de voce παλαίγονος superiore Oda dictum. ἐπίσκοποι *præsides*, *inspectrices*, *curatrices*, quasi quæ inuigilant: vt Homerus Hectorem Troianorum ἐπίσκοπον nominauit, quòd pro Troiæ salute vigilaret.

κλῦτε. Hoc est ἐπακούσατέ μου νυῦ εὐχομένου. Est propositio, cuius rationem statim subiungit, quum ait σὺν γ̃. Hoc est μεθ' ὑμῶν γ̃ τὰ ἐπιτερπῆ, καὶ ἡδέα γίνεται τοῖς ἀνθρώποις πάντα, εἴτε σοφὸς εἴτ καλὸς, εἴτε ἀγλαός τις ὅϛι. Ratio petitur à Charitum potentia, quam in rebus tum humanis, tum diuinis habent. Cuius distributionis membrum primum ista complectuntur: tresque notant. hominum virtutes, *Sapientiam*, *Formam*, *Fortitudinem*.

οὔτε γ̃. Alterum distributionis membrum de rebus diuinis, quæ Gratijs carere non possunt. Poëtico more Dijs tribuit res hilaritatis maximè plenas, quales sunt chori & conuiuia:

σεμνᾶν. Dor. pro comm. σεμνῶν. Venerabiles dicuntur quia castæ virgines, dolo & fraude carentes. Simili sensu *Gratiæ decentes* ab Horatio dicuntur Od. 4. l. 1. κοιρανέοντι. Dor pro κοιρανέουσι. Verbum κοιρανέω est poëticum pro βασιλεύω, κυβερνάω. Regit hìc accusatiuũ: & alibi cum genitiuo iunctum reperias: item cum datiuo. Vide exempla in Lexicis.

ἀλλὰ πάντων. Nihil sine Gratijs etiam in cœlo fieri docet, adeò vt omnia

etiam ibi diſpenſent. Iuxta Apollinem ſedem habere dicuntur, quia in Delphico templo ad dextram Apollinis erant collocatæ, tanquam Deo digniſſimæ. Et Apollo pictus manu dextra Gratias geſtabat: ſiniſtra arcum & ſagittas: quod Macrobius interpretatur: quia Deus ad ſalutem eſt promptior, ad noxam pigrior. Cæterùm χρυσότοξος vocatur Apollo ab aureis Solis radijs: & Pythius à Pythone ſerpente quem occîdit.

ἀέναον. Hoc eſt ἀΐδιον τοῦ πατρὸς αὐτῶν οὐρανίου Διὸς τιμὰν δοξάζοισι. Laus Charitum à pietate. His verbis illas facit Iouis filias. ἀέναος *perennis* q. d. ἀεὶ νάων *ſemper fluens*, vt ἀέναον πῦρ Od. 1. Pyth. h. e. αἰώνιος, ἀΐδιος. σέβοντι Dor. pro σέβουσι. & τιμὰν Dor. pro τιμήν. Ολυμπίοιο Ion. pro Ολυμπίου. πατὴρ Ολύμπιος periphraſis Iouis.

| παράφρασις. | τὰ ιζ΄ αὐτοῦ κῶλα. | μετάφρασις. |
|---|---|---|

**παράφρασις.**

O veneranda Aglaia, & carminis amans Euphroſyne, tu quoque ſtudioſa cantus Thalia, filiæ Iouis Deorum potentiſſimi, exaudite me conuerſis beneuolis oculis ad chorealem hunc hymnum, qui leuiter in ſublime fertur, contextus pro victoria quam proſpera fortuna Aſopicho impertiuit. Nam quia Orchomenus vbi colimini, Minyorum vrbs, veſtro beneficio, victoria Olympica clareſcit, Aſopichum victorem eius ciuem Lydia harmonia, & carmine ſtudioſè compoſito celebraturus veni. Cæterùm tu Echo ito ad inferos, tenebroſū Proſerpinæ regnum, & patri Aſopichi Cleodamo refer celebrem filij victoriam: & dic eum pro ſtadij curſu in illuſtri Olympia coronam oleaginam accepiſſe, quo inclytorum illorum certaminum præmio iuueniles comas cinxit: ſibíque tanquam alas addidit, quibus in ſublime attollatur, & per ora virorum volet.

**τὰ ιζ΄ αὐτοῦ κῶλα.**

πότνι᾽ Αγλαΐα, φιλησίμολπέ
τ᾽ Εὐφροσύνα, θεῶν κρατίστου παῖ-
δες,
ἐπάκοοι νῦν, Θαλία τε ἐ-
ρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε
κῶμον ἐπ᾽ εὐμενεῖ τύχᾳ,
κοῦφα βιβῶντα. Λυδίῳ γὰρ
Ασώπιχον ἐν τρόπῳ,
ἐν μελέταις τ᾽ ἀείδων
μόλον, οὕνεκ᾽ Ολυμπιόνικος ἁ Μι-
νύεια
σεῦ ἕκατι. μελαντειχέα δό-
μον
Φερσεφόνας ἴθι ἀχοῖ,
πατρὶ κλυτὰν φέροισ᾽, ἀγ-
γελίαν, Κλεόδαμον ὄφρ᾽ ἰ-
δοῖσ᾽, υἱ-
ὸν εἴπῃς, ὅτι οἱ νέαν
κόλποισι παρ᾽ εὐδόξοιο Πίσας
ἐστεφάνωσε κυδίμων ἀέθλων
πτεροῖσι χαίταν.

**μετάφρασις.**

*Veneranda Aglaia, & carminis amans Euphroſyne, filiæ eius qui potentiſſimus eſt Deorū exauditrices nunc* eſtote. *Tu quoque Thalia cantus ſtudioſa, conſpicata chorealem hunc hymnum ſorte propitia leuiter incedentem. Lydio enim Aſopichum in rhythmo, & in præmeditatis carminibus decantans veni, quoniam in Olympijs victrix Minyea vrbs propter te* eſt. *Nigros muros habentem domum Perſephonæ vade Echo patri nobile ferens nuntium, Cleodamum vt intuita, filium dicas, quòd ſibi iuuenilem in finibus illuſtris Piſæ coronauit inclytorum certaminum pennis cæſariem.*

πότνι᾽ Αγλαΐα. Generalis præceſſit ad Muſas inuocatio: nunc ſequitur ſpecialis, qua nominatim eas compellat. Aglaia vocatur πότνια. Hoc eſt σεβασμία, vt πότνια

πότνια Ἥρη apud Homerum. Huius Gratiæ nomen fit ab ἀγλαὸς, ἀγλαὸς ab αἴγλη, i. λαμπρότης, κάλλος. Itaque Ἀγλαΐα poteſt exponi *venuſtas* & poët. vſurpatur pro communi κόσμος *decus, ornamentum*, vt Nem. Od. 9.

φιλησίμολπε. Hoc vocabulum φιλησίμολπος eſt poët. & dicitur ὁ φιλῶν τὴν μολπὴν, *carminis amans*. Εὐφρoσύνα Dor. pro Εὐφροσύνη à verbo εὐφραίνειν. Ab hoc Euphroſynes epitheto, non differt illud Thaliæ, ἐρασίμολπος, niſi compoſitione, & dicitur quaſi ἐρῶν τῆς μολπῆς *cantus amans*. & Θαλεία deducitur ἀπὸ τοῦ θάλλειν.

Θεῶν κρατίστου. Periphraſis Iouis, cuius filiæ fuerunt Charites, teſte Orpheo in his

> Δεῦτέ μοι ὦ Χάριτες μεγαλώνυμοι, ἀγλαότιμοι
> Θυγατέρες Ζηνός τε, καὶ Εὐνομίης βαθυκόλπου,
> Ἀγλαΐη τε, Θάλεια, καὶ Εὐφροσύνη πολύολβε.

Alij aliorum filias faciunt: nonnulli etiam illis alia dant nomina: vt apud Natal. Comit. videre eſt.

ἐπάκοοι. Dor. pro ἐπήκοοι. Deficit autem ἔστε vel γένεσθε. ἰδοῖσα Dor. pro ἰδοῦσα. per κῶμον intellige λόγον ἐγκωμιαστικόν. De communi poſt Θαλία τε ἐρασίμολπε repetendum eſt ἐπήκοος γένου. Deinde ſententia ſic cum Triclinio declaranda. ἐπήκοος γενομένη, ἐπίσκεψαι τοῦτον τὸν σὺν ὕμνῳ χορόν.

ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ. Hoc eſt ἐπὶ μοίρᾳ φρονούσῃ ἀγαθὰ, μετεώρως βαδίζοντα. Commendatio hymni, quod in ſublime incedat, ob victoriam, quam Aſopicho fortuna propitia impertiuit. τύχα Dor. pro comm. τύχη. κοῦφα poët. pro commi. κούφως. Nomen neutrius pluralis pro aduerbio, vt & πολλά.

Λυδῷ γὰρ. Ratio propoſitionis, qua etiam Aſopichi victoriam breuiter complectitur. Λύδιος τρόπος eſt *harmonia Lydia*, quæ erat ſuauiſſima. Lydij autem cum tibijs, & cantu bellum inibant. Vide quæ de varijs harmonijs annotauimus Od. 1. Antiſtr. 1.

ἐν μελέταις. Hoc eſt ἐπῶν συνθήκαις. & μόλον. Neglecto augm. pro ἔμολον. à poëtico μολέω.

οὕνεκα. Hoc eſt διότι Ολυμπιόνικος ἐγένετο ἡ τῶν Μινυῶν πόλις Ορχομενός. Adhibetur epitheton per antonomaſiam. ἁ. Dor. pro ἡ. & σεῦ ἕκατι etiam Dor. pro comm. σοῦ ἕκητι. Quibus verbis acceptam refert Charitibus victoriam tanquam Deabus Orchomeni tutelaribus. In hoc autem σεῦ ἕκατι obſeruanda numeri enallage: ita vt in vnius perſona omnes alloquatur. Quanquam enim tres numerantur, ſic tamen vnitæ ſunt & concordes, vt meritò pro vna reputentur. Sic & poëtæ Choros qui ex pluribus conſtituuntur ſingulari numero compellare ſolent.

μελαντειχέα. Vltima pars hymni qua per idolopœiam, qualem etiam Od. 8. ſub finem fecit, nuntium ad inferos mittit. Cleodamo patri, vt intelligat illę, filium ætate adhuc iuuenili Olympia viciſſe. Quam autem illic ἀγγελίαν vocauit, hîc Ἠχὼ vocat. de qua vide apud Natal. Comit. μελαντειχὴς poët. vox ὁ μέλαν τεῖχος ἔχων. Nota periphraſin τοῦ ᾅδου q. d. παρὰ γῆς ναῦ εἰς τὸ σκοτεινὸν τῆς Περσεφόνης οἶκον ὦ Φήμη, καὶ Ἠχοῖ.

Φερσεφόνας. Dor.& Aeol. Φερσεφό.α dicitur pro Περσεφόνη. dicta παρὰ τὸ πέρθω *perdo,euerto*,& φονὴ *cades*. Quod morti tribuendum , id fictitiæ inferorum reginæ tribuit. Αχοῖ vocat.Dor.pro Ηχοῖ.Hoc eſt ὦ φήμη.κλυτὰν Dor. pro κλυτὴν φέροισα Dor. pro φέρουσα.

Κλεόδαμον. Sic locum conſtrue , ὄφρα ἰδοῖσα Κλεόδημον , εἴπῃς υἱὸν ὅτι οἱ νέαν χαίταν,κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας ἐστεφάνωσε πτεροῖσι κυδίμων ἀέθλων. Sic τὸ λέγειν, & τὸ εἰπεῖν accuſatiuum regit : cuius generis exempla profert Triclinius,vt εἰπέ μοι τὸ Πολύδωρον εἰ ζῇ. pro εἰπέ μοι εἰ ζῇ ὁ Πολύδωρος. Sic Ariſtophanes , οἳ τὸ οὐρανὸν λέγοντες ἀναπείθουσιν,ὡς ἐστι πνιγεύς. pro οἳ τοῖς λόγοις ἀναπείθουσιν ὅτι πνιγεύς ἐστιν ὁ οὐρανός. Et rurſus ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης,ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὑτῆς πόδας.pro ὁπόσους τοὺς αὑτῆς πόδας ἅλλοιτο ἡ ψύλλα. Sic hoc loco υἱὸν εἴπῃς &c.pro εἴπῃς ὅτι ὁ υἱὸς αὐτοῦ οἱ χαίταν ἐστεφάνωσε κοτίνῳ ἐν Ολυμπίᾳ.

οἱ pro αὐτῷ. νέαν χαίταν,à parte iuuenilem eius ætatem deſcribit. κόλποισι &c. periphraſticè pro ἐν Πίσᾳ ſeu Ολυμπίᾳ. πτεροῖσι Ion.& poët.pro πτεροῖς.πτερὰ κυδίμων ἀέθλων , intellige στέμματα,στεφάνοις ex oleaſtro. Coronæ nanque alarum inſtar victorem extollunt,& in ſublime ferunt. εὐδόξοιο Ion.pro εὐδόξου. & Πίσας Dor.pro Πίσης. Cæterùm κύδιμα ἄεθλα intellige κυδίμους ἀγῶνας , vel præclara præmia quæ dantur victoribus.

*Pindari Olympiorum finis.*

# DE PINDARI
## PYTHIORVM TITVLO.

QVEMADMODVM Olympia, etiam à nonnullis Olympionicæ inſcribuntur: ſic & Pythia Pythionicæ: quia hoc libro continentur encomia eorum qui in Pythijs victoriam adepti ſunt. Porrò Pythia, ſacri fuerunt ludi in honorem Apollinis inſtituti. Sic dicuntur vel à Pythone ſerpente quem Apollo interfecit, vnde Ouid.

*Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,*
*Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.*

vel ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι *putreſcere*, quia ibi occiſus ſerpens computruit: vel ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι *ſciſcitari*: quòd homines ſciſcitandi gratia conſulerent, adiréntqne Pythium Apollinem: vel à πυθὼ quæ eſt vrbs in Delphis ad Parnaſſum montem ſita. Hæc certamina apud Græcos fuêre celeberrima, multíſque annis ante Iſthmia inſtituta: & multò poſt Olympia. Non ſolùm autem apud Delphos celebrabantur: ſed ad horum imitationem etiam alijs in locis, vt apud Magnetes, Sicyonios, quorum Pindarica Scholia meminêre. Celebrari ſolebant ineunte vere, vt patet ex Dionyſij lib. de Situ orbis v. 527. idque ab omnibus Cycladum incolis,

Ῥύσια δ᾽ Ἀπόλλωνι χορεὺς ἀνάγουσιν ἅπασαι
Ἀρχομένου γλυκεροῦ νέον εἴαρος.

Omnéſque inſulæ quæ circa Delum fuerunt ludos pro illa Serpentis victoria inſtituerunt. Horum inſtitutionem nonnulli ad Apollinem referunt, Qui, inquit Ouid.

*Ne operis famam poßet delere vetuſtas*
*Inſtituit ſacros &c.*

Itaque occiſo ſerpente ſeptima ſtatim die ludos peregit: eíque nymphæ Parnaſſiæ ſua obtulêre munera. Cuius rei in memoriam, quòd nouem eſſent Muſæ, nono quoque anno eos ludos celebrari voluit. Verùm poſtea factum eſt vt quinquennijs ſingulis recurrerent. Nonnulli arbitrantur ab ipſo Serpente, qui cuſtos fuerit oraculi, etiam inſtitutos ludos. In his pancratio & quinquertio primùm ſeſe exercuerunt: quia fama eſt prima Pythiade in qua

certarunt Dij, viciſſe Caſtorem ſtadio, Pollucem pugilatu, curſu Calaim, armatum Zeten, diſco Peleum, lucta Telamonem, pancratio Herculem, qui pro præmio lauream coronam ab Apolline acceperunt. Deinde quadrigis exceptis, omnia quæ in Olympicis aderant athletarum ſtudia, in hæc certamina recepta ſunt: tandem etiam quadrigæ. Victoribus non ſemper eadem data præmia. Nam ante laurum æſculea frons dabatur, vt vult Ouid. 1. Metam.

*Hic iuuenum quicunque manu, pedibúſ-ue rotá-ue*
*Vicerat, æſculeæ capiebat frondis honorem:*
*Nondum laurus erat.*

Theſei verò temporibus hæc erat conſuetudo vt victores palma coronarentur. Eurylochus debellatis Cirrhæis conſtituit præmium pecuniarum. Græcum epigramma μῆλα præmium fuiſſe aſſerit. Hæc de Pythijs pauca præmitto. Vide de his Natalem Comitem. Quinque fuerunt partes certaminis authore Strabone. ἀνάκρυσις *præludium.* ἔμπειρα, *prima experientia.* κατακελευσμὸς ſpecies quædam cantus. Ιαμβος καὶ δάκτυλος. præterea σύριγγες quibus beſtiæ deficientis, & ad extrema ſibila moriendo ſe conuertentis, languor exprimebatur. Paulò aliter partes conſtituunt Græca ſcholia. Primam πεῖραν vocant, qua periculum certaminis cum ſerpente fiebat. 2. Iambum, propter conuicia quæ ante certamen Apollo pertulit. 3. Dactylum, propter Dionyſium qui primus oraculo præfuit. 4. κριτικὸν propter Iouem. 5. μητρῷον propter terram: huius enim fuerat oraculum. 6. σύριγμα, propter ſerpentis ſibilum.

# ΠΙΝΔΑΡΟΥ

## ΠΥΘΙΑ.

ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩ συρακουσίῳ ἅρματι.

ΕΙΔΟΣ. Α.

HIERONI AETNAEO Syracuſano curru victoriam adepto.

ODE. I.

## ARGVMENTVM.

*Hiero Syracuſanus tyrannus, in quem eſt & primum Olympiorum encomium, primo hoc Pythiorum carmine commendatur à victoria, liberis, patria, vita honeſta, aliiſque virtutibus. Præter quas Hieronis laudes, citharæ Muſicéſque commendationem addit: & pro ſuo more fabulas, hiſtorias, ſententias per digreſſionem interſerit.*

παράφρασις.

O eximia cithara, quam iure inuentionis Apollo, & iure communicationis Muſæ poſſident, vt ea comite & adiutrice ſuos cantus edant: cui tripudiantis chori greſſus geſtúſque obſequitur, inde lætitiæ ſuę ducens initium: cuius monitis excitati cantores

στροφὴ. κῶλ. ιβ.

Χρυσέα φόρμιγξ Ἀπόλλωνος, καὶ ἰοπλοκάμων
σύνδικον μοισᾶν κτέανον,
τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά.
πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,

μετάφρασις.

*Aurea cithara Apollinis, & nigrum capillitium habentium Muſarum conſona poſſeßio, quam audit quidem rhythmus lætitiæ initium: & parent cantores ſi-*

obſecundant, quum præ-tentatis pollice fidibus hymnorum choros du-centium proludia moli-ris: quæ trifulci fulminis inextinctum ignem, Iouis iram placans extinguis, & Iouis aui aquilæ oſcinum principi ſub eius ſceptro ſomnum concilias, quo fit vt remiſſis & laxatis vtrin-que velocibus alis dor-miat,

ἁγησιχόρων ὁπότ' ἂν προοι-
μίων
ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα,
καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεν-
νύεις
αἐνάου πυρός. εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰ-
ετός, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις,

*ſignis tuis quando choris præeuntium prooemio-rum preludia facis, & cuſpidatum fulmen ex-tinguis æterni ignis: dormitque ſub ſceptro Iouis aquila, velocem alam vtrinque la-xans,*

Ἱέρωνι Αἰτναίῳ. De Hierone Syracuſano diximus Ode prima Olympiorũ. Aetnæus hic cognominatur: quia cùm Catanen Siciliæ vrbem inſtauraſſet, Aetnæ vicino monti cognominem fecit, ſéque Aetnæum in certaminibus pro-clamari voluit. Fuit Catane Naxiorum vetuſtum ædificium, quod per Hie-ronem veteres incolas ſuperinductis alijs amiſit. Sed Hierone mortuo Cata-nenſes, qui adhuc ſupererant ex Naxiorum colonia, ſedes ſuas expulſis in-quilinis iterum occuparunt, ac Hieronis ſepulchrum ſolo æquarunt. Pulſi Aetnæi montana petierunt: Sinueſſam & ea loca Aetnæ montis inhabita-runt, oppido condito quod Aetnam dixère, quódque abeſt à Catana 80 ſta-dijs. Poſteris verò diuulgarunt hanc Aetnam eſſe cuius author & conditor fuerat Hieron. Strabo lib. 6. Syracuſanus à patria & ſede regni vocatur. Syra-cuſarum autem factus eſt princeps poſt mortem fratris Gelonis 85 Olympia-de, vt refert Schol. Sed reſtituendum puto 75. Nam vt initio 1. Olymp. obſer-uauimus 77 Olympiade eſt mortuus.

ἅρματι. Supple νικήσαντι. Curru vicit Hieron 29. Pythiade; ait Schol. quam victoriam hic celebrat poëta. At 26. & 27. celete. Tot annorum autem eſt Py-thias, quot Olympias.

χρυσέα φόρμιγξ. Exordium à citharæ laudibus conſultò ſumit, aureámque ap-pellat: vel vt Hieroni citharam illam auream quam promiſerat ipſi, in me-moriam reuocet: vel vt citharę præſtantiam denotet: nam aureus τίμιον ſignifi-cat, vt ſuperiori libro ſat oſtendimus.

Ἀπόλλωνος. Non ſine hiſtoriæ, vel fabulæ commemoratione, citharam Apol-linis poſſeſſionem appellat. Nam à Mercurio pro boum furto illam accepit. Imò illius inuentor fuiſſe creditur Apollo, vt Mercurius lyrę. Qua de re Ἠλιακ. 1. Pauſan. μετὰ δὲ τοῦτον, Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ βωμός ἐστιν ἐν κοινῷ, ὅτι Ἑρμῆν λύρας, Ἀ-πόλλωνα δὲ κιθάρας εὑρετὴν εἶναι Ἑλλήνων ἐστὶν ἐς αὐτοὺς λόγος. Hanc inueniſſe putatur Apollo, quum Admeti boues otij pertæſus cuſtodiret.

καὶ ἰοπλοκάμων. Hoc eſt μελανοπλοκάμων ſeu κυανοκόμων κτῆμα. σύνδικον μουσῶν. Occurrit ἰοπλόκαμος antiſtr. 2 Od. 6. Olymp. vide locum.

σύνδικον. Scholiaſtes exponit συνῳδόν. hoc eſt, *ſimul canentem*. Nam pulſata cithara cantum edit ſeu ſonum, cum quo vocis ſuæ modulationem coniungen-tes

tes Musæ & Apollo, συνωδὸν κτῆμα faciunt citharam. Exponit etiam σύνεργον. quia δίκη etiam vsurpatur pro βόπος, mos, consuetudo, vt apud Homerum Αὕτη γοι δίκη ἐστὶ Θεῶν. q. d. vnà consuetam possessionem. Etenim præeunte Apolline & citharam pulsante, Musæ canentes sequuntur. Putat autem Aemilius Portus σύνδικον metaphoricè vsurpari. Nam σύνδικοι propriè dicuntur plures patroni qui simul vnam eandémque causam in iudicio defendunt. Vnde per translationem σύνδικος dicatur *comes* & *adiutor*. Citharam autem comitem & Musarum adiutricem vocari censet, quia Lyricorum carmina à Musis dictata canebantur, ita vt cithara Musas, & poëtas, & cantores quodammodo comitaretur, & in sonis cantibúsque edendis adiuuaret. Κτέανον iam occurrit Olymp. 7.

τᾶς. Dor. pro τῆς. & artic. præposit. pro subiunct. ἧς, hoc est ἧς ἀκούει ὁ ῥυθμός. Itaque βάσις hoc loco pro ῥυθμὸς sumitur: vel quia modulorum concentus ad rythmum fingitur: vel παρὰ τὸ βαίνειν εἰς τὸν ῥυθμὸν τοῖς κρέκουσι τὴν γῆν τοῖς ποσί. Nonnulli τὴν τῶν χορδῶν κροῦσιν exponunt τὴν βάσιν; quia à cithara auspicantur Odæ: deinde saltatorum ita sequitur rythmus. βάσις exponitur *pes* χορευτῶν ab Aretio q.d. *tibi obsequitur, tuum cantum sequitur saltantium gressus*. Et certè saltationem ad citharæ cantum accommodat chorus.

ἀγλαΐας ἀρχά. Hoc est εὐφροσύνης ἀρχή. *Lætitiæ initium*: nimirum βάσις: nam tum quum tripudiat chorus, hilaritatem denotat. Ambigit autem Schol. vtrum βάσις sit ἀγλαΐας ἀρχή: an verò κιθάρα: ex quo etiam obscurum maneat, vtrum ἀγλαΐαν hoc est ἡδονὴν illam dicat quæ est in celebritatibus, qua lætantes omnes delectamur: an verò animi laxationem & lætitiam, an verò initia cantus & præludia.

πείθονται δ᾽. Transit ad citharæ vsum in Musica. Parent cantores eius signis: quia qui voce canunt, præcipienti vocis modum citharæ obsecundant. σάμασιν dixit Dor. pro comm. σήμασι. & hoc pro σημείοις. Citharæ σημεῖα intellige συνθέματα seu κελεύσματα id est ipsum *melodiæ accentum*, ad cuius ἄρσιν καὶ θέσιν sese vox canentis accommodat.

ἁγησιχόρων ὁπόταν. Notat quando citharæ sese accommodent cantores, nimirum quando præludia facit choros ducentium hymnorum. Ἁγησίχορος Dor. pro ἡγησίχορος. hoc est τοῦ χοροῦ ἡγούμενος. Et προοιμίων hoc est τῶν ὕμνων. Nam προοίμιον vt rectè annotat Aemilius Portus Thucydidem authorem citans, hoc vocabulum præter vulgatam prooemij significationem, interdum pro hymno accipitur. Verba Thucyd. hæc sunt Δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος: vbi Græca Scholia ἐκ προοιμίου exponunt ἐξ ὕμνου. ὕμνους γὰρ τὰ προοίμια ἐκάλουν.

ἀμβολάς. Per syncopen pro ἀναβολάς, ab ἀναβολή. Hic præter vulgatas significationes accipitur pro προαναφώνησις, προανάκρουσις. vnde deducta loquendi formula ἀναβολὰς τεύχειν, i. ἀναβολὰς ποιεῖσθαι. Quod vnico verbo dixit Homerus ἀναβάλλεσθαι Odyss. α.

Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

Ἀναβάλλεσθαι autem dicuntur, inquit Eustath. οἱ κιθαρίζοντες, pro προανακρούεσθαι seu

προοιμιάζεσθ, Dicunt Latini poëtæ, *chordas pollice prætentare*, vt apud Ouid. Metam. l. 5.

*Calliope querulas prætentat pollice chordas.*

Ergo ἀναβολὴ dicetur ipſa chordarum digitis facta prętentatio, quam vulgò *proludium* & *proluſionem* appellant, & quidam *præcentionem* i. *cantus prooemium.*

ἐλελιζόμβυα. Dor. pro ἐλελιζόμβυη. hoc eſt διακινουμβύη. Hic præter alias ſignificationes vſurpatur ἐλελίζειν pro λείως κινεῖν, *leuiter mouere, pulſare.*

αἰχματὰν. Dicendum fuiſſet σβεννύης ἀέναον πῦρ αἰχμητῦ κεραυνῦ. Porrò Dor. & poët. eſt αἰχματὰς, *cuſpidatus, cuſpide munitus*, Epitheton fulminis quod apud poëtas *Iouis telum appellatur*, vt Ol. 10. Od. πυρπάλαμον βέλος, quem locum conſule.

ἀενάυ. hoc eſt ἀσβέςου. Nam authore Schol. propriè ἀέναος de quo vide Ol. 14. in ἀέναον τιμὰν, dicitur de aquis: nunc impropriè & καταχρηστικῶς de fulmine pro ἄσβεςος. Virgil. dicit *æternum ignem.* Ergo Muſica facit vt Iupiter iracunda ponat fulmina, hoc eſt, numinis iram placat.

εὕδει δ'. h. e. καθεύδει ὑπὸ τῷ σκήπτρῳ. Doricum eſt σκᾶπτον pro σκῆπτρον. Commendat ab effectu erga bruta quæ cantus dulcedine capiuntur.

ὠκεῖαν πτέρυγ'. Elegans pathos dormituræ aquilæ, quæ alas vtrinque demitteret. χαλάξαις autem eſt particip. Dor. & Aeol. pro χαλάσας Aor. 1, ἐχάλασα. Dor. σ. mutatur in ξ. & Aeol. interſeritur ι.

Παράφρασις.

quum nubem obſcuram ſoporis, ſuper aduncum eius roſtrum, qua ſuauiter clauduntur palpebræ, oculis affudiſti. Tum verò illa dormiens, diffuſu facile & flexibile dorſum attollit, tanquam tuæ harmoniæ iaculis ſuperata & oppreſſa. Quinetiam Mars violentus, ac proinde viri fortiſſimi, depoſitis quandoque aſperis acutíſque armis, tui concentus voluptate animum recreant: Imò Dij ipſi boníque genij vitæ noſtræ auſpices & comites tuæ melodiæ dulcedine capiuntur, cuius authores ſunt Latonæ filius Apollo, pulchræque Muſæ canendi peritia inſignes, & ſcientiarum profunditate admirabiles.

Ἀντιστρ. κώλ. ιβ.

ἀρχὸς οἰωνῶν. κελαινῶπιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν
ἀγκύλῳ κρατὶ βλεφάρων
ἁδὺ κλαῖστρον κατέχευας. ὁ δὲ κνώσσων
ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
ῥιπαῖσι κατασχόμενος. καὶ γὰρ βιατὰς ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
ἐγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν
" κώματι. κῆλα δὲ καὶ
" δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί
" τε Λα-
" τοίδα σοφίᾳ, βαθυκόλ-
" πων τε Μοισᾶν.

Μετάφρασις.

*dux auium: nigrámque nubem, palpebrarum ſuaue clauſtrum, ſuper aduncum eius roſtrum infundis: atque illa dormiens humidum dorſum attollit tuis miſsilibus delinita. Quinetiam violentus Mars aſperam ſeorſum linquens haſtarum cuſpidem oblectat cor voluptate. Denique carminum illecebræ Deorum quoque demulcent mentes, cum Latoidæ ſapientia, & profundos ſinus habentium Muſarnm.*

ἀρχὸς οἰωνῶν. Hoc eſt ὁ τ͂ ὀρνέων βασιλεύς. Nam apud augures inter aues oſcines & auguratrices imperium obtinet aquila: de qua vide vltima ſtropha 2. Od. Olymp. Porrò eſt in his aquilæ periphraſis, & hæc cum ſuperioribus cohærent.

κελαινῶπιν νεφέλαν. Periphraſis ſomni, Etenim ſenſus obſoporati obſcura omnia reddunt corpori, vt nubes atra aëri obſcuritatem interdiu inducit. Κελαινῶπις eſt fœmin. à maſcul. κελαινώπης. Dicitur & κελαινώψ. à κελαινὸς niger, & ὤψ. aſpectus νεφέλαν Dor. pro comm. νεφέλην.

ἐπὶ. Conſtruendum eſt cum ἀγκύλῳ κρατί. Caput aduncum vocat propter roſtrũ. Capitis verò mentionem facit quia eſt principium motus & ſenſus qui inter dormiendum quieſcunt. Synecdochen obſeruat Schol. κρατὶ pro ῥινὶ.

βλεφάρων ἁδὺ κλαϊστρον. Altera ſomni periphraſis ſumpta ἀπὸ τοῦ πάθους. Nam ferè omnibus dormientibus clauduntur oculi. ἁδὺ Dor. pro ἡδὺ. κλαϊστρον Dor. & Aeol. pro comm. κλεῖθρον à verbo κλείω claudo. Latini Clauſtrum à κλαϊστρον deduxiſſe videntur.

ὁ δὲ κνώσσων. Hypotypoſis dormientis aquilæ, quia ſitum habitúmque denotat. Solet autem in auibus dormientibus dorſum eſſe eminentius, reliquis corporis partibus contractis aut demiſſis. ὑγρὸν appellat dorſum, quoniam εὐδιάχυτον h.e. diffuſu facile: ſiquidem dormienti attollitur, eminétque. αἰωρεῖ autem magis poëticum eſt, pro quo dicas oratione proſa, ἐπαίρει.

τεαῖς ῥιπαῖσι hoc eſt τοῖς σοῖς βέλεσι. Et hoc pro τοῖς σοῖς μέλεσι θελγόμενος. Porrò τεαῖς Dor. pro σαῖς. & ῥιπαῖσι pro ῥιπαῖς.

καὶ γὰρ βιατάς. Dor. pro βιατὴς & poët. pro βίαιος. violentus, qui in rebus agendis vtitur vi. Interdum in bonam partem accipitur pro fortis, generoſus, vt Olymp. Od. 9. νόον Πατρόκλου βιατάν. Sic & Pyth. 6. Αντίλοχος βιατάς. Per Martem metonymicè intelligito viros bellicoſos, qui Muſicæ ſuauitate capiuntur, qualis Achilles Homeri, qui rapta ſibi Briſeide, poſthabito prælio Muſica ſe oblectat. Porrò καὶ γὰρ cauſale non eſt hoc loco, ſed ſignificat, quinetiam, ſicuti Od. 1. Nem. ant. 3. καὶ γὰρ αὐτά.

τραχεῖαν ἐγχέων ἀκμάν. Hoc eſt δριμεῖαν τραχεῖαν ἀκωκὴν. Idque periphraſticè pro τ͂ πόλεμον. Deinde ἰαίνει κώματι hoc eſt εὐφραίνει θέλγματι. vide Ol. Od. 2. antiſtr. ſimilem vſum verbi ἰαίνω in ἰανθεὶς ἀοιδαῖς.

κώματι. Hoc eſt θέλγματι τ͂ κιθάρας. Κῶμα autem propriè eſt marcor, ſeu veternus, dictum quaſi κοίμημα per ectaſin, & ſyncopen à κῶ quod ſignificat κεῖμαι. Eſt κῶμα ὁ ἐκ τοῦ ὕπνου κάρος. Galenus initio comment 1. εἰς τὸ προῤῥητικὸν, ſcripſit ſe in libello περὶ κώματος multis teſtimonijs demonſtraſſe Hippocratem omnem καταφορὰν appellare κῶμα. Sunt qui vocem hanc à κωμάζειν deducant: quoniam οἱ κωμάζοντες in hunc morbum facilè incidunt, ob crapulam. Metaphoricè autem ſumitur pro magna voluptate, quæ ſic animos demulcet, vt in profundum ſomnum pertrahat, vt hoc loco accipiendum κῶμα pro voluptate profundum ſomnum conciliante.

κῆλα. Per ſyncopen dictum pro κηλήματα. Deducitur κήλημα à κηλέω demulceo. hìc expone κῆλα cum Schol. τὰ θελκτικὰ τ͂ μουσικῆς πάθη; ſeu τὰ ὑπὸ τ͂ μουσικῆς θέλ-

χματα. Porrò Homerus κῆλα vocauit τόξικα βέλη, in his τὰ δ' ἐπῴχετο κῆλα Θεοῖο. Et Eustath. κῆλον interpretatur τὸ βέλος, & propriè τ͂ τοῦ βέλους ἄβακτον ipsum teli ligni à nomine ξύλον verso α in η. Quod cùm ita sit, ῥητικῶς & ἀλληγορικῶς accipi potest pro carminibus poëtarum, quæ telorum instar hominum & Deorum mentes penetrant, adeò vt eas doment, & suauitate delinitas detineant, vt hîc accipi videtur.

δαιμόνων. Hoc est τ͂ Θεῶν. Aretius autem bonos spiritus, bonos-ue genios putat hîc intelligendos: quia de malis à contrario paulò pòst loquitur, vt qui Musicā auersentur. Sed de Dijs in genere accipiendum putem. Nam vt ait Horat.

*Carmine Dij superi, placantur carmine manes.*

Et vt testatur Ouid. de Orpheo neruos ad verba in inferis mouente vt Eurydicen impetraret,

*Nec regia coniux,*
*Sustinet oranti, nec qui regit ima negare:*
*Eurydicenq; vocant.*

ἀμφί τε. Hoc est περί τε σοφίᾳ τοῦ Ἀπόλλωνος. Porrò Λατοΐδα. Dor. genit. pro Λατοΐδου. à Λητὼ quæ dicta est mater Apollinis. Μοισᾶν Dor. pro μουσῶν. Musas βαθυκόλπους meritò appellat ob scientiarum profunditatem, & multiplicem difficultatem. Sic Thetin βαθύκολπον ob maris profunditatem Theocritus vocat 17. Idyll. Vocabulum hoc propriè repræsentat mammosas illas mulieres, quę cùm vastas mammarum moles in sinu prominentes habeant, sinum profundum habent, ut alti montes profundas valles. Eustath. ait barbaras mulieres ab Homero passim tali epitheto insigniri.

παράφρασις.

Contrà verò quæcunque Iupiter in terra marísque odit, ac proinde quiuis impro-bi, suaues Musarum cantus oderunt & auersantur, eorúmq; nulla delectatione recreantur: sed potiùs ijs turbātur expauefacti. Qualis gigas ille cēticeps Typhœus, Deorū hostis, qui in horribili Tartaro prostratus iacet, quē olim celebre factum flagitijs ipsius Typhoneum Ciliciæ antrū aluit: & qui nunc in Sicilia sepultus est, & in littore Siculi maris quod Cumam alluit, villosum pectus oneris mole oppressum habet, imò & sub Aetna monte altissimo, perpetuísque niuibus frigidissimo detinetur.

ἐπῳδ. κῶλ. ιε.

ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεύς, ἀτύζονται βοὰν
Πιερίδων ἀΐοντα, (κετον.
γᾶν τε, καὶ πόντον κατ' ἀμαιμά-
ὅς τ' ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ κεῖ-
ται Θεῶν πολέμιος,
Τυφὼς ἑκατοντακάρανος, τόν
ποτε
Κιλίκιον θρέψε πολυώ-
νυμον ἄντρον· νῦν γε μὰν
ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄ-
χθαι,
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
στέρνα λαχνάεντα· κίων
δ' οὐρανία συνέχει,
νιφόεσσ' Αἴτνα πανέτης
χιόνος ὀξείας τιθήνα.

μετάφρασις.

*At quæ non amat Iupiter, turbantur quū vocem Pieridum audiunt, per terram atq; per mare vastū. Quiq; in horrēda Tartaro iacet Deorū hostis Typhœus centiceps, quem olim Ciliciū educauit multi nominis antrū. At nunc & littora quæ sunt super Cumas mare coërcentia, Siciliáque eius premit pectora hispida, columnaq; cœlestis cohibet niuosa Aetna per totum annum niuis acutæ nutrix.*

ὅσσα δ' μὴ. Commendationes ſuperiores Muſicę, ab eius natura fuerunt petitæ. Nunc aliam à contrario petitam proponit. Nimirum quòd ij qui Deo ſunt inuiſi ipſam auerſentur. Improbi autem illi ſunt quos Deus odit. Proinde improbi Muſicā auerſantur. Hæc ait vt ad audiendum parati ſint auditores q. d. ὅσα δ' μήτε κτ' γῆν, μήτε κτ' θάλασσαν ἄπειρον φιλεῖ ὁ Ζεὺς, ἀποστρέφονται καὶ ταράττονται ὅταν ἀκούωσι τὴν ᾠδὴν τῶν μουσῶν. Porrò ὅσσα geminato σ: pro ὅσα. Enallage temporis notanda in πεφίληκε, quod eſt præteritum pro præſenti φιλεῖ.

ἀτύζονται. Poëticè pro ἀποστρέφονται. γᾶν. Dor. pro γῆν. De voce ἀμαιμάκετος vide Lexica. Interpretari poſſis hìc ἀτύζεσθαι, ταράττεσθαι, θορυβεῖσθαι & ſimilia.

ὅς τ'. Exemplo Typhœi argumentum illud à contrario ſumptum confirmat. αἰνᾷ. Dor. pro αἰνῇ Hic Schol. mutationem generis maſculini in fœmininum annotat. In plurali τὰ τάρταρα. in ſingulari ὁ τάρταρος dici ſolet. Qui Τυφὼς à Pindaro, Τυφωεὺς ab Homero vocatur. Additur epitheton ἑκατοντακάρανος pro ἑκατοντακάρηνος ex ἑκατὸν *centum*, & κάρα ſeu κάρηνον *caput*. Od. 4. Ol. dicitur ἑκατογκεφάλας: quem locum cum hoc cōnfer. Capitum certus numerus Typhoni tribuitur pro incerto, πολυκέφαλος ergo ſonat illud epitheton. Θεῶν πολέμιος, quia γιγαντομαχίας fuit particeps, vide Horat. l. 3. Carm. Od. 4. Ouid. 5. Metam.

τὸ Articulus præpoſit. pro ſubiunct. A patria Gigantem deſcribit, innuitque illum eſſe ex Cilicia oriundum. Antri antem Cilicij mentionem facit Mela l. 3. *Tertius*, inquit, *ſpecus eſt, quem Typhoneum vocant, ore anguſto, & multum (vt experti tradidere) preßus, & ob id aßidua nocte ſuffuſus, neque vnquam perſpici facilis. Sed quia nunc demiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura fabuláque memorandus.* Pindarus antrum hoc πολυώνυμον. i. πολυθρύλλητον dicit propter Typhonem à quo propter inſignia eius facinora celebre redditum eſt.

νῦν γε μάν. A ſepultura Typhœum deſcribit. Sepultus eſt in Sicilia ſupra Cumam. Scribit autem Strabo vniuerſum tractum à Cumis in Siciliam vſque, Aetnámque & Liparenſes Inſulas, Puteolanum, Neapolitanum, & Baianum agrum, Pithecuſáſque inſulas, quaſdam profundas, & in vnum coëuntes ſub ſe ſolitas habere cauernas, quæ in Græciam quoque porrigerētur, in quibus multa vis ineſſet ſulphuris. Idcirco quibuſdam temporibus cùm ſubterraneis ventis ſpirantibus, terræ motus in ijs locis frequentes fierent, & flammarum feruentiúmque aquarum profluuia, ignı́ſque exhalationes, & cineres cum fauillis longiùs emitterentur, fabulati ſunt veteres Typhonem illum Aegypti tyrannum, perpetuo ſupplicio damnatum ſub ijs locis iacēre: qui quoties mouerctur, ignes & cineres eructaret, terráſque concuteret. Hæc autem non ſolùm de ſepulchro illius Gigantis dicuntur: ſed loci illius naturam denotant. De qua in ſequenti ſtropha.

ταί θ' ὄχθαι. *Littora* propriè interpretamur: quia maris Siculi Cumam alluentis habenda eſt ratio. Impropriè autem poëta mari ὄχθην tribuit: nam dicitur propriè de fluuio. αἰγιαλὸς verò de mari. Quanquam aliquando non tam ſtrictè iſtud obſeruatur. ἁλιερκέες ὄχθαι dicuntur quaſi τὸ ἁλὸς ἕρκος οὖσαι. καὶ τὸ ἅλα ὡς ἕρκει τινὶ κωλύουσαι καὶ συνέχουσαι. Etenim littora ſunt inſtar ſepti cuiuſdam à quo

mare,ne exundet,intra ſuum alueum continetur. Vide παῖδ' ἀλιερκέα Od.8.Ol. ſtropha.2.

Κύμας. Dor. pro Κύμης. Intellige Cumam illam quæ eſt Inſula Siciliæ oppoſita. Sex autem Cumæ numerantur apud authores, teſtè Stephano. Prima Aeolis Heſiodi patria. Secunda quæ Phryconitis & Lesbos appellatur: tertia Italiæ: quarta Elidis: quinta Eubœæ: ſexta quæ Siciliæ adiacet: de qua hîc ſermo. Cæterùm alij non in Sicilia ſepultum Typhonẽ aiunt: ſed ſub Bœotiæ mõte iacêre dixerunt: alij in Phrygia: alij in Lydia. Omnium optimè ſentit Artemon hiſtoricus, quando montem omnem qui flammas exhalat, à Typhone incenſum dici putat: nam τύφειν eſt καίειν.

κίων δ' οὐρανία. Periphraſis Aetnæ, quæ columna cœleſtis vocatur, quòd ſit mons οὐρανομήκης. Deſcribitur ab altitudine, & niuium rigore. νιφόεσσα πάνετες. Hoc eſt κατὰ πᾶσαν τοῦ ἔτους ὥραν χιονιζομένη: quales multi montes, qui media etiam æſtate, & ſub feruentiſſimo ſole niuibus obruti manent. πάνετες aduerbium poëticum ſonans κατὰ πᾶν ἔτος. Ambiguum putat vtrum ad niuem hoc referri debeat Schol. an verò ad Typhonem, qui in æternum ibi detinendus fingitur. De niue intelligendum arguit verborum ſeries.

Αἴτνα. Dor. pro Αἴτνη. & τιθήνα. Dor. pro τιθήνη, hoc eſt τροφὸς, *altrix*. & ὀξείας χιὼν nuncupatur ob acre ipſius frigus: & quia qui niuem contrectant, quiddam ijs qui punguntur, ſimile ſentiunt.

παράφρασις.

Cuius ex penetralibus, imísq; receſſibus, ignis inacceſſi & copioſi fontes puriſſimi ſcaturiunt, & eiectãtur. Hinc eiuſdem ignis fluuij perennes interdiu quidem ardentis fumi vortices agglomerant: noctu verò rutila flamma liquefactorum ſaxorum fragmenta vehementi cum ſtrepitu in mare profundum deuoluit. Tum etiam ſerpens ille Typhon maximè horrendos eiectat ignis gurgites. Quare res eſt viſu portentoſa, & ex illis qui illac tranſeundo viderunt, auditu miranda,

στροφὴ β. κῶλ. ιβ.

τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται
ἐκ μυχῶν παγαί. ποταμοὶ
δ' ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον κα-
πνοῦ
αἴθων'. ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέ-
τρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βα-
θεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πα-
τάγῳ.
κεῖνο δ' Ἀφαίστοιο κρουνοὺς ἑρ-
πετὸν
δεινοτάτους ἀναπέμ-
πει. τέρας μὲν θαυμάσιον προσ-
ιδέ-
σθαι, θαῦμα δὲ καὶ παρεόν-
των ἀκοῦσαι,

μετάφρασις.

*cuius ex penetralibus eructantur inacceßi ignis purißimi fontes. Fluuij autem ignis interdiu quidem effundunt vorticem fumi ardentem: ſed noctu rutila flamma volutata ſaxa in profundam maris planitiem defert cum vehementi ſtrepitu. Illud autem Vulcani reptile gurgites valdè horrendos eiectat. Prodigium quidem admirabile viſu, miranda verò res & ijs qui audiunt ab illis qui tranſierunt,*

τοῦ ἐρεύγονται. Digreſſio ad miracula montis Aetnæ. Primum quòd inde fontes ignis ſcaturiant copiosè. τοῦ Dor. pro ᾧ pro ſubiunct. ἧς quod eſt iungendum cum ἐκ μυχῶν. In ἐρεύγονται notanda metaphora ſumpta à ventriculi ſubuerſione: quare dicitur pro ἀναδίδονται, ἀναφυσῶνται. vnde 5. *Metam. flammamq́; fero vomit ore Typhœus.*

ἀπλάτου. Hoc eſt vel πολλοῦ, ἀπείρου. vel ἀπροσίτου ſeu ἀπροσπελάστου, vel pro vtroque ſumitur. Nam inacceſſus eſt ignis, multúque eo ex monte eructatur. De voce hac ἄπλατος & ἄπλητος vide Lexica.

ἁγνόταται παγαί. Fontes ſic appellantur ab effectu ignis qui eſt ἁγνιστικὸς: vel propter vim ſulphuris quæ ibi eſt. Nam ſulphure fiebant purgationes, vnde Homerus ὄφρα θεειώσω μέγαρον. *vt repurgem domum.* Porrò παγαὶ Dor. pro πηγαί. Fontes dicuntur propter ἀνάδοσιν τοῦ πυρός. Quia ignis Aetnæi eruptio fit ſurſum verſus: ſicuti accidit in fontibus.

ποταμοὶ δ'. Obſerua hic αὔξησιν: ex illis fontibus, fiunt ignis fluuij: vnde interdiu fumus tantùm, noctu ſplendens ignis cernitur. Nam maior lux diei minorem ignis obſcurat. Dicit autem Hermogenes de Aetna ὅτι πυρὸς ῥύακας ἔχει *profluuia ignis habere.* Fortè autem καπνὸν pro igne ſumit Pindarus vt 1. Nem. ὕδωρ καπνῷ φέρειν ἀντίον.

ἀμέραισι Dor. & poët. pro ἡμέραις, & hoc pro καθ' ἡμέρας. προχέοντι Dor. pro comm. προχέουσι. ῥόον, hoc eſt δίνησιν καπνοῦ. Seruius in 1. Georg. Virg. *Aetna mons Siciliæ*, inquit, *non fumum, ſed flammarum egerit globos.*

ἐν ὄρφναισι Dat. poët. pro ὄρφναις. Hoc eſt κατὰ νύκτας. Primo autem Geor. Virgil. ſaxa volui ab hoc monte afferit, & flammas egeri quum canit hunc in modum,

*Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam*
*Flammarumq́; globos, liquefactaq́; voluere ſaxa.*

Hac de re videte verſus qui extant Gellij lib. 17. c. 10.

φοίνισσα φλόξ. Hoc eſt ἐρυθρά. Fœmininum hoc fit vel à maſcul. φοίνιξ hoc eſt φοινίκεος: vt ab ἄναξ, ἄνασσα, vel à φοινίσσω *rubefacio*, vt ἄνασσα ab ἀνάσσω.

ἐς βαθεῖαν. Hoc eſt εἰσωκεῖ τῇ παρακειμένῃ θαλάσσῃ. Metaphoricè πλάκα πόντου *maris æquor*, ſeu *planitiem*, appellat. Eſt πλάξ *tabula* vel lapidea, vel ex alio metallo conflata.

κεῖνο. Pro ἐκεῖνο. Αφαίστοιο. Dor. & Ion. pro Ἡφαίστου hoc eſt πυρός: per ἑρπετὸν intellige τὸν Τυφωέα. & κρουνοὺς à fluuijs tranſlatè dici puta: vt ſit hic ſenſus, ὁ δὲ Τυφὼν ἑρπετὸν ἀναδίδωσι κρουνοὺς πυρὸς δεινοτάτους: vnde, vt iam antè ex Ouidio dictum, *Flammam fero vomit ore Typhœus.* ἑρπετὸν dicitur fortè quia, vt ſcribit Strabo l. 16, quidam putarunt Typhonem non hominem fuiſſe, ſed ſerpentem. Cur autem ſerpentem eſſe exiſtimarint vide in Mythologia Natalis Comitis, vbi & plura de hac fabula collecta extant.

τέρας μὲν θαυμάσιον. Exclamatio in rem portentoſam oratione proſa dicas, θαυμαστὸν ἰδεῖν, καὶ ἀκούειν τῶν ἐν παρόδῳ ἐωρακότων.

παράφρασις.

quo pacto monſtrum illud eſt illigatum imis radicibus, ſummíſque montis Aetnæ cacuminibus, quæ obſcura ſunt arborum denſitate: quóque pacto ſtratus lectus totum dorſum inclinatum lancinat & pungit. Vtinam tibi placeamus, tuáque beneuolentia fruamur Iupiter qui in hoc mõte coleris, Siculæ regionis fœcundæ parte frontis inſtar conſpicua. Cui quidem cognominem fecit vrbem vicinam Hiero, quum Catanẽ amplificatam, multíſque ædificijs recens decoratã nouo nomine Aetnam appellauit. Vnde præco, denuntians egregiam illius victoriam, quam curruli certamine in Pythijs eſt adeptus, eius mentionem fecit, & victorem ab ea Aetnæum cognomento pronunciauit.

ἀντισ. κῶλ. ιβ.

οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς,
καὶ πέδῳ. στρωμνὰ δ' χαράσ-
σοισ' ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον
κεντεῖ.
εἴη Ζεῦ, τὶν εἴη ἀνδάνειν,
ὃς τοῦτ' ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο
γαί-
ας μέτωπον. τοῦ μὲν ἐπωνυ-
μίαν
κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανε πό-
λιν
γείτονα. Πυθιάδος
δ' ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν
ἀγ-
γέλλων Ἱέρωνος ὑπὲρ
καλλινίκου

μετάφρασις.

*qualiter Aetna in nigrifrondibus ligatus eſt cacuminibus & ſolo, cubiléque vellicãs totum dorſum inclinatum pungit. Contingat Iupiter, contingat tibi placere, qui hunc regis montem, fertilis terræ frontem, cui cognominem inclytus conditor decorauit vrbem vicinam. Pythiadíſque in curriculo præco proclamauit ipſam, nuntium afferẽs ſuper egregij victoris*

οἷον. Cohæret cum ſuperioribus, nec opus eſt vt οἷον iſtud pro τοῖον ſumatur, quod ſatis indicat ſeries textus, quãquam ita ſentit Aretius, & dicit οἷον eſſe pro τοῖον *tale*, vel *ſic* οὕτως. Ego potiùs pro ὅπως ſumo.

μελαμφύλλοις. Hoc eſt πολυδένδρεσι. Denſitas autem & multitudo arborum obſcuram reddit ſyluam. μελάμφυλλος, ὁ μέλανα φύλλα ἔχων, ab effectu dicitur hoc loco: nam virides ſunt frondes: ſed propter denſitatem nigrum reddunt, *hoc eſt*, obſcurum locum. Quidam putant cacumen Aetnæ montis nigrum appellari, ob fumum qui ex ſulphureis cauernis in ſummum verticem aſcendit. At prior ſententia eſt probabilior.

δέδεται κορυφαῖς. Quæritur quomodo dicat poëta eundem Typhonem vertici Aetnæ alligari ſimul, & ſub ea iacêre. Reſpondetur quia ab eius quidem dorſo Aetnæ ſolum tangitur, Aetna verò pectori eius impoſita eſt, quæ vinculi & funis inſtar medium ipſum coërcet.

στρωμνά. Dor. pro στρωμνή. Item χαράσσοισα pro χαράσσουσα hoc eſt ἐπιξύουσα, ἐπινύσσουσα. Item ποτικεκλιμένον habet Dor. ποτὶ pro πρὸς. Senſus autem hic eſt, τὸ δ' ὑποστρωμένον ἔδαφος κεντρῶδες νύσσει τὸ τοῦ Τυφῶνος νῶτον. Punctionis huius cauſa eſt impoſitum onus à quo premitur & grauatur.

εἴη Ζεῦ. Hactenus laudes citharæ, & digreſſionem ad Typhœi fabulam abſoluit. Iam verò ad Hieronis laudes tranſiturus, idonea inuocatione viam ſibi patefacit;

tefacit, qua ſenſim à prima parte de citharæ laudibus, ad ſecundam de Hieronis encomio ſe confert. Cæterùm poëta narratis Typhœi pœnis, quaſi metu perculſus à Ioue petit facultatem ipſi placendi, vtque beneuolentiam impertiat. τὶν ἁνδάνειν hoc eſt σοὶ ἀρέσκειν.

ὄρος. Intelligit τὴν Αἴτνην. εὐκάρποιο Ion. pro εὐκάρπου. & μέτωπον hoc eſt πρόσωπον. Duo hîc declarantur, Iouem in Aetna fuiſſe cultum, & fertilem fuiſſe Siciliam. Metaphoricè verò ſumpta tranſlatione ab animantibus, montem illum, terræ frontem appellat: ſiue διὰ τὸ ἐπιφανὲς, ſiue διὰ τὸ ὕψος.

τοῦ μὲν. Hoc eſt οὗ μὲν ὄρους τὴν ὁμώνυμον πόλιν Αἴτνην ὁ ἔνδοξος οἰκιστὴς Ἱέρων ἐδόξασεν. Vrbem Catanen amplificauit Hieron, & à vicino monte Aetnam cognominauit. Vide quæ in titulum Odæ diximus.

ἐπωνυμίαν. Hanc vocem explicatam habes Epod. 4. Od. 10. Olymp. in ἐπωνυμίαν χάριν.

Πυθιάδος δ᾽. Laus Hieronis à Pythica victoria, in qua primum Aetnæus eſt à præcone proclamatus Hiero. q. d. κατὰ δὲ τὰ Πύθια ὁ κήρυξ τὴν αὐτοῦ δι᾽ ἅρματος νίκην ἀγγέλλων, αὐτὴν ὡς Ἱέρωνος οὖσαν ἀνεκήρυξε.

καλλινίκου. Conſtruendum cum præcedenti Ἱέρωνος. Hiero autem καλλίνικος appellatur, ὁ καλῆς νίκης τυχών. Sic & Od. Pyth. vndecima vſurpatur, τὰ μὲν ἅρμασι καλλίνικοι πάλαι. vide initio Od. 9. Olymp. alium huius vocis vſum.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιε. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| " Quemadmodum autem nauigantibus gratiſſimum eſt, quum primum mari ſeſe committunt, ventis frui ſecundis, vt citò tutóque ad optatam ſedem & ſtationem deferantur. Et ex læto ſuſceptæ nauigationis principio, ſpem fauſti reditus concipiunt. Sic etiam ego primum hunc Aetnæ nouæ vrbis ſucceſſum celebrans, quum eius conditor Pythicam victoriam reportauit, ex hoc fœliciprincipio ſpem fœlicis progreſſus concipiens, dico ipſam in poſterum etiam victorijs & coronis illuſtrem fore, & ſacris conuiuijs, vbi Muſicę melos vſurpatur, celebrem. Quod vt conſequi poſſit, ô Lycie, ô Deli rex, & qui Parnaſſi fontem Caſtaliũ amas Apollo, regionem hanc viris fortibus, huius meæ precationis memor, inſtruere velis. | ἅρμασι. ναυσιφορήτοις<br>δ᾽ ἀνδράσι πρώτα χάρις<br>ἐς πλόον ἐρχομένοις, πομ-<br>παῖον ἐλθεῖν οὖρον. ἐοικότα<br>γὰρ<br>κἂν τελευτᾷ φερτέρου νόστου<br>τυχεῖν. ὁ δὲ λόγος<br>ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν<br>φέρει,<br>λοιπὸν ἔσσεσθαι στεφάνοι-<br>σιν, ἵπποισίν τε κλυτὰν,<br>καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομα-<br>στάν.<br>Λύκιε, καὶ Δάλοιο ἀνάσσων<br>Φοῖβε, Παρνασσοῦ τε κράναν<br>Κασταλίαν φιλέων,<br>ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ<br>τιθέμεν, εὔανδρόν τε χώραν. | curribus. Viris autem qui manibus vehuntur, præcipuum gaudium nauigatio-num auſpicantibus deductorium venire ventum. Veriſimile enim aſt, & in fine meliorem reditum conſequuturos. Mea autem oratio his ſucceſſibus gloriam affert, dicens in poſterum futuram eſſe coronis, & équis inclytam, & inter dulciſona conuiuia celebrẽ. Lyciè, Delíque imperiũ obtinens Phœbe, Parnaßique fontem Caſtalium amans, velis hæc animo mãdare, & bene inſtructam viris regionem. |

ναυσιφορήτοις. Hoc est ὡς τοῖς διὰ νηὸς φερομένοις, καὶ πλόου ἀρχομένοις ἡδονὴ πρώτη οὔριον ἄνεμον ἐπιπνεῦσαι ἐπειδὰν εἰκὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀγαθῆς ἀρξάμενον, τοῦτον καὶ τέλους ἀγαθοῦ τεύξεσθαι. οὕτως ἐγὼ τὴν Αἴτνην ἐπὶ ταύτῃ πρώτῃ συντυχίᾳ ἐγκωμιάζων, λέγω ὅτι καὶ μετέπειτα γενήσεται νίκαις καὶ θαλίαις ἔνδοξος. Elegans est hæc comparatio à nautis petita. Qua significare vult poëta negocij præclarè inchoati præclarum esse finem: ita vt spem concipiat fore vt noua vrbs Aetna, cùm tam citò ex quo fuit condita, gloriam sit adepta propter insignem sui conditoris victoriam, in posterum etiam celebris reddi pergat, & fortuna prospera vtatur. Huic sententiæ respondet illa Sophoclis manifestior.

> Ἔργου δὲ παντὸς ἥτις ἄρχεται καλῶς,
> Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκὸς ἔσθ' οὕτως ἔχειν.

& hæc Plauti,

> *Atque ædepol ferme vt quisque rem accurat suam*
> *Sic ei procedit post principia.*

Attamen non ita semper accidit, vt experientia quisque videt comprobatum. Nam læti initij tristis finis, tristis initij contra lætus finis obseruatur quandoque. ναυσιφόρητος, dicitur poët. pro ναυσὶ φορούμενος.

πομπαῖον οὖρον. Ventus secundus πομπαῖος appellatur ἀπὸ τοῦ πέμπειν, quia nauigantes deducit quò volunt peruenire. Aliàs πομπαῖος est Mercurij cognomen, quòd animas deducat ad inferos.

ἐοικότα. Enallage numeri pro ἐοικός. & κἀν. pro καὶ ἐν. τελευτᾷ Dor. pro τελευτῇ.

ὁ δὲ λόγος. Applicatio similitudinis, vt antè in Græca prosa explicauimus, itē in paraphrasi. Porrò συντυχία hoc loco pro εὐτυχία. Aliàs est μέσον vocabulum, & casum quemlibet significat, tam bonum quàm malum, ἔσσεσθαι geminato σ. metri causa. στεφάνοισιν, & ἵπποισιν, addito in fine ιν. dat. plur. κλυτὰν Dor. pro comm. κλυτὴν & ὀνομαστὰν pro ὀνομαστήν. Appellat autem θαλίας εὐφώνους propter Musicam in conuiuijs vsurpari delectationis causa solitam.

Λύκιε καί. Apostrophe ad Apollinem κατ' εὐχήν, in qua epithetorum congeries: Lycius, à Lyciæ regione: Deli rex, vnde Delius, quia ibi in lucem editus: Castalij fontis amans, quia sacer illi Musisque iste fons. Δάλοιο Ion. & Dor. pro Δήλου, & Παρνασσοῦ Dor. pro Παρνασσοῦ. κράναν Dor. pro κρήνην.

ἐθελήσαις. Hoc est ἐθελήσαις ταῦτα ἃ εὔχομαι τῷ σῷ νόῳ τεθῆναι, καὶ τὴν χώραν εὔανδρον ἀποτελεῖν. Ergo quoniam hanc spem futuræ fœlicitatis concepit, neque spei cōpos sine numinis ope fieri potest, Apollinem inuocat, & rogat vt eius vrbis quam condidit Hiero sit memor: fortésque regionis reddat incolas, cùm sine ea virtute speratam à poëta gloriam consequi nullo pacto queant. τιθέμεν Ion. & Dor. pro τιθέναι quod cum νόῳ est iungendum: & ἀπὸ κοινοῦ cum εὔανδρον τὴν χώραν, repetendum.

| στροφή. | στροφὴ γ. κῶλ. ιβ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|

Nam quicquid cū animi ,, ἐκ Θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-     Diis enim moli-

rum corporis bonorum nobis ineſt, ſiue ſimus prudentes, ſiue robuſti, ſiue eloquentes, id nos mortales non à nobis habemus, ſed à Dijs immortalibus mero dono accipimus. Cæterùm cùm mediter Hieronis laudes, ſpero me hoc encomio nihil extra rē, nihil præter meritum eius dicturum: imò etiā quoſuis in eo prædicando æmulos carminis excellentia longè ſuperaturum. Atque vtinam vir ille perennem fœlicitatem, & perpetuam bonorum poſſeſſionem cōſequi, quinetiam temporis longinquitate grauiſſimum morbum obliuioni tradere poſſit.

„ σαι βροτέαις ἀρεταῖς,
„ καὶ σοφοὶ, καὶ χερσὶ βια-
„ ταὶ, περίγλωσσοί τ᾽ ἔφυν. ἄνδρα δ᾽
ἐγὼ κεῖνον
αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι
μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ᾽ ὡσεί τ᾽
ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
μακρὰ δὲ ῥίψαις ἀμεύσασθ᾽ ἀν-
τίους.
εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλ-
βον μὲν οὕτω καὶ κτεάνων δόσιν
εὐ-
θύνοι, καμάτων δ᾽ ἐπίλα-
σιν παράσχοι.

*mina omnia mortalibus virtutibus, & prudentes, & manibus fortes, & linguis eximij naſcuntur. Virum autem ego illum laudare cogitans, ſpero me area cuſpide iaculum non tanquam extra certamen iacturum manu vibrantem: ſed vbi procul eiaculatus fuero, ſuperaturum aduerſarios. Vtinam enim vniuerſum tēpus fœlicitatem quidem, ita & diuitiarum donationem dirigat, laborum verò obliuionem præbeat.*

ἐκ Θεῶν γάρ. Rationem reddit cur ab Apolline petat, vt regionem illam viris fortibus muniat. Quia nimirū diuino munere virtutum omne genus accipiunt mortales. Aurea ſententia, quæ illi Homericæ reſpondet.

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε Θεὸς πολεμήϊα ἔργα.
Ἄλλῳ δ᾽ ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.
Ἄλλῳ δ᾽ ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρυόπα Ζεὺς
Ἐσθλόν.

vnde apud eundem numini acceptam fert fortitudinem Vlyſſes:

Ἦ μὲν δὴ θάρσος μοι Ἄρης τ᾽ ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη,
Καὶ ῥηξήνορίην.

Et Callimach⁹ hymno in Iouē cū poëta noſtro cōſentire videtur, quū ita canit.

Αὐτίκα χαλκῆας μὲν ὑδείομεν Ἡφαίστοιο,
Τευχηστὰς δ᾽ Ἄρηος, ἐπακτῆρας δὲ χιτώνης
Ἀρτέμιδος, Φοίβου δὲ λύρης εὖ εἰδότας οἴμους,
Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.

Pindarus autem præcipuas enumerat virtutes, Sapientiam, Fortitudinem, Eloquentiam. q.d. ἐκ Θεῶν γὰρ ταῖς ἀνθρωπίναις ἀρεταῖς πᾶσαι μηχαναὶ δωροῦνται, εἴτε σοφοὶ εἰσιν, εἴτε ἀνδρεῖοι, εἴτε λόγιοι.

ἄνδρα δ᾽ ἐγώ. Sic declaranda hæc. ἐγὼ δὲ τὸν Ἱέρωνα προθυμούμενος ἐγκωμιάσαι, ἐκεῖνον κατ᾽ ἀξίαν αἰνεῖν ἐλπίζω. Quibus verbis huic encomio fidem facit, dum nihil præter Hieronis meritum à ſe dictum iri pollicetur. Suo autem more ἀλληγορικῶς loquitur de ſuis carminibus, vt iam antè occurrit.

μὴ χαλκοπάραον. Hyperbaton obſcuram reddit ſententiam, quam ſic perſpicuè conſtrues. μὴ ὡσεί τε χαλκοπάραον, &c. Vox χαλκοπάραος eſt poët. Dor. & Aeol. pro comm. poët. χαλκοπάρηος. Hæc verò Atticè facta à comm. χαλκοπάρειος mu-

tato ει in η: vt in βασιλεῖς, ῆς. aliáque id genus. Et hinc mutato η in α fine ι subscripto Dor.& Aeol. dicitur χαλκοπάραος q.d. χαλκᾶς παρειὰς ἔχων. Epitheton teli, nihil aliud significans, quàm ære vtrinque munitum. Cuspis autem ærea vel ferrea, geminas acies hinc inde genarum instar plerumque habet.

ἔξω ἀγῶνος. Hoc est *extra rem*. παλάμα Dor. pro παλάμη. ῥίψαις partic. Aor. 1. Aeol. pro ῥίψας.

ἀμεύσασθ' ἀντίους. Hoc est παρελθεῖν τοὺς ἐναντίους ac proinde νικῆσαι. Cùm autem aduersarium habuerit Bacchylidem in primis, ad hunc respicere videtur. Porrò ἀμεύομαι verbum est poët. quod significat παρέρχομαι, νικῶ. Et me iudice deducitur ab ἀμείβομαι, quod aliquando significat *transeo*, vt in hac Homerica phrasi, ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Cæteras etymologias, vt pote futiles omitto.

εἰ γὰρ. Hoc est εἴθε ὁ πᾶς χρόνος τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τὸν πλοῦτον εἰς εὐθεῖαν ἀγάγοι. Repetita precatio qua bonorum durationem, & malorum obliuionem Hieroni precatur. Addit enim καμάτων ἐπίλασιν παράσχοι. Quibus videtur respicere ad morbum quo Hieron laborauerat. Ait enim authore Schol. alicubi Aristoteles in Geloorum rep. Gelonem Hieronis fratrem hydrope laborasse, ob eúmque è viuis excessisse: Hieronem autem in Syracusanorum rep. dysuria malè habuisse. ἐπίλασις. Dor. pro comm. ἐπίλησις h. e. λήθη, ἐπιλησμοσύνη, *obliuio*.

παράφρασις.

Sanè in memoriam facilè reuocaret, quales pugnas quàm patienti, fortique animo in bellis sustinuerit, quando diuina ope adiutus Siculum regnum est adeptus, quale Græcorum nullus obtinet, quódque eius diuitias magnificentia dignitatis exornat. Tum temporis autem quum in militiam profectus est, ægrotabat quemadmodum Philoctetes quum ad expeditionem Troianam est pertractus: eíque necessitate adactus, tanquam amico adblanditus est magnus quidam vir, puta Anaxilaus qui minis eius à bello in Locros Italos parato est deterritus. Dicunt autem Philocteten cùm vlcere vexaretur in Lemno, inde ad Troianum bellum adductum fuisse, quum quæsitum iuerunt

ἀντιστρ. κῶλ. ιβ.

ἦκεν ἂν μνάσειεν οἵαις
ἐν πολέμοισι μάχαις
τλάμονι ψυχᾷ παρέμει-
ν', ἀνίχ' εὑρίσκοντο Θεῶν παλάμαις
τιμὰν
οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει,
πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον. νῦν γε
μὰν
τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέ-
πων
ἐστρατεύθη, σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν
φίλον
καί τις ἐὼν μεγαλά-
νωρ ἔσανε. φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλ-
κει τειρόμενον, μεταλλάσ-
σοντας ἐλθεῖν

μετάφρασις.

*Certè in memoriam reuocaret, quales in bellis pugnas toleranti animo sustinuerit, quādo nacti sunt Deorum auxiliis honorem, qualem nullus Græcorum decerpit, diuitiarum coronamentum superbum. Nunc Philoctetæ morem sequens in militiam profectus est: &* ex *necessitate* tanquā *amico etiam aliquis qui erat magna fortitudine præditus blanditus est. Aiunt autem ex Lemno cùm vlcere vexaretur inuestigaturos venisse*

ἦκεν ἂν. A fortitudine bellica laudat Hieronē, qui pro Siciliæ regno obtinēdo

fortiter se gessit. q. d. καὶ τάχα ἄν τις εἰς ὑπομνησιν ἀγάγοι ὁποίας ἐν τοῖς πολέμοις τῇ ἑαυτοῦ ὑπομονητικῇ ψυχῇ μάχας ὑπέμεινεν, ὁπότε τὴν Σικελικὴν τυραννίδα ἐκτήσαντο σὺν Θεοῖς, ὁποίαν οὐδεὶς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων δρέπεται, τοῦ πλούτου οὖσαν στεφάνωμα τίμιον. Putat autem Schol. rationem hic haberi dissidiorum quæ inter Gelonem & Hieronem fratres pro tyrannide intercesserunt.

μνάσειεν. Dor. pro μνήσειεν. Itē τλάμονι pro τλήμονι. & ψυχᾷ pro ψυχῇ. Itē εὑρίσκα pro εὑρίσκω, τιμὰν pro τιμὴν. Ἑλλάνων. pro Ἑλλήνων Porrò Schol. tradit Pindarum suo more τιμὴν dicere pro βασιλείαν. Et quum addit οἵαν οὔτις, Hieronis regnum Græcis alijs anteponit.

νῦν γε μάν. Laus ab exemplo. q. d. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, Φιλοκτήτου τρόπον ἐστρατεύθη. Hieron autem propter vrinæ difficultatem ex vehiculo dimicans, aduersarios profligauit.

σὺν δ' ἀνάγκα. Hoc est ὑπ' ἀνάγκης δέ τις ὑπερήφανος, αὐτὸν ὅπως φίλον ἐκολάκευσε. Innuit autem teste Schol. Anaxilaum Rheginorum regem, quem Locros Italos opprimere bello parantem, minis Hieron ab hoc cœpto deterruit. Alij hoc de Therone intelligunt, qui quanuis potens esset, Hieroni tamen blandiebatur. Porrò ἀνάγκα Dor. pro ἀνάγκη. μεγαλάνορ, Dor. & poët. pro μεγαλήνορ. ἔσαινεν sumit metaphoricè à canibus seu lupis, qui territi caudam remulcent, aut adulantes, agitant.

φαντὶ δὲ. Dor. pro comm. φασί. Digressio in Philoctetæ historiam: in qua tantùm ea attingit, quæ ad comparationem institutam faciunt. Vt enim Philoctetes vlcere malè affectus, sic Hieron dysuria, in militiam profectus est: & vt ille vicit, sic & iste. Consulendi Sophocles & Euripid. qui hanc historiam tractant fusè.

Λαμνόθεν Dor. pro Λημνόθεν hoc est ἀπὸ λήμνου. μεταλλάσσοντας Germinato σ. & Dor. pro μεταλλήσοντας hoc est ἐπιζητήσοντας. Metaphora sumpta ab ijs qui metalla quærunt. Post Λαμνόθεν supple ἵνα αὐτὸν ἀπάξωσιν *vt eum abducerent*. vel illud sume pro Λημνόθι per antiptosin, vt in nostra paraphrasi. Porrò μεταλλάσσοντας vitiosè legitur pro μεταλλάσοντας per σ. simplex.

| περιφράσεις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιϛ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Heroës diuini illum Pœantis filium insignem sagittarium, qui Troiam, vbi erat Priami regia, subuertit, & Græcorum diuturnæ ac laboriosæ obsidioni finem imposuit. Nam etsi corpore esset inualido, erat tamen in fatis, vt non sine ipso, qui sagittas Herculis habebat, Græci Ilium caperent. Quemadmo- | ἥρωας ἀντιθέους Ποίαντος υἱὸν τοξόταν,<br>ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρσεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς·<br>ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων,<br>ἀλλὰ μοιρίδιον ἦν.<br>οὕτω δ' Ἱέρωνι Θεὸς ὀρθωτὴρ πέλοι | *Heroas Dijs comparandos Poeantis filium sagittarium, qui Priami vrbem euertit, & finiuit labores Græcis, inualido quidem corpore incedens, sed fatale erat. Sic autem Hieroni Deus stabilitor sit sequenti* |

dum autem Philoctetæ Deus fuit recuperandæ ſanitatis author: ſic etiam velim vt diuino beneficio liberatus morbo Hieron, votorum omniũ fiat compos in poſterum. Cæterùm ô muſa obſequere mihi iubenti, vt apud Dinomenem decantes hoc encomium quod patri Hieroni pro curulis certaminis premio cõtexo. Non enim id illi moleſtum fore puto, quandoquidem ingenuo filio debet eſſe iucunda patris victoria. Poſtea etiam ô muſa eidem Dinomeni Catanes inſtauratæ, Aetnæq; cognominatæ regi gratũ hymnum excogitemus:

τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν
ἔρατοι καιρὸν διδούς.
Μοῖσα καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
πίθεό μοι ποινὰν τεθρίππων,
χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νικαφορία πατέρος.
ἄγ' ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον.

*tempore, eorum quæ optat facultatem opportunam tribuens. Muſa etiam apud Dinomenem ad canendum mihi obſequere, pramium quadrigarum. Gaudium enim non alienum à filio victoria patris. Agedum poſtea Aetna regi gratum excogitemus hymnum:*

ἥρωας. Cohærent hæc cum ſuperioribus. Fatigati Græci diuturna obſidione, & ab Heleno vate moniti non ſine ſagittis Herculis caſuram Troiam relictum in Lemno Philocteten adduci curant, penes quem illæ erant. Ad ipſum autem miſerunt Vlyſſem, qui ipſum non apertè adoritur, ſed per ſubornatum Neoptolemum. Atque hi videntur illi eſſe heroes quos poëta intelligit.

Πριάμοιο Ion. pro Πριάμου. Priami vrbs περιφραστικῶς eſt Troia, vt in hoc Homeri verſu,

Τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ἄνακτος.

πέρσεν negl. augm. pro ἔπερσεν. & τελεύτασεν pro ἐτελεύτησεν. Philoctetes autem Paridem occîdit.

ἀσθενεῖ, Hoc eſt ἀῤῥώστῳ μὲν σώματι βαδίζων, δμὴ ἐπέπρωτο οὕτως. Nempe erat in fatis, vt Herculis ſagittæ excidio Troiano intereſſent. Corpore autem fuit ſemper inualido. Quanquam enim à Machaone ſanatum fuit vlcus, claudus manſit Philoctetes: vt colligi poteſt ex Timoclis Comici verſu, qui apud Athenæum legitur,

Χωλός τις ὤν, τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.

οὕτω δ'. Precatur Hieroni fœlicem morbi exitum, qualem conſequutus eſt Philoctetes. q. d. οὕτως οὖν καὶ τῷ Ἱέρωνι, ὡς τῷ Φιλοκτήτῃ ὁ Θεὸς ὀρθωτὴρ ὑγιείας γένοιτο, εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον, ὧν ἐπιθυμεῖ παρέχων εὐχέρειαν. Narrat autem ex Dionyſio Schol. Philocteten Apollinei oraculi monitu lotum obdormiuiſſe, & Machaonem extirpata vlceris carne putrida, eiúſque ablutione vino facta, herbam quam à Chirone acceperat Aeſculapius inſperſiſſe, & hac medela heroëm illum ſanitati reſtituiſſe. Sed alio medicamento ſanatum dicit Sophocles in Philoctete, Pauſanias in Arcadicis, Philoſtratus in imaginibus, Dictys lib. 2. nimirum rubrica, qualis eſt bolus Armena: vel rectiùs terra Lemnia, &

ſphragide.

Μοῖσα. Sermonem abrumpit ſubitò per apoſtrophen ad Muſam, quam hortatur ad canendum apud Dinomenem filium Hieronis. Hic Dinomenes fuit Hieronis filius ex filia Nicoclis Syracuſani, vt Philiſto & Timæo placet. Nam ex Anaxilai filia, & Theronis conſobrina, quam primam vxorem duxit, nullos ſuſcepit liberos. Dinomenes etiam eſt appellatus Hieronis pater. πίθεο Ion. pro πίθου. ποινὰν Dor. pro ποινὴν hoc eſt ἀντέκτισιν, *præmium*: vti & Nem. Ode prima ἡσυχίαν καμάτων μεγάλων ποινὰν dixit.

χάρμα δ' Ratio cur apud Dinomenem velit Hieronis patris victoriam canere: quoniam filius ingenuus, paternis gaudet ſucceſſibus. Nec immeritò, ſiquidem teſte Syneſio

Τέκνοις αἰδέσιμον καύχημα πατρὸς ἔπαινος.

Porrò patris boni viciſſim eſt filij virtute lætari. Nam vt δόξα ἀνθρώπων ἐκ τιμῆς πατρὸς αὐτῶν: ſic & τέκνων ἀρετὴ δόξα πατέρων. Proſa ſententiam hanc ita reddas. οὐ γὰρ ἀλλοτρεία ἡδονὴ τῷ παιδὶ, ἡ τοῦ πατρὸς νίκη.

ἄγ' ἔπειτ'. Poſtquam poëta laudauit Hieronem ab εὐτεκνίᾳ, & filium Dinomenem à ſtudio in patrem: ad alias eiuſdem Dinomenis laudes digreditur: quem Aetnę regem appellat: nam illam à ſe conditam Hiero dedit filio adminiſtrandam: eúmque ducem Aetnæorum conſtituit.

παράφρασις.

cui quidem pater Hiero vrbẽ illam diuina libertate donatã, & Laconicis legibus inſtitutam tradidit, collocatis in ea Gelois, Megarenſibus, & Syracuſijs, qui Dorienſium erant coloni. Neque enim aliam inſtituendæ reipub. rationem ſequi potuiſſet: cùm illi Pamphyli & Heraclidarum poſteri, Laconicæ regionis incolæ Dorienſes, in ſtatutis ab Aegimio Pamphyli patre legibus permanere velint. Quas fortunati illi homines ex Pindo ad Peloponneſum & Laconiã occupandam profecti attulerunt, ibíque habitantes obſeruarũt: vbi Dioſcurorum, qui ex Amyclis natali ſolo ſedes in vicinum Argos tranſtulerunt, celeberrimi vicini euaſerunt, & armorum gloria floruerunt.

στροφὴ δ'. κῶλ. ιβ'.

τῷ πόλιν κείναν θεοδμάτῳ σὺν ἐλευθερίᾳ,
Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων
ἐν νόμοις ἔκτισσε· θέλοντι δὲ Παμφύλου,
καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι,
ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμίου
Δωριεῖς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι
Πινδόθεν ὀρνύμενοι,
λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδοξοι γείτονες, ὧν κλέος ἄνθησεν αἰχμᾶς.

μετάφρασις.

*cui vrbem illam cum diuinitus fundata libertate, Doricæ libræ in legibus Hiero condidit. Volunt autem Pamphyli, atque etiam Heraclidarum posteri, ſub præcipitijs Taygeti habitantes ſemper manere in legibus Aegimij Dorienſes. Obtinuerunt autem Amyclas fortunati ex Pindo proruentes, albis equis inſidentium Tyndaridarum celeberrimi vicini quorum haſtæ gloria floruit.*

τῷ πόλιν. Hoc eſt ὥπνι τὴν Κατάνην ἀνάκτισας, ἢ Αἴτνην μετονομάσας, τῷ ὑῷ Δεινομένει δίοικεῖν ἔδωκεν ἐν νόμοις τ' Δωρίδος διηκοσμημένης, σὺν θεία ἐλευθερία. Commendat Aetneæ reipub. inſtitutionem, à libertate & iuſtitia: vt populum illum Laconico more liberum, boniſque legibus vtentem oſtendat bene adminiſtrari: ſiquidem nulla reſpublica præſtantiori politiæ forma ſtetit.

θεοδμάτῳ. Dor. pro θεοδμήτῳ. vox hæc iam occurrit Od.6. Olymp. σάθμας Dor. pro σάθμης. Metaphoricè ſumitur σάθμη *libra*: ſumpta tranſlatione à ponderibus. Nam vt apud mercatores iuſta pars in ſtatera ad pondus libratur: ſic apud iudices norma iuſtitiæ ſunt leges. Et cùm σάθμη dicatur etiam funiculus ille quem minio vel atramento imbuunt fabri ad lineam rectam ducendam, hinc quoque metaphoram ducere poſſumus ad legum in politia vſum.

Ὑλλίδος. Hoc eſt Δωρίδος: ab Hyllo Dorienſium celeberrimo: qui finitimis Italiæ incolis Dorienſibus imperauit. Verùm nonnulli leges Hyllidis, Lycurgi ſanctiones appellant. Hic enim fuit ab Hercule vndecimus, vt refert Ephorus. Hieron verò Geloos, Megarenſes, ac Syracuſios, qui generis erant Dorici, in Aetna collocauit; atque ita cohæret ſermo, cùm Dorienſes fuerint Aetnæi, eíſque leges Laconicas dederit Hiero. Porrò Hyllus à quo Dorica regio dicta eſt Hyllis, fuit, authore Suida, Herculis filius ex Melita Aegei fluminis filia. ἔκτισσε gemin. σ. pro ἔκτισε.

θέλοντι. Dor. pro θέλουσι. Hoc eſt, θέλουσι ἢ οἱ ἀπὸ Παμφύλου Ἡρακλέους ἀπόγονοι Δωριεῖς, οἱ παρὰ τοῖς ὄχθαις τοῦ Ταϋγέτου μένοντες, ἐμμένειν τοῖς Αἰγιμίου νόμοις. Pamphylus, cuius fratres fuerunt Dymas & Dorus ex eodem patre, Aegimij fuit filius. Ab his qui Spartam commigrarunt Pamphylis, Dymanis, & Doris Spartanę gentes. Pamphyli autem & Heraclidarum nepotes ſunt Lacedæmonii. Nam Herculis poſteri, vt teſtatur Plutarchus in Lycurgo, Spartæ domini fuerunt, ibíque habitarunt: vt innuit poëta, quum addit: ὄχθαις ὑπὸ Ταϋγέτου ναίοντες. Nam Taygetus eſt Laconiæ mons, Spartæ & Amyclis imminens. Aegimius Pamphyli pater ducentos annos vixit, author Anacreon.

Δωριῆς. Sic Atticè ſcribitur cum ι. ſubſcipto pro Δωριεῖς Ion. verò Dor. & Aeol. ſcribes Δωριῆς ſublato ι ſubſcripto. Ἡρακλειδᾶν Dor. pro Ἡρακλειδῶν.

ἔσχον δ' Ἀμύκλας. Amyclæ Tyndari regia,& vrbs Laconiæ,in qua nati ſunt Caſtor & Pollux: ſed inde Argos ſe contulerunt, Lacedæmoni vicinum, vnde hoc loco Lacedæmonij dicuntur βαθύδοξοι γείτονες Τυνδαριδᾶν. Et ſynecdochicè Amyclas dixit pro tota regione Laconica, Τυνδαριδᾶν. Dor. pro Τυνδαριδῶν. Hi λευκόπωλοι finguntur: vnde Lucianus Dial. Apollinis & Mercurij, eſt, inquit, ἵππος ἑκατέρῳ λευκός.

Πινδόθεν ὀρνύμενοι. Dorienſes qui antea Pindum, vnam ex quatuor vrbibus Perrhebœæ incoluerunt, Dorida quæ eſt inter Oetam & Parnaſſum, venerunt, quæque ſex vrbes complectitur, Erineum, Cytinum, Boëum, Li-

læum,

læum, Carpheam, Dryopem. Inde cum Heraclidis Lacedæmonem deſcende-runt. Tum autem ita ſedes ex Pindo mutarunt, quo tempore Peloponneſum, & Laconicam regionem Heraclidæ recuperarunt, ait Schol. Atque idcirco laudem illorum à ſtrenuitate addere videtur. Quanquam etiam poſtea ſuę virtutis alia ſpecimina ediderunt.

βαθύδοξοι hoc eſt ἐνδοξότατοι. Eſt autem βαθύδοξος poët. & Pindaricum vocabulum, hoc eſt βαθεῖαν, videlicet μεγίστην δόξαν ἔχων, ὁ ἐνδοξότατος *glorioſiſsimus*, *celeberrimus*. Nota autem eſt Lacedæmoniorum præſtantia, vnde apud omnes gentes magni fuerunt nominis. αὔξησεν neglecto augmento pro ηὔξησεν. & αἰχμᾶς Dor. pro αἰχμῆς. Poëtica eſt phraſis ὧν κλέος αὔξησεν αἰχμᾶς. pro οἱ ἀπὸ πολεμικῶν ἔργων ἔνδοξοι ἐγένοντο.

παράφρασις.

O Iupiter effice quæſo vt cum populus Aetnæus, tum reges eius prope fluuium Amenam habitantes, huiuſmodi proſpera fortuna in perpetuum fruantur: & reipſa comprobent verum eſſe quod dicunt homines, ipſos libertatem ſeruare, legéſque Laconicas obſeruare. Quinetiam' Siciliæ rex Hieron tua ope adiutus, filium Dinomenem mandatis paternis obnoxium regens, Aetnæámq; gentem honore cumulans, mutuæ pacis & concordiæ vinculis inter ſe obliget, quò tranquillitatem, præſtantiſſimum reip. bonum foueant. Tibi quoq; ſupplico Saturni fili, vt annuas Phœnicibus & Tyrrhenis bello non ita pridẽ vexatis, tranquilla in domo conſidere, intuitus cladem illam quam ante Cumas nauali prælio acceperunt:

ἀντιστρ. κῶλ. ιβ.

Ζεῦ τέλει αἰεὶ δὲ τοιαύ-
ταν, Ἀμένα παρ' ὕδωρ
αἶσαν, ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σι, διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀν-
θρώπων.
σύν τοι τίν κεν ἁγητὴρ ἀ-
νήρ,
υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος, δᾶμον γε-
ραίρων, τράποι σύμφωνον ἐς ἡσυ-
χίαν.
λίσσομαι, νεῦσον Κρονίων, ἅ-
μερον
ὄφρα κατ' οἶκον ὁ Φοί-
νιξ, ὁ Τυρσανῶν τ' ἀλαλατὸς
ἔχῃ,
ναυσίστονον ὕβριν ἰδών,
τὰν πρὸ Κύμας,

μετάφρασις.

*O Iupiter effice autem ſemper talem fortunam Amenæ ad aquam, ciuibus & regibus, vt dijudicent veram famam hominum. Tua ope dux, filioq; imperans, & populum decorans, conuertat concordem in tranquillitatem. Supplex oro, annue Saturnie, vt pacificam domum Phœnix, & Tyrrhenorum ſtrepitus obtineat, nauibus lachrymabilem cladem intuitus, ante Cumas* acceptam,

Ζεῦ τέλει. Precatur à Ioue vt rempub. illam Aetnæorum, libertate & iuſtitia Laconica fundatam ſtabiliat: ita vt apud homines illorum hæc laus & fama maneat, liberos & bene moratos eſſe Aetnæos: quales ipſorum maiores fuerunt Dorienſes & Lacedæmonij qui dicebant, μόνοι ἡμεῖς Ἑλλήνων ἐλεύθεροι εἶναι καὶ μὴ ὑπακούειν ἄλλοις ἐμάθομεν. Libertas autem tanti fuit ſemper momenti vt pro ea conſeruanda Lacedæmonij, Athenienſes, Romani, gnaui-

ter ſemper dimicarint: & optarit Marcus Tullius vt populum Romanum in libertate relinqueret. Hanc ſententiam ſic proſa efferas, Ἀλλ᾽ ὦ Ζεῦ δίδου τοιαύτην εὐτυχίαν τοῖς ἀστοῖς, καὶ βασιλεῦσι περιοικοῦσι τὸν Ἀμένην ποταμὸν, ἤγουν τοῖς Αἰτναίοις, ὥστε ἀποφαίνειν ἀληθῆ τὸν ἀνθρώπων λόγον, ὅτι ἐν ἐλευθερίᾳ εἰσὶ, καὶ εὐνομίᾳ.

Ἀμένα Dor pro comm. Ἀμένου. Ἀμένης fluuius eſt Siciliæ prope Aetnam. Eſt autem Aetnæorum periphraſis Ἀμένα παρ᾽ ὕδωρ ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσι.

σύν τοι τίν κεν. Hoc eſt σὺν σοὶ ὦ Ζεῦ, ὁ τῆς Σικελίας βασιλεὺς Ἱέρων, τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ Δεινομένει ἐντελλόμενος, εἰς ὁμόνοιαν εἰρηναίαν ἐνάγοι τοὺς Αἰτναίους. Quoniam ad firmum reipublicæ ſtatum maximè conducit ciuium concordia, ideo petit à Ioue poëta, vt Hieron ipſius ope ſic filium iuniorem inſtituat, vt ſuos ſubditos concordibus inter ſeſe animis vinciat: quò tranquillè in ciuitate viuant.

τίν. Dor. pro σοὶ. ἁγητὴρ. Dor. pro ἡγητὴρ, & δᾶμον pro δῆμον. Vnica Cratandri editio legit γέρων, aliæ γεραίρων, ita vt abundet ſyllaba.

λίσσομαι νεῦσον. Obliqua Hieronis commendatio à recenti fortitudinis ſpecimine, aduerſus Tyrrhenos & Carthaginenſes. Nam precatur vt Tyrrheni in poſterum cladis ignominioſæ ante Cumam acceptæ memores domi quieſcant, Tyrrheni autem & Carthaginenſes qui Phœnicum fuerunt colonia, bellum aduerſus Cumæos geſſêre, quibus funditus perituris opem tulit Hieron, eóſque nauali prælio debellatis hoſtibus ſeruauit.

ἅμερον. Dor. pro ἥμερον. κατ᾽ οἶκον. Illud κατὰ per tmeſin eſt legendum, & cum ἔχῃ coniungendum: vnde ſic conſtruendus erit hic locus, ὄφρα ὁ φοίνιξ καὶ ὁ Τυρσανῶν ἀλαλατὸς ἅμερον οἶκον κατέχῃ, ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν τὰν πρὸ Κύμας. Cùm autem Leonicerus hanc tmeſin non obſeruarit, κατ᾽ οἶκον, *per ſingulas domos* expoſuit: & locum obſcuriorem reddidit. Petit igitur vt hoſtes Hieronis domi quietem colant, & ſic quietum relinquant Hieronem. Et illud ἰδὼν pro θεασάμενος ſumo, & ad Iouem refero.

ὁ φοίνιξ, ὁ Τυρσανῶν τ᾽ ἀλαλατὸς. Hæc ſume pro ὁ Φοίνιξ, καὶ Τυρσηνὸς στρατὸς θόρυβον πρὸς Κυμαίους κινήσας. Doricum eſt Τυρσανῶν pro Τυρσηνῶν. Et ἀλαλατὸς Dor. pro ἀλαλητὸς poët. pro θόρυβος. Fit ab ἀλαλὴ & Dor. ἀλαλὰ qui eſt clamor quem efferre ſolent milites ante pugnam, ὁ στρατιωτικὸς ἀλαλαγμὸς. At ἀλάλητος proparoxytonum, eſt ἀνεκφώνητος *inenarrabilis*.

ναυσίστονον ὕβριν. Intellige τὴν διὰ ναυμαχίας ἧτταν. Fit ναυσίστονον à ναῦς & στένω *gemo*. τὰν Dor. pro τὴν & Κύμας pro Κύμης.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιε. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| quando Hieron Syracuſanus tyrannus veloci claſſe militibus inſtructa ad Cumæorum, quos illi oppreſſuri videbantur, defenſionem, | οἷα Συρακουσίων ἀρχῷ δαμασθέντες πάθον<br>ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν· | *qualia à Syracuſanorum duce domiti paßi ſunt velocibus à nauibus: qui ipſis in mare* |

florentem iuuentutem in mare proiectam perdidit:& hanc Græciæ regionem à graui seruitute imminenti liberauit. Memorabiles sanè sunt clades, Persarum ad Salaminem: ita vt mercedem in gratiam Athieniensium pro barbaris ibi profligatis, & liberata Grecia, repoſcere licet. Item Medorum ſagittariorum ad Plateas ante Cithęronem, adeò vt Lacones ob partam in iſtos victoriam meritò prædicarem. Sed res ab Hierone aliíſque eius fratribus Dinomenis filijs, ad Himeram præclarum Siciliæ fluuium aduerſus Pœnos geſtæ non ſunt minoris momenti: adeò vt meritò illos deco rem hymno, quem præcipitatis in mare hoſtibus, pro tã inſigni fortitudinis ſpecimine iure ſibi acquiſiuerunt.

ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν,
Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας
δουλείας. αἱρέομαι
πὰρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν,
μισθόν· ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω τὰν
πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν,
ταῖσι Μήδειοι κάμον ἀγκυλότοξοι.
παρ δέ γε τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ιμέρα, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένεος τελέσαις·
τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ,
πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

*proiecit ætate florentes iuuenes, Græciam eripiens ex graui ſeruitute. Amplector à Salamine quidem Athenienſium gratiam, mercedem: apud Spartam autem dicam ante Citharonem commiſſam pugnam: in quibus Medi laborarunt curuorum arcuum geſtatores. At verò a-pud pulchrè aquoſam ripam Himeræ, filijs Dinomenis hymnum conficiens, quem adepti ſunt per virtutem, hoſtibus viris cæſis.*

οἷα Συρακοσίων. Cohærent hęc cum ſuperioribus, q. d. ὁποῖα τῇ ναυμαχίᾳ ἔπαθον ὑπὸ τοῦ Ἱέρωνος Συρακοσίων ἄρχοντος καταπολεμηθέντες, ὅστις εἰς πόντον ῥιφθεῖσαν αὐτῶν ἡλικίαν ἀπώλεσε. Dixit πάθον neglecto augmento pro ἔπαθον. & βάλεθ' pro ἐβάλετο. ἁλικίαν Dor. pro ἡλικίαν hoc eſt τοὺς καθ' ἡλικίαν ὡραίους πολέμου. Ἡλικία eam peculiariter ætatem ſignificat, quę militiæ eſt idonea, & à 17. anno incipit: quę militaris à Liuio appellatur. Poſſumus etiam hic ἡλικίαν exponere τοὺς ἐν ἡλικίᾳ *florenti ætate iuuenes.*

Ἑλλάδ' ἐξέλκων. Liberatis Cumæis qui Græciæ partem tantùm conſtituunt, ſynedochicè totam Græciam dicit liberatam. Hæc autem referunt ad Ephori hiſtoriam huiuſmodi, quam deſcribit Schol. Quum Xerxes expeditionem aduerſus Græciam pararet, legatos ad Carthaginenſes miſit, qui iuberent vt in Siciliam nauigantes illi, eas ſubuerterent naues quæ Græcis fauerent: ac deinde in Peloponneſum vela ſua dirigerent. Eodem tempore ab Athenienſibus ad Hieronem miſſi ſunt legati, efflagitantes vt Græcis opem ferret. Quibus obſequens Hieron & Gelon, ducentis nauibus inſtructis, duobus millibus equitum, decémque millibus peditum conſcriptis, Carthaginenſium claſſem in Siciliam irruentem profligarunt. Atque hac ratione non ſolùm Siculos, ſed etiam vniuerſam Græciam liberauit ab imminenti ſeruitute. De hoc bello obiter loquitur Nem. Od. 9. duodecade 6. De eodem vide Herodotum lib. 7.

αἱρέομαι. Amplificaturus victoriam Hieronis, hoc eius prælium cum duobus

alijs nobilissimis comparat. Primùm cum nauali illo quo Atheinienses Xerxem ad Salaminem fuderunt: de quo vide Herodotum l.7. Deinde cum illo Lacedæmoniorum ad Platæas prope Cithæronem: de quo vide Thucyd.l.2. vbi hoc cum Lacedæmonijs Medorum bellum ad Platæas elegãter describit: horum cladem, illorum constantiam memorando. Cæterùm phrasim sic declaro αἱρέομαι hoc est ἐπιθυμῶ παρὰ Σαλαμῖνος μισθὸν Ἀθηναίων χάριν, ὅτι ἐκεῖ κινδυνεύσαντες ἐνίκησαν τοὺς βαρβάρους. ἀείδω δὲ τὴν μάχην τῶν Σπαρτιατῶν, οἳ περὶ Κιθαιρῶνος περὶ πλαταιὰς περσικὴν τοξοτῶν Μήδων δύναμιν ἀνεβάλαντο. ἀείδω καὶ τὴν μάχην τὴν παρὰ τὸν εὔυδρον Ἱμέρα ποταμοῦ ὄχθην νικήσασιν Δεινομένους παισὶν ὕμνον ποιῶν, ὅντινα τῶν πολεμίων ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῆς ἀρετῆς εἰκὸς αὐτοὺς δέχεσθαι. In his πάρ. per apocopen pro παρὰ & Σπάρτα Dor. pro Σπάρτη. ταν μάχαν pro τὴν μάχην. ταῖσι artic. præposit. Ion. pro ταῖς & pro subiunct. αἷς. κάμον pro ἔκαμον. ἀγκυλότοξοι, hoc est ἄγκυλα τόξα ἔχοντες & poët. pro τοξόται sumendum.

Ἱμέρα. Himeras fluuius est Siciliæ ad quem dimicarunt Hiero aduersus hostes Cumæorum: vbi cùm victoriam obtinuisset, Gelon in gratiam fratrum aureos tripodas Deo dicauit hac cum inscriptione.

Φημὶ Γέλων᾽, Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον,
    Παῖδας Δεινομένεις τοὺς τρίποδας θέμεναι,
Βάρβαρα νικήσαντας ἔθνη, πολλὴν δὲ παρασχεῖν
    Σύμμαχον Ἕλλησιν χεῖρ᾽ ἐς ἐλευθερίην.

Quos versus sic reddo,

*Hosce Gelon, Hierónque, Polyzelus, Thrasybulus*
    *Sacrarunt tripodas Dinomenis soboles,*
*Gentem vbi barbaricam vicêre, & milite multo*
    *Quem dederant, Hellas libera facta sedet.*

παίδεσσιν. Ion. pro παισί. Filij Dinomenis illi sunt quatuor qui tetrasticho illo enumerantur. τελέσαις Aeol. pro τελέσας. τῶν. poët. pro ὄν. & ἀμφ᾽ ἀρετᾷ hoc est περὶ τῆς ἀρετῆς.

παράφρασις.

Quorum quidem virtutem multis persequi possem: verùm res quas gesserunt, satius est paucis complecti, ad declinandam nimiæ laudis inuidiam. Etenim quisquis res multas dicendo in pauca verba opportunè contrahit, in nullam hominum reprehensionem incidit. Sed verborũ copia, & orationis prolixitas est fastidiosa, celeresque

στροφὴ. ε. κῶλ. ιβ.

" καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν
" πείρατα συντανύσαις
" ἐν βραχεῖ, μείων ἕπεται
" μῶμος ἀνθρώπων. ἀπὸ γὰρ κόρος
"     ἀμβλύνει
" αἰανὴς ταχείας ἐλπίδας.
" ἀστῶν δ᾽ ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν
"     βαρύ-
" νει, μάλιστ᾽ ἐσλοῖσιν ἐπ᾽ ἀλλο-
"     τρίοις.

μετάφρασις.

" *Opportunè si loquaris multarũ rerum summas cõplicans in paucis, minor sequitur reprehensio hominum. Satietas enim continua hebetat celeres mentes. Ciuiúmque aures clam animum angunt, maximè ob bona aliena. Verumtamen*

hominum mentes obtundit. Quanquam autem fama clarorum virorum animis ciuium plerumque est molesta, quoniam alienis bonis facilè inuident, caue tamen rerum præclararum studium negligas & omittas ô Hieron. Nam satius est vt tibi virtutis nomine inuideant, quàm vt ob vitia, comitésque illorum calamitates tui misereantur. Rerum autem præclararum has potissimum capesse. Subditos tuos iusto rectarum legum gubernaculo rege. Veritatem in promissis sectare.

ἀλλ' ὅμως (κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος) μὴ παρίει καλά. νώμα πηδαλίῳ δικαίῳ στρατόν. ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν.

(potior enim commiseratione inuidia) ne prætermittas honesta. Guberna iusto clauo populum, veracémque ad incudem fabrica linguam.

καιρὸν εἰ φθέγξαιο. Hinc ducitur huius Odæ epilogus, initio breuitatem commendans. Ante καιρὸν subaud. κτ'. & phrasim sic redde εἰ τὰ καίρια τῶν πολλῶν λέγεις εἰς ἓν συντεμὼν, ἧττον ἀκολουθήσει μέμψις. Vides in dicendo primum opportunitatem, deinde breuitatem commendari. Et certè ante omnia χρὴ καιροῦ μέτρα εἰδέναι. σοφίης γὰρ οὗτος ὅρος. Dicendi autem tempora indicat Isocrates, δύο καιροῖς τοῦ λέγειν, ἢ περὶ ὧν οἶσθα σαφῶς, ἢ περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. Et monet Epictetus breuiter & opportunè loquendum: quum ait σιωπὴ τὰ πολλὰ ἔστω, ἢ λαλείσθω τὰ ἀναγκαῖα, καὶ δι' ὀλίγων. σπανίως δέ ποτε καιροῦ καλοῦντος ἐπὶ τὸ λέγειν τι ὕφομεν.

μείων ἕπεται μῶμος. Similis phrasis στροφῇ β. 1. Od. Olymp. μείων γὰρ αἰτία: quem locum vide: vbi μείων pro οὐδεμία, & hic pro οὐδείς. Si nihil in breui & tempestiuo sermone sit reprehensione dignum, dictum erit sapienter quod erat dicēdum: vnde Sophocles

Βραχεῖ λόγῳ δὲ πολλὰ περιέχεται σοφά.

& Eurip.

Παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
Πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

ἀπὸ γὰρ κόρος. Tmesis in ἀπὸ & ἀμβλύνει pro ἀπαμβλύνει. Ratio cur sit paucis loquendum q. d. ἡ γὰρ μακρολογία καὶ πολυλογία, δηλωτικοῦ κόρου πρόξενος ἀμβλύνει τὰς τῶν ἀκουόντων ταχείας διανοίας. Hinc illud Horatij in arte poët. præceptum,

*Quicquid præcipias esto breuis, vt citò dicta*
*Percipiant animi dociles, teneantq́ fideles.*

Quare breuitate quid gratius?

*Nemo silens placuit, multi breuitate loquendi.*

Contrà τὰ πέρασα πανταχοῦ λυπηρ' ἔπη.

αἰανής. Hic exponitur ἀΐδιος, αἰώνιος, διηνεκής, *perpetuus.* Et fit ab ἀεὶ pro ἀεὶ *semper*. Aliàs à nomine αἶα *terra*. Cuius color cùm sit niger tum αἰανής propriè exponitur μέλας, σκοτεινὸς, *ater, obscurus*. Postea metaphoricè θρηνώδης, *tristis, lugubris, funestus*, vt & *ater* apud Latinos. Sic Pyth. 4. αἰανὲς κέντρον. Isth. 1. λιμὸς αἰανής & 3. κόρος αἰανής. Sed hoc loco quominus αἰανής pro *molesto* sumatur, nihil mihi videtur obstare.

ἀπάϊδις. Per ſyncopen pro ἀπάϊδιας. vt accuſat. plur. hic fit, ſicuti πόλιας in πόλις contrahitur. ἀπάϊδις, ιος. Hoc eſt διάνοια, vt Aemilio Porto aſſentiar huiuſmodi etymon per coniecturam afferenti, fit ex ἀπὸ hoc eſt ἄπωθεν καὶ πόῤῥωθεν, & ἰδεῖν, q.d. προορᾷν τὰ πράγματα. Sicuti & πραπίδες eundem ſequentes diximus dici quaſi προαπίδες, ex πρὸ, ἀπὸ, ἰδεῖν. Ergo inflectetur ἀπάϊδις, ιος. euphoniæ cauſa, non ιδος. vti πραπὶς, ίδος. Et in ſecunda ſyllaba fit mutatio τοῦ ι. in α. vt pro ἀπίδις dicatur ἀπάϊδις. Quod etymon cùm ſit παραδοξότερον, alius meliuſculum excogitet.

ἀστῶν δ'. Hoc eſt, ἡ δὲ, τῶν πολιτῶν ἀκοὴ κρυφίως λυπεῖ τὴν ψυχὴν τῶν συμπολιτῶν ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν ἀλλοτρίοις. Hinc quidam dixit Πολίτης μὲν πολίτῃ εὖ πράσσοντι φθονέει, καὶ ἔστι δυσμενὴς τῇ σιγῇ. Et certè teſte Platone, τοῖς διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος. Ideo Themiſtocles, cùm ſibi adhuc adoleſcenti nondum inuideri cognoſceret, nihildum præclari ſe geſſiſſe dicebat. Videtur autem poëta innuere Hieronem ſuorum ciuium inuidiæ fuiſſe obnoxium. Cuius nocumentis ne à recto uirtutis tramite depellatur, monet ſatius eſſe inuidiam quàm commiſerationem parere.

κρέσσων γάρ. In hanc ſententiam Palladas,

> Ὁ φθόνος οἰκτιρμοῦ κατὰ Πίνδαρον, ἐστὶν ἀμείνων.
> Οἱ βασκαινόμενοι λαμπρὸν ἔχουσι βίον.
> Τοὺς δὲ λίαν ἀτυχεῖς οἰκτείρομεν.

Et certè τυφλὸν ἠλέησε ἰδών τις, ἐφθόνησε δὲ οὐδεὶς.

μὴ παρίει καλά. Hoc monitu excitatur Hieron vt apud ſe dicat, quod apud Eurip. φθόνον οὐ σέβω, φθονεῖσθαι δὲ θέλοιμι ἂν ἐπ' ἐσθλοῖς. Vno verbo monet Hieronem ne ad vitandam inuidiam, res præclaras non capeſſat. Et hoc conuenit cum Horatij ſententia,

> *Inuidiam placare paras virtute relicta?*
> *Contemnêre miſer.*

νώμα πηδαλίῳ. Hoc eſt, τοὺς ἀρχομένους δικαίῳ πηδαλίῳ κυβέρνα: vel τὴν πολιτείαν δικαίως διοίκει. Primũ præceptũ proponit vt iuſtus ſit. Nã in principe iuſtitia primum locum debet occupare. Vnde Alphonſus Aragonum rex, eos demum principes magni faciendos dicere ſolebat, qui iuſtitiam probè excolerent. Quia in quo fuerit, eius imperium omnes æquo animo ferunt, illiúſque moderationi ſeſe facilè ſubijciunt. Porrò νωμᾷν poëticum eſt vocabulum pro κυβερνᾷν, & obſeruanda metaphora ſumpta à re nautica, nam per clauum iuſtum, leges iuſtas intelligendas videmus, quibus reſp. vt nauis clauo dirigitur. στρατὸν pro δῆμον ſumit. vox militaris pro ciuili.

ἀψευδεῖ δέ. Secundum præceptum, vt ſit veridicus. Quod allegoricè monet, ſimpliciter dicas ἔσο φιλαληθὴς ſeu ἀληθινολόγος. & vno verbo ἀλήθευε, ἄκμονα autẽ dixit τὸ στόμα. Hæc generoſi animi eſt virtus. ψεύδεσθαι ἀνελεύθερον, ἀλήθεια γενναῖον. ἐλευθέρου ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν. Quæ virtus ſi quemuis decet, regi potiſſimum conuenit, qui iuſtus eſſe debet. Teſte autem Menandro Ἀλήθεια πάντων χρῆμα δικαιότατον.

παράφρασις. | αὐτισρ. κῶλ. ιβ. | μετάφρασις.

Nam ſiquid à te perperã leuitérque committeretur, magni momenti videretur: ſiquidem omne animi vitiũ tanto conſpectius in ſe crimen habet quanto qui peccat maior habetur: ſicut tu qui numeroſo populo imperas: quem, ſubditóſque, multi teſtes fide digni circunſpiciunt. In primis verò generoſis inſiſtens moribus ſi bene apud homines audire amas, ne te pigeat ſumptus facere: ſed vt principẽ virũm decet, vela liberalitatis expande, nec te inhoneſti lucri ſtudio decipi ſine. Quæ ſi diligenter obſeruaris, honeſta tui memoria nunquam morietur. Nam verum bene geſtarum gloriosę laudes,

εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει, μέγα τοι φέρεται
πὰρ σέθεν. πολλῶν ταμίας
ἐσσί· πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις
πιστοί.
εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων,
εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἁδεῖαν αἰεὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις.
ἐξίει δ' ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ
ἱστίον ἀνεμόεν.
μὴ δολωθῇς ὦ φίλε κέρδεσιν εὐτραπέ-
„ λοις. ὀπιθόμβροτον αὔ-
„ χημα δόξας,

*Si enim quicquam etiam leuis momenti abs te eruperit, magnum pondus obtinet. Multorum es diſpenſator: multi teſtes ſunt ambobus fide digni. At generoſis in moribus permanens, ſi amas famam dulcem ſemper audire, ne defatigeris nimium ſumptibus: ſed expande vt vir gubernator velum vẽtoſum. Ne decipiaris amicè lucris ſcurrilibus. Retrò mortales ſequens gloratio laudis,*

εἴ τι καὶ. Deſideratur γὰρ. Nam hæc rationem continent, cur ſibi à vitijs cauſtiùs debeat temperare. Quia nimirum vel minimum Principis peccatum haberi ſolet pro maximo: ſiquidem peccati màgnitudinem, peccantis magnitudine metiri vulgò conſueuimus. q. d. εἴ τι γὰρ κἂν εὐτελὲς παρά σου λεχθῇ καὶ ὁρμήσῃ, τοῦτο μέγα δοκεῖ.

*Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe*
*Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.*

παραιθύσσει. Hoc eſt ἐξορμᾶται, παρορμᾶται. Poëticè vſurpatur παραιθύσσω, ex παρὰ & αἰθύσσω, de quo vide vltimam annotationem 7. Ol. Odæ.

πολλῶν ταμίας. Alia ratio cur veri, iuſtíque ſtudioſus eſſe debeat: quia rex cùm ſit, & in altiſſimo theatro verſetur, à multis teſtibus obſeruatur. ταμίας autem metaphoricè dicitur pro δεσπότης, βασιλεὺς, διοικητής. Nã regij eſt officij ταμιεύεσθαι φρονήσεων inquit Baſilius, vt patrisfamilias domus, paſtoris pecudum: vt promi condi rerum ad victum neceſſariarum.

ἀμφοτέροις. Quidam exponunt, τῷ τε ἀληθεῖ, καὶ τῷ ψεύδει. Alij σοί τε καὶ τῷ υἱῷ: aliĵ. σοὶ καὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις. Hæc vltima ſententia mihi maximè probatur.

εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ. Hoc eſt ἐν εὐγενεῖ τρόπῳ. Tertiò monet vt liberalitatem exerceat: ob quam ſibi encomiaſtas ſit comparaturus. Et fortaſſe ſui cauſa hoc

dicit, vt aliquod munus ipsi extorqueat pro suo carmine. εὐανθὴς metaphoricè petitur à plantis egregijs. ὀργᾷ. Dor. pro ὀργῇ. Ὀργὴ pro *animo*, *animiq́ affectu* sumitur passim à poëta. Nem. Od. 5. Isthm. 2. παρμένων pro παραμένων.

μὴ κάμνε λίαν δαπάναις. ἕιπερ τι φιλεῖς. Hoc est εἰ δή τι φιλεῖς τὴν ἡδεῖαν τῶν ἐγκωμίων ἀκοὴν, vel εὖ δι' ἐγκωμίων ἀκούειν, μὴ πρὸς ταῖς δαπάναις ἀπόκαμνε. Munificentia inter cæteras regum virtutes locum habere debet: vnde Cicero reges iustos, seueros, magnanimos, largos, beneficos, liberales esse debere pronuntiat. μὴ λίαν hoc est μηδαμῶς.

ἐξίει δὲ. Simile idoneum quo ad liberalitatem excitetur Hieron. Vela pandunt nautæ vt fœliciter nauigent: thesauros aperiunt reges vt laudentur. κυβερνάτας Dor. pro κυβερνήτης. Imperat. ἐξίει fit ab ἐξιέω, τὸ ἐξίημι, τὸ ἐκτείνω.

μὴ δολωθῇς. Quartum præceptum vt φιλοκέρδειαν fugiat: quæ omnium radix malorum est. Verbum δολόω poëticum est. & sumitur pro ἀπατάω. Nec sua caret emphasi, quia lucro subest quædam pellacia, & dolus quo decipiuntur facilè hominum animi.

εὐτραπέλοις. Hoc est αἰσχροῖς. Etenim etsi εὐτράπελος apud Philosophos pro *vrbano*, *faceto* sumatur: quia tamen hæc venustas in turpitudinem quandoque degenerat, pro scurrili possumus sumere, ac proinde pro turpi.

ὀπιθόμβροτον. Hoc est τὸ ὄπισθεν τοῖς βροτοῖς ἑπόμενον, i. μετὰ τὸν θάνατον ἑσόμενον καύχημα. δόξας. Dor. pro δόξης. Argumentum est à fine. Laus homini post mortem est vtilis, at non pecunia. Quare oportet vt Hieron sit liberalis.*

παράφρασις.

scriptis vel historicis vel poëticis mandantur, quibus vita defunctorum declarata posteris innotescit. Sic illa Crœsi virtus cum comitate coniuncta, nunc etiam integra prædicatur, & nostris auribus insonat. Sed insigniter odiosum est nomẽ Agrigẽtini illi⁹ tyrãni immanissimi, qui æneo tauro hospites crudeliter comburebat. Ita vt eum pueri nec cithara domi celebrare, nec suauibus sermonibus immiscere dignentur: adeò est indignus qui hominum in ore versetur. Quare quisquis studio virtutis addictus rem ptosperè gesserit, præstantissimũ nactus erit, & primum laborum præ-

ἐπῳδ. κῶλ. ιε.

„ οἶον ἀποιχομένων ἀν-
„ δρῶν δίαιταν μανύει
„ καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς.
οὐ φθίνει Κροίσου φιλόφρων ἀρε-
τά.
τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-
τῆρα νηλέα νόον,
ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾷ
φάτις.
οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπωρόφιαι κοινωνίαν
μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέχον-
ται.
„ τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἀέ-
„ θλων.
„ εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖ-
„ ρ' ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
ὃς ἂν ἐγκύρσῃ καὶ ἕλῃ,

μετάφρασις.

*sola mortuorum virorum vitam indicat, & per prosã scriptores, & per poëtas. Non interit Crœsi comis virtus. At taureo æneo combustorem animo immitem, odiosa tenet Phalarim vbique fama. Neque ipsum citharæ domesticæ in consortium suaue puerorũ sermonibus admittũt. Caterùm fortunam prosperam consequi præcipuum est præmiorum. Bene audire autẽ secunda fœlicitas. In-*

mium

mium. Siquidem virtus optima sibi est merces. Quòd si præterea apud bonos, imò apud quosuis bene obscriptorum commendationem audiat, secundam fœlicitatem obtinuerit. Quibus ambobus si simul fruatur, summum fœlicitatis gradũ, & fortunæ apicem illustrissimum, ita vt vlterius promoueri non liceat, gloriosissimè attigerit.

στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

*vtrumque autem vir qui inciderit, & obtinuerit, coronam summam accepit.*

βίον ἀποιχομένων. Hoc est μόνον τῶν τεθνηκότων ἀνθρώπων τὸν βίον καταμηνύει τοῖς τε πεζογράφοις καὶ ποιηταῖς. Docet vsum historicorum & poëtarum, qui hominum priscorum memoriam ad nos transtulerunt. Quod & alijs in locis docet: vt Nem. 6. antistr. 2. Idémque apertè profitetur Horat. Od. 8. l. 4. Carm. & Theocrit. Idyll. Charit.

οὐ φθίνει. Exemplo præcedentem sententiam confirmat. q. d. οὐδαμῶς φθείρεται ἡ τοῦ Κροίσου φιλοφρονητικὴ ἀρετή. Innuere vult virorum doctorum amatorem, & erga eos beneficum fuisse Crœsum: indéque factum vt laude non caruerit. Solonem inter cæteros, vnum ex septem Græciæ sapientibus, familiarem habuit.

τὸν δὲ ταύρῳ. Hoc est κατὰ δὲ τοὐναντίον Φάλαριν τὸν ἐν χαλκῷ βοΐ, καταχαύσαντα τοὺς ἀνθρώπους αἰσχρὰ φήμη ἔχει. seu κακῶς ἀκούει. Alterum exemplum à contrario. Improbos homines & virtutis osores, vel obscuros, vel infames manere docet. Nihil tauro illo Phalaridis notius. Vide Lucianum in Phalaridis defensione: & passim poëtas. καυτῆρ *combustor*. Pindaricum vocabulum quod in Lexicis non reperitur, nisi pro instrumento ad inurendum.

οὐδέ μιν. Prosa dicas, οὐδὲ αὐτὸν αἱ ἐποικίδιαι κιθάραι δέχονται εἰς κοινωνίαν ἡδεῖαν ταῖς τῶν παίδων ὁμιλίαις, καὶ τοῖς ὕμνοις παρὰ τοῖς συμποσίοις. Ergo vt abominabilem virum Phalarin in conuiuiorum cantilenis non celebrant, qui ad mensas Musicam colunt, vt moris erat sic παίζειν φίλαν ἀμφὶ τράπεζαν, vt prima Olymp. Oda vidimus.

ὑπωρόφιαι, Hoc est ἐποικίδιαι. ὑπωρόφιος, h. e. ὑπὸ τῆς ὀροφῆς ὤν. proinde οἰκεῖος *domesticus*. Porrò ante κοινωνίαν subaud. præpositio εἰς. & μαλθακὰν Dor. est pro μαλθακήν.

τὸ δὲ παθεῖν εὖ. Hoc est τὸ δ' εὖ πράττειν, πρωτεύει, vel τὸ δ' ἐπιτυχεῖν τῶν ἄθλων, καὶ τοῦ ἀγῶνος. Conclusio est posteriorum quæ dixit, quum Hieronem ad virtutũ regalium studium hortatus est, quò laudem & encomia acciperet à viris doctis: & hoc symperasmate ostendit quanti sit momenti gloria quam consequuntur insignes viri à poëtis vel historicis. Prima igitur fœlicitas consistit in rebus bene gerendis: secunda in bona fama, & rerũ bene gestarum laude. Quæ duo si vnà concurrant, hominis beatitudinem perficiunt: vt & idem Pindarus effatur Isthm. 5. εἴ τις εὖ πάσχων λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ, μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι, πάντα ἔχεις.

ὃς ἂν ἐγκύρσῃ. Hoc est ὃς ἂν ἐπιτύχῃ καὶ κρατήσῃ. Verbum ἐγκύρω est poët. pro ἐντυγχάνω, vel ἐπιτυγχάνω. Hic est subiunct. ab Aor. ἐνέκυρσα per syncopen pro ἐνεκύρησα vel Aeol. à futuro Aeol. ἐγκύρσω pro ἐγκυρῶ.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΙΕΡΩΝΙ, ἅρματι.

ΕΙΔΟΣ Β.

EIDEM HIERONI, CVRRV victoriam adepto.

ODE II.

## ARGVMENTVM.

*TRia præſtat hoc encomio: primùm laudat Hieronem à victoria curruli. Deinde ad locum de Gratitudine digreditur. Tertiò monet ne aurem adulatoribus accommodet.*

παράφρασις.

O Syracuſæ ciuitas ampliſſima, vrbs maxima ex quatuor vrbibus, Achradina, Neapoli, Epipolis, & Tyche conflata, quas ſubactas Archias in vnam redegit: Syracuſæ bellicoſis viris refertæ, diuinæ altrices virorũ equis ferróque gaudentium, ad vos fœcundis ex Thebis venio, vobíſque hoc carmẽ affero, quo laudes Hieronis prędico, quas meritus eſt, quandoquidem curruli certamine fœlix, ita quadrijugum currum terram concutientem agitauit, & direxit, vt victoria potitus ſit, & coronam adeptus, vnde Ortygiæ, vbi equos alit, ſplendidiſſima lux acceſſit, & longè

στροφὴ α. κῶλ. ιε.

Μεγαλοπόλιες ὦ Συράκοσαι, βαθυπολέμου
τέμενος Ἄρεος, ἀνδρῶν
ἵππων τε σιδαροχαρμᾶν
δαιμόνιαι τροφοὶ,
ὔμμιν τόδε τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν
φέρων μέλος ἔρχομαι,
ἀγγελίαν τετραορίας ἐλελίχθονος.
εὐάρματος Ἱέρων ἐν ᾇ κρατέων,
τηλαυγέσιν ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις,
ποταμίας ἕδος Ἀρτέμιδος.
τᾶς οὐκ ἄτερ, κείνας ἀγαναῖσιν ἐν

μετάφρασις.

*O grandiurbes Syracuſæ bellicoſi delubrũ Martis, virorũ, equorúmque ferro gaudentium diuinæ alumnæ, vobis hoc fertilibus à Thebis afferens carmen venio, nuntium quadrigarum tellurẽ quatientium. In quibus Hieron curru fœlix victoria potiens, latè ſplendentibus redimiuit Ortygiam coronis, fluuialis ſedem Dianæ. Qua non ſine, illius placidis in manibus, variegatis habenis or-*

latéqueinclaruit fedes,vbi pofitum eft fimulachrum fluuialis Dianæ: fine cuius ope,eius quæ etiam eft equeftris, equos variegatis habenis ornatos placidis manibus non domuit.

χερσὶ ποικιλανίοις ἐδάμασσε πώλους.

natos *equos domuit*.

τῷ αὐτῷ. Hoc epinicion infcribitur Hieroni curru victoriam adepto:fed veteres dubitarunt cuiufmodi ex ludis reportata fuerit. Timæus in Thyfiafteriis: Callimachus in Nemaicis: Ammonius & Calliftratus in Olympijs:Dionyfius in Panathenaicis obtentã putauit:quod vt probabilius videatur, τᾶν λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν legendũ effe afferit, τᾶν λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν fexto colo. Sed longè verifimilius eft victoriam quæ hìc decantatur, fuiffe Pythiacam, fiquidem hoc ordine iftud encomium collocatur, & vel priorem iterum, vel eiufdem generis aliam à poëta celebrari.

μεγαλοπόλιες. Apoftrophe ad Syracufas à quibus exorditur, quia Siciliæ cuius rex erat Hieron, fuit vrbs clariffima. Hanc condidiffe fertur Archias Corinthius, & Achradinen, Neapolin, Epipolas, & Tychen fubactas in vnam redegiffe. Hinc μεγαλοπόλιες dicuntur Syracufæ, quia vrbs erat ampliffima, fiquidem ex quatuor coniunctis in vnam erat redacta. Et hoc primum eft Syracufarum encomium. Secundum petitur à re militari, quum appellantur τέμενος Ἄρεος, qui βαθυπόλεμος hoc eft μεγαλοπόλεμος appellatur. q. d. εἰς βαθὺ τοῦτ' ἔστι μέγαν πόλεμον ἐρχόμενος: vel μέγαν πόλεμον ἐγείρων. Tertium à virorum præftantia: quum τροφοὶ vocantur ἀνδρῶν ἵπποις καὶ σιδήρῳ χαρεῖντων, hoc eft *pedeftrium & equeftrium copiarum*: & addito epitheto δαιμόνιαι *diuinæ*, feu *fœlices*, quia recens Pœni & Thyrreni à Gelone & Hierone nauali prælio fuperati fuerant. σιδαροχαρμᾶν Dor. pro comm. σιδηροχαρμῶν, voce comp. ex σίδηρος & χαίρω. rectus fingular. eft σιδηροχάρμης. Porrò hactenus oftendit quò mitteret fuum carmen.

ὔμμιν. Nunc oftendit vnde mittat carmen, ex Thebis nimirum quæ Pindari eft patria. Thebas vocat λιπαρὰς, vel à foli fœcunditate, vel à loci claritudine propter Herculem & Bacchum qui Thebani fuerunt: imò & propter plerofque alios viros clariffimos inde oriundos. τᾶν λιπαρᾶν Θηβᾶν. Dor. pro com. τ λιπαρῶν Θηβῶν.

φέρων μέλος. Iam & quid mittat oftendit, Nimirum μέλος hoc eft ᾠδὴν. Cuius officium ftatim addit: quando vocat hunc hymnum ἀγγελίαν τετραορίας, hoc eft, nuntium quo non modò fignificatur, fed etiam laudatur victoria currulis regis Hieronis. τετραορία dicitur ἐλελίχθων, *terram concutiens* ab ἐλελίζω, quod vocabulum occurrit prima ftropha primæ huius lib. Odæ & χθὼν. *terra*. vel ab ἐλελίττω, *quatio, concutio*.

εὐάρματος. Hoc eft ἐν ᾗ εὐτυχῶς ἅρματι κρατήσας Ἱέρων κρατήσας διαυγέσιτοις ἅρμασιν ἀνέδησε τὴν Ὀρτυγίαν. Communicatio laudis. Etenim & victoriæ laus etiã quadantenus pertinet ad Ortygiam vbi alebantur regis equi. Ortygiam autem intelligit Siciliæ Cherfonefum. Nam cùm hæc priùs effet infula, cum Syracufis poftea eft coniuncta. Porrò εὐάρματος dicitur ὁ ἀγαθὸν ἔχων ἅρμα: vel τῷ ἅρ-

ματι χρώμθμος ἐυτυχῶς. Ex εὖ & ἅρμα.

ποταμίας ἕδος. Commendatur Ortygia à tutelari eius Dea Diana. Scholion autem ποταμίας exponit Αλφειώας. Quia quidam dicunt Alpheum fluuium amasse Dianam, & eam vsque ad Ortygiam insequutum ibi constitisse. Vnde Alpheoæ Dianæ templum ibi constructum. Fluuialem alij nominatã dicunt, quia simulachrũ Dianæ apud Arethusam fuit. Arethusa autẽ excipit Alphei aquas. Non tantùm autem Αλφειώα cognominata fuit Diana, sed & Αλφειαία Letrinæis in Elide, teste Pausan. El. post. & Dianæ Αλφειονίας ἢ Αλφειούσης lucum ad Alphei ostia fuisse, scribit Strab.l.8.

τᾶς. Dor. pro τῆς. & artic. præposit. pro subiunct. ἧς. κείνας Dor. pro ἐκείνης qui locus sic est construendus τᾶς ἅτερ, ὃν ἐδάμασσε ἀγαναῖσιν ἐν χερσὶ κείνας πώλοις ποικιλανίοις. Victoriæ nunc adhibentur causæ adiuuantes, Diana, & Mercurius.

κείνας. Iungendum hoc vocabulum cum πώλοις: quoniam etiam equestris Diana putatur: de qua sic Homerus referente Schol. Τὸν δὲ χολωσαμένη χρυσήνιος Ἄρτεμις ἔκτα. Dixit ἀγαναῖσιν pro ἀγαναῖς. Illud poët. & Ion. hoc commune. ποικιλανίοις Dor. & poët. pro ποικιληνίοις. Hoc est πεποικιλμένας seu ποικίλας ἡνίας ἔχοντας. ἐδάμασσε. Geminato σ. pro ἐδάμασε.

παράφρασις.

Etenim illa sagittis venaticis gaudens virgo, & Mercurius certaminũ præses, manibus ambabus coruscum & splendidum adhibet ornamentum, quando Neptunũ longè latéque potenti imperio valentem, & tridente terram concutientem Deum inuocans, robustos equos vel ad bigas, vel ad quadrigas eorũ currum trahentium habenis obedientes iungit. Cæterùm alij poëtæ alios reges dulcisono hymno prosequuntur, quò meritum virtutis præmium illis pendant. Et sic quidem plerunque Cyprij poëtæ sonoro carmine decorant regem suum Cinyram, quem propenso animo dilexit aureis capillis insignis Apollo,

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

ἐπὶ γὰρ ἰοχέαιρα παρ-
θένος χερὶ διδύμᾳ,
ὅ,τ' ἐναγώνιος Ἑρμᾶς
αἰγλᾶντα τίθησι κόσμον,
ξεστὸν ὅταν δίφρον,
ἔνθ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευ-
γνύῃ σθένος ἵππιον,
ὀρσοτρίαιναν, εὐρυβίαν καλέων
Θεόν.
ἄλλοις δέ τις ἐτέλεσσεν ἄλλος
ἀνὴρ
εὐαχέα βασιλεῦσιν ὕ-
μνον, ἄποιν' ἀρετᾶς.
κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύ-
ραν πολλάκις φᾶμαι Κυπρίων,
τὸν ὁ
χρυσοχαίτας προφρόνως
ἐφίλασ' Ἀπόλλων,

μετάφρασις.

*Nam sagittis gaudẽs virgo manu gemina, certaminũq; præses Mercurius, radiantem imponit ornatũ, quãdo politas ad bigas, & ad currus habenis obediẽtes iunxerit robur equinũ, tridentis impulsorẽ, præpotentem inuocãs Deũ. Alijs autẽ aliquis alius vir cõfecit canorum regibus hymnum, præmia virtutis. Nam resonant quidem circum Cinyrã sæpe sermones Cypriorũ, quẽ auricomus propẽsè dilexit Apollo,*

ἐπὶ γάρ. Hoc per tmesin est capiendum, & ἐπὶ συναπτέον verbo τίθησι.

ἰοχέαιρα παρθένος dicitur Diana, quia perpetuam virginitatem seruauit: vel à monte Arcadiæ Parthenio. Et quia vt pote venatica Dea sagittis gaudebat. ἰὸς *sagittam*, & χαίρω *gaudeo* significat. χερὶ διδύμα hoc est ἀμφοτέραις χερσί.

Ἑρμᾶς Dor. pro Ἑρμῆς. ἐναγώνιος q. d. ὁ τῶ ἀγώνων προστάτης. Sic Aeschylus illum compellat, vt refert Schol. Εναγώνιε Μαίας ϗ Διὸς Ερμᾶ.

αἰγλᾶντα. Hoc est λαμπρὸν. Accusat. Dor. & poët. pro αἰγλήεντα, à nominat. αἰγλήεις: de quo vide Lexica: porrò αἰγλᾶντα κόσμον *victoriam* vocat.

ξεστὸν ὅταν. Hoc est ὅταν εἰς ξεστὸν δίφρον, καὶ ἅρματα χαλινοῖς πειθόμενα καταζευγνύη σθένος ἵππειον, τ̃ Ποσειδᾶνα καλέων. Hic duo notanda: & quando splendidum ornatum imponant Mercurius & Diana, nimirum quando currum instrui curat Hieron. Et quid ante certamen fecerit: nimirum vt Neptunum inuocauit.

ἐν. Præpositio pro εἰς. Vide rationem construendi præcedenti in annotatione. Porrò ἅρματα vocat πεισιχάλινα hoc est πειθόμενα τοῖς χαλινοῖς. Græca autem Scholia τοὺς σειρὰς καὶ τὰ ζυγὰ *funes* & *iuga* dicunt intelligi. Sed longè probabilius est metonymicè sumendam hanc vocem, & poëticè curribus tribui, quod equis est tribuendum: sicuti apud Virgilium l. 1. Georg. versu vltimo,

*Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.*

Itaque χαλινὰ seu χαλινοὺς, quod est vsitatius, expone τὰς ἡνίας *habenas*, quibus equi currum trahentes reguntur, & aurigæ parere coguntur. Porrò σθένος ἵππειον equos ipsos intellige, eósque robustos.

ὀρσοτρίαιναν. Per antonomasiam sic vocatur Ποσειδῶν. vide hanc vocem expositam Od. 6. Olymp. str. 3. εὐρυβίαν vide Ol. Od. 6. ep. 3. idem εὐρυσθενὴς & εὐρυμέδων.

ἄλλοις δ'. Iam officij sui rationem reddit. q. d. ἄλλος δ' ποιητὴς ἄλλοις βασιλεῦσιν εὔηχον ὕμνον κατασκευάζει ἀμοιβὴν τ̃ ἀρετῆς. vsque ad σὲ δὲ ὦ. &c. τέλεσσεν geminato σ. metri causa. εὐαχέα. Dor. pro εὐηχέα. Εὐηχὴς poëtica vox, q. d. ὁ εὖ ἠχῶν, vel ὁ καλὸν ἦχον ἔχων. Hoc est εὔηχος, εὔρυθμος. De voce ἄποινον vide Ep. 1. Od. 7. Ol.

κελαδέοντι. Dor. pro κελαδέουσι. Probat ab exemplo Cypriorum, qui regem suum Cinyram carmine celebrant. q. d. οἱ τ̃ ποιητ̃ Κυπρίων ὕμνοι περὶ τ̃ Κινύραν αὐτῶν βασιλέα ἦχοῦσι. φᾶμαι Dor. pro φῆμαι hoc est ὕμνοι quibus fama extenditur. Cæterùm Cinyras Apollinis fuit & Paphiæ filius: vel vt alij volunt, Eurymedontis & Paphiæ, Cypriorum rex, & Veneris sacerdos, adeò diues vt Cinyræ opes in prouerbium venerint. Huius etiam in Nemeis meminit.

τ̃ pro ὃν. & χρυσοχαίτας. Dor. pro χρυσοχαίτης, hoc est χρυσᾶς ἔχων χαίτας. idem χρυσοκόμης Od. 6. Olymp. ἐφίλασε Dor. pro ἐφίλησε. Hunc amauit Apollo, non vt παιδικὰ, sed vt qui Musices cantu decoratus fuerit.

παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιδ. | μετάφρασις.

sacerdotem Veneris, virum, non secus ac aries aliquis gregis dux, eximium, illius familiarem. Ac illi quidem ad huiusmodi præconia laudum impelluntur, vt pro beneficijs acceptis gratiam referant, quæ à gratis animis statim proficiscitur. Te verò fili Dinomenis Hieron, ante ædes laudant Zephyriæ Locrenses virgines, idque gratitudinis causa, quòd post fœlicem dubij belli euentum nunc intuentur securitatem, cuius ipsis author fuisti, quãdo missis ad Rheginorum regem Anaxilam, à quo obsidebantur, legatis, vt obsidionem soluerent obtinuisti. Ac sanè quod æquum est illæ fecerunt: quandoquidem gratitudinem ipsi Dij commendant: quorum iussu Ixion dum in celeri rota volutatur, monet homines vt parem gratiam referant: & beneficium beneficio rependant.

ἱερέα κτίλον ἀφροδίτας.
ἄγει δὲ χάρις φίλων
ποίτινος ἀντὶ ἔργων
ὀπιζομένα. σὲ δ' ὦ Δεινομένειε
παῖ
Ζεφυρία πρὸ δόμων
Λοκρὶς παρθένος ἀπύει,
πολεμίων καμάτων ἐξ ἀμαχάνων,
διὰ τεὰν δύναμιν δρακεῖσ' ἀσφαλές.
Θεῶν δ' ἐφετμαῖς
Ἰξίονα φαντὶ ταῦτα
βροτοῖς λέγειν, ἐν πτερόεντι τροχῷ
παντᾶ κυλινδόμενον,
τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς
ἐποιχομένους τίνεσθαι.

*sacerdotem Veneris velut quendam arietem, gregis ducem. Impellit autem* ad hoc faciendum *gratia beneuolis remuneratrix pro factis sequens. Te verò ô Dinomenie fili, Zephyria ante ædes Locrensis virgo resonat, bellicos post labores immensos, propter tuas vires intuens securitatem. Deorum autem mandatis Ixionem aiunt hæc mortalibus dicere, dum in alata rota circumquaque volutatur, benefactorem placidis remunerationibus excipientes soluere* gratiam.

ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας. Hoc colon cum superioribus cohæret: in quo Cinyram à sacerdotali dignitate laudat. Hunc Veneris Paphiæ templum per indigenas aduenásque inclytum condidisse tradit Cornel. Tacit. 2. Annal.

κτίλον. Schol. exponit συντεθραμμένον, & συνήθη, & εἰθισμένον τῇ χειρί. *coalumnum, familiarem, manui aßuetum*: quoniam κτιλεύεσθαι Pindarus vsurpat pro τιθασσεῦσαι, in his, ἔνθα ποιμένες κτιλεύονται κάπρον, λεόντων τε. & κτίλον deducit παρὰ τὸ κτίσαι quod est θρέψαι, vnde ὀρεικτίτος ὗς à Pindaro dictus ὁ ἐν ὄρεσι τεθραμμένος inquit Schol. Apud Suidam, & apud Homerum κτίλος est ὁ προηγούμενος τῶν προβάτων κριὸς à κίω τὸ πορεύομαι. Aliàs à κτῶ vnde κτίω. Et κτιλῶσαι, τὸ πραΰναι καὶ χειροήθη ποιῆσαι, παρὰ τὸ κτίλον. Apud Magnum Etymol. ἐκτιλωμένος exponitur συνήθης, ἐπεὶ ὁ κτίλος ὁ ἡγούμενος τῆς ποίμνης κριὸς συνήθης τῷ ποιμένι.

ἄγει δέ. Generalis gnome de Gratitudine, quæ videtur applicanda primùm Cinyræ, quem tam studiosè Cyprij laudant, vt se gratos accepti beneficij præbeant, Deinde Hieroni quem Epizephyrij Locri celebrant ob secu-

ritatem cuius author ipſis fuit: quæ quomodo cohæreant docet paraphraſis. Hic ποίπνος dicitur ἀμειπτικὴ, ἀντίδιδοσα, ἀμοιβὴν ἀποτίνουσα. Eſtque Pindaricum vocabulum per ſyncopen formatum, tanquam à ποινήπνος hoc eſt ἡ ποινὴν τίνουσα.

ὀπιζομένα. Dor. pro ὀπιζομένη, hoc eſt ἀκολουθοῦσα, ἑπομένη. Ab ὀπίζομαι quod interdum ſignificat ἕπομαι, ὄπιθε διώκω, vt hoc loco. Interdum τ͂ μελλόντων ἐπιστροφὴν καὶ φροντίδα ἔχω, *rerum futurarum curam gero.* à nomine ὀπὶς. ὀπός. ἡ τοῦ μέλλοντος ἐπιστροφὴ καὶ φροντὶς, *rei futuræ ſolicitudo & cura.*

σε δ' ὦ. Aliud exemplum Hieronis quem alij laudant: vt apud Cyprios benefactorem ſuum Cinyram: ſic apud Locros Epizephyrios Hieronem prædicant. Refert autem Schol. Hieronem Locros Epizephyrios de quibus ſuperiori lib. Od. 10. periculo magno liberaſſe. Nam cùm Anaxilas Rhegij tyrannus cum Cleophrone filio his bellum intuliſſet, miſſis legatis Hieron obſidionem ſoluere iuſſit, alioquin Rhegium ſe inuaſurum. Quod factum fuit. Λοκρὶς παρθένος. Enallage numeri, fieri autem potuit vt virgines hymnum aliquem in gratiam Hieronis canerent. De verbo ἀπύω dictum Od. 5. Olymp. παῖς Δεινομένειος periphraſis Hieronis, cuius pater fuit Dinomenes.

πολεμίων. Hoc eſt τ͂ πολεμικῶν καμάτων ἐξ ἀπορσδοκήτου ἀπαλλαγεῖσα, καὶ διὰ τὴν σὴν δύναμιν τὸ ἐλεύθερον βλέπουσα. Hic ἀμαχάνων Dor. eſt pro ἀμηχάνων. & δερκοῖσα. pro δερκοῦσα. & ἀσφαλὲς neutrum adiectiuum pro ſubſtantiuo ἀσφάλειαν.

Θεῶν δ' ἐφετμαῖσι. Gratiam parem referendam eſſe docuit: nunc id faciendum etiam aſſerit, quia Deus idipſum iubet, ídque per Ixionem, qui quòd fuerit ingratus, grauiſſimas dat pœnas, alióſque ſuo exemplo gratos fieri docet. Fabulam Ixionis vide 4. Metam. Ouid. ἐφετμαῖσι Dat. Ion. & poët. φαντὶ Dor. pro φασί.

ἐν πτερόεντι. Hoc eſt ἐν ταχεῖ βοχῷ παντᾳχοῦ δινουμένῳ. πτερόεις τροχὸς à Leonicero exponitur *petroſa rota.* vulgata verſio, *alata rota*, & à Scholiaſt. ταχὺς βοχός. Nullibi autem reperio vocabulum πτερόεις. Nec ſic puto legendum: quia non lapidea, ſed ferrea eſſe dicitur rota cui alligatus eſt Ixion. Ideóque legere mallem πτερόεις *alatus* hoc eſt ταχὺς *velox*, *celer*, vti interpretatur Scholiaſt. ſiquidem ea voluitur rota celeriter: & vt ait Tibull. lib. 1.

*Illic Iunonem tentare Ixionis auſi*
*Voluuntur celeri noxia membra rota.*

τ͂ εὐεργέταν. Dor. pro εὐεργέτην. hanc gnomen ſic proſa efferas, τ͂ εὐεργετήσαντα ἀντευεργετεῖν.

| παράφρασις. | στροφὴ. κῶλ. ιε. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| Suo autem periculo, imò lamno perſpicuè didicit be- | ἔμαθε ᾗ σαφές. εὐμενέσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις | Id autem planè dicit. Propitios enim |

γλυκὺν ἑλὼν βίοτον, μακρὸν οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον,
μαινομέναις φρεσὶν,
Ἥρας ὅτ' ἐράσατο, τὰν Διὸς εὐναὶ
λάχον πολυγαθέες.
ἀλλά νιν ὕβρις ἐς αὐάταν ὑπεράφανον
ὦρσε· τάχα δὲ παθὼν ἐοικότ' ἀνὴρ,
ἐξαίρετον ἕλε μόχθον. αἱ δύο δ' ἀμπλακίαι
φερέπονοι τελέθοντι· τὸ μὲν
ἥρως ὅτι τ' ἐμφύλιον αἷμα, πρώτιστος οὐκ ἄτερ τέχνας
ἐπέμιξε θνατοῖς·

*apud Saturni filios dulcem nactus vitam, longam non sustinuit fœlicitatem, furiosa mente Iunonem quum deperijt, quam Iouis strata sortita sunt multum iucunda: sed eum petulantia in damnum insolentem impulit. Et mox passus consentanea vir ille, exquisitam sustinuit ærumnam. Duæ autem culpæ portatrices sunt ærumnæ: vna, quòd heros cognatum sanguinem primus non sine fraude miscuit inter homines.*

nefactori esse vicissim benefaciendum. Cùm enim per Iouis Saturni filij beneuolentiam & humanitatem, expiato eius homicidio, in consortium Deorum esset admissus, & suaui illorum conuersatione donatus, fœlicitatem illam non diu seruauit inoffensam. Sed nescio qua mentis insania percitus, Iunonis, quæ solius Iouis coniugium iucundum est sortita, amore flagrauit. Cui quòd stuprum obtulisset vir ille insolens, damnum ingens accepit: & merita eáque graui pœna statim est mulctatus. Atque hic quidem duorum scelerum fuit conscius, reúsque, ob quæ labori illi ærumnoso est addictus. Nam primus inter Græcos cognato sanguine sese contaminauit, quando Deioneum socerum pro data vxore munera acriùs efflagitantem, ad simulatum conuiuium inuitauit, ac si illa traditurus esset: attamen in foueam carbonariam, igni intus occultato, & tenuissimis trabibus superius instratam miserum dolosè detrusit.

ἔμαθε δὲ σαφές. Hoc est ἔμαθε δὲ σαφῶς ὅτι δεῖ τὸν εὐεργέτην ἀνταμείβεσθαι. Est hîc amplificatio exempli, repetita narratione à beneficijs Iouis erga Ixionem.

εὐμενέσι γάρ. Hoc est παρὰ γὰρ τοῖς τοῦ Κρόνου παισὶν εὐμενῶς διατεθεῖσιν αὐτῷ, ἡδὺν βίον δεξάμενος τὴν ἐν Θεοῖς διαγωγήν. Iupiter cædem quam Ixion perpetrarat occiso socero, misericordia commotus non solùm expiauit, sed cœlo illum excepit, quòd flagitij valdè pœnituisset, & à secretis constituit. Pro qua liberalitate Iunoni Iouis coniugi stuprum inferre conatus est.

μακρὸν ὄλβον. Schol. interpretatur ὑπεραίροντα τὴν αὐτοῦ φύσιν. *superantem eius naturam.* Sed malim simpliciter exponere, οὐκ ἐδυνήθη διὰ μακροῦ χρόνου ἐνεγκεῖν ὄλβον τοσοῦτον. Quia magna fœlicitas citò animum tumefecit. Itaque non diu in hac fortuna remansit.

μαινομέναις φρεσίν. Quia nimius fuit ille amor, mentem turbauit. Sic apud Virgil.

*Insano Cassandræ incensus amore,*

legimus, & amor *insanus*, dicitur quum in animum impotentem incidit. Imò inter insaniæ species ponitur *Amor*.

τάν. Dor-

ταὶ. Dor. pro τὴν. λάχον neglecto augmento pro ἔλαχον. πολυγαθέες. Dor. pro πολυγηθέες. Eſt autem poëticum vocabulum πολυγηθὴς. hoc eſt ὁ πολλὴν γηθοσύνην παρέχων. *qui multam lætitiam præbet*. Sic autem proſa loquaris, ἥτις ἦν Διὸς ἄλοχος.

ἀλλά νιν. Pœna ſequens ſcelus. Hîc ὕβριν dicit non ingratitudinis tãtùm ſcelus, ſed & ſtuprum quod Iunoni conatus eſt inferre. αὐάταν Dor. pro αὐάτην. & Ἀάτη Aeol. dicitur αὐάτη. Nam ἄτη per contractionem formatur ab ἀάτη, gemino αα Aeoles υ. interſerunt. Quod & inter duas vocales diuerſas obſeruare ſolent, vt ἀήρ, ἀώς, dicunt αὐήρ, αὔως.

ὑπερἄφανον. Dor. pro ὑπερήφανον. & exiſtimat Aemilius Portus iungendum eſſe cum αὐάταν & exponendum μεγίστην. vt *damnum ſuperbum*, nihil aliud ſit quàm *maximum*. Sed vulgata verſio refert ad νιν *ipſum*, nempe Ixionem, qui eò ſuperbiæ deuenit, vt Iunonem tentare auſus ſit.

ὦρσε, Aoriſt. ὦρσα formatur à futuro Aeol. ὄρσω, verb i ὄρω. τάχα hîc pro ταχέως. Nõ igitur à tergo ſequuta eſt pede pœna claudo: ſed inflicta eſt ſtatim. παθὼν ἐοικότα hoc eſt τὰ δίκαια, ἢ τὰ τῷ ἁμαρτήματι ἁρμόζοντα. Sic Odyſſ. α. Καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ. vbi ἐοικὼς ὄλεθρος *merita mors* dicitur.

ἐξαίρετον μόχθον. Hoc eſt, non modò ἐξηλλαγμένον *peregrinum*, *inuſitatum*: ſed & μέγαν, ὑπερβάλλοντα. Sicut & ἐξαίρετον γάθησεν dixit, *gauiſus eſt ſupra modum*, *vel vehementer*. Pyth. Od. 4.

αἱ δύο δ'. Hoc eſt, δύο δ' ἁμαρτίαι εἰσὶν αἱ τὴν τιμωρίαν ἐπιφέρουσαι. Enumeratio eſt flagitiorum Ixionis, quæ duo ſunt. Primum quòd ſocerum Deioneum occiderit, quod parricidium ei condonauerat Iupiter ſummopere pœnitenti. Secundum quòd in Deorum conſortium admiſſus, non meminerit nullam iniuriam benefactori inferendam, ſed ingratus Iunonem tentarit, τελέθοντι pro τελέθουσι. τελέθω poëticum pro εἰμὶ τὸ ὑπάρχω. φερέπονοι dicuntur ἀμπλακίαι. quia τοὺς πόνους φέρει hoc eſt τὰς τιμωρίας ἢ ἀμπλακία.

τὸ μὲν. Hoc primum ſcelus Ixionis qui in ſuo populo primus homicidium commiſit, imò cognato ſanguine ſe contaminauit, quando ſocerum interemit: οὐκ ἄτερ τέχνας non ſine dolo. Nam cùm Deioneus munera ob acceptam vxorem ab Ixione flagitaret, acriúſque inſtaret, coactus Ixion inuitauit ſocerum tanquam ad conuiuium, & ad illa accipienda, quòd ſe æquitate mitigatum ſimularet. Sed hunc Ixion in foueam carbonariam, quam igne interius occultato tabulatis tenuiſſimis ſuperius inſtrauerat, detruſit. Et hæc τέχνη qua vſus eſt Ixion.

ἐμφύλιον. Hoc eſt, πρῶτος ἐμφύλιον φόνον ἐν τοῖς ἀνθρώποις εἰργάσατο οὐκ ἄνευ δόλου.

παράφρασις. ἀντιςρ. κῶλ. ιε. μετάφρασις.

Deinde Iunonem Iouis ὅτι τε μεγαλοκευθέεσ- Altera quòd in magna

vxorem ſtuprare conatus eſt in eius thalamis ampliſſimis, & magna penetralia habentibus: nulla illius magnitudinis, nulla ſuæ conditionis, ſed flagitioſæ tantùm cupiditatis habita ratione. Attamen metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt. Cæterùm non legitimi ſed peruerſi concubitus, iſtum qui ad eos acceſſit, in repentinam calamitatem coniecerunt, poſtquam cum nube rem habuit, falſò Iunonem eſſe ratus, & neſciẽs ſe illius dulce ſimulachrum amplecti. Nam illa nubes erat Iunoni cœleſti filiæ præſtantiſſimæ Saturni ſimillima, & Iouis arte ad illius ſpeciem exquiſitiſſimè effecta, vt ſic deceptum pulchritudine virũ in perniciem cõijceret. Porrò Ixion rotam fecit quatuor habentem radios, quorum duobus manus, duobus pedes alligarentur,

σιν ἔν ποτε θαλάμοις
Διὸς ἄκοιτιν ἐπειρᾶ-
" το. χρὴ δὲ κατ' αὑτὸν αἰ-
" εὶ
" παντὸς ὁρᾶν μέτρον.
εὐναὶ δὲ παράτροποι ἐς κακό-
τατ' ἀ-
θρόαν ἔβαλον ποτὶ
καὶ τὸν ἵκοντ', ἐπεὶ νεφέλᾳ πα-
ρελέξατο,
ψεῦδος γλυκὺ μεθέπων ἄιδρις
ἀνήρ.
εἶδος γὰρ ὑπεροχωτάτᾳ
πρέπεν οὐρανιᾶν
θυγατέρι Κρόνου, ἅν τε δό-
λον
αὐτῷ θέσαν Ζηνὸς παλάμαι,
καλὸν
πῆμα. τὸν δὲ τετράκνα-
μον ἔπραξε δεσμόν,

*penetralia habentibus thalamis vxorem Iouis tentauerat. Oportet autem vnumquemque ſecundum ſe ſemper cuiuſlibet rei conſiderare modulum. Concubitus autem peruerſi in calamitatem ſubitam coniecerunt etiam hunc accedentem, poſtquam cum nube concubuit mendacium dulce conſectans inſcius vir: forma enim excellentiſſimæ par erat cœleſti filiæ Saturni, quam fraude ſtructam manus Iouis fecerant ei pulchram perniciem. Quadriradium autem vinculum fecit,*

ὅτι τε. Secundum Ixionis flagitium, quòd Iunonem tentarit. μεγαλοκευθέεσσι poët. Dat. pro μεγαλοκευθέσι. μεγαλοκευθὴς poëtic. vocab. ὁ μεγάλα κεύθη, vel μεγάλους κευθμῶνας ἔχων, *qui magna penetralia, vel latibula habet.*

χρὴ δὲ κατ' αὐτόν. In proſa ſic dicas, χρὴ δὲ καθ' αὑτοῦ δύναμιν τὸ μέτρον σκοπεῖν, καὶ μὴ τῆς ὑπὲρ δύναμιν ὀρέγεσθαι. Gnome qua mediocritas & modeſtia commendatur, Quam ſic expono ex Horatio

*Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.*

Similem huic Pindari ſententiam Delphis à Chilone inſcriptam fuiſſe monet Schol.

εὐναὶ δὲ παράτροποι. hoc eſt μοιχίδιοι, καὶ τοῦ δέοντος παρεκτετραμμέναι. Et ſic exponendum hoc vocabulum poëticum. ἐς κακότατα Dor. pro κακότητα hoc eſt δυστυχίαν, ἀθρόαν hoc eſt μεγίστην: quanquam Schol. refert à nonnullis legi ὀρθάν. & ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντα puto per tmeſin accipiendum, pro καὶ τὸν ποθίκοντα hoc eſt προσερχόμενον. & ποτὶ Dor. eſt pro πρός, ἵκω, & Atticè ἥκω *venio*. Sententia qua monet thoros illicitos conſequentes pati pœnas, Ixionis exemplo.

ψεῦδος γλυκύ. Dulce mendacium, quia licèt falſo obiecto Ixion decipiebatur, tamen iucundus erat illius amplexus. ἄιδρις hoc eſt ἄπειρος. Compoſitum ex α priuante, & ἴδρις ab εἰδέω *ſcio*, vnde εἴδρις, reiectò ε. ἴδρις, interiectò ρ. ἴδρις.

εἶδος γάρ. Hoc eſt καὶ γὰρ κατὰ τὸ εἶδος ὁμοία ἦν τῇ ὑπεροχωτάτῃ Κρόνου θυγατρί. Hic πρέπεν Neglecto augm. pro ἔπρεπεν. Periphraſticè Iunonem dicit *cœleſtem Satur-*

ni filiam.

αὖ τι δόλον. Hoc eſt λαῦπνα νεφέλαν εἰς δόλον αὐτῷ θέσαν αἱ τῶ Διὸς χεῖρες, ſeu τέχναι. Dolus erat in hac nube, quòd Iunoni eſſet ſimilis, Nubes verò καλὸν πῆμα vocatur, quòd Ixion putaret eſſe formoſam illam Iunonem quam deperibat: attamen hinc damnum conſequebatur, nimirum ſupplicium meritum: vide in Chil. Eraſm. parœmiam *de pulchro ligno vel ſtrangulari*: vbi hoc καλὸν πῆμα citatur.

τὸ ϑ. Pœnas paratas Ixioni deſcribit. δεσμὸν τετράκναμον appellat rotam quatuor radios habentem, ſic ſtructam vt duobus radijs manus, duobus pedes alligarentur. τετράκναμος Dor. & poëticum vocab. eſt pro τετράκνημος, hoc eſt τέσσαρας κνήμας hoc eſt ῥάβδους ἔχων. Nam κνήμη eſt ἄξονος ῥάβδος.

| περίφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιδ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| in proprium exitium. Itaque in compedes iſtos vnde euadere non poſſent irretita membra coniectus, hoc præceptum accepit vulgò enunciandum, vt benefactori viciſſim benefacerent homines. Porrò ex hoc nefando concubitu nubes ſola ſolum vnicúmque peperit filium ſuperbum, à quo ita erant alienæ Gratiæ, vt neque apud homines, neque apud Deos in honore eſſet: quem nutrix Centaurum appellauit. Qui Centaurus poſtea ad Pelij montis radices cum Magneſiis equabus rem habuit, vnde prognatum eſt genus hippocentaurorum admirandum, qui vtriſque parentibus ſimiles erant, imáque parte matrem, ſuperna patrem referebant. | ἑὸν ὄλεθρον ὄγ'. ἐν δ' ἀφύκτοι-<br>σι γυιοπέδαις πεσὼν,<br>τὰν πολύκοινον ἀνέδέ-<br>ξατ' ἀγγελίαν. ἄνευ δ' οἱ Χα-<br>ρίτων τέκε<br>γόνον ὑπερφίαλον<br>μόνα καὶ μόνον, οὔτ' ἐν ἀν-<br>δράσι γερασφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν<br>νόμοις,<br>τὸν ὀνύμαξε τράφοισα Κένταυρον,<br>ὃς<br>ἵπποισι Μαγνη-<br>τίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἐν Πα-<br>λίου σφυροῖς· ἐκ δ' ἐγένοντο στρα-<br>τὸς<br>θαυμαστὸς, ἀμφοτέροις<br>ὁμοῖοι τοκεῦσι· τὰ ματρόθεν<br>μὲν<br>κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός. | *ſuum exitium. In compedes igitur membra irretientes, & effugium non habentes, prolapſus, multum communem accepit rumorem. Sine Gratijs autem ipſi peperit prolem ſuperbam, ſola & ſolam, neque inter homines honorē conſequentem, neq; in Deorum legibus, quā ea quæ aluerat appellauit Centaurum, qui cum equabus Magneſiis concubuit in Pelij vallibus. Nati ſunt igitur gens mirabilis, ābob⁹ ſimiles parētib⁹: quæ à matre erāt infernè: at quæ ſupernè, patris.* |

ἑὸν ὄλεθρον. Cohæret cum ſuperioribus: & rotæ vſus oſtenditur. Apparétque ex poëtæ verbis Ixionem ipſum eius fuiſſe fabricatorem.

ἐν δ'. Oſtendit vt piſcator ictus ſapit. Nam hoc ſupplicio addictus tandem agnoſcit errorem, & monet alios poſtquam accepit. ἀγγελίαν nimirum officium ſuo exemplo poſteros monendi, quod dixit antè, εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς, ἐποιχομένους τίνεσθαι. γυιοπέδη autem eſt δεσμὸς τὰ γυῖα πεδῶν.

ἄνευ δέ οἱ Χαρίτων. Abſoluta ſupplicij narratione, prolis mentionem facit:

quam dicitur Ixion ex nube ἄνευ χαρίτων suscepisse : quod exponit Schol. vel ἄνευ συνουσίας : quia χαρίζεσθαι propriè significat συνουσιάζειν: vt probat exemplis: vel γόνον ἄχαριν καὶ ἄγριον : quod melius putem : quia sequitur eam prolem fuisse οὔτ' ἐν ἀνδράσι γερασφόρον, οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις: *nec inter homines, nec inter Deos honorem accepisse.* Quam nubis prolem etiam appellat ὑπερφίαλον, ac proinde nec hominibus, nec Deo gratam, qui superbos oderunt.

μόνα. Dor. pro comm. μόνη: & refertur ad νεφέλην. μόνον autem, ad γόνον. Neque enim talis soboles visa vnquam est in rerum natura. Item sola solum dicitur nubes peperisse Centaurum ; vt opponatur multitudini Hippocentaurorum quos ex diuersis equabus habuit Centaurus, cùm Ixion vnum ex vna nube centaurum habuerit. οὔτ' ἐν ἀνδράσι, hoc est. οὔτε παρ' ἀνθρώποις, οὔτε παρὰ θεοῖς τιμῆς ἀπολαύοντα.

τόν. Artic. præposit. pro subiunct. ὅν. & ὀνύμαξε. Neglecto augm. metri causa. Item Aeol. & Dor. pro ὠνόμασε. Nam Aeoles ὀνυμάζω dicunt pro ὀνομάζω, & futurum Doricè effertur in ξω. βάφοισα pro βάψουσα: sic appellatur *nutrix* : & effertur Dor. & Aeol. pro βαψοῦσα. Nam Dor. ου mutatur in οι. & Aeol. retrahitur accensus in antepenultimam. De nomine, *Centaurus*, vide Eustathium.

ὃς ἵπποισι. Nubis filius ex Ixione dictus est Centaurus, quasi κεντήσας τὴν αὔραν: hoc est τὴν ἀερίαν νεφέλην. Centauri progenies Hippocentauri fuerunt : nati ex concubitu Centauri cum equabus Magnesiæ Thraciçæ. Quę tanquam fabulosa refutat Galenus lib. 3. de Vsu partium: quem locum consule, vbi reperies pro Παλίε σφυροῖς, πολιοσφύροις. q. d. *malleolos albos habentibus.* Porrò Doricum est Παλίε pro Πηλίε. Est mons Thessaliæ Pelion.

ἐκ δ' ἐγένοντο. Per tmesin pro ἐξεγένοντο. Et quia στρατὸς nomen est collectiuum, ideo pluralem numerum verbi, singularis numerus nominis rectè recipit. Hippocentauri isti διφυεῖς appellati fuêre, quia vtrisque parentibus erant similes.

παράφρασις.

Ex his quæ in Ixionem ingratum fecit Iupiter, vides quanta sit Dei potentia, qui quæ vult perficit, qui volucrem aquilam auiũ præstantissimam assequitur : qui piscium velocissimum delphinẽ pręteruehitur, qui fastu turgidos homines subuertit, alios verò, nimirum modestos in gloriam immortalem, & deus æternũ euehit. Cæterùm

στροφὴ γ. κῶλ. ιϛ.

„ Θεὸς ἅπαν ἐπὶ ἐλπίδεσ-
„ σι τέκμαρ ἀνύεται.
„ Θεὸς ὃ καὶ πτερόεντ' αἰ-
„ ετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖ-
„ ον παραμείβεται
„ δελφῖνα· καὶ ὑψιφρόνων τιν' ἔ-
„ καμψε
„ βροτῶν. ἑτέροισι δὲ
„ κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'. ἐμὲ δὲ
„ χρεὼν

μετάφρασις.

„ *Deus omnẽ pro votis exitũ peragit : Deus, qui & alatam aquilam assequitur, & marinum prævertitur delphina : atque aliquem elatos animos habentiũ mortaliũ inflexit: alijs autẽ decus senij expers dedit. At me op⁹ est fugere morsũ tri-*

ẽa de benemerito bene sit loquendum, vt de Cinyra Cyprij, & de Hierone Locri Epizephyrij loquuntur: non tamen non beneficiẽti est maledicendum. Atque hoc vitium apud te declinare velim, vt quo iniustè homines mordeatur. Quod vt faciam monet me conuiciatoris Archilochi exẽplum, quem cùm pinguefaceret & delectaret odium maledicum, vidi ad tristes angustias sæpissime redactum. Itaque tuas laudes persequar, dicámque diuitias cum fœlicitate & sapientia coniunctas rem esse præstantissimam.

" φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγορ-
" ειᾶν.
" εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν τὰ πόλ-
" λ' ἐν ἀμαχανίᾳ
" ψογερὸν Ἀρχίλοχον, βαρυλό-
" γοις ἔχθεσιν πιαινόμενον. τὸ
" πλου-
" τεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότ-
" μου
" σοφίας, ἄριστον.

*stẽ maledicentiã. Vidi enim procul existens sæpe in angustijs conuiciatorem Archilochum dum maledicis odijs pinguefieret. At diuitias habere cum fœlicitate sortis sapientiæ, præstantissimum.*

Θεὸς ἅπαν. Hoc est Θεὸς ὅ,τι ἂν διανοηθείη, τοῦτο καὶ ἀνύει. Etenim ἐλπίδας hîc τὰς φρένας, seu διάνοιαν significat: imò τὸ θέλημα. vt extollat diuinam potentiam, cui facile est quicquid vult. Cui gnomologiæ dedit occasionem Ixion: siquidẽ Iupiter Nubem excogitatam nullo negocio Iunoni assimilauit, vide Erasm. in Chil. Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Θεὸς ὃ καὶ. Eandem diuinam potentiam eâdem occasione extollit, quam nemo malus vllo modo deuitare possit: non secus ac Ixion, quem superbum & ingratum ad inferos detrusit Iupiter. Quam sententiam in Chiliad. Erasmi inuenias titulo *Vltio malefacti*: in hoc adagium εὗρε Θεὸς τὸν ἀλιτρόν.

ὃ καὶ πτερόεντα. Hoc est ὃς καὶ τὸν πτηνῶν ἀετὸν, τὸν ἰχθύων δελφῖνα ταχύτατον καταλαμβάνει, καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς ὑψηλοφρονοῦντας ταπεινοῖ, τοὺς δὲ ταπεινοφρονοῦντας ὑψοῖ. Ac proinde est omnibus animantibus cœli, maris, & terræ potior. Dixit αἰετὸν metri causa pro ἀετὸν. κίχε neglecto augm. pro ἔκιχε. à κίχω. & παραμείβεται hoc est παρέρχεται vt & Nem. 3. ἐμὸν πλόον παραμείβου, κῦδος ἀγήραον. hoc est *æternum decus*, vt loquitur Horat. Od. 25. l. 3. Carm. Alios igitur Deus extollit, alios deprimit, illos quidem bonos, hos verò malos.

ἐμὲ δὲ χρεών. Hoc est, ἐμὲ δὲ δεῖ φεύγειν τὴν κακηγορίαν. Correctio qua calumniæ crimen declinat: ne videatur exagitare consulto Ixionem. Ait Schol. his verbis taxari Bacchylidem, qui soleret Pindarum apud Hieronem traducere. Proposito sibi exemplo Archilochi id se facere testatur. Nam illi malè cessit. κακαγορίαν Dor. pro κακηγορίαν. & pro ἀδινὸν nonnulli legunt ἄδικον. Sed hîc meo iudicio incipit ad Hieronem regredi, vt ex paraphrasi cognosces.

εἶδον γάρ. Hoc est ἐγὼ γὰρ πόρρωθεν εἶδον τὸν λοίδορον Ἀρχίλοχον, ὅστις ἔχθεσι βαρυλόγοις ἐπιαίνετο καὶ ἔχαιρεν, πολλάκις ἐν ἀπορίᾳ καθεστῶτα. Hunc in locum malè sentire videtur Aretius, qui ait bene cessisse Archilocho maledicendi studium: quòd pauper cùm esset, obtrectationibus emersit & ditatus est. Quod loci sensus erroris satis arguit. Fortè autem propter verbum πιαίνεσθαι ita exposuit: sed non animaduertit petitam è medio significationem, & vulgò dici quempiam rebus malis pinguefieri, quum ijs delectatur perpetrandis.

τὸ πλουτεῖν. Hæc iam pertinent ad Hieronem, ad quem regreditur. q. d. τὸ πλούτου μετὰ σοφίας ἐπιτυγχάνειν, ἄριστον, καὶ εὐποτμότατός ἐστιν ὁ πλουτῶν καὶ σοφίας ἅμα τυχών. *Optimum est diuitias cum sapientia consequi; isque est fœlicissimus qui cum sapientia diues est.*

παράφρασις.

Quales cùm habeas, pateátque omnibus te sapientem esse, simúlque diuitem, libera mente præditus eas alijs benignè impertire potes ô rex, qui in ciuitates fortibus viris munitas, & præstantibus muris cinctas imperiū habes. Honore autem & diuitijs adeò insignis es, vt nemo nisi qui stolida mente veritati aduersatur, dicat regem vllū ex ijs qui ante tua tempora regnarunt in Græcia, honoribus opibúsque maiorem te extitisse. Sed vt fortitudinem tuam celebrem, est quod in eximiam classem cōscendam, qua strenuè bellasti contra eos qui bellum in Siciliam inuehebant. Certè tu iuuenili ætate grauia bella cum Gelone fratre sustinuisti, in quibus edidisti tuæ fortitudinis specimina, vnde assero te immensam gloriam esse consequutum,

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις ἐλευ-
θέρᾳ φρενὶ πεπορεῖν
πρύτανι, κύριε πολλᾶν
μὲν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν,
καὶ στρατοῦ. εἰ δέ τις,
ἤδη κτεάτεσσί τε, καὶ περὶ τι-
μᾷ
λέγει ἕτερόν τιν' ἀ-
ν' Ἑλλάδα τῶν πάροιθε γενέσθαι ὑπέρ-
τερον,
χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κε-
νεά.
εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι
στόλον ἀμφ' ἀρετᾷ
„ κελαδέων. νεότατι μὲν ἀ-
„ ρήγει θράσος δεινῶν πολέμων, ὅ-
θεν
φαμὶ καὶ σὲ ταὶ ἀπεί-
ρονα δόξαν εὑρεῖν,

μετάφρασις.

*Tu autem certò eas potes libera mēte suppeditare, dispensator, domine multorum vicorum bene cinctorum muris, vt coronis, & numerosæ gētis. Quòd si quis iam diuitijs & honore dicit alium quempiam in Græcia eorum qui antè fuerunt extitisse superiorem, obtusa cum mente conflictatur futili. Conscendam igitur amœnam classem de virtute* Hieronis *sonans. Iuuentuti quidem auxiliatur audacia circa grauia bella. Vnde dico te quoque immensam gloriam nactum esse,*

τὺ δὲ σάφα. Alloquitur Hieronem. σὺ δὲ Ἱέρων σαφῶς σὺν τύχῃ πότμου σοφίας πλουτῶν δύνασαι πλοῦτον ἐλευθέρᾳ φρενὶ παρέχειν. Ad laudes igitur illius nunc redit, eúmque à diuitijs cum sapientia coniunctis commendat, atque etiam tacitè ad liberalitatem incitat. τὺ Dor. pro σὺ. ἔχεις hoc est δύνασαι.

πεπαρεῖν. Hoc mendosè legi puto, pro πεπορεῖν: siquidem Schol. exponit παρέχειν, πορίζειν, καὶ παρασκευάζειν. Nam si legas πεπαρεῖν, erit infin. Aor. 2. πέπαρον per reduplicationem Ionicam, pro ἔπαρον, à præsenti πείρω: vt à σπείρω formatur ἔσπαρον: at verbum πείρω non significat πορίζω. Sed si reponas πεπορεῖν: erit infin. Aor. 2. ἔπορον & per reduplicationem Ionicam πέπορον. Hinc infin. πεπορεῖν, à themate πόρω *prabeo*. Et certè facilis fuit lapsus in huiusmodi mendum mutationis τοῦ ο. in α.

πρότανι. Hoc eſt ἄρχων καὶ βασιλεῦ. Porrò laudat Hieronem à latitudine imperij. πολλᾶν Dor. pro πολλῶν. εὐστεφάνων hoc eſt εὐτειχέων. Nã στέφανος metaphoricè dicitur murus quo cingitur ciuitas, vt Ol. 8. antiſtr. 2. ἐπὶ στέφανον τεῦξαι videbis pro τεῖχος ἐπιτεῦξαι. ἀγυιᾶν Dor. pro ἀγυιῶν καὶ στρατῶ, h.e. τῶ λαῶ: vt ſolet author hanc vocem paſſim vſurpare. Verùm ei nunc ſubeſt emphaſis, vt innuat fortem eſſe populum & militiæ peritum.

εἰ δέ τις. Hoc eſt εἰ δέ τις λέγει ἕτερόν τινα κατὰ τὴν Ελλάδα τῶν πρὸ τούτου γενέσθαι μείζονα πλούτῳ καὶ τιμῇ, ματαίᾳ φρενὶ μάχεται, καὶ ἀνόητός ἐστι. Quibus verbis amplificat laudem à potentia & diuitijs: quum aſſerit Hieronem nulli præcedentium Græciæ regum eſſe ſecundum poſſeſſionibus & honoribus. κτεάτεσσι Ion. & poët. pro κτέασι. τιμᾶ Dor. pro τιμῇ. χαυνᾶ Dor. pro χαυνῇ. De voce πρότερος vide 2. Ol. κενεᾶ. à κενεός, εά, εόν. pro κενός, ή, όν. παλαιμονεῖν. poëticum pro παλαίειν.

εὐανθέα δ'. Hoc eſt, ἤδη ὁρμήσω αἰθηρῶς ἀνυμνῶν τὴν ἀρετὴν Ἱέρωνος. Laus eſt à peritia rei militaris. Dicit εὐανθέα στόλον ἀναβάσομαι alludens ad claſſem qua debellauit Phœnices qui Cumanos aggreſſi erant. ἀναβάσομαι. Dor. pro ἀναβήσομαι.

νεότατι. Dor. pro νεότητι. Laudem hanc à peritia rei militaris ab ætate amplificat, quòd iuuenis cùm eſſet, virtutis bellicæ ſpecimen edidit: quando in bellis Siciliæ illatis vnà cum Gelone fratre ſtrenuè ſe geſſit. θράσος in bonam partem ſumitur pro fortitudine animíque magnitudine.

ὅθεν. Hoc eſt, ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς πολέμους θρασύτητος: vel ἀπὸ τῶν πολέμων. φαμὶ Dor. pro φημί. Notatur conſequens virtutis, nempe gloria.

παράφρασις.

tum in equeſtribus, tum in pedeſtribus pugnis, quando inter tuos equites peditéſque præliabatis. Nec ſola, qualem iuuenes decet, fortitudine valuiſti: ſed & conſilio prudentiáque ſenili in bello claruiſti: quò fit vt mihi te laudandi ſuppetat anſa, nec in periculo reprehenſionis verſer, ac ſi non laudabilem virum immeritò laudarem. Salue rex Hieron. Hoc encomiaſticum carmen itinere marino ad te mitto, more Phœnicum mercatorum, qui merces lucri cauſa per mare vectant nauibus. Et vt Caſtoreum illud carmen ſaltationi accommodum, Aeolico rhythmo

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

τὰ μὲν ἐν ἱπποσόαισιν ἄνδρεσσι μαρνάμενον, τὰ δ' ἐν
πεζομάχαις. βουλαὶ
δὲ πρεσβύτεραι, ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπος
ποτὶ ἅπαντα λόγον
ἐπαινεῖν παρέχοντι. χαῖρε. τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν
μέλος ὑπὲρ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.
τὸ Καστόρειον
δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς
θέλων, ἄθρησον χάριν ἑπτακτύπου
φόρμιγγος ἀντόμενος.
γένοιο δ' οἷος ἐσσὶ, μαθών. καλός τοι

μετάφρασις.

*partim quidem inter equites viros pugnantem, partim verò inter pedites. Conſilia autem* tua *ſenilia, tutum mihi carmen ad omnem ſermonem, vt* te *laudem præbent. Salue: hoc quidem carmen more Phœniciæ negociationis ſuper canum mare mittitur. Caſtoreum autem in Aeolicis fidibus ſi velis, conſidera gratiam ſeptiſonæ citharæ conſequutus. Sis autem qualis es, vbi didiceris.*

compositum, quod ad te antehac misi, approbatum suauiter excepisti: sic & istud excipe, considerans vt ad citharam septem fidibus totidem diuersos sonos edentem concinnè est contextum. Cæterùm permane tibi similis, nec bonos mores tuos adulatorum calumniis vitiatos immutes: hoc sciens, nimirum simiam, etsi sit deformis, pulchram tamen videri pueris: sic & adulatores, etsi non sint probi, probos tamen iis videri quibus blandiuntur.

πίθων παρὰ παισὶν αἰεί

*Pulchram sanè simiam apud pueros semper*

τὰ μ̃. Per distributionem loquitur quum ait eum inter pedites, item inter equites pugnasse. ἱππεύεσσιν. Ion.& poët.datiu.pro ἱππεῦσι. à recto sing. ἱππεύς, vel ἱππεύης poëticum vocabulum compositum ex ἵππος *equus* & σεύω à σεύω τὸ ἐλαύνω, παρορμῶ, παρορμῶ.

πεζομάχαις. A recto singul. πεζομάχας. Dor. pro comm. πεζομάχης, vel πεζομάχος, πεζομαχῶν, ὁ τὴν πεζὴν μάχην μαχόμενος. *qui pedestre prælium committit.*

βουλαὶ δ̃. A fortitudine bellica priùs laudauit: nunc à consilio senili. Etenim vis consilij expers mole ruit sua. Non solùm igitur fuit πολεμικὸς, sed etiam εὔβουλος ætate iuuenili: necesse enim est vt qui bella prosperè gessit, vnà cum fortitudine prudentiam miscuerit. Sic autem declaranda hæc sententia. αἱ δ̃ σαὶ γνῶμαι δίαι πρεσβύτου αἰδέσς ἐν τῇ νεότητι συνετὰ, παρέχουσί μοι τὸ ἐγκωμιάζειν σε, μὴ κινδυνεύοντι ἐλέγχεσθαι ὑπό τινος, ὡς ἂν σὲ ἐπὶ ψεύδει ἐπαινοίην. Dixit ποτὶ Dor. pro πρὸς. & παρέχοντι Dor. pro παρέχουσι.

χαῖρε. Salutatio est qua accedentes & discedentes vtebantur veteres: huic loco bellè conueniens.

τόδε μ̃ κτ̃. Hoc est ὕμνον τόνδε σοι πέμπω ὑπὲρ θαλάσσης κτ̃ τὴν φοίνισσαν ἐμπολήν. Tacitè significat se hymnum hunc spe mercedis mittere. Nam Phœnices mari mercaturam exercebant lucri causa. Vnde notantur Phœnices vt παλιγκάπηλοι, qui primi docuêre catinis ferre cauis orbis commercia. De hac gēte sic Sophocles, Ωγλὺ ἔθου κ̀ πεῖσαν ὡς φοίνιξ ἀνήρ. Et Comicus. Εὐθὺς φοίνιξ γίγνομαι. τῇ μ̃ δίδωμι χειρὶ, τῇ δ̃ λαμβάνω. Et prouerbio notatur Σιδώνιος κάπηλος.

ὑπὲρ πολιᾶς. Commendatio carminis à longiori itinere: nam quo remotiori è regione mittitur, eo carius esse debet.

τὸ Καστόρειον. Hoc est τὸ καστόρειον μέλος ὑπορχηματικὸν τῷ Αἰολικῷ ῥυθμῷ συντεταγμένον. Rogat Hieronem vt quemadmodum ipsi arrisit carmen quod miserat poëta nomine *castoreum*: sic & istud suauiter excipiat. Cæterùm καστόρειον μέλος ὑπορχηματικὸν vocat, ad quod carmen armati saltabant: ab inuentore Castore sic appellatum, vt volunt. Inuentionem ad Mineruam refert Epicharmus: ex quo Lacones morem retinuêre, vt ea cantione in bello vterentur: quæ saltatio & cantio πυρρίχη est dicta. Quidã Achilli eã tribuunt, qui primus ad Patrocli tumulũ ea sit vsus: vel Pyrrho Achillis filio. Et quia fiebat ad rogũ, fortè à πυρὰ est dicta πυρρίχη. Sunt qui denominent à castore animante. Castorei illius carminis, de quo iam mentio, initium hoc fuisse monet Schol. Σωὲς ὅτι λέγω ζαθέων Ἱέρων ἐπώνυμε.

Αἰολίδεσσι.

Αἰολίδεσσι. Datiuus Ion. & poët. pro Αἰολίσι. quod Schol. interpretatur Βοιωτίαις, quia Pindarus erat Thebanus & Bœotus: vel Aeolico rhythmo compositum, quia canebatur ad Lyram: insignes autem citharœdi fuerunt Aeoles. vide Αἰολίδι μολπᾷ prima Ol. Oda.

ἄθρησον. Hoc est θεώρησον καὶ δοκίμασον τὸ μέλος εἰ εὐρύθμως ἥρμοσται ὑποδεξάμενος διὰ τῆς ἑπταμίτου κιθάρας. Rogat vt carmen hoc ad lyram examinet: quò queat deprehendere, an quemadmodum castoreum illud, bene sonet. ἑπτάκτυπος epitheton citharæ q.d. ἑπτὰ κτύπους ἐν τῷ κρούεσθαι ἱεῖσα. Nam ἑπτάμιτος cùm sit, *Obloquitur numeris septem discrimina vocum*, vt verbis Virgil. vtar, Aen. 6.

γένοιο δ'. Commēdato hactenus carmine, nunc admonet vt aurem nō præbeat adulatoribus. q.d. διάμεινον τῷ ἐξ ἀρχῆς τρόπῳ ἴσος, καὶ μὴ μεταβληθῇς τῇ προαιρέσει ὑπὸ τῶν κολακευόντων σε, μαθὼν ὅτι ὁ πίθηκος οὐ καλὸς ὤν, ἀεὶ καλὸς παρὰ παισίν ἐστι, καὶ οὕτω τοῖς κολακευομένοις οἱ κολακεύοντες ἀγαθοὶ δοκοῦσιν, ἀγαθοὶ οὐκ ὄντες. Simijs comparat adulatores: nam vt illi omnium imitatores sunt: sic hi omnium ingenijs sese accommodāt: & qui se ab illis decipi sinunt, pueris similes sunt qui pulchrum à deformi non dispescunt, nec hi veras laudes à falsis discernunt. hoc prouerbialiter sumitur, vnde πίθων καλός: in adagijs Erasmi. πίθων autem poëticum est pro πίθηκος. Plura de hac parœmia habet Scholiastes: sed hæc quæ propono sunt huic loco consentanea, ac proinde sufficiunt. Cæterùm ante καλός τοι subaud. ὅτι vt sic construas, μαθὼν ὅτι καλός τοι &c. vide paraphrasin.

παράφρασις.

Vides vt fœlix clarúsque fuit Rhadamanthus, quia iustitia & integritate illæsa & intemerata, non solùm à maledicorum reprehensione immunem se tutatus est, sed etiam in animo nō est delectatus fraudulentis illis deceptionibus, quas arte sua semper moliuntur calumniarum susurratores. Sanè qui calumnias sublo- quuntur, vulpibus omnino sunt similes; támque doloso valent ingenio vt malum inexpugnabile creent ambobus, nimirum ei quem calumniantur, dum eum clā accusant, vt causam dicēdi nō sit locus, & odio obruatur: & ei apud quem calumniam effutiunt, dum falsis opinionib⁹ ipsum imbuūt, iniustúmque in odium impellunt. Illi verò quanquam aliquid commodi ex accusati incommodo aucupantur, quid tamen lucri faciunt? Nihil omninò. Quod in illis expertus sum qui mihi apud te maledicūt. Hi quidem more vulpeculæ clam insidiantur calumnijs, vt meam famam deturpent: at nihil

στροφὴ δ'. κῶλ. ιε.

καλός. ὁ δὲ Ραδάμανθυς εὖ
πέπραγεν, ὅτι φρενῶν
ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον, οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν
τέρπεται ἔνδοθεν,
οἷα ψιθύρων παλάμαις ἕπετ'
αἰεὶ
» βροτῷ. ἄμαχον κακὸν
» ἀμφοτέροις, διαβολιᾶν ὑποφά-
» τιες,
» ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.
κέρδει δὲ, τί μάλα τοῦτο κερδαλέον τελέθει;
ἅτε γὰρ εἰνάλιον πόνον ὀ-
χοίσας βαθὺ σκευᾶς ἑτέρας, ἀβά-
πτιστός εἰμι φελλὸς ὥς,
ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας.

μετάφρασις.

*pulchram. Rhadamanthus autem fœlix fuit, quia mentis sortitus est fructum inculpatū, neque dolis animum oblectatur intus: qualia susurronum artes sequuntur semper mortalium. Inexpugnabile malū ambobus calumniarum sublocutores, moribus impensè vulpium similes.* Quantū *ad lucrum autem, quid hoc magnopere ipsis est lucrosum? Nam vt suber, reliquo instrumēto* piscatorio *marinū laborē sustinente in profundo, mergi tamen non potest super maris superficiem: sic ego calumnijs sum immersabilis.*

proficiunt. Nam vt fuber pifcatorium mari perpetuò innatat, dum fagena, reliquûfque ad pifcandum apparatus, à quo grauatur, in profundum demerfus, laborem fuftinet: fic ego calumniarum vndis fum immerfabilis: quibus etfi calumniatores meam famam obfcurare conantur, tamen clarus inter homines maneo.

ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς. Exemplum Rhadamãthi ob oculos ponit, vt eum qui nõ præbuit aurẽ affentatoribus imitetur, eodémque modo bene audiat nomine iuftitiæ & integritatis. Scholiaftes hanc fententiã fic declarat rectè. Ῥαδάμανθυς ἐπίδοξος γέγονεν, ὅτι ἄμεμπτον εἶχε τὸ λογισμὸν, καὶ οὐδαμῶς ἀπάταις ἐτέρπετο τὴν ψυχήν. οἷα μάλιστα τοῖς τῶν κολάκων καὶ ἀπατεώνων ψυχαῖς εἴωθε παρακολουθεῖν.

θυμὸν fubaudi κατὰ. & τέρπεται legendum per temporis enallagen pro ἐτέρπετο, vel ἐτέρφθη: præterea ἀπάταισι Dat. Ion. & poët. pro ἀπάταις.

ψιθύρων βροτῶν. Hoc eft ψιθυριστῶν. τοὺς ψιθύρους vocat τοὺς κόλακας, à verbo ψιθυρίζειν, quia adulatores funt fufurratores, & alienæ famæ clam detrahunt. Porrò naturam calumniatorum indicat, quum dicit ἀπάτας fequi femper ψιθύρων παλάμας. Itaque artibus nefcio quibus decipiunt miferos illos à quibus audiuntur.

ἄμαχον κακόν. Argumentum quo monet ne adhæreat linguis adulatorum, quia, inquit, calumniarum miniftri, funt inexpugnabile malum ambobus, nimirũ τῷ διαβαλλομένῳ quem falfa accufatione reddũt inuifum: & τῷ πρὸς ὃν διαβάλλουσι, quia malis imbuunt opinionibus, & ad odium iniuftum inftigant eum. Cur autem funt inexpugnabile malum? Quia vulpibus funt fimiles qui rem fuã fubdolè gerunt, ita vt clam illata noxa, nihil mali intuliffe videantur. Occulti autem hoftes & inimici longè periculofiores funt apertis.

διαβολιᾶν ὑποφάτιες. Periphrafis, pro διάβολοι. Doricus genit. hîc eft pro διαβολιῶν. & ὑποφάτιες Dor. pro ὑποφήτιες. Hoc eft ἑρμηνευταί. Ὑποφήτης inflectitur vt μάντις: pro eo dicitur ὑποφήτης, & ὑποφήτωρ, quafi *fubuates, minifter vatis*. & in hac compofitione ὑπὸ pro πρὸ fumpto, idem fignificare poterit quod προφήτης. Schol. hãc vocem deducit à φατίζειν, τὸ λέγειν. Quod fi verum eft, α erit breue.

ὀργαῖς. Hoc eft τρόποις, quã vocem expofuimus fuperioris Odæ antiftropha vltima. ἀτενὲς verò exponitur καθόλου *omnino*. ἀλωπέκων ἴκελοι. Apta fimilitudo ad mores & ingenium calumniatorum depingendum. Et certè vulpium dolos graphicè defcribunt authores, & in prouerbium venit *Archilochia vulpes. Vulpina lingua*, de quibus vide Erafmi Chiliadas.

κέρδει δὲ. Hoc eft τί κέρδος αὐτοῖς ἐκ τοῦ διαβάλλειν; Oftendit calumniatores id fui commodi fpe facere: quod tamen non confequuntur. Hoc enim infert ἐρωτηματικὸς λόγος, nimirum negationẽ: vnde alibi dixit Pindarus, ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρως. Porrò κέρδει hoc eft περὶ τὸ κέρδους. *quod ad lucrum attinet*. τί μάλα τοῦτο κερδαλέον τελέθει; hoc eft τί τοῦτο μάλα ἐπικερδὲς ἐστι.

ἅτε γὰρ. Quales fint obtrectatores in calumnijs proferendis docuit: nunc qualis ipfe fit in ijs ferendis oftendit, ducta comparatione à fubere immerfabili q. d. ὥσπερ τὸ ἁλιευτικοῦ δικτύου ἐν βάθει ὄντος, καὶ τὸν θαλάσσης πόνον ἔνδοθεν φέροντος οὐ βαρύνεται οὔτε δύνει ὁ φελλὸς, ἀλλ' ἐπινήχεται ὑπὲρ τὴν τῆς θαλάσσης ἐπιφάνειαν, οὕτως ἐγὼ ταῖς τῶν ἄλλων κακηγορίαις ἀβάπτιστός εἰμι. Huc allufit Horat. in Epiftol.

*aduersis rerum immersabilis vndis.*

εἰνάλιον πόνον, Intellige laborem quem sagena sustinet mari immersa. σκευᾶς ἑτέρας intellige δίκτυον & σαγήνην, totúmque piscatorium instrumentum excepto subere. ὀχεῦσας Dor. pro comm. ὀχοῦσας ab ὀχέω, τὸ βαστάζω. σκευᾶς Dor. pro σκευῆς.

ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας. Maris ἕρκος appellat τὴν ἐπιφάνειαν, quia vt vult Scholiastes, τῇ ἑαυτῆς ἐπιφανείᾳ περιτειχίζεται, *sua superficie circumuallatur.* ἅλμας Dor. pro comm. ἅλμης.

παράφρασις.

Siquidem fieri non potest vt dolosus & calumniator ciuis, dicat quicquam quod pondus habeat, valeátque apud bonos. Quanquam tamen omnes blanditijs deliniens varios sermones callidè implicat, quasi omnium sit amicus. At ego non ita me gero, neque sum huiusmodi audaciæ particeps, sed candidè viuo. Amici amicum me profiteor, inimici inimicũ, in quem lupi instar sæuire, aliásque alijs eius vestigijs insistendo, & obliquis etiã vijs euntem insequendo vlcisci non dubitem. Constat autem eum qui veriloquus est, quauis in administratione reipub. præstare & præferri mendacibus & maledicis, siue in regno, siue in democratia quæ est populi vehementis, siue in aristocratia versetur, vbi optimates ciuitatem tuentur & conseruant. Preterea non est resistendum Deo.

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

„ ἀδύνατον ἔπος ἐκβαλεῖν<br>
„ κρατανὸν ἐν ἀγαθοῖς<br>
„ δόλιον ἀστόν. ὅμως μὰν<br>
„ σαίνων ποτὶ πάντας, ἄγαν<br>
„ πάγχυ διαπλέκει.<br>
„ οὔ οἱ μετέχω θράσεος. φίλον εἴη<br>
„ φιλεῖν. ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅ-<br>
„ τ' ἐχθρὸς ἐών, λύκοιο δίκαν ὑπο-<br>
„ θεύσομαι,<br>
„ ἄλλ' ἄλλοτε πατέων ὁδοῖς σκολι-<br>
„ αῖς.<br>
„ ἐν πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωσ-<br>
„ σος ἀνὴρ προφέρει,<br>
„ παρὰ τυραννίδι, χ' ὡπόταν ὁ<br>
„ λαῦρος στρατός, χ' ὅταν πόλιν οἱ<br>
„ σοφοὶ<br>
„ τηρέοντι. χρὴ δὲ πρὸς<br>
„ θεὸν οὐκ ἐρίζειν.

μετάφρασις.

*Impoßibile est verbũ emittere validũ inter probos ciuem dolosum. Verumtamen adulans omnibus valdè prorsus implicat* sermones. *Nõ eius sum particeps audaciæ. Amicum contingat amare, aduersus inimicum autẽ vt inimicus existens lupi more cõcurram, aliàs alia loca perambulans vijs obliquis. In omni autem regimine vir rectilinguis antecellit,* videlicet, *& in vnius dominatu, & quũ impetuosa multitudo, & quum vrbem prudẽtes custodiunt. Oportet autem aduersus Deum non contendere.*

ἀδύνατον ἔπος. Hoc est, οὐ δύναται ὁ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς διαβάλλων ἰσχυρόν τι λέγειν· καὶ ὁ δόλιος πολίτης τ͂ συνετὸν πεῖσαι. Hæc rationem continent superiorum vbi dicit se suberis instar esse immersabilem. Bonis enim & prudentibus nihil calumniosi persuaderi poteſt. Apud bonos nullius est ponderis maledica calumnia. δόλιον ἀστὸν dicit τ͂ πανοῦργον διάβολον.

ὅμως μάν. Quia mirari posset aliquis quomodo calumniator apud bonos cognitus, inter eos versetur: dicit illum adulatione erga omnes vtentem hoc consequi. Illis enim blanditur occulta sermonis subdoláque textura. De verbo σαίνειν diximus libro superiore.

οὔ οἱ μετέχω. Testatur de suo cãdore & ingenio liberali, quum dicit se nolle esse

adulatorũ imitatorẽ,eorúmque audaciæ participem. Sed qua in re cõſiſtit hæc audacia? In eo quod ſimulant ſe amicos & inimicos amare,& vtriſque pariter adulantur.

φίλον εἴη φιλεῖν. Qualis eſſe velit iſta declarãt. Apertas amicitias & inimicitias colere vult:quod eſt hominis ſinceri & candidi, qui nõ ſolet aliud in ore aliud in pectore habere. λύκοιο δίκαν. Ion. & Dor. pro λύκου δίκην. Hoc ad inimicum eſt referendũ,quem cum lupo cõparat:non ad ipſum, quaſi velit vt lupus inimicũ aggredi. Niſi innuat ſe malo nodo,malũ cuneũ opponere,& in inimicũ ſeuire.

ἄλλ' ἄλλοτε. Videtur non meliùs locũ hunc intellexiſſe Aretius,quã Scholiaſtes. Hic ita exponit ἐπ' ἄλλο καὶ ἄλλο βαίνων, ἐπιπατῶ αὐτῷ τοῖς ἴχνεσι, καὶ βλάπτων αὐτὸν ἐκ ἐκ τῶ φανερῶ, ἀλλὰ λεληθότως. Sed Aretius authorem hoc innuere dicit,maximo periculo pellendos eſſe adulatores,vt oportet lupos per difficillimas vias perſequi, donec eorum vicinia liberemur. Vterque errare videtur:ille quòd putet Pindarũ clã inimico nocere velle:hic quòd putet ad adulatores referẽdum, quaſi per aſperrimas vias aliquis ſuo periculo eos abigere debeat. Etenim innuere vult poëta ſe cupere vlciſci quauis ratione inimicũ,imò ſi per obliquas etiam vias, proindéq; difficiles ipſum perſequi oporteat. Illud autẽ λύκοιο δίκαν de inimico, non de ſe à Pindaro dici ſatis euincit,quòd vulgo dicatur,aduerſus malũ tãquã aduerſus lupum clamore concitandos animos:& qui iniuſtè quempiam odit,is rectè credatur homo homini lupus. Niſi fortè referendo ad Pindarum,dicas illum contra aduerſarios ſæuire crudeliter velle;vt Scholiaſtes intellexiſſe videtur. Eligat lector vtrum iudicabit commodius,vide prouerbium *Amico amicus.*

ὑποθεύσομαι, futurũ med. verbi ὑποθέω q.d. *ſubcurro, curſu ſubeo*, quod ſolẽt facere aduerſarij in lucta,vt aduerſarios in altũ ſublatos humi fundant: quod facere dicitur rhinoceros,qui ſubiẽs vẽtrẽ elephantis, ſubtus infligit vulnus ſuo cornu,magnúmq; animal paruus ipſe proſternit. Futurum medium eſt θεύσομαι vt apud Lucianum Quom. conſcrib. ſit hiſtor. θευσομένοις ἐπ' ἄκρων αὐθερίκων.

ἄλλ' ἄλλοτε. Hoc eſt ἐπιπατῶν ἴχνεσιν αὐτῶ ἄλλοις ἄλλοτε, καὶ ὁδοῖς σκολιαῖς· αὐτῶ ἀκολουθῶν μεταλεύσομαι.

ἐν πάντα δὲ νομόν. Hoc eſt εἰς πᾶσαν πολιτείας διοίκησιν. Opponit iam virum probũ, & veriloquũ ſimulatoribus & calumniatoribus:vnde innuit hos in quauis reip. adminiſtratione inutiles eſſe:illos contrà vtiles. Triplicem attingit dominationẽ, δημοκρατίαν, ἀριστοκρατίαν, & βασιλείαν. Præpoſitio ἐν hic ſumẽda pro εἰς. εὐθύγλωσσος. i. εὐθεῖαν γλῶσσαν ἔχων, ac proinde δίκαια λέγων.

λαῦρος στρατός. Hoc eſt πολὺς δῆμος. Nam λαῦρος præterquam quod ſignificat idem cum λάβρος, ſumitur pro *magnus, copioſus*, vt λαῦραι πυλίδες i. μεγάλαι. Poteſt etiam λαῦρος in propria ſignificatione nominis λάβρος ſumi: ſiquidem res,à populo,quæ bellua multorum eſt capitum,non tam conſilio quàm animi impetu geruntur. χὤπόταν & χὤταν, ob metrum pro καὶ ὁπόταν, & καὶ ὅταν, item τηρέοντι Dor. pro comm. τηρέουσι. Latet emphaſis in hoc verbo:nam indicat quodnam ſit officium magiſtratuum:nimirum obſeruare,cõſeruare ciuitatem,& pro ea, quomodo res gerantur,animaduertere.

χρὴ δὲ πρὸς Θεόν. Argumentum quo inuidos emendare conatur. Oſtendit enim

eos contra Deum pugnare qui aliorum bonis inuident: ſiquidem donorum omnium largitori reſiſtunt. Vide Θεομαχεῖν in adag. Eraſmi.

περίφρασις.

Qui nunc res illorum extollit, & nunc his nunc illis pro libito magnum decus impertit. Quod tamen faciunt ij qui alienæ fœlicitatis oſores, eis nocere calumniando cupiunt. Sed harum rerum conſideratio inuidorũ animum nullo pacto emollire poteſt, & ſic afficere vt à maledicentia abſtineant. Imò quiſque ſui odij grauiori pondere deorſum trahitur, & in inuidiam inemendabilem fertur, quæ ipſius cordi tabificũ impacto dolore vlcus inurit, priuſquam finem ſuum aſſequatur, & excogitatam inuiſo ſibi homini noxam inferre poſſit. Sed quid faciat is quem petit inuidia? Iuuat ipſum huic malo patientiam opponere, & calamitatem hanc, vt leue iugum ſub-miſſo collo perferre, reſque ſuas agendo calumniã contemnere: ita vt inuidenti non inuideat inuicem: alioqui in lubrica & periculoſa via verſaretur. Nam ſi cum inuidente inuidia certaret, ita læderetur vt bos qui magis læditur quum aduerſus ſtimulum calcitrat, quàm quum ſtimulo monitus aratrum acriùs trahit. Quæ cùm ita ſint, faxit Deus, vt neglectis inimicorum iniurijs fruar iucunda virorum bonorum conſuetudine, quibus mea carmina placeant.

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ'.

" ὃς ἀνέχει ποτὲ μὲν τὰ κεί-
" νων,
" τότε δ' αὖθ' ἑτέροις ἔδω-
" κε μέγα κῦδος. ἀλλ' οὐ-
" δὲ ταῦτα νόον ἰαίνει φθονερῶν.
" στάθμας
" δέ τινος ἑλκόμενος
" περισσᾶς, ἐνέπαξεν ἕλ-
" κος ὀδυναρὸν ἑᾷ πρόσθε καρ-
" δίᾳ,
" πρὶν ὅσα φροντίδι μηχανῶνται
" τυχεῖν.
" φέρειν δ' ἐλαφρῶς
" ἐπαυχένιον λαβόντα
" ζυγὸν, ἀρήγει. ποτὶ κέντρον δέ
" τοι
" λακτιζέμεν, τελέθει
" ὀλισθηρὸς οἶμος. ἁδόντα δ'
" εἴη
" με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.

μετάφρασις.

*qui extollit aliàs quidẽ res illorum, aliàs autem alijs tribuit magnum decus. Sed neque hæc mentem emolliunt inuidorum. Verùm à libra aliqua qui trahitur eximia, infixit vlcus dolorificum ſuo priùs cordi, quàm quæ cogitatione molitur, aſſequatur. Ferre autem leuiter ſuper ceruicem iugum, quum ſumpſeris, prodeſt: at contra ſtimulum calcitrare, eſt lubrica via. Placentem autem me contingat conſuetudinem cum probis habere.*

ὃς ἀνέχει. Hoc eſt ὃς ἀναίρει, ὑψοῖ τὰ ἐκείνων πράγματα. Oſtendit his verbis inuidos aduerſus Deum pugnare. Nam Deus eſt bonorum, & honorum largitor quibus libet. Ergo qui alienam fœlicitatem iniquo fert animo, diuinæ voluntati aduerſatur. Similis gnome reperitur ſuperiori ſtrophe 3. ὑψιφρόνων τιν' ἔκαμψε, ἑτέροισι δὲ κῦδος ἀγήραον παρέδωκε.

ἀλλ' οὐ. Propoſuit paulò antè veraces homines rebus gerendis eſſe idoneos, & in rep. vtiles: & contrà. Item inuidos diuinæ voluntati reluctari, proinde aduerſus Deum pugnare, quod tamen ſedulò cauendum eſt. Quorum argumentorum finis erat, vt inuidi hoc vitium excuterent. Iam autem oſtendit illorum hominum inemendabilem naturam.

ἰαίνει. Hoc malè exponitur, *oblectant*. Nam hîc agitur de animo inuidorum, quem non flectunt & afficiunt propofita argumenta, vt calumniari definant: ideóque expono *emolliunt*,fumpta metaphora à pruina vel glacie, quam duram liquefacit & emollit calor folis: vnde Apollonius de pruina, μεσημβριόωντος ἰαίνεται ἠελίοιο. Leonicerus vertit *fanant*, quafi legerit ἰᾶται, quod non putem improbandum. Schol.ita declarat hæc, οὐ δ' τοὺς φθονερὺς, καὶ διαβόλους κινεῖ, εἰς τὸ ἀπέχεσθαι τοῦ πρὸς τοὺς πέλας φθόνου. vel ταῦτα καὶ οὐ προσαχθῆ ποιεῖ τ νοῦν αὐτῷ, ἵνα παύσωνται διαβάλλοντες.

σάθμας δέ τινος. Debet quidem inuidus fuprà dictorum pondere affici,ita vt ab inuidia difcedat: fed hoc animi vitium fuo pondere monita fuperat.Itaque puto vocem σάθμη idem effe ac σαθμὸς hoc loco,& περισσὸς fignificare, *qui modum excedit*: & metaphoricè fumenda hæc verba, fumpta tranflatione à libra,quæ geminis lancibus conftat: quibus duæ res fufpenfæ opponuntur. Hîc librantur remedia quæ inuidi animum fanare deberent, & vitium eius, inuidia:fed morbus remedio potior eft.

σάθμα. Dor. pro com. σάθμη;cuius alias fignificationes pete ex Lexicis.περισσᾶς etiam Dor.pro comm.περισσῆς.Aliter Aretius, & Schol. exponunt. Aretius σάθμην περίσσην *florentem fortunam*, quæ eft inuidiæ materia, qua trahitur animus. Schol. οἱ σαθμώμενοι πολλὰ, καὶ περιγράφοντες μεγάλα τινὰ μέλλοντα αὐτοῖς ἔσεσθαι: *qui multa ponderant*: *magnaq́; fibi pollicentur*. Ad fententiam Aretij accedit Leonicerus. Sed hæc remotiora & obfcuriora mihi videntur.

ἐνέπαξεν. Dor.pro com.ἐνέπηξεν. Aor.1.ἐνέπηξα verbi ἐμπήγνυμι *infigo*. Sic dum malum inuifo molitur inuidens, fibi ipfi eft perniciofus. Eft enim liuor tabificum malis venenum, vt fcitè canit Virgil. de liuore, ὀδυναρὸν Dor. pro com. ὀδυνηρὸν. hoc eft λύπην feu ὀδύνην ποιοῦν.

πρὶν ὅσα. Hoc eft πρὶν τυχεῖν ὧν ἐπιζητοῦσι, καὶ ἐλπίζουσι. Etenim inuidus alterius rebus macrefcit opimis. Clariùs etiam hæc verba exponit Schol.& profa reddit, οἱ ἄδικα φρονοῦντες πρότερον ἑαυτοὺς ὀδυνῶσι, πρὶν ἄλλον κακῶσαι.

φέρειν δ' ἐλαφρῶς. Proponit remedium aduerfus inuidiam:nempe patientiam, quæ vincit omnia. Hac fe vti velle fatis indicat aduerfus eos qui Hieronis in aula ipfi detrahunt.

ἐπαυχένιον.Hoc eft ἐπὶ αὐχένι φερόμενον. Obferuanda metaphora à bubus fumpta, quorum colla fi iugo fubmittantur, facilè cicurantur.

ποτὶ κέντρον δέ τοι, Sūpta metaphora à bubus aratro fubmiffis:& hæc prouerbialis eft fententia: qua fignificatur eum qui potentiori reluctatur, maius malum creare, quàm qui cedit: vt bos qui pungitur, magis læditur quum calcitrat, quàm quum acriùs aratrum trahit ftimulo parens.Vide adag.apud Erafmum.

ἀδόντα δ' εἴη.Votum quo fe munit aduerfus inuidiam. Optat enim vt relicta aula vbi feges eft inuidorum & calumniatorum,fibi liceat inter bonos viuere, inter quos vita priuata,quæ eft aulica tranquillior, & otio literario pacatus & placens fruatur. Si metri ratio pateretur legerem ἀδόντα. Bonus enim effet fenfus.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΙΕΡΩΝΙ
Κέλητι.

ΕΙΔΟΣ. Γ.

EIDEM HIERONI, Celete victoriam adepto.

ODE. III.

## ARGVMENTVM.

*Conſcriptum eſt hoc encomium in gratiam Hieronis qui celete 26. & 27. Pythiade vicit: potiſſimùm tamen conſolatorius eſt hymnus. Etenim cùm videret Hieronem* λιθιάσει *laborantem, medicum reperire non poſſe à quo curaretur, confugit ad conſolationum argumenta, quibus docet leuius fieri patientia quicquid corrigere eſt nefas: & nihil eſſe ab omni parte beatum: quod exemplis Cadmi & Pelei probat. Poſtea facta ſibi diuitiarum & dignitatis ſpe, laudatáque poëtica concludit.*

παράφρασις.

Vellem equidem (ſi mihi fas eſſet vſitatum vulgo votum pronunciare, vt quum dicunt, optarem vt hic viueret, quò res ſic ſe haberet) vellem vt Chiron Philyræ Oceani filiæ, & Saturni Cœli filij filius vita defunctus in viuis nunc eſſet, & in vallibus Pelij montis latè dominans im-

στροφὴ α. κῶλ. ιγ.

Ηθελον Χείρωνά κε Φιλλυρί-
δαν,
εἰ χρεὼν τοῦθ' ἀμετέρας ἀπὸ γλώσ-
σας κοινὸν εὔξασθαι ἔ-
πος,
ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐ-
ρυμέδοντα Κρόνου,

μετάφρασις.

*Velim Chironem Phillyriden, (ſi fas hoc è noſtra lingua commune optare verbum) reuiuiſcere mortuum, prolem latè potentem Vranidæ Saturni, vallibuſq; imperare Pelij feram agreſtem, mentem ha-*

peraret, ille corpore quidem agrestis veluti fera, quatenus Centaurus ex Saturno in equum mutato natus: animo autem erga hominum genus benigno quatenus arte medendi opitulator insignis. Qui talis corpore, talísq; animo cùm esse, tolim educauit instituítq;, Aesculapium pręstantissimum virum, heroica virtute clarum, medicum ad propulsandos quosuis morbos summopere idoneum, mitissimum indolentiæ procuratorem, vt sedatis doloribus, restitutáque membris bona valetudine, corpus sustinẽdis laboribus par esset,

βάσσαισί τ' ἄρχειν Πα-
λίυ
φῆρ' ἀγρότερον
νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον·
οἷ-
ος ἐὼν ἔθρεψέν ποτε
τέκτον' Ανωδυνίας
ἅμερον γυιαρκέος Ασκλα-
πιὸν
ἥρωα παντοδαπᾶν ἀλεκτῆρα νύ-
σων,

*bentem hominum amicam: qualis existens nutrijt olim effectorem suauem incolumitatis membris vegetæ Aesculapium, heroem omnigenorum propulsatorem morborum,*

ἤθελον. Quoniam consolatorius est totus hic hymnus, ad leuandum lithiaseos tædium & dolorem immedicabilem, ideo vtitur exordio εὐκτικῷ, ostendens sibi quidem ob beneuolentiam, qua prosequitur Hieronem, in votis esse vt Chiron aliquis reperiri posset, à quo pristinæ sanitati redderetur. Quod cùm fieri non possit, malum hoc æquo animo esse ferendum postea monebit.

χείρωνα. Chiron fuit Saturni & Philyræ filius. Nam fama est Saturnum Philyram Oceani filiam in insula Philyreide compressisse: qui veritus ne à Rhea superueniente in adulterio deprehenderetur, sese in equum mutauit, è quo concubitu natus est Chiron, ab vmbilico sursum homo, deorsum equus. Qua de re Apollon. l. 2. vide ea quæ de Chirone fabulantur, apud Natal. Com.

Φιλλυρίδαν. Geminatur λ. metri causa, & Dor. accusat. pro φιλλυρίδην. hoc est Φιλύρας υἱόν. Sic l. 1. Argon. Apollon.. χείρων Φιλλυρίδης. Philyra fuit Oceani filia. Porro κε. poët. pro ἄν. & cum ἤθελον iungendum.

εἰ χρεών. Hæc vsque ad ἔπος includenda parenthesi, q. d. εἰ πρέποι τοῦτο λεγόμενον ἐν τῷ κοινῷ εὔξασθαι. Vulgo enim istiusmodi vota concipi solent. Si hic viueret, hæc fierent: & similia. ἁμετέρας γλώσσας. Dor pro comm. ἡμετέρας γλώσσης.

ζώειν. Perficit inceptum votum, vt reuiuiscat Chiron. verbum ζώω Ion. est & poët. & ἀποιχόμενος idem qui θανὼν *defunctus*.

Οὐρανίδα. Dor. pro comm. Οὐρανίδου. Sic patronymico nomine dicitur Saturnus quem Cœli filium finxerunt: sic Οὐρανίδης κρόνος Apollon. lib. 2 vocatur: vbi quemadmodum hîc ab authore nostro Chironis pater fingitur.

γόνον εὐρυμέδοντα. H. e. υἱὸν εὐρὺ ἄρχοντα. fuit Chiron Pelij magni montis dominus vt sequentia testantur: quum dicit βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίυ hoc est ἐν τοῖς βασίμοις τόποις Πηλίυ καθηγεῖσθαι, Dor. βάσσαισι pro βήσσαις & Παλίυ pro Πηλίυ.

φῆρ

φηρ. Aeolibus φὴρ dicitur pro comm. θὴρ. Ab Homero Centauri dicuntur φῆρες, tanquam φυῆρες hoc est διφυεῖς, tanquam duabus ex naturis conflati. Chironem poëta hic vocat φῆρα ἀγρότερον hoc est φῆρ' ἄγριον ratione corporis, quia Centaurus erat: cùm ratione mentis esset προσφιλέστατος ἀνθρώποις, quos arte medica curabat, morbísque liberabat.

οἷος ἐών. Nempe cùm talis esset corpore & animo, educauit Aesculapium, & medicina imbuit. Dicit Dor. Ἀσκλαπιὸν pro Ἀσκληπιὸν: cui tribuit epitheta diuersa. Vocat 1. τέκτον' ἅμερον ἀνωδυνίας: ab effectu artis medicæ, innuens eum fuisse πρᾳότατον ὑγιείας κατασκευαστὴν sicuti loquitur Schol. Videntur hic inuersione vti qui legunt τέκνον. Nam ἀνωδυνία non produxit Aesculapium, vt dicatur τέκνον ἀνωδυνίας: sed ipse Aesculapius arte sua producebat ἀνωδυνίαν hoc est *indolentiam*: ac proinde *secundam valetudinem*, quam doloris vacuitas comitatur, quare cum Schmidio legere malui τέκτον'. Fuit autem hæc lectio Scholiastæ procul dubio, qui κατασκευαστὴν exponit. 2. vocat ἅρωα. Dor. pro comm. ἥρωα propter viri excellentiam. 3. ἀλεκτῆρα νόσων, ob artis peritiam qua morbos propulsabat.

γυαρκέος. Epitheton ἀνωδυνίας q.d. ποιούσης τὰ μέλη ἀρκοῦντα πρὸς τὸ φέρειν τοὺς πόνους: tunc enim corporis membris valemus, quum dolore caremus. Componitur γυαρκὴς à nomine γυῖον, & reiecto ι γύον, quod *membrum* significat, in primis verò manus, pedésque. Sed apud Hippocratem ὅλον τὸ σῶμα vt lib. 6. τῶν ἐπιδημιῶν Comment. 4. annotauit Galenus.

παντοδαπᾶν Dor. pro παντοδαπῶν. & νόσων. Ion. & metri causa apud poëtas pro νόσους dici solet νούσους. ἀλεκτῆρα pro ἀλεξητῆρα. Etenim ἀλεκτὴρ à poëta per syncopen formatur pro ἀλεξητής.

παράφρασις.

Quem priusquam in lucem maturo partu ederet, opem ferente Lucina quæ parturientium auxiliatrix circa matres versatur, Coronis Phlegyç præstantis equitis filia, Dianæ sagittis aureis in thalamo suo, iussu & arte Apollinis interempta ad inferos descendit. Neque enim Iouis filiorum, omniúmque Deorum irritatorum vana & inefficax est ira. Ratio autem cur irati Coronidi Apollo & Diana eã interemerint, hæc est, quoniam Apollinẽ cõtempserat cuius clandestinum cõ-

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

τὸ μὲν εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ,
πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλειθυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος,
εἰς Ἀΐδαο δόμον ἐν θαλάμῳ κατέβα,
τέχναις Ἀπόλλωνος. χόλος
» δ' οὐκ ἀλίθιος
» γίνεται παίδων Διός. ἁ
δ' ἀποφλαυρίξασά μιν,
ἀμπλακίαισι φρενῶν

μετάφρασις.

*quem boni equitis Phlegyæ filia, priusquam confecißet cum Lucina circa matres versante, aureis domita sagittis à Diana, in Plutonis ædes in thalamo descendit, Apollinis technis. Ira enim non vana est filiorum Iouis. Ipsa autem quum flocci fecißet eum errore mentis, alijs nuptijs assensit clam patre,*

cubitum, patriq; ignotum cùm priùs passa esset, non multò pòst pleno eius cõiugio fruitura, alias tamẽ nuptias nescio quo mentis errore probauit.

ἄλλον αἴνησε γάμον, κρύβδαν πατρὸς
πρόσθεν ἀκερσεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ,

*priùs intonso mixta Phœbo,*

τὰ μὲν. Digressionem continuat de Coronide Aesculapij matre, & quomodo interempta sit à Diana, iussu Apollinis. Locum autem intricatum sic explico, τὰ μὲν πρὶν τελέσαι σὺν Ειλειθυίᾳ ματροπόλῳ, ὑπ' Αρτέμιδος ἐν θαλάμῳ χρυσέοις τόξοις δαμεῖσα εἰς Αἴδαο δόμον κατέβα εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ, τέχναις Απόλλωνος. Itaque hac in periodo sume τὰ pro ὃν: illúdque ἐν θαλάμῳ, per Hyperbaton construe. Quod vt moneat, hanc notam X pingit Schol. quod cùm ita sit, nullus vt tamen quidam volunt, est pleonasmus.

εὐίππου Φλεγύα. Per circumlocutionem intelligit Coronidem, quæ fuit Phlegyæ filia, & mater Aesculapij: cuius mythologiam vide apud Natal. Comit. Scholiastes admonet alios Coronidem, alios Arsinoën appellare Aesculapij matrem. Asclepiades dicit Arsinoën fuisse Leucippi filiam, ex qua nati Aesculapius, & Eriopis, his verbis.

Ἡ δ' ἔτικεν μεγάροις Ασκληπιὸν ὄρχαμον ἀνδρῶν
Φοίβῳ ὑποδμηθεῖσα, ἐϋπλόκαμόν τ' Εριώπην.

Aristides in commentario de Cnido ait Aesculapium Apollinis & Arsinoës fuisse filium, quæ cùm virgo esset, vocabatur Coronis. Hęc autem erat Leucippi filia, qui patrem Amyclam habuit, auum Lacedæmonem. Filij autem Aesculapij & Epiones, Podalirius & Machaon. Hesiodus in Theogon. Homerus in Aesculapij hymno dicit Coronidem Phlegyæ filiam fuisse matrem Aesculapij. Φλεγύα genitiuus Doricus pro Φλεγύου.

πρὶν τελέσσαι. Iungendum cum τὸν μὲν expone, ὃν πρὶν τεκεῖν. In τελέσσαι geminatur σ. metri causa. ματροπόλῳ σὺν Ελειθυίᾳ hoc est, *ope Lucinæ*: nam σὺν auxilium rectè denotat, vt in hac phrasi σὺν Θεῷ. Porrò ματροπόλος Dor. pro μητροπόλος, hoc est ἡ πολοῦσα καὶ στρεφομένη σὺν ταῖς μητράσι: *quæ cum matribus versatur*: epithetum Lucinæ, quæ parturientibus opem ferre credebatur. Dicitur hîc Ελειθυία tanquam à participio fœminino præteriti medij ἤλευθα. Particip. ἠλευθώς, ἠλευθυῖα. vbi primùm η in ε mutatur, ευ. in ει. & fit Ελειθυῖα, epenthesi τοῦ ι. Ειλειθυῖα. παρὰ τὸ ἐλθεῖν πρὸς τὰς τικτούσας.

δαμεῖσα. Calamitates Coronidis attingit, quòd ante partum occisa fuerit, ídque à Diana, sagittis, in thalamo: & sic temporis, personæ, instrumenti, loci, poëta notat circunstantias. Porrò τόξα solent significare *sagittas* & *arcum*. χρύσεα hoc est τίμια. Αἴδαο Dr. pro Αἴδου. κατέβα Dor. pro κατέβη.

χόλος δ'. Hoc est ἡ γ' Θεῶν ὀργὴ οὐκ ἔστι ματαία. Gnomologia qua docet non solùm efficacẽ fuisse Apollinis & Dianæ iram in sumenda contumeliæ vindicta. Sed in genere etiam innuit iram numinis non esse irritam, sed semper efficacem. παίδων Διὸς hoc est Απόλλωνος καὶ Αρτέμιδος: quam sobolem ex compressa Latona suscepit. ἀλίθιος Dor. pro comm. ἠλίθιος hoc loco μάταιος: aliàs ἀνόητος, μωρὸς vide magnum Etymol.

ἀ ᾗ. Ratio cur è medio ſublata fuerit Coronis à Diana, ᾗ autem aſſumptũ eſt pro cauſali γὰρ, vt monet Schol. ἀποφλαυρίξαισα. Dor. pro comm. ἀποφλαυρίσασα. à verbo ἀποφλαυρίζω. τὸ καταφρονέω, ἐυτελίζω, ὀλιγωρέω. Vide Magn. Etym. φλαυρίζω futur. habet comm. φλαυρίσω Dor. φλαυρίξω. vnde Aor. ἐφλαύριξα.

ἄλλον αἴνησε. Hæ ſunt φρενὸς ἀμπλακίαι, quòd alias nuptias fraudato Apolline probarit: ob quas iratus Apollo Dianam ſororem iuſſit vt Coronidem ſagittis ſuis conficeret. Pro αἴνησε cum augmento dicendum communiter ᾔνησε. Arcadi autem Iſchyj nupſit. An autem κρύβδαν πατρὸς ad præcedens, an ad ſubſequens referatur, id ambiguum videtur: potuit enim clam patre Iſchyj nubere, vel clam patre cum Apolline concumbere. κρύβδαν. Dor. pro κρύβδην, malim tamen ad ſubſequeus referre, quia cum Apolline patre non conſcio concubuit.

ἀκερσεκόμᾳ. Dores, Aeoles & poëtæ dicunt ἀκερσεκόμας pro ἀκερσεκόμης: fit ex α priuat. & futur. Aeol. κέρσω & κόμη. Hoc epitheton Iuuenalis habet in his. *Si nemo tribunal Vendit Acerſecomes.* à poëtis Latinis *intonſus* nuncupatur.

παράφρασις.

Cúmque ferret in vtero purum Dei ſemen, libidinis tamen œſtro percita, non potuit expectare dum veniſſet tempus quo legitima ſponſalia celebrarẽt, & publicarum nuptiarum hymenæi quoſlibet ſonos edentes canerentur, qualibus coætaneæ ſociæ virgines nocturnis cantilenis inter ſe ludentes ſponſum & ſponſam proſequi ſolent. Sed abſentium & peregrinorum amore capta fuit: quod multis etiam accidere ſolet. Siquidem inter homines quidam adeò ſtulti exiſtunt, vt rebus parabilibus, patriíſque, & quæ ſunt ante pedes obuiæ, relictis & neglectis, remotas, exoticas, inutiléſque, imò noxias futuras circunſpiciendo appetant, & ſpe fallaci aucupentur.

ἐπῳδ. κῶλ. ιε.

καὶ φέροισα σπέρμα Θεοῦ καθαρὸν
οὐκ ἔμειν᾽ ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφιδίαν,
οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν
ὑμεναίων, ἅλικες
οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
ἑσπερίαις ὑποκουρίζεσθ᾽ ἀοιδαῖς· ἀλλά τοι
ἤρατο τῶν ἀπεόντων· οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
„ ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον,
„ ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώρια παπταίνει τὰ πόρσω
„ μεταμώνια θηρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.

μετάφρασις.

*& ferens ſemen Dei purum, non expectauit dum veniret menſa ſponſalis, nec omniſonorum clamor hymenæorum, coætaneæ vt virgines ſociæ ſolent* in *veſpertinis cantibus dicere iuuenilibus iocis: ſed amore capta fuit abſentium; qualia etiam multi paßi ſunt. Eſt autem genus hominum ſtultißimum*, eorum *qui vituperantes* quæ ſunt *indigena, circunſpiciunt* quæ ſunt *vlterius, vana conſectantes irrita ſpe.*

φέροισα Dor. pro φέρουσα. σπέρμα Θεοῦ καθαρὸν. Intelligit Aeſculapium: & vt huiuſmodi concubitus vituperium tollat, purum Dei ſemen à virgine conceptum dicit. Quod magnum erat Coronidi argumentum, quo moueretur vt in officio ſe contineret.

οὐκ ἔμεινε. Hoc eſt οὐκ ἐπροσδόκησε γαμηθῆναι νόμῳ. Porrò menſam ſponſalem dicit ob conuiuium illo tempore celebrari ſolitum. Poſt conuiuium autem epithalamia, quos nunc hymenæos appellat, virgines canebant. hymenæos παμφώνους ob varietatem cantus vocat. ἰαχὰν Dor. pro ἰαχὴν hoc eſt, ἠχὴν.

ἅλικες. Dor. pro ἥλικες hoc eſt ὁμήλικες. οἷα. ſumendum aduerbialiter. φιλέοισιν Aeol. & Dor. pro φιλέουσι 3. perſ. plur. verbi φιλέω.

ἑσπερίαις ἀοιδαῖς. Noctu epithalamium canebant ſociæ virgines coætaneę: quod carmen κατακοιμητικὸν vocabant, quoniam veſpere accinebatur, quum ſponſa in thalamum deducebatur. Alterum autem erat διεγερτικὸν quod mane ſub auroram canebatur, quaſi ſponſos vellent excitare.

ὑποκουρίζεσθαι, vel ὑποκορίζεσθαι exponitur à Schol. παίζειν ſeu νεωτερίζεσθαι τῇ ψυχῇ, hoc eſt τὴν νεωτέρων δίκην εὐφραίνεσθαι. Vel pro ἀμφοτέροις τοῖς κόροις ὑμνεῖν, τὸν νυμφίον, καὶ τὴν νύμφην, vel διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν, σὺν κούροις τε καὶ κόραις, vt Aeſchylus Δαναΐσι.

> Κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
> Ἕως ἐγείρει πρευμενεῖς τοὺς νυμφίους,
> Νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις.

alias communiores huius verbi ſignificationes pete ex Lexicis.

ἀλλά τοι ἤρατο. Locus amplificationis, quòd pro licito illicitum elegit Coronis. Cuius factum frequenti humanæ fragilitatis in rebus huiuſmodi exemplo excuſare videtur.

ἔστι δὲ φῦλον. Gnomologia qua curioſitatem hominum taxat, qui rebus quæ ſunt parabiles non contenti, remotas & nocituras affectant: vel qui peregrinorum amore magis quàm patriorum capiuntur, vt ſolent exoticæ merces & à longinquo allatæ eſſe vendibiliores, & exotica pharmaca pluris quàm patria fieri.

ὅστις. Eſt ἑτέρωσις generis: nam dicendum erat ὅπερ: vel enallage numeri referendo ad ἀνθρώπων, pro οἵτινες.

παράφρασις.

Sic pulchrè veſtita, animóque ſuperbo Coronis, cùm relictis indigenis peregrinum maluiſſet coniugium in magnam calamitatem incidit. Nam poſthabito Apolline ex quo conceperat, cum aduena Arcadico Iſchye contraxit

στροφὴ β. κῶλ. ιγ.

ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀυάταν
καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος. ἐλθόντος γὰρ εὐνάσθη ξένου
λέκτροισιν ἀπ' Ἀρκαδίας·
οὐδ' ἔλαθε σκοπόν· ἐν

μετάφρασις.

*habuit talem magnam calamitatem pulchrè veſtitæ faſtus Coronidis. Nam cubuit in ſtratis hoſpitis qui venerat ex Arcadia. Neque latuit ſpeculatorem:*

nuptias. Quod ſanè reſciuit Apollo Deli ſpeculator, qui omnia videt, auditque. Et quanuis Coronis in Laceria, ipſe verò in Pythone eſſet vbi mactantur oues: ille tamen fatidici rex templi, & ambiguorũ reſponſorum dator, non ex coruo, vt quidam fabulantur, Coronidis facinus audiuit: ſed à mente ſua, quam nihil latet, tanquam à ſocio familiari rectiſſimo declaratum accepit. Neque enim mendacijs vnquam fallit, nec viciſſim fallitur, quem neque Deus, neque homo factis apertis, conſilijſ-ue occultis decipit.

δ' ἄρα μηλοδόκῳ
Πυθῶνι τόσσ' ἔσαϊε
ναοῦ βασιλεὺς
Λοξίας, κοινᾶνι παρ' εὐ-
θυτάτῳ γνώμαν πιθὼν,
πάντα ἰσαντι νόῳ.
ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται, κλέπτει τέ
μιν
οὐ Θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις, οὔτε βου-
λαῖς.

*ſed in receptrice ouium* mactatarum *Pythone illa omnia ſenſit templi rex Loxias, ſocium apud rectiſsimum quũ opinionem* de Coronide, perſuaſiſſet *ſibi omniſciam mentem. Mendacia autem non attingit, fallitque eum non Deus, non mortalis factis, neque conſilijs.*

ἔχε τοιαύταν. Applicatio præcedentis ſententiæ Coronidi quæ peregrini amorem indigenæ Apollini antepoſuit. τοιαύταν μεγάλαν αὐάταν Dor. pro τοιαύτην, μεγάλην, αὐάτην. De voce αὐάτη vide ſtrophe 2. Od. 2. Pyth.

καλλιπέπλου. Hoc eſt καλὸν πέπλον ἐχούσης *pulchrè veſtitæ.* λῆμα Κορωνίδος non eſt ſolummodo periphraſis Coronidis, ſicuti apud Homerum ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο eſt Telemachi periphraſis: ſed vt ἲς Τηλεμάχοιο fortem Telemachum ſignificat: ſic eſt emphaſis in λῆμα Κορωνίδος hoc eſt *ſuperba Coronis.* vox λῆμα fusè exponitur in Lexicis.

ἐλθόντος γὰρ. Qua in re peccarit Coronis nunc oſtenditur. Nimirũ quòd Iſchyos Arcadici viri peregrini amore capta fuerit,

οὐδ' ἔλαθε. Apollo quanquam Delphis erat, & Coronis in Laceria, tamen illius peccatum reſciuit per σκοπὸν, hoc eſt, *ſua mente diuina,* qua ſpeculatur omnia, ita vt abſentia, præſentia, propinqua, & remota norit. Superiori libro, Δάλοιο σκοπὸν eundem appellauit. Heſiodus tradit ſpeculatorem fuiſſe coruum, cuius verba emendatè citantur in Scholio.

Τῷ μὲν ἄρ' ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς,
Πυθὼ ἐς ἠγαθέην. καί ῥ' ἔφρασεν ἔργ' ἀΐδηλα
Φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτι Ἴσχυς γῆμε Κορωνὶν
Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Sed Artemon Pindarum laudat, quòd reiecta corui fabula, rem ab ipſo Apolline propria mente cognitam tradat. Quia abſurdum eſſet eum qui alijs vaticinatur, ea quę contra ſe committuntur, ignorare, vide hanc corui fabulam Ouid. 2. Metamorph.

μηλοδόκῳ. Pytho vocatur μηλοδόκος à μῆλον *ouis* & δέχομαι Ion. autem δέκομαι. *recipio.* exponitur *receptrix ouium,* adijciendo *mactatarum.* τόσσα gemin. σ. pro τόσα. Apollo ναοῦ *templi* nimirum *fatidici rex* nuncupatur, quia ibi præſidet, & dominatur, Λοξίας *ambiguus, obliquus,* quòd oracula ambigua reddat.

κοινᾶνι. Vox κοινᾶν est poëtica pro κοινωνὸς, sic appellat νόον ἴσαντα πάντα : nam sua tantùm cum mente communicat: nec vt homines ea quæ geruntur aliorum opera rescíscit, iuxta Homericum illud.

Ἠέλιός θ᾽ ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς, καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις.

Πιθῶν. sic legendum potiùs quàm πεπιθὼν γνώμαν. Hoc est πείσας γνώμῃ. Est autem πεπιθὼν poët. pro πιθών. Aor. 2. ἔπιθον. & poët. πέπιθον. à verbo πείθω persuadeo. Apud authorem nostrum aliàs passiuè sumitur, vt κυβερνατῆρος γνώμα πεπιθών.

ψευδέων δ᾽ οὐχ. Hoc est ἀψευδής ἐστιν ὁ νοῦς Ἀπόλλωνος, ὃν οὐδεὶς παραλογίζεται οὔτε Θεὸς &c. Hæc verba citat in hanc sententiam parœmiastes

Πολλά κεν εἰδείης οἷς τὸν Θεὸν ἐξαπατήσαις

*Multa noris oportet quibus Deum fallas.* tit. *Inconstantia.*

Neque hoc de solo Apolline dici potest: sed alijs etiam numinibus tribuitur apud poëtas, vt apud Hesiodum Ioui, οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν.

παράφρασις.

Cùm igitur omnia sciendi facultate cognouisset Ischyem Elati filium ex peregrina regione aduenam, nefario & doloso concubitu prægnantem suo semine Coronidem constuprasse: Dianam sororem indomito animi furore ardentem in Laceriam misit, vbi prope lacum Bœbiadē habitat puella, vt ibi pestē excitaret: & ipse Ischyem adulterum occîdit. Dęmon autem ille malus à quo Coronis ad scelus impulsa fuerat, ipsam ad exitium comparauit, eidémque exitio multos vicinos implicauit, multos simul immissa peste perdens: quæ vt scintilla exigua magnum ignem paulatim excitans multam syluam comburit: sic ab vno in alios sensim sine sensu grassans magnam stragem edit.

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

καὶ τότε γνοὺς Ἴσχυος Εἰλατί-
δα
ξενίαν κοίταν, ἄθεμίν τε δό-
λον,
πέμψεν κασιγνήταν μένει
θυίοισαν ἀμαιμακέτῳ
ἐς Λακέρειαν· ἐπεὶ
παρὰ Βοιβιάδος
κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.
δαίμων δ᾽ ἕτερος
ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμάσ-
σατό νιν, καὶ γειτόνων
πολλοὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ
„ δ᾽ ἔφθαρεν· πολλὰν τ᾽ ὄρει πῦρ ἐξ
„ ἑνὸς
„ σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕ-
„ λαν.

μετάφρασις.

*Tunc quoque vbi cognouit Ischyis Elatidæ peregrinum concubitum, nefariámque fraudem, misit sororem animo furentem impetuosissimo in Laceriam. quoniam ad Bœbiadis ripas habitabat virgo. Dæmon autem alter ad malum qui impulerat, domuit eam, & ex vicinis multi participes fuerunt* exitij Coronidis: *simúlque perdidit: velut ignis in monte ex vno semine prosiliens magnam vastauit syluam.*

καὶ τότε γνούς. Pergit narrare facinus Coronidis, illius nomen & genus explicans, qui Coronidem vitiarat. Ischys Elatides appellatur patronymico nomine ab Elato patre. Concubitum eius appellat ξενίαν, vel quòd esset peregrinus: vel quòd sub iure hospitij commisisset illud scelus: quod per

αὔξησιν vocat δόλον ἄθεμιν, quòd hanc ἄδικον κακουργίαν ambo λάθρα ſeu δολερῶς perpetraſſent.

πέμψε κασιγνήταν. Hoc eſt ἔπεμψε τὴν ἀδελφὴν Ἄρτεμιν ἀκαταμαχήτῳ δυνάμει ὁρμῶσαν. Offenſus ſcelere Coronidis Apollo, de ea pœnas ſumit per ſororem, ídque in Laceria. κασιγνήταν Dor. pro κασιγνήτην. & θύοισαν Dor, etiam pro θύουσαν. Quam hîc Laceriam, alij Lariſſam vocant: quæ vrbs eſt Theſſaliæ.

ἐπὶ παρὰ. Amplior loci, in quo Coronis erat, deſcriptio, à lacu Bœbiade vicino, qui fertur eſſe inter Olympum, Oſſam, & Pelion montes Theſſaliæ.

παρθένος. Quanuis deuirginata eſſet Apollinis & Iſchyos concubitu, virgo tamen vocatur: quia talem putabat vulgus commiſſi facinoris ignarum.

δαίμων δ' ἕτερος. Cauſa impellens ad peccatum, nempe δαίμων ἕτερος. Hoc eſt vt Schol. interpretatur ὁ κακοποιὸς, ὡς πρὸς τὸν ἀγαθοποιόν. Is ad flagitium inflammauit animum Coronidis, & in pœna deſeruit, imò vt Scholij verbis vtar ἀναιρεθῆναι αὐτὴν κατεσκεύασε. h. e. *author exitij fuit*. Bonum autem, & malum Genium, hunc qui mali, illum qui boni ſit author, veteres nobis adeſſe finxerunt.

καὶ γειτόνων πολλοὶ. Magnitudinem pœnarum oſtendit, eo quòd non ſola Coronis eas luit, ſed iiſdem inuoluti fuerunt vicini. Apollo Iſchyem adulterum interfecit. Diana peſtem immiſit: cuius clade eos etiam qui μηδὲν αἴτιοι videbantur, deiecit.

Πολλάκι γὰρ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνῃ, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

Exemplo eſt Agamemnonis culpa, quem cùm ob vitiatam Chryſæ ſacerdotis filiam Apollo immiſſa peſte perſequeretur, totus etiam Græcorum exercitus ſimul eſt afflictus.

ἐπαῦρον neglecto augmento pro ἐπηῦρον hoc eſt ἀπέλαυσαν vel συναπέλαυσαν. De verbo ἐπαυρέω vide magnum Etymol. & Euſtathium. De ἁμᾶ vide 3. Ol. antiſt. 2.

ἁμᾶ δ' ἔφθαρεν. Hoc eſt, καὶ πολλοὺς ὁ δαίμων ἔφθαρε, ὥσπερ ἀπὸ σπινθῆρος καταφλέγεται φιλεῖ ὕλην πολλήν. Puto τὸ ἔφθαρεν malè exponi *perierunt*, & conſtrui cum ἐπαῦρον præcedente. Nam ἔφθαρε eſt Aor. 2. act. 3. perſ. ſing. & commodè referri poteſt ad præcedentem ſententiam, & tribui τῷ δαίμονι, qui fuit author exitij non Coronidi tantùm, ſed promiſcuè vicinis omnibus immeritis. Quòd ſi ἔφθαρεν ſit 3. perſ. Bœot. pro ἐφθάρησαν Aor. 2. paſſ. ἐφθάρην: rectè exponetur *perierunt*, & conſtruetur cum ἐπαῦρον.

πολλάν. Dor. pro πολλὴν. ſic & ὕλαν pro ὕλην. Citatur autem à Schol. Euripides ſimile quid dicens.

Μικρὸς γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον σέλας πρήσειεν ἄν τις.

Huc alludere videtur Horat. l. 1. Epiſt. 2. Epiſt.

*Et neglecta ſolent incendia ſumere vires.*

σπέρμα vocat ſcintillam metaphora ſumpta à ſemine, quod exiguum cùm fit magnam plantam procreat: ſic exigua ſcintilla magnum & luculentum ignem accendit.

παράφρασις.

Poſtquam autem extin-ᶜta fuit Coronis, eam in rogo muri inſtar conſtructo cognati cremandam poſuerunt. Quam cùm accenſam, eiúſque flammis vehementibus puellæ cadauer obſeſſum vidiſſet Apollo: paterna commiſeratione permotus animum conti-nere non potuit quin ita loqueretur. Non ſuſtinebo vt mea proles miſerrima morte pereat, & maternæ calamitatis conſors fiat. Tum ita locutus, vno paſſu ex Pythone in Laceriam repentè tranſiit, & infantem ex cadaueris vtero eripuit inter flammas pyræ, quæ Deo venienti diuiſa viam fecit. Itaque ereptum incendio filium Chironi Centauro Magneſio attulit educandum, artémque medicam docendum, qua morbos curaret, qui hominum generi multa mala inferunt.

ἐπῳδ. κῶλ. ιϛ.

ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλί-
νῳ
σύγγονοι κούραν, σέλας δ' ἀμφέ-
δραμε
λάβρον Ἁφαίστου, τότ' ἔει-
πεν Ἀπόλλων, οὐκ ἔτι
τλάσομαι ψυχᾷ γένος ἁμὸν ὀλέσ-
σαι
οἰκτροτάτῳ θανάτῳ
ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
ὣς φάτο. βάματι δ' ἐν
πρώτῳ κιχὼν, παῖδ' ἐκ νε-
κροῦ
ἅρπασε. καιομένα
δ' αὐτῷ διέφαινε πυρά.
καί ῥά μιν Μάγνητι φέρων
πόρεν Κενταύρῳ, διδάξαι
πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

μετάφρασις.

*Sed poſtquam pyra collocarunt in lignea cognati puellam, fulgórque circumcurrit impetuoſus Vulcani, tum dixit Apollo, non item ſuſtinebo animo genus meum perdere miſerabiliſsima nece, matris graui cum calamitate. Sic dixit: & greſſu in primo cùm attigiſſet* locum, *puerū è cadauere eripuit: ardens autem ipſi diffiſa eſt pyra. Itaque illum Magneſio adferens cōmiſit Centauro, docendum multinocuos hominibus ſanare morbos.*

ἀλλ' ἐπεί. Conſequentia mortem Coronidis narrantur. Primum rogus in quo cremata eſt cognatorum conſilio, vbi poëta τεῖχος ξύλινον vocat πυρκαϊάν. fortè quia ligna lignis, vt lapides lapidibus ad murum ſuperſtruuntur. σέλας Ἁφαίστου, periphraſis ignis ardentis & flammam emittentis.

τότ' ἔειπεν. Secundum, patris commiſeratio, cuius dolentis facit μίμησιν, ſicuti & Ouidius l. 2. Metam. quem locum cum iſto confer. τλάσομαι ψυχᾷ Dor. pro τλήσομαι ψυχῇ. Etiam ἁμὸν Dor. pro ἐμὸν, ſicuti ἁμὸν χρέος Ol. 10. ὀλέσσαι geminato σ. pro ὀλέσαι. ματρὸς Dor. pro μητρὸς & πάθᾳ pro πάθῃ. de qua voce vide 6. Olymp.

βάματι Dor. pro βήματι. & pro πρώτῳ Ariſtarchus legit τελτάτῳ. Mirum videri poſſet quòd ex Pythone in Laceriam Apollo tranſijſſet vno paſſu, ni Deus eſſet. ἅρπασε negl. augmento pro ἥρπασε.

καιομένα. Dor. pro καιομένη. & διέφαινε non quia διαφανὴς ἐγένετο καὶ λαμπρὰ, ſed quia πῦρ eius διεχίσθη, ſeu διάσημα τοῦ πυρὸς ἐγένετο. Ideóque fortè legendum, vt bene coniecit Schmidius, διέχαινε.

καὶ ῥά μιν. Tertium, quòd Chironi commiſit ereptum incendio Aeſculapium,

æſculapium,vt ex loco Metamorph.Ouidij citato comperies.

πολυπήμονας. Hoc eſt πήματα πολλὰ φέρουσας νόσους θεραπεύειν. Magneſium Centaurum vocat Chironem,qui fuit Theſſalus.

παράφρασις.

Quare ab ipſo edoctus, omnes qui ipſum adirent, aut vlceribus interna cauſa ortis conflictantes,aut vulneribus,ſiue ferro, ſiue lapide eminus miſſo, ſiue alia externa cauſa inflictis ſauciati:vel qui ardenti febre conſumerentur,vel qui algida laborarent, ſanauit: imò alios alijs doloribus liberauit: ad eos demulcendos, nunc blandis incantamentis, magicíſque verbis vtens, nunc mitigantia pharmaca bibenda propinans, nunc medicamenta membris vndique admouens, nunc decumbentes & languentes chirurgicis ſectionibus leuatos erigens.

στροφὴ γ. κῶλ. ιγ.

τοὺς μὲν ὅσσοι μόλον αὐτοφύτων
ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ
χαλκῷ μέλη τιτρωμένοι,
ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ,
ἢ θερινῷ πυρὶ περθόμενοι δέμας, ἢ
χειμῶνι, λύσαις ἄλλον ἀλλοίων ἀχέων,
ἔξαγεν, τοὺς μὲν μαλακαῖς
ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
τοὺς δὲ προσανέα πίνοντας, ἢ γυίοις περιάπτων πάντοθεν
φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς ἔστασεν ὀρθούς.

μετάφρασις.

*Eos itaque quotquot venerunt ad ipſum ſponte natorum vlcerum participes, aut coruſco ferro membra ſauciati, aut ſaxo eminus miſſo, vel quibus æſtiuus ignis depopulabatur corpus, aut frigus: liberans alium alijs doloribus eripuit: quoſdam mollibus incantationibus tractãs, quoſdam verò lenia bibentes, aut membris circumponens vndique pharmaca, quoſdam etiam ſectionibus ſtare fecit rectos.*

τοὺς μὲν ὧν. Quos morbos à Chirone edoctus Aeſculapius curarit, nunc docet, & quibus remedijs vſus ſit. Primùm ἕλκη αὐτόφυτα *innata vlcera*. Hoc autem epitheto ſatis indicat quomodo ſit definiendum vlcus. Dicunt medici ἕλκος eſſe continui ſolutionem, ab interna cauſa, humore ſcilicet vitioſo & acri, qui exedendo ſoluit particulæ in quam incubuit continuitatem,ſiue ea ſit caro,ſiue cutis,ſiue quid aliud ab oſſe diuerſum, cuius vitium τερηδὼν appellatur.

ξυνάονες. Hoc eſt κοινωνοὶ à nominat.ſing. ξυνάων voce poët.q.d.ξυνῶν: ita vt αὐτοφύτων ἑλκέων ξυνάονες ſint οἱ τοῖς αὐτοφύτοις ἕλκεσι ξυνόντες.

ἢ πολιῷ. Secundum τρώματα ferro, vel lapide,vel alia plaga inflicta. Τρῶμα definiente Galeno comment.3.in prorrhet.eſt quælibet corporis offenſa à cauſa externa inducta. Idémque 5.εἰς τὸ ϛ τῶν ἐπιδημιῶν ſcribit Hippocratem τρώματα vocare magnas noxas ab aliquo extrinſeco etiam citra vulnus illatas:adeò vt τετρωμένον vocet eum qui quouis modo ſit offenſus.

τηλεβόλῳ. Hoc eſt τηλόθεν βεβλημένῳ. Nam τηλέβολος proparoxytonum eſt, *è longinquo iactus*: τηλεβόλος paroxytonum *è longinquo iaciens*.

Qq

ἢ θερινῷ πυρί. Tertium, febres. Neque enim πῦρ θερινὸν *calorem æstatis*, & χειμῶνα *frigus hyemis*, nisi quadam comparatione intelligere debemus, sed τὸ πῦρ θερμαντικὸν, & φρίκην, seu ῥῖγος, vnde ῥιγοπύρετος, à Schol. hîc intelligitur.

λύσαις. Est particip. Aeol. pro λύσας. Quum autem dicit huic facultatem fuisse alium alijs doloribus liberandi, non solùm denominatos morbos, sed quoslibet alios etiam intelligit. ἔξαγεν neglecto augmento pro ἐξῆγεν seu ἐξήγαγεν.

τοὺς μὲν μαλακαῖς. Sequuntur remedia quibus vti solebat Aesculapius. Prima sunt, ἐπαοιδαί. Quarum magnus fuit apud veteres vsus, vnde hæc Odyss. τ.

Ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο
Δῆσαν ἐπισταμένως, ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Ἔσχεθον.

Sed hæc medendi ratio apud Christianos obsolœuit vt impia.

τοὺς δὲ προσανέα. Secunda sunt πόσεις. Tertia sunt τοπικὰ φάρμακα: quæ duo pertinent ad φαρμακευτικήν. Quarta sunt τομαὶ quæ ad χειρουργικήν. Porrò προσανέα Dor. pro προσηνέα. & ἔστασεν pro ἔστησεν.

*παράφρασις.*

Sed hac facultate morbos curandi non contentus, mortuos etiam in vitam reuocare tentauit, ad id muneribus illectus, quibus etiam viri sapientes irretiuntur. Vt enim oblatam auri mercedem in manibus vidit fulgentem, eius vi statim impulsus est, vt virum vita iam defunctum morti eriperet. Quo auso irritatus exarsit Iupiter, manibúsque fulmen iaculatus, vtriusque nimirum Aesculapij, eiúsque quem resuscitauerat Hippolyti pectora transuerberauit, & sublata respiratione extinxit. Qua ex temeritatis pœna hoc discendum, oportere vt mortales mortalia sapiant, & quæ suo captui conueniunt, à Dijs petant, cognoscendo se ipsos & perspiciendo quæ sit humanæ vitæ sors & conditio.

*ἀντιστρ. κώλ. ιγ.*

„ ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μισθῷ, χρυσὸς ἐν χερσὶν φανεὶς,
ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι
ἤδη ἑαλωκότα. χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων,
ῥίψαις δι' ἀμφοῖν ἀμπνοὰν
στέρνων κάθελεν
ὠκέως, αἴθων δὲ κεραυνὸς ἐνέσκιμψε μόρον.
„ χρὴ τὰ ἐοικότα πὰρ
„ δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς
„ φρεσὶ,
„ γνόντας τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν
„ αἴσας.

*μετάφρασις.*

„ *Verùm lucro etiam sapiētia irretitur. Impulit illum quoque ingenti mercede aurum in manibus apparens, virum à morte vt reduceret iam captum. Quare manibus Saturnius iaculatus* fulmen *per amborum pectora, respirationem ademit statim, ardénsque* eius *fulmen irruens immisit mortem.* „ *Oportet consentanea à Dijs quærere mortalibus mentibus, cognoscentes quod ante pedes, cuius simus sortis.*

ἀλλὰ κέρδει. Generalis gnome, quam præmittit casui Aesculapij. Notum autem est vt sapientum oculi muneribus excæcantur, & optimus plerisque lucri odor,

ἔτραπε. Applicatio sentētiæ generalis Aesculapio, quē fulgor auri impulit vt mortuū ad viuos reuocaret. Queritur autē quis ille sit. Alij Hippolytū, alij Tyndarū, alij Capanea, alij Glaucū Minois filiū, alij Hymenæū, alij Prœti filias, alij Orionē, alij Phœnei filias: Pherecydes autē ait eū Delphis mortuos resuscitasse. Epiphanius, Eurycleā, inquit, Aesculapius resuscitauit. Sed id Staphylus negat, nec vllum ab inferis ab eo excitatū scribit, sed Hippolytū tantùm sanatū.

ἀγάνορι μισθῷ. Hoc est πλείονι: sic mercedē à viribus quibus pollet nominat, vocē autē ἀγήνωρ antè exposuimus, ἄνδρ' ἐκ. Hoc est ἐκ τοῦ θανάτου ἀναγαγεῖν, ἤδη ἀπὸ τῆς μοίρας ληφθέντα. Dictum κομίσαι simplex pro composito ἀνακομίσαι.

ῥίψαις. Subaudi κεραυνόν. Proponitur pœna temeritatis. Et certè Iupiter teste Virgilio,

*Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas:*

quē locū vide sub finē 7. Aeneid. ῥίψαις Aeol. pro ῥίψας. Porrò ἀμφοῖν, alij ad Aesculapiū & Hippolytū quē sanauerat, referunt: alij δι' ἀμφοτέρων τῶν μαστῶν interpretantur. Crates ad Aesculapiū & Chironē retulit. De voce ἀμπνοά vide Oly. 8.

χρὴ τὰ ἐοικότα. Concludit porismate digressionem, & ex dictis gnomen elicit, qua monet, oportere vt mortales mortalia sapiant, nihílque aggrediantur quod vires humanas superet, quale illud Aesculapij qui mortuum resuscitauit, quod præstare solius est Dei. Sententiam autem hanc prosa sic reddas. Πρέπει δὲ τὰ τοῖς ἀνθρώποις ἁρμόζοντα παρὰ θεῶν αἰτεῖν, γινώσκοντας τὸ ἐνεστὸς, οἵαν μοῖραν εἰλήχαμεν.

μαστευέμεν. Ion. & Dor. pro μαστεύειν. & πὰρ per apocopen pro παρά. θνατοῖς Dor. pro θνητοῖς. τὸ πὰρ ποδὸς hoc est τὸ ἐνεστὸς *præsens status, & vitæ conditio.* εἰμὲν formatur à prima singulari Aeol. & Dor. pro ἐσμέν. & αἴτας Dor. pro αἴτης.

παράφρασις.

Itaque hoc obseruato anime mi, ne quasi vitam viuas immortalem, res homini non possibiles moliaris, sed eas aggredere quas homo cùm sis, perficere possis. Quòd si, inquam, vt esset in votis, etiamnum viueret prudens ille Chiron Philyræ filius, Pelióque in antro habitaret, meíque hymni quorum mellea est modulatio, tanquam potētes illecebræ ad meorum votorum finem pellicere possent, ipsum vtique persuasionibus adduxissem, vt se viris præclaris vehemē-

ἐπῳδ. κῶλ. ιε.

" μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνα-
" τον
" σπεῦδε, τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει
" μαχανάν.
εἰ δὲ σώφρων ἄντρον ἔναιεν
ἔτι Χείρων, καί τί οἱ
φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι
ἁμέτεροι τίθεν, ἰ-
ατῆρά τοι κέν μιν πίθον
καὶ νῦν ἐσλοῖσι παρα-
σχεῖν ἀνδράσι θερμᾶν νό-
σων,
ἤ τινα Λατοΐδα
κεκλημένον, ἢ πατέρος.
καὶ κεν ἐν ναυσὶ μόλον, Ι-

μετάφρασις.

*Ne anime mi vitam immortalem moliaris, sed aggredere opera quibus agendis par sis. Si autem prudens specum habitaret adhuc Chiron, & aliquas illecebras ei in animo suauisoni nostri hymni ponerent, ipsi vtique persuasissem nunc quoque bonis viris præbere se ipsum medicū calidorū morborum, aut aliquē Latoidæ vocatum filiū,*

tium morborum medicum præberet, vel suo loco aliquem ex Apollinea stirpe & arte, vt pote Aesculapiū, aut Iouis filium, nempe Apollinem, qui id præstaret. Tum certè Ionio mari me in nauibus committens, in Siciliam vbi est fons Arethusa contendissem ad amicum meum Hieronem vrbis Aetnæ conditorem,

οὐίαν τέμνων θάλασσαν, Αρέθουσαν ἐπὶ κράναν, παρ' Αιτναῖον ξένον,

*aut patris. Atque adeò in nauibus veni sem Ionium secans mare Arethusam ad fontem, ad Aetnæum hospitem,*

μὴ φίλα ψυχά. Apostrophe parænetica ad seipsum, cui hoc præceptum ex præcedenti gnomologia deriuatum proponit. Nimirum ne ad vitam immortalem properet, *hoc est*, ne quod immortalium est facultatum, & quod ἀδύνατον est in hac mortali vita cuiuis homini, illud moliatur: sed quod homini est δυνατὸν curet & aggrediatur. φίλα ψυχά Dor. pro φίλη ψυχή.

τὰν δ' ἔμπρακτον. Hoc est ἐπιχείρει ἃ δυνατὰ πρᾶχθῆναι. Habet ἄντλει pro ἐπιχείρει, sumpta translatione ab aquis quæ ex puteo vel aliunde hauriuntur. τὰν μαχανάν Dor. pro τὴν μηχανήν.

εἰ δ' σώφρων. Epanodus ad institutum, post longam digressionem de Aesculapio. Vt autem prolixioris hyperbati tollatur obscuritas considerandum est poëtæ protasin esse huiusmodi. *Vtinam Chiron in viuis esset, eum carminis illecebris ad Hieronem traherem, quò sanaret eum.* Duabus autē ex partibus constat protasis, cuius priorem ipso hymni in limine absoluit: alteram post digressionem exequuturus est. Sed vt τὸ ἑπόμενον connecti possit, in regressione ad rem, voti priorem partem repetit hypotheticè. Hoc declarabit paraphrasis.

καί τι οἱ φίλτρον. Hoc est, καὶ ὁ μου ὕμνος μειλίχιος θέλγειν ἂν ἐδύνατο θυμὸν αὐτοῦ, αὐτὸν ἂν ἔπειθον τῶν ἀγαθοῖς ἀνδρας καυστικῶν νόσων ἰᾶσθαι. Habes Metaphoram in voce φίλτρον, quod est Eustath. λόγχαιον τι διεγερτικὸν εἰς ἀφροδίσια, & vulgò *potio ad excitandum amorem efficax*. Nunc autem θελκτήριον quoddam significat τ φιλίας ἐνεργητικόν.

μελιγάρυες. De hac voce vide Olymp. xi. Od. ἀμέπεσι Dor. pro ηὑρέπεσι. πίθεν 3. perf. pl. poët. & Dor. pro ἐπίθεσαν. reiecto primùm augmento: deinde formata 3. pl. à pr. sing. mutato η. in ε. vt & Bœoti faciunt in Aor. 1. passiuo.

ἰατῆρα. Finis philtri. πίθον hegl. augm. pro ἔπιθον, cum quo τὸ κεν poëticum pro ἂν est iungendum. θερμᾶν Dor. pro θερμῶν. Et quoniam calidi morbi mentionem facit, nonnulli Hieronem febre laborasse putant: quidam ποδαλγίᾳ, qui morbus inter τῶν διαπύρεσις ponitur. Quidam verò hoc ad λιθουρίαν referunt. Ego putem θερμὰς νόσους hîc non significare καυστικὰς seu διαπύρεσις: sed metaphoricè dici *feroces, præcipites morbos, vel vehementes.*

ἤ τινα. Matronymicum est Apollinis Latonæ filij. Intelligit autem Aesculapium, vel aliquem alium Apollineæ stirpis, & medicinæ peritum: vel etiam ipsum Apollinem, addens ἤ πατέρος q. d. repetendo ἀπὸ κοινοῦ, ἰατῆρα. τοι. κεν πίθον παρέχεν αὐτ' ἤ τινα τῷ Απόλλωνος ἀπόγονον, ἢ πατέρος, ἤγουν τοῦ Διὸς υἱὸν κεκλημένον τ Απόλλωνα. Hoc ipsum paraphrasis declarabit. Λατοΐδα Dor. pro Λητοΐδου. Per πατέρος intelligit Iouem κατ' ἐξοχὴν qui creditur πατὴρ ἀνδρῶν τε, Θεῶν τε. Hactenus prior propositionis pars.

κ, κεν ἐν ναυσὶ. Altera pars propofitionis; *Irem nimirum ad Hieronem,& eum illi adducerem in Siciliam.* Iter autem defcribit, fcilicet, marinum per Ionium pelagus,quod aliàs eft Adriaticum, ab Ionio Illyrico viro,vel ab Ionijs, tefte Archidamo,qui ibi perierunt,vel ἀπὸ Ἰϋς. De Arethufa alibi iam diximus. κρά-ναν Dor. pro κρήνην. & μόνον pro ἔμολον.

παρ' Αἰτναῖον ξένον. Intelligit Hieronem , qui condita vrbe Aetna, Aetnæum fe proclamari voluit. Aretius hîc abfolui putat alteram partem propofitionis, fed mihi videtur produci vfque ad finem fequentis ftrophæ. Quod fenfus loci fatis euincit: ξένον interpretare hîc φίλον,vt alibi iam docuimus.

παράφρασις. | στροφὴ δ'. κῶλ. ιγ'. | μετάφρασις.

Qui Syracufis regiam habet, rex ciuibus fuis benignus,erga bonos candidus, erga peregrinos hofpites paterna beneuolentia fufpiciendus. Ad quem fi venire potuiffem geminum hoc beneficium afferens , pretiofam nimirum fanitatem, eiúfque victoriæ in Pythijs certaminibus partę laudatorem hymnum, quo fplendidæ reddun-tur coronæ, quas re omnium optimè gefta , quondam in Locrorum oppido Cirrha, Delphorum Pythoníſque vicina,Pherenicus eft meritus, fanè traiecto mari immenfo, Sole fplendidiffimo gratior ipfi affulfiffem , & aduenifsem.

ὃς Συρακόσσαισι νέμει, βασιλεὺς
πραῢς ἀστοῖς, ὀ φθονέων ἀγαθοῖς,
ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ.
τῷ μὲν διδύμας χάριτας,
εἰ κατέβαν, ὑγίειαν ἄγων χρυσέαν,
κῶμόν τ' ἀέθλων Πυθίων,
αἴγλαν στεφάνοις,
τοὺς ἀριστεύων Φερένικος ἕλε Κίῤῥᾳ ποτὲ,
ἀστέρος οὐρανίου
φαμὶ τηλαυγέστερον κείνῳ
φάος
ἐξικόμαν κε, βαθὺν πόντον περάσαις.

*Qui Syracufis imperat , rex lenis ciuibus, non inuidens bonis , hofpitibuſq; fuſpiciendus pater. Ad quem fi defcendiſſem gemina gratias adferens* , videlicet *fanitatem auream,* & *entomium certaminum Pythiorum , fplendorem , futurum coronis quas fortiſſimè omnium fe gerens Pherenicus* eius equus *confecutus eft apud Cirrham aliquando : ftella cœlefti inquam fplendidius ipfi lumen veniſsem , profundo mari traiecto.*

ὃς Συρακόσσαισι. Breuiter laudat Hieronem à dignitate regali, à manfuetudine , à candore , ab hofpitalitate. Quibus non abfimilia dicit Oda prima Olympior: Συρακόσσαι Doricè & poëticè fublato υ. & gemin. σ. pro Συρακοῦσαι.

τῷ μὲν. Hoc eft ᾧ μὲν εἰ ἦλθον διπλῆν εὐεργεσίαν φέρων, καὶ τὴν ὑγίειαν τιμίαν, καὶ ὕμνον τῶν Πυθικῶν ἀγώνων, δι' οὗ γίνονται λαμπροὶ στέφανοι, οὓς ὁ Φερένικος ἵππος ἀριστεύων ἦλ. ἐν Πυθῶνι ποτὲ, κατῆλθον ἂν αὐτῷ λαμπρότερον φῶς τοῦ ἡλίου, βαθεῖαν θάλασσαν διαπεράσας. Ex his patet,quid facturus effet poëta fi Chiron reuixiffet , fanitatem ipfi attuliffet , & victoriæ Pythicæ encomium, quæ duo διδύμας χάριτας *geminum beneficium* vocat , illius Chiron , huius ipfe author fuiffet.

ὑγίειαν vocat χρυσέαν hoc est τιμίαν. Notum quanti fiat ſanitas.

αὔγλαν. Dor. pro αἴγλην. & τοῦ artic. præpoſit. pro ſubiunct. ὃς. Φερένικος equus Hieronis de quo 1. Olymp. ἕλε negl. augm. pro εἷλε.

Κίρρᾳ. Ellipſis præpoſitionis ἐν. & notatio loci certaminis. Nam Cirrha, teſte Plin. l. 4. c. 3. eſt Locrorum oppidum non procul à Delphis & Pythone. Quare poëta per Cirrham Pythios ludos intelligit.

κατέβαν Dor. pro κατέβην hoc eſt ἦλθον. Sicuti apud Homerum, quem citat Schol.

Πείν τινα κεκριμένον καταβήμεναι ἐκ Διὸς οὖρον.

& Odyſſ. κ. Κίρκης ἐς μέγαρον καταβήμεναι, pro ἐλθεῖν.

ἀστέρος οὐρανίου. Periphraſis, pro ἡλίου: quem primæ Odæ initio ἄστρον impropriè, nunc ἀστέρα propriè appellat. Oſtendit quo in pretio foret apud Hieronem, ſi hæc præſtitiſſet quæ optabat: Sole nimirum gratior ipſi veniſſet. Qui autem procurat ſanitatem, is quoque φάος appellatur, vt in hoc epigrammate.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώετο λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπάνις εἰν Ἀΐδῃ.

φαμὶ Dor. pro φημί. & ἐξικόμαν pro ἐξικόμην. & πρόσθεν Aeol. pro πρόσθεν. hic finis εὐχῆς.

παράφρασις.

Sed cùm horum vtrumque præſtare non poſſim, magnam Deorum & hominum matrem Rheam, quam vt pote venerandam Deam propè meas ædes vbi templum habet, ſimúlque comitem & aſſeſſorem eius Pana Thebanæ puellæ noctu canunt & celebrant, volo flectere precibus, vt tibi ſit benigna. Verumenimuero Hieron ſi rectas ſententias quæ principatum in orationibus tenent, intelligere potes, ex veterum dictis didiciſti, diuinam prouidentiam res humanas ſic adminiſtrare & dirigere, vt bonum vnum duobus malis temperent. Sed aduerſam fortunam homines deſipientes moderatè ferre non poſſunt, & nunquam non fronte inſortu-

ἀντιστρ. κώλ. ιγ.

ἀλλ' ἐπεύξασθαι μὲν ἐγὼν
ἐθέλω
ματρὶ, ταὶ κοῦραι παρ' ἐμὸν
πρόθυρον
σὺν Πανὶ μέλποντι θαμὰ
σεμνὰν Θεὸν ἐννύχιαι.
εἰ δὲ λόγων συνέμεν
κορυφὰν Ἱέρων
„ ὀρθὰν ἐπίστᾳ, μανθάνων
„ οἶσθα προτέρων,
„ ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα
„ σύν-
„ δυο δαίονται βροτοῖς
„ ἀθάνατοι. τὰ μὲν ὦν
„ οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέ-
„ ρειν,
„ ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέ-
„ ψαντες ἔξω.

μετάφρασις.

*Sed vota facere ego volo matri, quam venerabilem Deam puellæ, iuxta meum veſtibulum cum Pane celebrant frequenter per noctem. Verùm ſi ſermonum intelligere ſummam rectam noſti Hieron, edoctus à prioris ſæculi hominibus; ſcis* quòd *vnum ad bonum bina mala partiuntur mortalibus immortales. Sed ea ſtulti non poſſunt moderatè ferre:* at *ſapientes* ea fe- runt, *bona obuertentes extra.*

nium produnt: prosperam verò fortunam sua stultitia obruunt. At contrà sapientes, quemadmodum puriorem & pulchriorem vestium partem conspiciendam obuertimus, sordidiorem intus occulimus, sic dolores occulunt, lætitiam patefaciunt.

ἀλλ' ἐπεύξασθαι. Cùm voti compos fieri non possit Pindarus, nempe obtinere vt reuiuiscat Chiron, à quo sanetur Hieron, confugit ad preces, aitque sibi esse in animo Rheam pro Hieronis salute inuocare, q.d. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδύνατον τὸν Χείρωνα ἀναβιῶναι, καὶ Ἱέρωνα θεραπεύειν, ἐγὼ τὴν μητέρα Θεῶν Ῥέαν καθικετεῦσαι βούλομαι.

ματρὶ. Dor. pro μητρὶ Rheam sic vocat κατ' ἐξοχὴν. De qua sic Orpheus,

Μητὴρ μὲν τε Θεῶν, ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.

Et Lucretius l.3.

*Magna Deûm mater, matérque ferarum,*
*Et nostri genitrix hæc dicta est corporis vna.*

& Virgil. l.10.

*Alma parens Idæa Deûm.*

ταὶ κοῦραι. Dor. pro τὴν & præposit. artic. pro subiunct. hoc est, ἣν Θεὸν σεμνὴν πλησίον τ' οἰκίας μου αἱ κόραι σὺν αὐτῆς παρέδρῳ Πανὶ ἀνυμνοῦσι κατὰ τὰς νύκτας. His ostendit vbi, à quibus, & quando colatur Rhea. Vbi, nimirum Thebis prope ædes Pindari: nam ibi, quæ eius erat pietas, ædes habere voluit, vt in Prolegom. dictum. A quibus, nempe à Thebanis virginibus, vel à filiabus Pindari Protomacha & Eumeti, vel à nymphis. Quando, nempe noctu eius mysteria agebantur. Hoc autem Thebanis videtur peculiare. Nam alioqui quæ de Rhea dicuntur, sunt diuersa, vt ex Natal. Comit. Myth. comperies. Refert Schol. ex Aristodemo, qui factum sit vt Thebis Rheam coluerint: ait enim ille, Olympicum quendam tibicinem Pindari discipulum, cùm in montem, vbi sese exercebat canendo, secessisset, strepitum magnum, ignémque delabentem animaduertisse, idémque Pindarum sensisse, & matris Deorum Rheæ simulachrum pedibus incedens obseruasse, vnde factum sit vt Rheæ & Panos simulachra prope suas ædes statuerit: tum ciues aliquot oracula Phœbi sciscitatum miserit, qui respondit matri Deorum extruendum esse templum. Quod responsum cùm accepisset Pindarus, ciues pariter cum ipso metu consternati, Deam sacris honorarunt.

σὺν Πανὶ. Non cum Pane Rheam, sed Panem & Rheam à puellis celebrari canit. Nam Rheæ Pan erat assessor, vt ipse Pindarus, authore Schol. ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθενίων dicit, ὦ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων, ματρὸς μεγάλας ὀπαδὲ σεμνᾶν Χαρίτων μέλημα τερπνόν. Vel panem assumpsit, quòd prope suas ædes simulachrum haberet: vel quòd ille vt pote montanus Deus, cum montana Dea versaretur. Poëtæ autem nostro fabulantur propitiam fuisse Rheam, & Pana saltitasse ad carminum eius modulos.

μέλποντι Dor. pro μέλπουσι, & σεμνὰν pro σεμνὴν.

εἰ δὲ λόγων. Transit ad alteram propositionis partem consolatoriam. Nam cùm nemo reperiri possit qui Hieronis morbum curet, cum solatur à re-

rum humanarum natura, quarum ea eſt conditio, vt duo mala bonum vnum comitentur. q.d. εἰ δὲ δύνασαι συνιέναι τὴν τῶν λόγων ὀρθὴν κορυφὴν, γινώσκεις, μανθάνων τὰ τῶν παλαιῶν, ὅτι παρὰ ἓν ἀγαθὸν κακὰ δύο ἀπονέμουσιν οἱ Θεοί. Porro hîc apoſtrophe eſt ad Hieronem.

κορυφάν. Dor.pro κορυφὴν. per κορυφὴν λόγων intelligit τοὺς κορυφαίους λόγους, h. e. *principes ſermones*: intelligo ſententias,& dicta quæ doctrinã aliquam & præcepta continent. Etenim ea eſt ſententiarum dignitas,vt in oratione veluti faſtigium alti montis appareant. Aliàs κορυφὴ τοῦ λόγου exponitur *orationis ſumma & caput*. συνέμεν Ion. & Dor.pro συνιέναι. ὀρθάν Dor pro ὀρθὴν.

ἐπίστα. 2.perſ. verbi ἐπίσταμαι, vel per apocopen pro ἐπίστασαι. vel Dor. pro Attico ἐπίστῃ. quod fit ab Ionico ἐπίσταεαι ſublato σ. & facta craſi ἐπίστῃ Doricè tollitur ι. ſubſcriptum. A Schol. ἐπίστα exponitur hîc δύνασαι. Et certè ἐπίσταμαι frequenter eſt in vſu pro δύναμαι. Exempla in Lexicis habes.

οἶδα προτέρων. Intelligit veteres qui de rerum humanarum conditione ſcripſerunt gnomologias. Et putat Schol. poëtam ad illud Homericum alluſiſſe.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος τε ἑάων.

Vide quæ habet Eraſm.in Chil.hæc in verba,

*Nihil eſt ab omni parte beatum.*

σύνδυο Poëticum compoſitum. *Duo ſimul, bini.*

τὰ μὲν ὦν, Hoc eſt οἱ μὲν οὖν ἄφρονες τὰ κακὰ κοσμίως οὐ φέρουσιν, ἀλλ' οἱ συνετοὶ φέρουσι, τὰ καλὰ περιβάλλοντες ἔξω. Hoc ipſum monet Theognis in his.

Οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος· ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς
Τολμᾷ ἔχειν τὸ κακὸν, καὶ οὐκ ἐπίδηλος ὅμως.
Δειλὸς δ' οὔτε κακοῖσιν ἐπίσταται, οὔτ' ἀγαθοῖσι
Θυμὸν ἔχων μίμνειν.

τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω. Scholiaſtes in his metaphoram agnoſcit ſumptam à veſtibus, quæ ſi maculatæ ſint, honeſtè geſtari à dominis non poſſunt. Ideóque maculata parte intus occultata, honeſtam extra obuertunt, vt à prætereuntibus laudetur. Sic Micyllus in Gallo Luciani, ad Eucratis conuiuium ſe confert κοσμίως μάλα ἐσχηματισμένος, ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολή. Aemilius Portus tranſlationem petit ab ædificijs quorum pulchriores partes extra patent, deformiores ab oculis remouentur. Sic Aeneas apud Virgil.

*curis ingentibus æger*
*Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem.*

παράφρασις. ἐπῳδ. κώλ. ιε. μετάφρασις.

Quod autem ad te attinet, quanquam calculo affligeris, alia tamen fœlicitate fubleuaris, quatenus diuino munere rex es, fi quifquam hominum alius, populorum ductor fœlix, quo non fœlicior alter. Quòd fi hæc fœlicitas morbi infortunio temperetur, nihil mirum. Nulli enim quantũuis præftanti heroi contigit vnquam vitæ inoffenfæ metam contingere, exempli gratia Peleo Æaci filio & diuino Cadmo. At nihilominus fama eft illos omniũ mortalium fuiffe fœliciffimos: quandoquidem Peleus in monte Pelio apud Chironem, marini Dei fatidici Nerei, ac proinde bona confilia dantis Thetin inclytam filiam: & Cadmus Thebis, quę feptem portis funt nobiles, formofam Harmoniam vxorem duxit: vbi Mufarum aurea redimicula habentium fuauiffimos cantus audiuerunt.

τὶν ᾗ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἕπεται.
λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται,
εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας
πότμος. αἰὼν δ' ἀσφαλὴς
οὐκ ἔγεντ', οὔτ' Αἰακίδᾳ παρ' Πηλεῖ,
οὔτε παρ' ἀντιθέῳ
Κάδμῳ. λέγονταί γε μὰν βροτῶν
ὄλβον ὑπέρτατον οἳ
σχεῖν, οἵ τε καὶ χρυσαμπύκων
μελπομενᾶν ἐν ὄρει
Μοισᾶν, καὶ ἐν ἑπταπύλοις
ἄϊον Θήβαις, ὁπόθ' Ἁρμονίαν γᾶμε βοῶπιν·
ὁ δὲ Νηρέος εὐβούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

*Te verò fors fœlicitatis fequitur. Rectorem enim populorum regem te intuetur, fi quem ex hominibus, magna fortuna. Sed enim inoffenfa vita non contigit, nec Aeacidæ Peleo, neque diuino Cadmo. Dicuntur tamen illi mortalium fupremam fœlicitatem habuiffe, qui & Mufas aureis reticulis redimitas, canentes in monte, & in feptem portas habentibus audiuerunt Thebis, quando Cadmus Harmoniam vxorem duxit bouis oculis fpeciofam: ille autem Peleus Nerei confilio valentis Thetin filiam inclytam.*

τὶν ᾗ μοῖρ'. A dignitate regia Hieronem ad patientiam hortatur, q.d. σοὶ δὲ κἂν λιθιῶντι ἡ τῆς εὐδαιμονίας μοῖρα ἀκολουθεῖ, καθ' ὅσον ἡ μεγάλη εὐτυχία ὁρᾷ σε εἴπερ τιν' ἄλλον εὐδαίμονα βασιλέα λαῶν ἡγούμενον. De voce λαγέτης vide ftroph. 4. I. Olymp.

αἰὼν δ' ἀσφαλής. Hoc eft βίῳ δ' ἀπταίστῳ ἐχρήσαντο μήτε ὁ τοῦ Αἰακοῦ παῖς ὁ Πηλεύς, μήτ' ἰσόθεος φὼς ὁ Κάδμος, καίτοι ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατοι γενέσθαι λέγονται. A præftantiffimorum heroum, qui neque magnis calamitatibus liberi fuêre, confolatur Hieronem, ne mirum ipfi videatur, fi quibus ipfe etiam malis tentatur.

Αἰακίδᾳ. Dor. pro Αἰακίδῃ. patronymicũ nomẽ, quia Peleus Aeaci fuit filius. παρ per apocopen pro παρά. ὄλβον ὑπέρτατον. hoc eft ὕψιστον feu μέγιστον εὐδαιμονίαν. De epitheto χρυσάμπυξ alibi diximus. μελπομενᾶν Μοισᾶν Dor. pro μελπομένων μουσῶν. ἐν ὄρει. nimiruui Πηλίῳ. Vide quintam Nem. ἀντιστρ. 2.

ἑπταπύλοις. Hoc epitheton Thebarum habet Homer. Il. δ. Θήβης ἕδος ἑπταπύλοιο: illis inditum à feptem portarum numero.

ἀπὸ θ' Ἁρμονίαν. Primò Cadmi fœlicitas quòd Harmoniam Martis & Veneris filiam vxorem duxerit, & nuptias celebrarit Thebis quas Musæ suo cantu dignatæ fuerunt. γᾶμε. Dor. & neglecto augmento, pro ἔγημε. βοῶπιν. hoc est μεγαλόφθαλμον βοῶν δίκην. & synecdochicè καλήν: quia probantur magni oculi in mulieribus ad formam.

ὁ δ'. Prima Pelei fœlicitas quòd Thetin filiam Nerei marini Dei vxorem duxerit, & in monte Pelio apud Chironem nuptias celebrantem Musæ suo cantu dignatæ fuerint. Nereum autem vocat εὔβουλον quòd vates & fatidicus cùm esset, quid facto opus foret, rectè consuleret.

παράφρασις.

Quandoquidem etiam Dij vtriusque nuptiarum epulis interfuerunt: in quibus Cadmus & Peleus Saturni prolem regiam in aureis sedilibus mensæ accumbentem viderunt, & ab omnibus dona acceperunt: Peleus à Neptuno equos, à Vulcano gladium: Cadmi sponsa frumenti fructum à Cerere, lyram à Mercurio, monile, peplum, & tibias à Pallade, aureum monile à Venere, aliáque ab alijs Dijs. Hoc autem beneficio nuptiarum accepto à Ioue prioribus liberati laboribus animum erexerunt. Nam Peleo tentatæ pudicitiæ à Cretheide falsò accusato, & in Pelio monte feris exposito, per Vulcanum misit gladium quo se ab ijs tueretur, eúmque vinculis solutum, & debellato Acasto Thetidis coniugio decorauit. Et Cadmo, post difficultates in quærenda Europa superatas, Harmoniam collocauit. Sed hunc alio postea tempore, graues trium filiarum calamitates lætitia priuarunt, quum Ino & Agaue furore percitæ, altera Pentheum, altera Melicerten laniauit: & Semele formosa à Ioue compressa est, & fulmine extincta.

στροφὴ ε. κῶλ. ιγ.

καὶ Θεοὶ δαίσαντο παρ' ἀμφοτέροις·
καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον
χρυσέαις ἐν ἕδραις, ἕδνα τε
δέξαντο. Διὸς δὲ χάριν
ἐκ προτέρων μεταμειψάμενοι καμάτων,
ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.
ἐν δ' αὖτε χρόνῳ,
τὸν μὲν ὀξείαισι θυγατέρες ἐρήμωσαν πάθαις
εὐφροσύνας μέρος αἱ τρεῖς· ἀτὰρ λευκωλένῳ τε Ζεὺς πατὴρ
ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

μετάφρασις.

*Quinetiam Dij epulati sunt apud vtrosque, & Saturni filios reges viderunt* Peleus & Cadmus *aureis in sedibus, donaq́ nuptialia acceperunt* ab illis, *Iouis denique beneficio ex prioribus transmutati ærumnis, statuerunt erectum cor. Sed rursum procedente tempore, hunc quidem* Cadmum *filiæ tres per grauia infortunia priuarunt lætitiæ sorte: at candidæ brachijs Semelæ Iupiter pater venit in cubile amabile.*

καὶ Θεοὶ. Secunda fœlicitas, quòd vtriusque nuptijs interfuerint Dij, in iísque epulati sint. Nám ad Cadmi nuptias Dij omnes dicuntur relicto cœlo aduenta sse. Et ad Pelei nuptias Dij cum ingentibus imbribus & tempestate accessisse feruntur.

Κρόνου παῖδας. Intellige Iouem, Neptunum, Plutonem, quinetiam reliquos huius stirpis Deos, quos Peleus & Cadmus accumbentes mensæ vi-

derunt aureis. i. eximijs in ſedibus, quales conueniebant Dijs. Vide Od.4. Nem. Ep. 3.

ἕδνά τε. Sumit hanc vocem (quam iam alibi expoſuimus) per ἀκυρολογίαν pro δῶρα. Per nuptias autem Cadmi Dij dona ſponſæ dederunt, Ceres frumenti fructum, Mercurius lyram, Pallas monile & peplum, & tibias, Electra ſacra magnę matris & cymbala, & tympana, in quibus nuptijs Apollo cum cithara cecinit, Muſę tibias inflarunt, Diique reliqui multa dona dederunt: Venus autem monile aureum dedit, quod poſtea Polynices ſucceſſione generis poſſidens Eriphylæ dedit, vt Amphiarao profectionem ad bellum Troianum perſuaderet. Porrò in Pelei nuptijs Neptunus illis equos dono dedit, Vulcanus gladium, alij aliud.

Διὸς δὲ χάριν. Tertia fœlicitas, quòd Iouis beneficio prioribus malis liberati animum erexerunt, q.d. Διὸς δὲ διδόντος ἐκ τῶν προτέρων πόνων μεταβαλόντες, εὐθυμίας ἀπέλαυσαν. Hoc autem innuere vult poëta, Iouem vtriuſque horum curam ſuſcepiſſe, & laboribus quos ambo exantlarunt ante nuptias, ipſos liberaſſe. Nam Cadmus à patre Agenore ad quærendam Europam miſſus, varias peragrās regiones, multa mala pertulit. Et iuſſus in patriam non redire quin ſororem reduceret, ea non reperta, oraculi monitu vrbem Thebanam extra natale ſolum condidit. Poſtea Iupiter illi ob multas difficultates quas ſuperauerat, Harmoniam collocauit. Peleus autem ab impudica Cretheide falſo accuſatus, & ab Acaſto eius viro in vertice Pelij montis vinctus, ferísque expoſitus fuit. Sed eius innocentiæ miſertus Iupiter gladium ei miſit per Vulcanum, quo ſeſe à feris tueretur. Deinde ruptis vinculis in vrbem paucis comitantibus venit, & debellato Acaſto imperium occupauit: poſtea Thetidem vxorem duxit.

ἐν δ' αὖτε. Hoc eſt πάλιν δ' ἐξ ὑστέρου, καὶ μετὰ ταῦτα, τὸν μὲν Κάδμον αἱ τρεῖς θύγατρες εὐφροσύνης ἔρημον ἐποίησαν ταῖς ὀξείαις συμφοραῖς ἀπολλύμεναι. Probat autem vt ad vnum bonum duo mala hominibus etiam fœliciſſimis accidunt. Nam liberatos prioribus laboribus Peleum & Cadmum, beneficio Iouis cor erexiſſe dixit. Iam verò alijs poſtea calamitatibus implicatos oſtēdit. Primùm quidem de Cadmi ærumnis agit, quas ob trium filiarum calamitates ſuſtinuit. Inonis & Agaues hæ fuerunt quòd in furorem verſæ ſunt, vt Agaue Penthea filium, Ino Melicerten laniarit; de quibus Olymp. Od. 2. ſtr. 2. Semele à Ioue compreſſa & fulmine icta fuit.

ἐρήμωσαν. Hoc eſt ἔρημον ἐποίησαν, pro ἀφείλοντο, ἐστέρησαν. Dor. eſt εὐφροσυνᾶς pro εὐφροσύνης. Θυώνα Dor. pro Θυώνη hoc eſt Σεμέλη ſic dicta ὅτι θύει καὶ ἐνθουσιᾷ κατὰ τοὺς χορούς: *quòd in choris furore ſit percita*: ſicut & θυάδες Bacchę, & thyrſi θύσθλα dicũtur. Vel petendum etymon ἀπὸ τῆς θυηλῆς. Eandem Dionen appellat Euripid. vt refert Schol. in his ex Antigone. ὦ παῖ Διώνης ὃς ἔφυς μέγας Διόνυσε.
Sed alij Thyonen diuerſam à Semele faciunt, nimirum Bacchi nutricem, vt ex hoc Panyaſidis verſu oſtendit Schol.

Καί ῥ', ὁ μὲν ἐν κόλποιο ἔθορε ποσὶ Θυώνης.

Interpr. Apollon. Argon. 1. Θυώνην καλοῦσι τὴν Σεμέλην, ἐπεὶ δὴ Αἰσχύλος ἔγκυον αὐτὴν παρεισήγαγεν οὖσαν, καὶ ἐνθεαζομένην.

παράφρασις

Illum verò nempe Peleum lætitia priuauit filius Achilles, quem illi Thetis immortalis in Phthia solum genuit, quum in bello Troiano à Paride telis confossus, animam exhalauit, & pyræ impositus luctum Græcis excitauit. Cæterùm decet virum prudentem bona fortuna, quam consequutus est Deorum munere, frui & vti, quandoquidem sua dona cõtemni nolunt. Verùm vt aliàs alij spirant venti, nunc secundi, nunc aduersi: sic aliàs alio vultu, nunc sereno, nunc toruo fortuna respicit. Nec fœlicitas diu apud homines cõmoratur. Quæ si fortè aliquãdo graui pondere me comitetur, hoc faciam:

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

τοῦ δὲ παῖς, ὅνπερ μόνον ἀθανάτα
τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ
τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν
ὦρσεν πυρὶ καιόμενος
ἐκ Δαναῶν γόον. εἰ
δὲ νόῳ τις ἔχει
θνατῶν ἀλαθείας ὁδὸν,
χρὴ πρὸς μακάρων
τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ
ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
» ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρ-
» χεται,
ὃς πολὺς, εὖτ' ἂν ἐπιβρίσαις ἕπηται,

μετάφρασις.

*Illius autem* Pelei *filius quem vnicũ immortalis peperit in Phthia Thetis, in bello sagittis animam amittens, excitauit dum igni cremaretur gemitũ à Græcis. Quòd si quis ex hominibus in animo habet veritatis viã, oportet eũ à Dijs beatis consequutum prosperam fortunã, frui sua fœlicitate. Nã aliàs alij sunt flatus altè volantium ventorum. Fœlicitásque hominum non accedit in longum* permansura. *Quæ quidem quandocunque ingens grauis cum pondere* me *sequuta fuerit,*

τοῦ δὲ παῖς. Secundo agit de Pelei ærumnis ob filij necem, quem à Paride sagittis occisum Danai luxerunt, q. d. τοῦ δὲ Πηλέως παῖς ὁ Ἀχιλλεὺς, ὃν μόνον ἡ ἀθάνατος Θέτις ἐν Φθίᾳ ἔτεκεν, ἐν τῷ Ἰλιακῷ πολέμῳ ὑπὸ τοῦ Πάριδος τοξευθεὶς πυρὶ νεκρὸς κατακαιόμενος γόον τοῖς Ἕλλησιν ἐκίνησε.

ὅνπερ μόνον. Non solum Achillem peperit, sed etiam alios, quos immortales reddere cùm vellet, sub igne per noctem occultatos, vt quod erat mortale absumeret, interemit. Sed Achilles ambrosia per diem inunctus, & per noctem sub igne occultatus, dicitur aliquandiu perdurasse, donec re à Peleo deprehensa seruatus est, & inde Pyrisous appellatus.

ἀθανάτα. Dor. pro ἀθανάτη. ab ἀθάνατος. τίκτεν imperf. neglecto augm. pro ἔτικτεν, ἐν πολέμῳ nimirum Ἰλιακῷ. ἀπὸ ψυχὰν λιπὼν per tmesin pro ψυχὴν ἀπολιπών.

εἰ δὲ νόῳ τις. Gnome qua docet quo animo diuina beneficia debeat vir prudens accipere. νόῳ ἀλαθείας ὁδὸν ἔχει hoc est φρόνιμός ἐστιν, ὀρθῶς λογίζεται: vt hic sit sensus, εἰ δέ τις φρόνιμός ἐστι, προσήκει αὐτὸν παρὰ τῶν Θεῶν εὐεργετούμενον τῆς εὐπραγίας ἀπολαύειν. Neque enim Dij volunt sua munera contemni: vnde Homerus

Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ Θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
Ὅσσά κεν αὐτοὶ δῶσιν· ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι. Similis extat sententia 2. Ol. qua fortunæ denotat incõstãtiam,

quum ait, ῥοαὶ δ' ἄλλοτε ἄλλαι. Hic similitudinem ducit à varietate ventorum, q. d. ὡς οὐχ οἱ αὐτοὶ ἄνεμοι διὰ παντὸς πνέουσιν, ἀλλ' ἄλλος ἄλλοτε, οὕτω καὶ αἱ τύχαι τῶν ἀνθρώπων, οὐχ αἱ αὐταὶ παραμένουσιν· ἀλλ' ἄλλοτε μὲν εἰς κακὸν, ἄλλοτε δ' εἰς ἀγαθὸν μεταβάλλονται. Vnde, quod à Schol. citatur Euripid.

Κάμνουσι γάρτοι καὶ βροτοῖς αἱ συμφοραὶ,
Καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει.

ὄλβος δ' οὐκ ἐς. Hoc est ἡ δ' εὐδαιμονία τῶν ἀνθρώπων οὐκ ἐπὶ πολὺ παραμένει. Quod & Eurip. docet, ὁ μέγας μὲν ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς.

ἐς πολύ. Epilogus in quo docet suo exemplo quales esse deceat Hieronem, & quosuis alios fortunatos. q. d. ὡς ὅτε πολὺ ἀκολουθῶν ἐπιβαρήσῃ, σμικροῖς σμικρὸν, σμικρόν με ποιήσω, ἐκείνοις ἐμὲ συμμετρήσας, καὶ μέγαν ἐν μεγάλοις ἐκείνοις ἐμὲ ἐξισώσας.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιε. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Nimirum apud tenues, & me inferiores me depri-mam, apud magnos & me maiores magnum agam, illísque me æquiparabo: & eam quæ me circunda-bit, pro viribus & facul-tate colens fortunam, ani-mo fouebo. Quòd si inter cæteras fœlicitates diuina benignitas mihi diuitias amplas suppeditaret, spe-rarem me altissimam apud posteros glo iam adeptu-rum, cùm poëtis mearum laudum præconibus libe-ralem me præberem, Hie-ron: quorum sanè est cla-rorum virorum laudes tra-dere posteritati Vides vt Nestoris Pylij, & Sarpedo-nis Lycij fama ad posterio-ris sæculi homines dima-nauit carminum eximiè so-nantium opera, qualia so-lùmmodo docti poëseos artifices compegerunt. Et-enim virtus quæ carmi- | „ σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν „ μεγάλοις „ ἔσσομαι. τὸν δ' ἀμφέποντ' αἰεὶ " φρεσὶ „ δαίμον' ἀσκήσω, κατ' ἐ- „ μὰν „ θεραπεύων μαχανάν. „ εἰ δέ μοι πλοῦτον Θεὸς ἁβρὸν ὀ- „ ρέξαι, „ ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑ- „ ρέσθαι κεν ὑψηλὸν πρόσω. Νέστορα καὶ Λύκιον Σαρπηδόν' ἀνθρώπων φά- τις ἐξ ἐπέων κελαδεν- νῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ ἅρμοσαν, γινώσκομεν· ἁ δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς, χρονία τελέθει, παύροις δὲ πράξασθ' εὐμα- ρές. | ✓ paruus inter paruos, magnus inter magnos ero. Semper autem ad eam fortunam quæ me amplectetur, me in animo accommo-dabo, iuxta meam facultatem colens eã. Quòd si mihi diuitias Deus speciosas dede-rit, spem habeo glo-riam me nacturum al-tam in longinquum. Nestorem & Lycium Sarpedonem hominum fama habet ex versi-bus sonoris, quales com-pegerunt fabri periti. Nam quæ cognoscitur virtus per inclytos cantus, diuturna est: sed paucis id facere facile est. |

num celebrium beneficio nobilis euadit, æternam vitam obtinere solet: sed talia componere paucis facile est, vt res insignium heroum gestas immortalitati consecrent.

τὸν δ' ἀμφέποντ'. Prima virtus viri fortunati est vt sese inter paruos

non efferat, inter magnos non deprimat: ſed cum vtriſque moderatè ſe gerat. Secunda vt quam nactus eſt fœlicitatem pro virili colat & foueat. Huius ſecundæ ſententiæ hic eſt ſenſus. τὴν δὲ με περιέχουσαν τύχην οἴσω τῇ διανοίᾳ, κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν θεραπεύων.

μαχανάν. Dor. pro μηχανὴν. Exponit Schol. γνώμην, ſed videtur ſenſus poſcere vt exponamus δύναμιν.

εἰ δέ μοι. Tertia virtus viri fortunati, vt ſi ſit diues, erga viros doctos liberalem ſe præbeat, quorum carminibus laudem æternam conſequatur. Sed hoc in ſua perſona facit, obliquè Hieronem liberalitatis erga ſe laudum ipſius præconem, alióſque poëtas, commonefaciens: quum dicit, ἐὰν δέ μοι ὁ Θεὸς πλοῦτον ἁβρὸν παρέχῃ, ἐλπίζω δόξαν ὑψηλοτάτην εὑρεῖν, καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον. vide paraphraſin.

Νέστορα καί. Exemplis oſtendit eſſe poëtarum principum virorum laudes perſequi, vt ſi laudis amator ſit Hieron princeps rebus geſtis clarus, de ſuis opibus impertiat poëtæ. Neſtoris & Sarpedonis apud Homerum ſit mentio. In ἀνθρώπων φάτις eſt ſubaudiendum ἔχει. vt hæc ſit ἀκολουθία. Νέστορα καὶ Λύκιον Σαρπήδονα φάτις ἀνθρώπων, ἔχει ἐξ ἐπέων κελαδεινῶν, οἷα σοφοὶ τέκτονες ἥρμοσαν. Porrò τέκτονες σοφοὶ ſunt, οἱ ποιηταί: quos ſic vocat, quia nomen artis habet poëſis. κελαδεννὸς Argiua dialecto pro κελαδεινός.

γινωσκομένα. Hoc eſt ἡ δ᾽ ἀρετὴ ταῖς ἐνδόξοις ἀοιδαῖς γινωσκομένη διηνεκὴς παραμένει. ὀλίγοις δὲ ῥᾴδιον τοιαύτας ἀοιδὰς ποιεῖσθαι. Virtutem autem beneficio poëticorum & hiſtoricorum monumentorum poſt funera viuere habes etiam ſub finem primæ Pythiorum.

παύροις δέ. Dignitas poëtices eo commendatur, quòd pauci ſint qui in ea excellant. Innuítque eorum laudes non diu viuere, qui excellentem poëtam nacti non ſint, ſiquidem mediocribus eſſe poëtis, non Dij, non homines, non conceſsêre columnæ, vt canit Horatius: quorum ſiquidem carmina obſoleſcunt, eorum etiam quos cecinerunt, laudes commoriuntur.

ΑΡΚΕΣΙΛΑῼ ΚΥΡΗΝΑΙῼ, ἅρματι.

ARCESILAO CYRENAEO, curru victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Δ.

ODE IV.

## ARGVMENTVM.

*ARcesilaum Cyrenes regem ab vrbe Cyrene, à maioribus, à Thera insula ad quam Argonautæ appulerant, vnde Arcesilai progenitorum origo, & à Pythiaca victoria laudat. Denique pro Demophilo, qui ex vrbe ob seditionem quandam pulsus fuerat, intercedit vt ad priorem functionem eum admittat.*

παράφρασις.

Oportet ô Musa vt hodierno die te sistas apud Arcesilaum, vt virum illum mihi charum, & equis insigni Cyrenæ imperantem laudes, & cum eo choros pro victoriæ successu agitante, Cyrenæis ob ciuem, & Pythoni ob certaminis sedem, debitum persoluas hymnum, quo tanquam secundo vento in honoris portum prouehantur: Pythoni inquam hymnum persoluas, vbi olim sacerdos (quæ assidet aureis

στροφὴ α'. κῶλ. ιδ'.

Σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ
φίλῳ
στάμεν εὐίππου βασιλῆϊ Κυ-
ράνας, ὄφρα κωμάζοντι σὺν Ἀρκε-
σίλᾳ,
Μοῖσα, Λατοΐδαισιν ὀφειλόμε-
νον,
Πυθῶνί τ' αὔξῃς οὖρον ὕ-
μνων.
ἔνθα ποτὲ χρυσέων
Διὸς αἰετῶν πάρεδρος,
οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλω-

μετάφρασις.

*Hodie oportet te apud virum amicum stare, equestris regem Cyrenes, vt choreas ducente cum Arcesila, O Musa, Latoidis debitum, Pythoníque prouehas ventũ prosperum hymnorum: vbi olim ea quæ aureis Iouis aquilis aßidet sacerdos, quum absens non eßet Apollo, oraculo*

aquilis à Ioue in Apollinis templo consecratis, in memoriam aquilarum quas pari celeritate præditas, alteram ab ortu, alteram ab occasu emiserat, vt terrarũ orbis medium definiret, & quæ eodem tempore circa Pythonem, seu Delphos conuolarant, húncque orbis vmbilicum esse ostenderant) cùm præsens esset Apollo, certáque responsa suggereret, oraculum edidit Batto, eum in fœcundam Libyam deductu rum coloniam, vt relicta Thera insula, ob Neptuni & Mineruæ templum sacra, in vber colle curru præstantem Cyrenen conderet:

νος τυχόντος, ἱέρεα
χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον,
καρποφόρου Λιβύας, ἱερὰν
νᾶσον ὡς ἤδη λιπὼν,
κτίσειεν εὐάρματον
πόλιν ἐν ἀργινόεντι μαστῷ.

*suo pronunciauit conditorem fore Battum frugiferæ Libyæ, sacra insula vt iam relicta conderet curribus præstantem ciuitatem in albo vbere terræ:*

Ἀρκεσιλάῳ. Arcesilaus Cyrenæ fuit rex Polymnesti filius, ex Batti familia, de qua Herodotus in Melpomene sub finem. Hic trigesima prima Pythiade curru victoriam obtinuit: & post hanc octogesima Olympiade vicit. Hoc tamen encomio, quanquam hæc posterior fuit, solam illam cohonestat: quod alia prolixitate longè superat, ob longiorem de Cyrene digressionem, quæ quæ vel Orpheus vel Apollonius Rhodius suis libris referunt, paucis complectitur. Porrò Arcesilaus à Cyrenæis dolo fuit occisus, & Battiadum vltimus regnum tenuit, quod in illa familia ducentos annos perdurauerat. Cyrenæus appellatur à patria Cyrene, quæ in Africa ciuitas est amplissima, de qua vide Strab.l.17.Volaterr.l.12.Iustin.l.13.

Σάμερον. Exordium per apostrophen ad Musam quam ad laudandum Arcesilaum excitat. q. d. Σὲ μὲ χρὴ ὦ Μοῦσα παρ' ἀνδρὶ φίλῳ, εὐίππου Κυρήνης βασιλεῖ παραστῆναι σήμερον, ἵνα σὺν αὐτῷ κωμάζοντι, Κυρηναίοις καὶ Πυθῶνι ὀφειλόμενον οὖρον ὕμνων ἀποδῷς. Quod autem dicit σάμερον, referendum non ad tempus quo cœpit carmen scribere: sed ad diem illum quo epinicium accepturus erat Arcesilaus. Doricum est σάμερον pro σήμερον.

παρ' ἀνδρὶ φίλῳ. Duabus de causis laudandum Arcesilaum sibi proponit: altera quòd esset amicus, altera quòd rex Cyrenes. στάμεν Dor. & Ion. pro στῆναι. βασιλῆι Ion. pro βασιλεῖ. Κυράνας Dor. pro Κυρήνης, quæ εὔιππος non abs re dicitur: sed quia equestribus copijs validi fuêre semper Afri. Schol. tres profert rationes. Prima est, quia Neptunus Afros docuit regere equos. Secunda quia fertur ibi nata equestris Minerua. Tertia, quia equitandi artem Afri repererunt. Addi potest cum Aretio quarta, nimirũ quia bonis equis abundabat, ex Laconicis Amyclis originem habentibus: vnde Dionysius poëta eodem epitheto eam appellauit, vt annotat Volaterranus. Ἀρκεσίλᾳ. Datiuus à recto Ἀρκεσίλας pro communiori Ἀρκεσίλαος.

Λατοΐδαισιν. Dor. pro Λητοΐδαισιν. Cyrenæos intelligit, qui Aristæum Apollinis & Cyrenes filium coluerunt. Alij enallagen numeri sibi fingunt, ipsúmque Latonæ filium Apollinem dici putant. Sunt etiam qui Delphos intelligant, vbi Apollo cultus est, vnde Apollonidæ dicuntur, Δελφοὶ θεμιστῶν ὕμνων 'μάν-

τιε

τῆς Ἀπολλωνίδα, eligat lector quam volet sententiam.

οὖρον ὕμνων. Sic quadam emphatica periphrasi τὸν ὕμνον appellat: quia qualis nauigantibus est secundus ventus, talis est victoribus encomiasticus hymnus.

ἔνθα ποτὲ. Propositionem laudandi Arcesilai sequitur digressio ad historiam Batti: cuius recensendæ occasio sumitur à loco Pythonis, ad quam illud ἔνθα referendum. Sensus autem hic erit, ὅπου ποτὲ ἡ τῶν χρυσῶν τοῦ Διὸς αἰετῶν πάρεδρος, καὶ ἱέρεια τοῦ Ἀπόλλωνος Πυθία, οὐκ ἀποδημοῦντος, ἀλλὰ παρόντος τοῦ Θεοῦ ἐχρησμῴδησε συνοικιστὴν γενέσθαι τῆς Λιβύης τὸν Βάττον, ὅπως ἂν τὴν ἱερὰν νῆσον Θήραν καταλιπὼν ὁ Βάττος κτίσῃ τὴν εὐάρματον Κυρήνην ἐν τῷ τροφιμωτάτῳ καὶ ἄκρῳ μέρει τῆς Λιβύης.

χρυσέων Διὸς αἰετῶν. Sacerdos Apollinis dicitur χρυσέων Διὸς αἰετῶν πάρεδρος, quia in templo Apollinis vbi responsa dabat, aureæ duæ aquilæ erant consecratæ. Etenim Iupiter aliquando medium orbis inquisiturus, duas pari celeritate aquilas emisit, vnam ab ortu, alteram ab occasu, quæ circa Delphos eodem tempore conuenerunt: ex quo hic orbis terrarum medium esse prodidit. Cuius rei in memoriam duas aquilas aureas in Apollinis templo consecrauit: quas cum alijs templi thesauris Phocensi bello diripuit Eumelus.

οὐκ ἀποδάμου τυχόντος. Vno vocabulo οὐκ ἀποδημοῦντος. Quod ad certitudinem oraculi dicit. Etenim adesse dicebatur Apollo quum vera responsa edebantur, abesse quum falsa.

ἱέρεα. Dicitur abiecto ι. pro ἱέρεια: vt apud Homerum, Τὴν γὰρ Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν. Neglecto augm. χρῆσεν pro ἔχρησεν.

Βάττον. Deficit vocabulum ἔσεσθαι ait Schol. Narrat quomodo monitu oraculi maiores Arcesilai ex Thera in Cyrenen coloniam deduxerint. Hunc Theræ regem Battum, primùm Aristotelem vocatum tradunt, inter quos est Herodotus: & ab oraculo Pythico Battum, quod Libyca lingua regem sonat, appellatum. Alij quia propter linguæ balbutiem Pythonem venerat, Battum à βατταρίζειν. i. *balbutire* dictum putant. Alij Coccyga, quòd non posset integra pronunciare verba. Acesander non quòd balbus esset, sed quòd linguam consulto inflecteret, pronunciationi aptãdo: cùm eloquẽtia & cõsilio claruerit, nuncupatum autumat. De Batti profectione Delphos varia est sententia. Qui propter vocem putant, illud Phœbi oraculum referunt,

> Βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες, ἄναξ δέ σε Φοῖβος Ἀπόλλων
> Ἐς Λιβύην πέμπει μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.
> *Nomine venisti vocis pie Batte: sed ipse*
> *Fœcundam ad Libyam dominus te mittit Apollo.*

Menecles apud Schol. author est, Battum orta in Thera seditione, patria eiectum fuisse: tum Apollinem consuluisse, num sibi in patriam esset redeundum: hócque à vate responsum habuisse.

> Βάττε πρόσθε κακόν, τὸ δὲ δεύτερον ἐσθλὸν ἐρεύνα,
> Ἔρχεο, λεῖπ' ἁλίαν χώραν, ἤπειρος ἀμείνων

Ἠῶος. πρότερον δόλον ἔκβαλε πείθει πείθων.
Στεῤῥὸν γλῶσσ' ὁσίως, ἣν μισεῖ πόλλ' ἀθέμιστος.
Οἷά τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸς ἱκάνει.

Alius fuit Battus poëta ineptus.

ἱρὰν νᾶσον. Theram intellige, quæ ideo ſacra dicitur, quòd Mineruæ & Neptuni templum haberet, vt memoriæ prodidit Theophraſtus, cōditum à Cadmo quum miſſus eſſet quæſitum Europam ſororem. Vel quòd eò deducta colonia, locum Apollini conſecrarint Lacedæmonij. Vel ornatus tantùm gratia.

ἐν ἀργινόεντι μαστῷ. Hoc eſt *in vberi ſolo*. Et apud Schol. Ariſtarchus putat hîc intelligi οὖθαρ ἀρούρης, vt loquitur Homerus. & ἀπὸ τῆς εὐτροφίας dici ἀργινόεντα μαστὸν, quia huic ἀργινόεις magis conſonat. Hierocles dici putat, quia ſita eſt vrbs ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς λευκογείου. Et certè in editiore loco, teſte Strabone, ſita fuit Cyrene, ita vt è mari nauigantibus conſpicua eſſet.

παράφρασις.

& vaticinium illud curaret ac perficeret, quod in Thera inſula, vbi gleba ab Eurypylo in hoſpitale munus Eumelo data, aquis exundantibus diſſoluta eſt, iracunda Medea Aeetæ filia Colchorum regina, immortali ore pronunciauit, fore vt qui decimus ſeptimus ab Eumelo naſceretur, ex Thera in Libyam migraret. Etenim hæc illius verba fuerunt ad ſemideos Iaſonis bellicoſi ſocios. Aures mentéſque aduertite ô viri magnanimorum virorum & Deorum filij, Affero ex hac inſula Thera quæ fluctibus vndique percutitur, aliquando deductum iri coloniam, quæ in Libya Epaphi filiæ cognomine Cyrenen incolet, ex qua tanquam radice ac metropoli mortalibus curæ futura, in Iouis Ammonis ſacro ſolo, aliæ producentur, vt Apollonia & Teuchira, quas Cyrenæi condent.

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ.

καὶ τὸ Μηδείας ἔπος ἀγκομίσαι-
θ' ἑβδόμᾳ καὶ σὺν δεκάτᾳ γενεᾷ,
Θήραιον. Αἰήτα τό ποτε ζαμενὴς
παῖς ἀπέπνευσ' ἀθανάτου στόματος,
δέσποινα Κόλχων, εἶπε δ' οὕτως
ἡμιθέοισιν Ἰάσονος αἰχμητᾶο ναύταις·
κέκλυτε παῖδες ὑπερθύμων τε φωτῶν καὶ Θεῶν.
φαμὶ γὰρ τᾶσδ' ἐξ ἁλιπλάγκτου ποτὲ γᾶς Ἐπάφοιο κόραν
ἀστέων ῥίζαν φυτεύσεσθαι μελησίμβροτον,
Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις.

μετάφρασις.

*& Medeæ vaticinium reportaret cum ſeptima & decima generatione, apud Theram editum, quòd Aeetæ olim periracunda filia efflauit ab ore immortali, domina Colchorum, dixit autem ita ſemideis Iaſonis bellicoſi nautis. Audite filij magnanimorumq́; hominum & Deorum. Dico enim ex hac mari-uaga terra filiam Epaphi aliquando vrbium radicem plantaturam eſſe, quæ ſit curæ mortalibus, Iouis in Ammonis fundamentis.*

καὶ τὸ Μηδείας. Hoc eſt καὶ ὅπερ ἔπος ἐν Θήρᾳ ἡ τοῦ Αἰήτου παῖς ὀργίλος Μηδεία τῶν Κόλχων βασίλεια ἐκ τοῦ ἀθανάτου στόματος ἀπεφθέγξατο μαντευομένη, τοῦτο ἀξιώσειεν ἐπιμελείας, ὅτι δὴ ἑπτακαιδεκάτῃ γενεᾷ, ἀποικία ἔσται ἐκ Θήρας εἰς Λιβύην. Cùm in Syrtin incidiſſent Argo-

nautæ,per Lybiam humeris Argo nauim vectabant:deinde in mare demiſerunt rurſum,vbi Eurypylum Neptuni filium Cyrenes regem offenderunt, à quo pro munere hoſpitali glebam acceperunt quum diſceſſum pararent : eámque accepit Euphemus:quam cùm diluiſſet fluctuum ſuperantium vis,in Thera vaticinium hoc edidit Medea:nimirum póſteros Euphemi decima ſeptima generatione coloniam deducturos in Libyam.Iam Battus decimus ſeptimus erat ab Euphemo:ideo rectè iuſſus eſt ab Apolline vt ex Thera in Libyam migraret.

ἔπος Θήραιον.Hoc eſt τὸ ἐν Θήρᾳ λελεγμένον.& ἀγκομίσαιτο Aeol. pro ἀνακομίσαιτο:& hoc pro ἀξιώσειεν ἐπιμελείας.vide Lexica de verbo κομίζω.Αἰήτα Dor.pro Αἰήτου.Periphraſis Medeæ Αἰήτου παῖς.

ζαμενής. Hoc eſt ἡ ἄγαν ὀργίλος. Quod epitheton ab hiſtoria pendet.Nam proprios liberos, & fratrem Apſyrtum occidere ſuſtinuit. Alioqui ζαμενὴς eſt poëticum vocabulum pro comm. ὁ μέγα μένος, ὁ μεγάλην δύναμιν ἔχων: vt apud magnum Etymol.exponitur.Duo igitur ſignificat ζαμενὴς,nempe ἔχων ψυχικὴν προθυμίαν,*qui magnum animi robur habet*,Item ὁ ἄγαν ὀργίλος,*vehementer iracundus*. Nam τὸ ζα extenſiuum,ſignificat μεγάλως,πάνυ,σφόδρα. & μένος,nunc ὀργὴν,nunc θυμόν.

ἀθανάτου στόματος.Medeæ os vt Chæris tradit,inquit Schol. immortale vocat, vt ex parte totam immortalem:ſiquidem Heſiodus in Theogonia ipſam ἀθάνατον nuncupat:nimirum vt tradit Aſclepiades, quia nihil eorum quæ dixit infectum fuit.

ἡμιθέοισιν.Semideos vocat,quia fuerunt φωτῶν καὶ Θεῶν παῖδες,& ſunt ἥρωες.Et certè ſic Heſiodus,Ἀνδρῶν ἡρώων Θεῖον γένος οἳ καλέονται Ἡμίθεοι. αἰχματάο,Dor.pro αἰχμητοῦ.

φαμὶ γὰρ. Proponit vaticinium vt ex Inſula Thera colonia in Libyam à póſteris Euphemi aliquando deducetur.q.d.φημὶ γὰρ ὅτι ἐκ τῆσδε γῆς ἁλιπλάγκτου νήσου Θήρης, ἡ κόρα Επάφου Λιβύη, ἀστέων ῥίζαν τὴν Κυρήνην φυτεύσει. Itaque per γᾶν ἁλιπλαγκτον, periphraſticè Θήραν inſulam intellige, quæ cùm mari cingatur,in eo veluti vagatur & errat:vel πλήττεται κύμασι.Nam ἁλιπλαγκτος fit ex ἁλς *mare* & πλάζω *erro*, ſeu πλήσσω *percutio*,vnde πλαγκτὸς deducitur, inſerto γ,& mutato η in α.

Επάφοιο Ion. pro Επάφου. Epaphi filiam, intellige heroidem Libyam,cui regio eſt cognominis.Solent enim regionum vel vrbium & heroidum nomina implicari: ſicuti ἐνάρματε χρυσοχιτων,ἱρώτατον ἄγαλμα Θήβα.Etenim ἐνάρματι vrbis eſt, τὸ χρυσοχίτων Heroidis.

ἀστέων ῥίζαν.Ita Cyrenen notat,nam à Cyrenæis ædificatæ ſunt vrbes Apollonia & Teuchira,quarum radix hoc eſt metropolis fuit Cyrene.

μελησίμβροτον.Hoc eſt διὰ φροντίδος οὖσαν τοῖς ἀνθρώποις.Nam μελησίμβροτος componitur ex futuro μελήσει,imperſonalis μέλει : & βροτὸς inſerto μ.euphoniæ cauſa : vt in φαεσίμβροτος.

Διὸς ἐν Αμμωνος θεμέθλοις. Hoc eſt ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ Διὸς Αμμωνος : ac proinde in Africa ſeu Libya,arenoſa terra. Libyes autem Iouem appellant Ammonem Aegyptiaca,vt quidam volunt,lingua.Alij ab ἄμμος i. *arena* quaſi *arenarium*.

Fuit autem Iouis Ammonis μαντεῖον in Libya, vbi ſub arietis ſpecie colebatur, vnde ſic Phæſtus,

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι.

Et in Africæ arenis ac ſolitudinibus erat Iouis inde Ammonis vocati templum. Quæritur autem cur Cyrenen multis ſtadijs diſtantem dicat eſſe ἐν θεμέθλοις, hoc eſt, ἐν ἱρῷ Διός: reſpondetur, quia non ſolùm illi ſacrum eſt templum, ſed tota regio.

παράφρασις.

Tum verò quum Theræi ab inſularibus facti erunt mediterranei, & Cyrenen incolent, non amplius delphinos breuibus pinnis tanquam alis mare ſecantes ſed celeres equas, non remos ſed habenas, nō naues ſed veloces currus regent: omniáque inſtrumenta & opera marina, maris in poſterum ignari, terreſtribus permutabunt. Gleba illa quam olim in Tritonide palude Triton iuueni Eurypylo Neptuni filio, regionis illius regi aſſimilatus, in hoſpitale munus dedit Argonautis, & quam ad eum ex prora deſcendens accepit Euphemus: gleba inquam illa vt pote certum augurij ſymbolum, portendit Theram inſulam, magnarum vrbium, nimirum Cyrenes, Apolloniæ & Teuchiræ olim metropolim futuram. Quod fœlix fauſtúmque fore Saturnius ipſe Iupiter innuit, quando cum fragore læuum intonuit.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

ἀντὶ δελφίνων δ᾽ ἐλαχυπτερύ-
γων
ἵπποις ἀμείψαντες θοαῖς,
ἀνία τ᾽ ἀντ᾽ ἐρετμῶν,
δίφρους τε νωμάσοισιν ἀελλόπο-
δας.
κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτά-
σει μεγάλαν πολίων ματρόπο-
λιν
Θήραν γενέσθαι. τόν ποτε
Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς
λίμνας, Θεῷ ἀνέρι εἰδομένῳ,
γαῖαν διδόντι ξείνια,
πρῴραθεν Εὔφαμος κατα-
βὰς,
δέξατ᾽. αἴσιον δ᾽ ἐπί οἱ Κρο-
νίων
Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν.

μετάφρασις.

*Pro delphinibus autem paruas habentibus alas, equos permutantes veloces, habenáſque pro remis, currus regēt celeripedes. Illud augurium efficiet magnarum vrbium metropolim eſſe Theram: quod aliquando Tritonidis in fluentis paludis, Euphemus, cùm è prora deſcendiſſet, ad Deum homini aſſimilatum, terram dantem pro xenijs, accepit. Fauſtum autem ſuper eo Saturnius Iupiter pater cum fragore edidit tonitru.*

ἀντὶ δελφίνων δ᾽. Innuit Theræos inſulares inſtrumenta nautica cum equeſtribus commutaturos, nec marinos amplius, ſed mediterraneos fore. Ideo delphinos equis, remos habenis, currus nauibus opponit. q. d. ἀντὶ δὲ μικροπτερύγων δελφίνων ταχείας ἵπποις, καὶ ἡνία ἀντὶ κωπῶν, καὶ δίφροις ταχυπώλοις ἀντὶ ναῶν ὠκυάλων μεταλαβόντες κυβερνήσουσι.

ἐλαχυπτερύγων. Nomen ἐλαχυπτέρυξ, ὁ ἐλαχείας. i. βραχείας, ſeu μικρὰς πτέρυγας ἔχων, μικροπτέρυξ, *qui paruas alas habet*. Quum tribuitur piſcibus, eſt *qui pinnas paruas tanquam alas habet*. Componitur ex ἐλαχὺς hoc eſt βραχὺς aut μικρὸς & πτέρυξ. *ala*. hîc Schol. τὰς πτέρυγας exponit τὰς ἀκάνθας τὰς ἑκατέρωθεν τῶν βραγχίων, αἷς καὶ διανήχονται, καὶ διίπτανται ὥσπερ οἱ ἰχθύες. Hîc τὸ ἰχθύες fortè legitur pro ὄρνιθες. Nam videtur delphinum pinnas cum alis auium comparare:

vt quem vſum alæ præſtant auibus, eundem pinnæ piſcibus præſtare dicantur.

νωμάσοισιν. 3. perſ.plur. fut. Doricè pro νωμήσουσι. primùm mutato η in α. deinde ε in οι. à verbo νωμάω de quo alibi dictum. ἀελλόπες autem eſt τοὺς πόδας ἀέλλης δίνην ταχεῖς ἔχων. Hoc eſt ταχύτατος. Pedes autem curruum ſunt rotę. Et vt animalia pedibus feruntur: ſic rotis currus voluuntur.

κεῖνος ὄρνις. Hoc eſt ἐκείνη βῶλος, ἥντινά ποτε ἐν ταῖς προχοαῖς τῆς Τριτωνίδος λίμνης ὁ Εὔφημος ἐκ πρώρας καταβὰς ἀνδρὶ Θεῷ ὁμοιωθέντι καὶ ξένια παρέχοντι, ἐδέξατο μαντικὸν ὄντα σύμβολον, παρασκευάσει τῶν μεγίστων πόλεων ματρόπολιν γενέσθαι τὴν Θήραν. Ergo ὄρνις hîc ſumitur pro diuinationis ſymbolo: de qua voce ſat multa in Lexicis.

ἐκτελευτάσει. Dor pro genit. ἐκτελευτήσει. μεγάλαν pro μεγάλων, & ματρόπολιν pro μητρόπολιν. Cyrene autem paulò antè ἀστέων ῥίζα dicta eſt: quia fuit conditrix Apolloniæ & Teuchiræ, ac proinde illarum metropolis. Nunc Thera inſula magna vrbium metropolis dicitur: quia hinc Cyrenen deducta eſt colonia, & Cyrene iam dictas vrbes condidit, & populo muniuit.

τῆς ποτε. Refertur ad præcedens ὄρνις: & eſt articulus præpoſitiuus pro ſubiunctiuo ὅν. Eſt autem Tritonis palus ſiue ſtagnum, quò nauim Argonautæ tulerunt, vnde Triton Africæ fluuius erumpit.

Θεῷ ἀνέρι. Deus aſſumpta viri forma Argonautis apparuit, & glebam dedit. Quæri poteſt quis fuerit ille Deus. Fuit ille Triton vt 4. Argon. docet. Apollon. verſu 1550 & ſequentibus: quem locum cum iſto confer.

πρώραθεν. Aduerbium ſignificans ἐκ τῆς πρώρας. & Εὔφαμος, Doricè pro Εὔφημος. Quærit Schol. quare glebam Argonautis oblatam acceperit Euphemus: & dicit alios putare id factum, quòd Euphemus proreta eſſet, & Eurypylus ad proram apparuiſſet: alios, propter conſanguinitatem, quòd Eurypylus qui dabat, & Euphemus qui accipiebat, eſſent ambo Neptuni filij. Eurypylũ fuiſſe Neptuni filium teſtatur loco citato Apollonius: & verſus Aſclepiadis citat Schol. quibus Euphemum Neptuni quoque fuiſſe filium declarat.

Ἡ οἵη νέει πυκινόφρων Μηκιονίκη,
Ἡ τέκεν Εὔφημον γαιαόχῳ ἐννοσιγαίῳ
Μιχθεῖσ᾽ ἐν φιλότητι πολυχρύσου ἀφροδίτης.

αἴσιον δέ. Iupiter tonitru fauſtum fore xenium munus declarat. q.d. αἴσιον δ᾽ ἐπὶ τῇ δόσει βροντήσας, ἐπεκτύπησεν ὁ Ζεύς. Porrò ἔκλαγξε βροντὰν poëticè dicitur, pro μετὰ τῆς κλαγγῆς τουτέστι κτύπου βροντὰν ἐποίησε καὶ ἀνήγειρε. Et ἐπὶ οἱ intellige ἐπὶ τῇ ὄρνιθι, hoc eſt τῷ οἰωνῷ, καὶ μαντικῷ συμβόλῳ, δηλαδὴ τῇ βώλῳ.

παράφρασις. στροφή. β. κῶλ. ιδ. μετάφρασις.

Quũ antè auulſa ænea an- ἁνίκ᾽ ἄγκυραν ποτὶ χαλκό- *Quando anchoram fer-*

chora, eáque à naui ſuſpenſa, qua immota retinetur, vt equus fræno à curſu cohibetur, ſoluturi eſſent Argonautæ, illis ſuperuenit Triton. Priùs autem per duodecim dies, per Libyæ deſerta, erepta in Syrtibus nauim meo conſilio vectaueramus. Tunc, inquam, ſoliuagus ille Deus aſſumpto viri reuerendi Cyrenæ regis Eurypyli decoro vultu, ſuperuenit. Porrò eos verbis amicis compellauit: vtque ſolent benefici hoſpites, ad hoſpitium inuitatis ante omnia cœnam denunciauit.

γῶυυ
ναῒ κρημνάντων ἐπέτοσσε θοᾶς
Αργῦς χαλινόν. δώδεκα δὲ πρό-
τερον
ἁμέρας ἐξ Ωκεανῦ φέρομϑυ
νώτων ὕπερ γαίας ἐρήμων,
εἰνάλιον δόρυ μη-
δέοσιν ἀνσπάσαντες ἁμοῖς.
τυτάκι δ' οἰοπόλος
δαίμων ἐπῆλθε, φαιδίμαν
ἀνδρὸς αἰδοίυ πρόσοψιν
θηκάμϑυος. φιλίων δ' ἐπέων
ἄρχετο ξείνοις ἅτ' ἐλ-
θόντεσσιν εὐεργέται
δεῖπν' ἐπαγγέλλοντι πρῶτον.

*reas malas habentem in naue ſuſpendẽtibus fortè ſuperuenit, citæ Argûs frænum. Duodecim autem priùs dies extra Oceanum portabamus ſuper dorſa terræ deſerta, marinam machinam conſilijs extractam meis. Tunc autem ſoliuagus Deus ſuperuenit, qui induerat illuſtrem viri venerabilis faciem: amicóſque ſermones ordiebatur hoſpitibus vt aduenientibus benefici cœnam denunciant primùm.*

αὖικα. Notatio temporis quo Triton in Argonautas incidit, nimirum quum ex palude ſoluerent. Sic autem conſtruendus eſt locus, αὖικ' ἐπέτοσσε ποτὶ ναῒ κρημναύτων χαλκόγῶυυ ἀγκύραν θοᾶς Αργῦς χαλινόν. Sic quoque alijs verbis declarandus, ὅταν ὁ Τρίτων, τὴν σιδηρᾶν ἀγκύραν, χαλινὸν τῆς Αργῦς ὄσαν, ἀνελκυσάντων καὶ ἐκκρεμώντων Αργοναυτῶν πρὸς τῇ νηΐ, ἐπέτυχε. hæc ſunt quæ facere ſolent qui è littore ſoluunt, anchoras extractas è naui ſuſpendunt.

χαλκογῶυυ. Dicitur anchora χαλκόγυις, hoc eſt χαλκᾶς γῦις ἔχουσα, hoc eſt χαλκῆ, σιδηρᾶ. Eadémque appellatur χαλινὸς *frænum* metaphoricè, quia quemadmodum fræno cohibemus equos: ita & naues anchoris retinemus immobiles.

κρημναύτων. Eſt particip. genit. plur. à ſing. κρήμνας, verbi poëtici κρήμνημι, quod à κρεμάω formatur. ἐπέτοσσε, eſt Aor. ἐπέτοσσα geminato σ. pro ἐπέτοσα, à verbo πετόω quod non reperitur in Lexicis, & à Pindaro vſurpatur, ſignificátque πίπτω. Et habet in futuro πετόσω. in Aor. I. ἐπέτοσα. vt verbum ἀρόω. fut. ἀρόσω Aor. ἤροσα. Et ὀμόω, fut. ὀμόσω. Aor. ὤμοσα. Iam à Pindaro ſumitur τὸ πετόω. pro ἐντυγχάνω, ἐπικυρέω, ἐμπίπτω. Si mauis, præſens erit ἐπιτόσσω, tanquam ab ἐπὶ & τόσσω, hoc eſt τυγχάνω.

δώδεκα ϛ.. Medea hiſtoriam altiùs repetit, quomodo ſuis conſilijs adducti Argonautæ nauim per deſerta humeris vectarint ex Oceano in Tritonidem paludem. Hîc φέρομϑυ pro ἐφέρομϑυ. Et εἰνάλιον δόρυ peripbraſticè appellat τὴν ναῦν. Et ἁμοῖς Dor. pro ἐμοῖς. & ἀνσπάσαντες pro ἀνασπάσαντες.

τυτάκι. Reſpondent iſta præcedentibus αὖικ' ἀγκύραν &c. Porrò τυτάκι ante conſonam, & τυτάκις ante vocalem, eſt poët, & Dor. pro τότε, τηνίκα, τηνικαῦτα. Οἰοπόλος hoc eſt οἶος καὶ μόνος πολῶν, vel πολύμϑυος hoc eſt ἀναστρεφόμϑυος. Sic autem

lenda ſententia, τότε ὁ μόνος ἀναστρεφόμενος Θεὸς ἐπεφάνετο, αἰδοῖος ἀνδρὸς ὄψιν ἐνθέμενος ἑαυτῷ. Doricum eſt φαιδίμαν pro φαιδίμην.

φιλίων δ' ἐπέων. Hoc eſt λόγων ἢ προσφιλῶν καὶ φιλοφρονητικῶν κατήρχετο, ὥσπερ τοῖς ξένοις παραγενομένοις οἱ ξενιστὴς τὰ δεῖπνα πρῶτον ἐπαγγέλλονται. Notat priſcum morem eorum qui peregrinos hoſpitio excipiebant: eos ante omnia ad cœnam, hoc eſt, ad cibum inuitabant: ſic Odyſſ. 7. Vlyſſes primum hoſpitio Alcinoi exceptus in menſa collocatur ad epulandum. ἐλθόντεσσιν Ion. & poët. pro ἐλθοῦσι. & ἐπαγγέλλοντι. Dor. pro ἐπαγγέλλουσι.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιδ'. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Verùm enimuero prætextus iucundi in patriā ad quā properabāt reditus, prohibuit quominus manerent, & beneficijs ab hoſpite blando oblatis fruerentur. Is autem profitebatur ſe appellari Eurypylum: ſéque Neptuni terram continentis & tridente concutientis Dei immortalis filiū dicebat Et quia nos feſtinare cognoſcebat, nec ſine munere abire volebat, quiduis obuium nobis offerre quæſiuit, glebámque raptim è ſolo captam dextra manu prætendit. Tum Heros Euphemus non neglecto tam benigni hoſpitis munuſculo, protinus in ripam è prora deſilijt, & dextram dextræ iungens, beatam illam quæ à Deo offerretur, glebam accepit. At eam è manu delapſam audio eſſe ſubmerſam, & aquæ marinæ permixtam: | ἀλλὰ γὰρ νόστου πρόφασις γλυκερῶ<br>κώλυε μεῖναι· φάτο δ' Εὐρύπυλος<br>γαιαόχου παῖς ἀφθίτου ἐννοσίδα<br>ἔμμεναι. γίγνωσκε δ' ἐπειγομένους·<br>ἂν δ' εὐθὺς ἁρπάξαις ἀρούρας<br>δεξιτερᾷ, προτυχὸν<br>ξείνιον, μάστευσε δοῦναι.<br>οὐδ' ἀπίθησέ νιν, ἀλλ'<br>ἥρως ἐπ' ἀκταῖσι θορὼν,<br>χειρί οἱ χεῖρ' ἀντερείσαις,<br>δέξατο βώλακα δαιμονίαν.<br>πεύθομαι δ' αὐτὰν κατακλυσθεῖσαν ἐκ δούρατος,<br>ἐναλίᾳ βᾶμεν σὺν ἅλμᾳ | *At dulcis reditus opportunitas prohibuit manere. Dicebat autem ille ſe eſſe Eurypylum, terram continentis filium immortalis, concuſſoris: animaduertebat autem nos feſtinantes. Quare cùm ſubitò terram arripuiſſet dextra, obuium xenium quæſiuit dare. Nec verò immoriger recuſauit Heros, ſed in littora proſiliens, manu manum eius cùm firmaſſet accepit glebam admirandam. Audio autem eam ſubmerſam è naui, marina ſe permiſcuiſſe cum ſalſugine,* |

ἀλλὰ γὰρ νόστου. Cauſa cur inuitati Argonautæ non manſerint. q.d. ἀλλὰ γάρ ἡ κωλυτικὴ ἀνακομιδῆς πρόφασις, ἐκώλυσεν αὐτοὺς παραμένειν, καὶ τὰ Θεοῦ δεξιώσεως ἀπολαύειν.

φάτο δ'. hoc eſt ἔλεγε δ' ὅτι ἦν Εὐρύπυλος τοῦ ἀθανάτου Ποσειδῶνος παῖς. Hunc modò Tritonem, modo Eurypylum appellat Apollonius. Dicit Arceſander Eurypylum eſſe Tritonis fratrem: ita ſcribens *Eurypylus Neptuni & Celænus filiæ Atlantis filius, vxorem duxit Steropen Solis filiam & Paſiphaes ſororem, ex qua*

*Lycaonem & Leucippum filios suscepit.*

γαιάοχον. Per ἀντονομασίαν Neptunum intelligit. De voce γαιάοχος dictum Od. 13. Olymp. ἐννοσίδας Dicitur Dor. & poët. pro ἐνοσίδης, idem qui ἐνοσίχθων, ab ἐνόθω, significante κινῶ: & à δᾶ vel δῆ hoc est, γῆ: vt in Δημήτηρ quasi γῆ μήτηρ. Idem etiam significat ἐννοσίγαιος.

γίγνωσκε. H. e. ἐώρα. δ᾽ ὅτι ἐπειγόμεθα. Sequēs autem sententia ἂν δ᾽ εὐθὺς, sic declaranda, ἀναρπάσας δ᾽ εὐθὺς ἐκ τ᾽ γῆς τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὸ παρατυχὸν ξένιον, ἐζήτει παρασχεῖν. Est obseruanda tmesis in ἂν δ᾽ εὐθὺς ἁρπάξαις, pro ἀναρπάξαις: & ἁρπάξαις Aeol. est & Dor. pro ἁρπάσας. vox παρτυχὸν significat παρατυχὸν *quiduis obuium, quicquid nobis fortuito se offert.*

οὐδ᾽ ἀπίθησέ νιν. Poëtica & Pindarica phrasis, quò transitiuè sumatur hoc verbum, pro οὐδ᾽ ἀπειθῆ πεποίηκεν αὐτόν. hoc est, *nec immorigerum reddidit ipsum.* Dicitur ἀπειθέω & ἀπιθέω de quibus Lexica.

ἀλλ᾽ ἥρως. Hoc est ἀλλ᾽ ὁ ἥρως Εὔφημος ἀποθορὼν τῇ ἀκτῇ τῇ αὐτῇ χειρὶ τ᾽ αὐτοῦ συνάψας ἐδέξατο τὴν θείαν βῶλον. Hic notandum ἀντερείσαις Aeol. dictum pro ἀντερείσας. particip. Aor. 1. verbi ἀντερείδω. Quod hîc Pindarus dixit χειρὶ ἀντερείδειν χεῖρα. Virgil dixit, *dextra iungere dextram.*

βώλακα δαιμονίαν. *Glebam diuinam* vocat, quia dæmon eam dederat, & quia symbolum erat posteros Euphemi Libyam diu possessuros.

πεύθομαι. Hoc est, πυνθάνομαι δ᾽ αὐτὴν ἐκ τ᾽ νεὼς πεσοῦσαν καταλυσθῆναι καὶ τοῖς θαλάσσης ἁλμυροῖς διαλυθῆναι. Verbum πεύθομαι est poëticum pro πυνθάνομαι. ἐκ δούρατος metonymia materiæ pro forma: ex robore compacta nauis firma esse solet. βᾶμεν. Dor. & Ion. pro βῆναι & σὺν per anastrophen dicitur pro συμβαίνειν.

παράφρασις.

cùm per occidentale pelagus ferretur. Attamen ego subinde famulos, quorum est cura laboribúsque liberare domi-nos, hortabar vt eam diligenter custodirent. Verùm vt video, mandatorum obliti sunt. Et nunc in hac insula Thera, ante tempus idoneum dissoluta est illa gleba, quæ portendit Euphemi posteros in spatiosa Libya habitaturos. Si enim rex Euphemus, Neptuni præsidis equitum filius, quem olim ad Cephisi ripas Europa Tityi filia peperit, ad Neptuno sacram vsque Tænarum, domum suam peruenisset, eamque in Tænarias Orci fauces proiecisset,

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

ἑσπέρας ὑγρῷ πελάγει σπομέναν.
ἦ μάν νιν ὤτρυνον θαμὰ
λυσιπόνοις θεραπόντεσσι φυλάξαι. τῶν δ᾽ ἐλάθοντο
φρένες.
καί νυν ἐν τᾷδ᾽ ἄφθιτον νάσῳ κέχυται Λιβύας εὐρυχόρου
σπέρμα πρὶν ὥρας. εἰ γὰρ οἴκοι νιν βάλε πὰρ χθόνιον
Ἀΐδα στόμα Ταίναρον εἰς ἱερὰν
Εὔφαμος ἐλθών, υἱὸς ἱππάρχου Ποσειδάωνος, ἄναξ,
τόν ποτ᾽ Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ
τίκτε Καφισοῦ παρ᾽ ὄχθαις,

μετάφρασις.

*hesperium humidum pelagus sequatur. At ego hortabar identidem famulos qui liberant à laboribus, vt eam custodirent: sed eorum oblitæ sūt mētes. Et nūc in hac insula immortale fusum est Libyæ spatiosæ semen ante tempus. Si enim domi eā proiecißet, iuxta terrestre Orci ostium Tænarum ad sacram veniens Euphemus filius præsidis equitum Neptuni rex, quem aliquando Europa Tityi filia peperit Cephisi iuxta ripas,*

ἄστε ρας

ἑσπέρας ὑγρῷ. Cohærent hec cum ſuperioribus:& ambiguum eſt vtrum tēpore veſpertino perditam, an verò in occidentali pelago diſſolutam intelligat. Ad alterutrumq; referri poſſe dicit Schol. Sícque locum exponit, ἤτοι κτ᾽ τ̀ καιρὸν ἑσπέρας, ἢ τῷ πελάγει τ̀ δυτικῆς θαλάσσης ἀπολυθῆναι.

σπομέναν Dor. pro σπομένην & per aphæreſin poëticam pro ἑσπομένην à themate ἕσπομαι poëtico pro comm. ἕπομαι. Sic σπέσθαι pro ἕπεσθαι dicit Iſthm. Od. 6. antiſtr. I.

ἦ μάν. Hoc eſt ἀλλ᾽ ὅμως συνεχῶς παρήνεν τοῖς λυσιπόνοις οἰκέταις αὐτὴν φυλάξαι. Ita in famulorum negligentiam amiſſæ glebæ culpa transfertur. Hîc obſerua ὄβιμον, neglecto augmento dici pro ὤβιμον. & θεραπόντεσσι Ion. & poët. pro θεράπουσι. Famuli autem vocantur λυσίπονοι, quoniam τ̀ διὰ τ̀ τοὺς πόνους διαλύουσι τῇ θεραπείᾳ. Mauult Aretius legi θαμαλυσιπόνοις vna dictione, vt exponatur, *ſubinde ceßantibus*: quod pigrorum eſt. Quæ lectio non malè conueniat huic loco.

καὶ νῦν. Oſtendit quid mali famulorum negligentia attulerit. Nimirum quòd πρὶν ὥρας, hoc eſt, πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ, ἐν τῇδε νήσῳ τῇ Θήρᾳ. διεχύθη βῶλος τ̀ εὐρυχώρου Λιβύης σπέρμα. Huius ſententiæ ſenſum pleniorem ex paraphraſi haurito. τᾷδε νάσῳ. Doricè dicta pro τῇδε νήσῳ: & intelligitur inſula Thera. Et σπέρμα Λιβύας dicitur gleba: vel quia erat Libyca: vel quia tanquam principium migrationis in Libyam erat.

εἰ γὰρ οἴκοι. Docet quæ bona contigiſſent ſi in Tænarum vſque aſſeruata fuiſſet gleba. q.d. εἰ γὰρ αὐτὴν τὴν βῶλον, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ οἴκοις ἤγαγεν εἰς τὴν ἱερὰν Ταίναρον παραγενόμενος, καὶ εἰς τὸ χθόνιον Αἴδου στόμα ἔβαλε &c. Innuit autem primum Euphemum in Tænaro habitaſſe, quæ vrbs eſt in Laconica regione, vbi inferorum portam eſſe fabulantur:& Cerberi ſpeluncam, per quam ab Hercule ab inferis eſt reductus. De ea vide Strab. l. 8. Εὔφαμος Dor. pro Εὔφημος. de Cephiſo Od. 14. Olymp.

| παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ιδ΄. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| quarta generatione Euphemi nepotes cum Græcis latam continentem poſſediſſent, & ex Lacedæmone, Argis & Mycenis in Libyam profecti fuiſſent: tunc enim quarta generatione migraturi ſunt Heraclidę in hanc inſulam. Nunc verò quia in hac inſula diſſoluta eſt gleba, decimaſeptima tantùm generatione Euphemi illi poſteri, Cyrenen Libyæ Coloniam deducent. Et certè qui ex peregrinis mulieribus Lemniacis naſcentur Argonau- | τετράτων παίδων κ᾽ ἐπιγεινομένων, αἷμά οἱ κείναν λάβε σὺν Δαναοῖς εὐρεῖαν ἄπειρον. τότε γὰρ μεγάλας ἐξανίσανται Λακεδαίμονος, Ἀργείς τε κόλπου, καὶ Μυκηνᾶν. νῦν γε μὰν ἀλλοδαπᾶν κριτὸν εὑρήσει γυναικῶν | quartis liberis progenatis, ſanguis eius eam obtinuißet cum Danais, amplam continētem terram. Tunc enim magna ſummouentur Lacedæmone, Argiuóque ſinu, & Mycenis. Nunc verò peregrinarum ſelectum inueniet mulierum in lectis genus: qui in hanc inſulam cum honore Deorum quum venerint, gignent |

tis, felectum virorum genus, à Thera Heros in Calliftam quam à fe Theram denominabit, deducetur. Ex illis autem, poftquam huc venerint, honore fic à Dijs affecti, orietur ex progenitore Samo Battus, ab Euphemo, qui ex Lemniacarum aliqua filium fufceperat, decimus feptimus, ille qui Lybicorum camporũ pluuijs nubibus fufcorum dominus erit: eam in regionem vt fe conferret, Apollinis oraculo, in eius æde multis donariis aureis infigni, accepto monitus:

ἐν λέχεσι γένος. οἵ κεν τῷδε σὺν τιμᾷ Θεῶν νᾶσον ἐλθόντες, τέκωνται φῶτα κελαινεφέων πεδίων δεσπόταν. τὸν μὲν πολυχρύσῳ ποτ' ἐν δώματι Φοῖβος ἀμνάσει θέμισσι,

virum nigrinubium camporum dominum, quem diuite quondam auri in æde Phœbus admonebit oraculis,

τετράτων παίδων. Hoc eft μετὰ τέσσαρας αὖ γενεὰς ἐγένετο ἡ ἀποικία, καὶ κατέσχε σὺν τοῖς Ἕλλησι τὴν πλατεῖαν ἤπειρον τῆς Λιβύης τὸ αὐτοῦ Εὐφήμου γένος. Notandum αἷμα fumi pro γένος. & οἱ pro αὐτῷ. Et Dor. ἄπειρον pro ἤπειρον. Rectiùs legitur ἀπεγειναμένων in Aor. quàm ἀπογεινομένων in præf.

τότε γὰρ. Hoc eft μετὰ τὰς τέσσαρας γενεάς. Rationem reddit vaticinij: quia nimirum in fatis erat vt quarta generatione Heraclidæ Lacedæmone Argis, & Mycenis migrarent in Calliftam infulam, quam coloniæ deductor Theras à fe Theram denominauit. ἐξανίστανται per temporis enallagen pro ἐξαναστήσονται: Nam Medea de re futura loquitur. μεγάλας & Μυκηνᾶν Dor. pro comm. μεγάλης, & Μυκηνῶν.

νῦν γε μάν. Mutatam fortis feriem amiffa gleba dicit, hoc modo, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τὸ ἐκκείνων γένος τῶν ξένων γυναικῶν, εὑρήσει τὴν ἀποικίαν. Hiftoriam autem huiufmodi refert. Schol. Argonautæ in Scythiam nauigantes in Lemniacas mulieres inciderunt, quæ quòd à maritis ob graueolentiam paffæ effent repulfam, eos communi confilio occiderant. Viris autem vacuum nacti locum Argonautæ, cum mulieribus congreffi funt, pofteáque difcefferunt. Inde progeniti liberi patres Lacedæmona quæfitum iuerunt, à quibus ciuitate donati funt. Sed cùm Spartam clanculum inuadere confpiraffent, patefacto fcelere eos in carcerem detruferunt. Ad quos matres aditum habuerunt: & veftes cum ipfis permutarunt: ac manentes in carcere filios opertos dimiferunt. Sed cùm hac arte euafiffent, denuo capti funt à Lacedæmonijs; qui cùm eos fupplicio afficere vellent, Theras Antefionis filius coloniam fortè deducturus, Lacones rogauit, vt captiuos illos fibi darent: quos impetratos in Theram infulam transfert. Inter illos fuit Samus, ex quo Battus oriundus, qui primus è Thera Cyrenen coloniam deduxit. Vide Herodot. l.4. Fuit autem hic Battus ab Euphemo decimusfeptimus, vt prima antiftropha huius Odæ annotauimus, in hæc verba ἐξ τὸ Μηδείας. Vox ἀλλοδαπᾶν Dor. pro ἀλλοδαπῶν.

οἵ κεν τῷδε. Hoc eft, οἵτινες σὺν τιμῇ Θεῶν εἰς ταύτην νῆσον παραγενόμενοι τέκωσι τὸν Βάττον τὸν τῆς Λιβύης πεδίων δεσπότην. Vides τὸ οἱ referri ad præcedens γένος: quam conftructionem ferunt nomina collectiua. Quibufdam circunftan-

ꝛtijs Battum intelligi ſatis indicat.

κελαινεφέων. Nomen κελαινεφὴς fit à κελαινὸς *niger*, & νέφος *nubes*. Sic vocantur campi Libyæ nigris nubibus fuſci, quia locus eſt frequentibus imbribus & tempeſtatibus fertilis: quod fieri non poteſt quin cœli faciem fuſcæ nubes priùs obſcurarint. Alia ratio affertur ab Ammonio: quia in ſola Cyrena Libyæ vrbe nubes circunfunduntur. Vel potiùs, inquit Schol. magnitudinis quædam declaratur emphaſis, quòd oculi veluti tenebris obuoluantur, cùm finis eius non cernatur. Vel propter aduſtam terram, & arenæ turbines qui viſum iter facientium offuſcant, & terræ ſuperficiem tegunt, vt docet Curtius in Alexandri hiſtoria.

τὸ μὲν. Hoc eſt, ὅντινά ποτε τὸν Βάττον, ἐν πολυχρύσῳ οἴκῳ ὁ Ἀπόλλων ἀναμνήσει τοῖς ἑαυτοῦ χρησμοῖς, εἰς τὸν Πυθικὸν ναὸν παραγενόμενον οἰκιστὴν τῆς Κυρήνης γενέσθαι. Hac circunſtantia Battum ſatis indicat, qui vt oraculum Apollinis conſuluit, priùs diximus. Porrò ædem Apollinis appellat πολύχρυσον vel ab ornamentis aureis, quibus non dubium eſt quin refulſerit: vel à multitudine aureorum donariorum, vt Crœſi qui lateres aureos Delphis conſecrauit. ἀμνάσει Dor. & poët. pro ἀναμνήσει. & θέμισσι geminato σ metri cauſa pro θέμισι. hoc eſt χρησμοῖς.

παράφρασις.

quum in Pythium templum deſcenderit, vt in poſterum inſtructa claſſe coloniam amplam deduceret Cyrenē, Libyæ ciuitatem, vbi Iouis Nilei pingue delubrum extat. Atque ſic loquuta eſt Medea. Tum Argonautæ diuini heroes obmuteſcentes obſtupuerunt, quum eius præſcientiæ ſapiētiam audiuiſſent. Eius verò vaticinij veritatem euētus comprobauit. Nam ô beate Polymneſti ex Phronima fili Batte, ſecundum fatidica Medeæ verba, Delphica ſacerdos res tuas erexit, quum ex inſpiratione diuina, non ad tua interrogata reſpondit, ſed ad tua fata reſpexit: quò factum eſt vt tibi ter dicta ſalute, declarauerit te fato deſtinatum eſſe Cyrenes regem,

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ΄.

Πύθιον ναὸν καταβάντα, χρόνῳ
ὑστέρῳ νάεσσι πολεῖς ἀγαγεῖν
Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα.
ἦ ῥα Μηδείας ἐπέων στίχες. ἔπταξαν δ᾽ ἀκίνητοι σιωπᾷ
ἥρωες ἀντίθεοι
πυκινὰν μῆτιν κλύοντες.
ὦ μάκαρ υἱὲ Πολυμνάστου, σὲ δ᾽ ἐν τούτῳ λόγῳ
χρησμὸς ὤρθωσε Μελίσσας
Δελφίδος αὐτομάτῳ κελάδῳ·
ἅ σε χαίρειν εἰς τρὶς αὐδάσαισα πεπρωμένον
βασιλέ᾽ ἄμφανε Κυράνας,

μετάφρασις.

*ad Pythium templum cùm deſcenderit, vt tempore ſequenti in nauibus multos deducat, Nili ad pingue delubrum Saturnij. Sanè Medeæ verborum hæc fuit ſeries. Tremefacti autem fuerunt immoti cum ſilentio heroës diuini, prudens conſilium audientes. O beate fili Polymneſti, te verò in hac oratione oraculum erexit ſacerdotis Delphicæ, ſpontanea voce: quæ te ſalutare cùm ter iußiſſet, fato deſtinatum regem declarauit Cyrenes,*

Πύθιον ναόν. Obſerua ellipſin præpoſitionis εἰς. & hæc cum ſuperioribus coniunge τὸ μὲν, εἰς Πύθιον ναὸν καταβάντα. Vbi,& quando oraculum acceperit Battus.

χρόνῳ δ' ὑστέρῳ. Hæc ſunt quæ monet Apollo: & iungenda cum ἀμνάσει θέμισσι. q.d. ἀναμνήσει χρησμοῖς χρόνῳ δὴ ὑστέρῳ, διὰ ναῶν πολλοὺς ἄνδρας ἀγαγεῖν πρὸς τὸ τοῦ Νείλου Κρονίδου λιπαρὸν τέμενος. In his obſerua νάεσσι Ion.& poët. dici pro ναυσὶ, & ἀγαγὼ Dor.pro ἀγαγεῖν. vt in ſequentibus ζαφὲν pro ζαφεῖν.

Νείλοιο. Ion.pro Νείλου & Κρονίδα Dor. pro Κρονίδου. Hoc eſt Διὸς Κρόνου παιδὸς. Nilus autem vocatur Iupiter etiam à Parmenone, Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε, quòd Iouem ſub Nili nomine colerent Aegyptij, apud quos Nili aqua Iouis pluuiæ æquipollet. τέμενος Νείλοιο Κρονίδα periphraſticè vocat Libyam.

ἦ ῥα. Concluſio vaticinij Medeæ.q.d. ταῦτα ἔφη ἡ τῆς Μηδείας στιχομυθία, vel ἔστι ἔρχονται Μηδείας λόγοι.

ἔπταξαν. Ad Medeæ verba obſtupuerunt Argonautæ.q.d. κατεπλάγησαν σιγῇ οἱ ἰσόθεοι ἥρωες συνετῶν Μηδείας συμβουλὴν ἀκούσαντες. Hic ἔπταξαν, & σιγᾷ. Item πυκινὰν Dor.ſunt pro ἔπτηξαν. σιωπῇ, πυκινήν.

ὦ μάκαρ υἱὲ. Poëtæ Apoſtrophe ad Battum Polymneſti filium,ſic declaranda proſa,ὦ μακάριε Βάττε υἱὲ Πολυμνήστου, σὲ δὴ κατὰ τόνδε τῆς Μηδείας μαντικὸν λόγον, ὤρθωσεν ἡ Δελφικὴ ἱέρεια ἐκ ταὐτομάτου χρήσασα, ἐπεὶ σοὶ ἀνακεινομένῳ περὶ τῆς κακοφώνου φωνῆς, τίς παρὰ θεῶν ἀπόλυσις γένοιτο, ἐκ ἀπεκρίνατο περὶ ταύτης, ἀλλὰ τρὶς χαίρειν σὲ προσειποῦσα, εἱμαρμένον Κυρήνης βασιλέα ἀπέδειξε. Rectè igitur beatus Battus vocatur, quia fortunatus ille eſt qui bona petens, diuerſa multò meliora, quæ nunquam in mentem veniſſent, obtinet. Hic vocis emendationem quærens, regnum inuenit.

υἱὲ Πολυμνάστου Dor. pro Πολυμνήστου. Aſſentitur huic Herodotus libro 4. qui dicit Polymneſtum ex Phronima habuiſſe filium balbutientem, cui fuerit nomen Batto.

μελίσσας. Hoc eſt ἱερείας. Propriè quidem, vt monet Schol. Sacerdotes Cereris μελίσσας vocant, καταχρηστικῶς verò etiam quaſlibet alias, ob illius animalculi, ſcil. apis puritatem. Nam vt puræ caſtæque ſunt apes: ſic etiam ſacerdotes caſtas & puras eſſe oportet. Nonnulli Nymphas quæ circum ſacra verſabantur, Meliſſas vocabant. Hæ, ſicuti narrat Mnaſeas Patarenſis, perſuaſerunt hominibus vt carne humana veſci deſinerent, & fructibus arborum potiùs ſeſe alerent. Quo tempore vna ex illis Meliſſa, reperto apum fauo, prima mel comedit, & cum aqua mixtum bibit: idémque alias docuit, eáque animalcula μελίσσας à ſe denominauit, magnóque ſtudio cuſtodiuit. Atque hoc in Peloponneſo factum tradunt. Lactantius ſcribit Meliſſeum Cretæ regem fuiſſe, cuius filia fuerit Meliſſa, & Amalthæa quæ Iouem nutrierit: & inde Meliſſam magnæ matris antiſtitem fuiſſe conſtitutam.

αὐτομάτῳ κελάδῳ. Hoc eſt αὐτομάτῳ φωνῇ: vel quia non ex mandato, ſed ex inſpiratione diuina ſacerdotes reſpōdebant. Vel potiùs quia non ad interrogata Batto reſpondit ſacerdos: ſed inſperatū aliud inſpiratione diuina ipſi declarauit.

vltro, non pro interrogatione. Rogabat qua ratione balbutientis linguæ nodos solueret Battus: respondit vltro vates, in fatis esse vt Cyrenes esset conditor. Αὐτόματος à Schol. exponitur per αὐτώρης Callimachi vocabulum, in his, Αὐτώρης ὅτε τοῖσιν ἐπέφραδε. Dicítque αὐτώρης ὁ μάντις τότε λέγεται, ὅταν μὴ βουλευομένου τινὸς περὶ ὅτου ἥκει μαντευσόμενος, ἀποτωματίσῃ. τοιοῦτον οὖν ἐστὶ καὶ τὸ, αὐτομάτῳ κελάδῳ παρ᾽ ὅσον ἐκ ταὐτομάτου ἔχρησεν ἡ Πυθία περὶ τῆς ἀποικίας ὧν προσήκατο. οὐδ᾽ ὡς πυθομένου τοῦ Βάττου, περὶ φωνῆς ἐρωτῶντος. Hîc ἄμφανε metri causa, pro ἀνέφανε, vel ἀνέφηνε.

παράφρασις.

cùm tamen nihil tale cogitans sciscitareris quo Deorum auxilio impeditæ loquelæ liberationem obtinere, durisonámque vocem emendare posses. Nunc verò quemadmodum purpurei veris in vigore flos pullulans enitescit: sic vtique inter Batti posteros eius nepotum octauus clarescit Arcesilaus. Cui Apollo, cui sacra sunt Pythia, & Pytho vbi celebrantur, gloriam cursus equestris, nimirum quadrijugi currus præbuerunt, ex iudicio Amphictyonum, qui sacris hisce ludis præerant. Cæterùm suggesto mihi à Musis carmine ipsum laudabo, ipsósque Argonautas, qui suscepta nauigatione ad aureum arietis vellus capiendum, diuinitus missorum Cyrenæis honorum primi authores fuerunt: quatenus ex vno ipsorum Euphemo ortus est Battus, quem monuit oraculum, vt se cum classe Cyrenen conferret.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

δυσθρόου φωνᾶς ἀνακεινόμενον,
ποινὰ τίς ἔσται πρὸς Θεῶν.
ἦ μάλα δὴ μετὰ καὶ
νῦν, ὥς τε φοινικανθέμου ἦρος
ἀκμᾷ,
παισὶ τούτοις ὄγδοον θάλ-
λει μέρος Ἀρκεσίλας· τῷ μὲν
Ἀπόλ-
λων ἅ, τε Πυθὼ κῦδος ἐξ
Ἀμφικτυόνων ἔπορεν
ἱπποδρομίας. ἀπὸ δ᾽ αὐτὸν
ἐγὼ
Μοίσαισι δώσω, καὶ τὸ
πάγ-
χρυσον νάκος κριοῦ. μετὰ γὰρ
κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν, θεό-
πομ-
ποι σφίσι τιμαὶ φύτευθεν.

μετάφρασις.

*dum percontareris à durisona voce quæ liberatio futura esset à Dijs. Sanè verò & nunc inter liberos hos Arcesilas, octaua pars floret, vt purpureos flores habentis veris in vigore: cui Apollo & Pytho gloriam per Amphictyonas præbuerunt cursus equestris. Ipsum autem Musis tradam, & totum aureum vellus arietis. Ad illud enim cùm nauigassent Minyæ, à Deo missi ipsis honores plantati fuerunt.*

δυσθρόου φωνᾶς. Hæc cum superioribus cohærent, & à Schol. δύσθροος exponitur κακόφωνος: & componitur ex δὺς, & θρόος de quo vide lexica. Hîc ποινὴ sumitur pro λύσις, ἀπάλλαξις.

ἦ μάλα δή. Sic construendus hic locus, ἦ μάλα δὴ καὶ νῦν μετὰ παισὶ τούτοις, ὥς τε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ, θάλλει μέρος ὄγδοον Ἀρκεσίλας. Quibus verbis à longa digressione regreditur ad laudes Arcesilai Pythionicæ: quem à Batto Cyrenes conditore octauum testatur esse, & inter posteros eius eximium. Sententiam prosa sic declares. νῦν δὴ ὥσπερ ἐν φοινικοῦ καὶ ἀνθηροῦ ἔαρος ἀκμῇ θάλλει ἄνθος, οὕτω καὶ ἐν Βάττου παι-

σὺν ὄγδοος ὢν θάλλει ὁ Ἀρκεσίλαος.

φοινικανθέμου. Hoc eſt ἄνθεμα vel ἄνθη ἔχοντος φοινικᾶ: ſic φοινικανθεμος videtur componi ex φοινίκεος & ἄνθεμον. ante ἀκμᾷ ſubauditur ἐν.

τῷ μ'. Hoc eſt ᾧ μὲ Ἀπόλλων ἢ Πυθὼ δόξαν ἱπποδρομίας ἔδωκεν παρὰ τ᾽ Ἀμφικτυόνων, οἱ ἦσαν τ᾽ Πυθίων ἀγωνοθέται, ἐκ δώδεκα τ᾽ Ἑλλάδος ἐθνῶν.

ἐξ Ἀμφικτυόνων. Amphictyones Pythijs præfecti fuêre. Sic appellabatur Græciæ concilium celebre ex duodecim gentibus conſtitutum, ad Thermopylas, vt Arpocration habet: ad quod concilium qui mittebantur, ἱερομνήμονες *ſacri ſcribæ* vocabantur: vt habet Ariſtophanis nebularum interpres in hæc chori verba, ἢ γελᾶτ' ἀνθ' ὧν Ὑπέρβολος λαχὼν τῆτες ἱερομνημονεῖν. Quia autem ad Thermopylas conueniebant, conuentum hunc qui ex ſingulis duodecim populis vnum legatum capiebat, Πυλαίαν vocabant: vnde & legatus quiſque Pylagoras dicebatur. Porrò conuentus hic bis in anno ſcil. vere & autumno fiebat, vide Strab. l.9. Herodot.7. Erant hæ duodecim gentes, Iones, Dores, Perrhœbi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Phthiotæ, Melienſes, Dolopes, Aenianes, Delphi, & Phocenſes.

ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγώ. Tmeſis, pro ἀποδώσω αὐτ᾽ μοῖσαν. Hoc eſt αὐτ᾽ ἀνυμνήσω. Propoſitio qua ſibi viam ſternit ad laudes Arceſilai, & Argonautarum: priorem partem iam attigit: alteram prolixa digreſſione perſequitur: quę etiam ad laudes Arceſilai pertinet, qui ad Argonautas genus refert.

μετ γὰρ. Ratio propoſitionis: quia Cyrenæi reges originem dignitatis à Minyis habent: ſiquidem Arceſilaus à Batto eſt octauus, Battus ab Euphemo decimus ſeptimus, Euphemus autem ab Eurypylo glebam acceperat, quæ in Inſula Thera diſſoluta portendebat huc coloniam deducturos eius poſteros, & poſterorum poſteros in Libyam migraturos. De hac præpoſitione μετ vide Stroph. 3. Od. 1. Olymp.

Μινυᾶν Dor. pro Μινυῶν. Poëta Minyas vocat Argonautas, à Minya Neptuni filio. Nam ad eum & Tritogeniam Aeoli gnatam, maxima pars ipſorum genus retulit: vnde 1. Argon. Apollon.

ἐπεὶ Μινύαο θυγατρῶν
Οἱ πλεῖστοι ἢ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόωντο.

Euſtathius ait à Minyo Orchomeno genus habere, quorum alij in Theſſaliam Iolcum migrarint, & hinc Argonautis nomen eſſe.

θεόπομποι τιμαὶ, *honores diuinitus miſsi*, quia ex oraculi conſilio Battus coloniā in Libyam duxit, & σφίσι refertur ad Cyrenæos. & φύτευθεν. Bœot. & Aeol. neglectóque augmento dicitur pro ἐφυτεύθησαν.

περιφέρουσι. | στροφὴ δ'. κῶλ. ιδ'. | μετάφερουσι.

Quodnam autem, ô Muſa, nauigationis initium fecerunt Argonautæ? & quænam periculoſa neceſſitas

τίς γὰρ ἀρχὰ δέξατο ναυτιλίας; τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαν-

*Quodnam porrò initium nauigationis ſuſceptum fuit? quod ve-*

eos huc adegit tanquam clauis adamantinis vinctos, ita vt fieri nō potuerit quin hanc expeditionem suscеperint. Erat in fatis vt Pelias ab Iasone Aeoli abnepote, manibus aut consiliis è medio tolleretur. Is autem Pelias in medio orbis habitabilis (quæ est Python luco sacro arboribus consito insignis) horrendum ab Apolline responsum acceperat, vt quàm diligentissimè ab eo sibi caueret, quem videret vnicum habentem calceum, quum ex Pelio monte excelso Chironis domicilio in occidentalem & inclytam Magnesiæ vrbem Iolcum,

τος δῆσεν ἅλοις; θέσφατον ἦν Πελίαν
ἐξ ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν θανέμεν,
χείρεσσιν ἢ βουλαῖς ἀκνάμπτοις.
ἦλθε δέ οἱ κρυόεν
πυκινῷ μάντευμα θυμῷ,
πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος,
τὸν μονοκρήπιδα πάντως
ἐν φυλακᾷ σχεθέμεν μεγάλᾳ,
εὖτ' ἂν αἰπεινῶν ἀπὸ
σταθμῶν εἰς εὐδείελον
χθόνα μόλῃ κλειτᾶς Ἰωλκοῦ,

*rò periculum validis adamãtis alligauit* eos *clauis? fatale erat Peliam ab illustribus Aeolidis occidi, manibus aut consilijs inflexibilibus. Venit autem horrendum vaticiniũ prudenti animo eius, editum apud medium vmbilicum fœcundæ matris arboribus*, videlicet *ab vnum habente calceum omnino cauere diligenter, quum altis è stabulis ad occiduam terram veniret claræ Iolci,*

τίς γὰρ. Res Argonautarum altiùs repetens, exordio vtitur planè Heroico, Musam interrogãs, qua necessitate adacti nauigationē istam susceperint. Sic Virg. sic Homerus Musam compellant, *Musa mihi causas memora*, Μῆνιν ἄειδε θεά. Primùm autem γὰρ hoc loco non est causalis particula: etenim interrogationi seruit aliquando. Deinde hypallage notanda, pro τίνα δὲ ναυτιλίας ἀρχὴν οἱ Αργοναῦται ἐδέξαντο, hoc est, ἐποιήσαντο, ἔσχον. Sed Latinus interpres hunc medium Aoristum passiuè sumpsit pro ἐδέχθη. Hoc est ἐλήφθη.

τίς δὲ κίνδυνος. Hoc est ποία ἰσχυρὰ καὶ κινδυνώδης ἀνάγκη παρώρμησε τοὺς Αργοναύτας; Tribuuntur autem necessitati claui adamantini, quòd illa sit dura, ingens telum, nec, vt aiunt, ipsi Dij ei resistere possint. Hinc & Horat.

*Si figit adamantinos,*
*Summis verticibus dira necessitas,*
*Clauos.*

hìc δῆσεν negl. augm. pro ἔδησεν & ἅλοις Dor. pro ἥλοις.

θέσφατον ἦν. Subiectio qua respondet sibi ad præmissam interrogationem. Orditur autem ab oraculo Peliæ dato, quo iubebatur μονοκρήπιδα vitare. Dicitur autem θέσφατον pro θεόφατον: hæc loci sententia est, εἱμαρμένον ἦν τὸν Πελίαν ἐκ τῶν ἄγαν ἐνδόξων Αιολιδῶν τελευτᾷν τὸν βίον, εἴτε γνώμαις, εἴτε πράξεσιν ἀκαταμαχήτοις.

Αιολιδᾶν. Doricus genit. pro Αἰολιδῶν: & enallage numeri pro Αιολίδου, nimirum Ιάσονος. Nam Tyro Salmonei filia è Neptuno Nelea & Peliam peperit. Deinde Cretheo Aeoli filio nupsit, ex quo Aesonem, Pheretem, & Amythaonē generat. Porrò ex Aesone Iason, ex Pherete Admetus, ex Amythaone

Melampus nascitur, sic Iason ex Aesone, Aeson ex Cretheo, Cretheus ex Aeolo ortus: proinde Iason Aeolides à proauo. θανέμεν Ion. & Dor. pro θανεῖν.

ἀκνάμπτοις. Pro ἀκνάμπτος poëtico vocabulo, sæpius inuenias ἄγναμπτος vel ἄκαμπτος, hoc est μὴ δυνάμενος κάμπτεσθαι. ex α priuat. & γνάμπτω & κάμπτω. *flecto.*

ἦλθε δέ οἱ. Hoc est αὐτοῦ δὲ συνετῷ θυμῷ ἀνεδόθη χρησμὸς φρικτὸς κατὰ τὸ Δελφικὸν χρηστήριον, τὸ ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης, ἤγουν Πυθῶνος, γῆς εὐδένδρου. Porrò κρυόεις hoc est φρικτὸς, φοβερὸς, fit à nomine κρύος *frigus* quod fit à κροῦος per ἐκβολὴν τοῦ ο. tanquam à κρούω, ἀπὸ τῆς ἐν κρύει, hoc est, ψύχει, γινομένης κρούσεως ὀδόντων.

παρ μέσον ὀμφαλόν. Hoc est, in Pythone, quam Iupiter agnouit esse medium seu vmbilicum terræ: vt videre est ex ijs quæ annotauimus prima stropha huius Odæ, in hæc verba, χρυσέων Διὸς αἰετῶν. Ion. genit. εὐδένδροιο pro εὐδένδρου. Per εὐδένδρον ματέρα, intelligit terram & locum oraculi arboribus consitum.

τὸν μονοκρήπιδα. Hoc est τὸν μονοσάνδαλον πάντως φυλάσσεσθαι. Vox μονοκρήπις hoc est μονοπέδιλος, οἰοπέδιλος, μονοσάνδαλος, fit à μόνος & κρηπὶς *calceus*. χεθέμεν Ion. & Dor pro χέθειν. Est poëtica phrasis ἐν φυλακᾷ μεγάλᾳ πάντως χεθέμεν, pro πάσῃ ἐπιμελείᾳ φυλάσσεσθαι. Pherecydes autem, referente Schol. hoc modo texit historiam. Sacra faciebat Neptuno Pelias, omnésque præmonuerat, vt interessent. Inter cæteros autem ciues etiam erat Iason: qui prope fluuium Adaurum arabat, & sine calceo eum transiuerat: & cùm transiuisset, dextrum quidem induit, sinistri verò est oblitus: sícque ad conuiuium se contulit. Quo viso Pelias oraculi meminit: at tũ quidem se continuit: verùm postridie accersitum Iasonem rogauit quid faceret, an ipsi ab oraculo responsum esset, vt ab aliquo ciuium interficeretur. Iason autem dixit, vt ipsum mitteret Aeam Colchidis vrbem vt ab Aeeta vellus aureum reportaret. Quod consilium ipsi suggesserat Iuno, vt inde Medeam in Peliæ perniciem adduceret. Vide Apollon. Rhodium hac de re.

εὖτ' αὖ. Hoc est ὅταν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν ἐπαύλεων τοῦ Χείρωνος παραγένηται εἰς τὴν πρὸς ἑσπέραν κειμένην γῆν ἔνδοξον Ἰωλκοῦ. Notat tempus: scil. cùm Iason à Chirone rediret ex Pelio antro, vbi medicinam erat edoctus. Erat autem Chironis sedes in Pelio monte excelso.

κλειτᾶς Dor. pro comm. κλειτῆς. Ἰωλκοῦ. Iolcus est oppidum Magnesiæ inter Pelion & Ossam montes ad sinum Pelasgicum.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κώλ. ιδ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| peregrinus quidem: quatenus Magnesiis & Peliæ ignotus: ciuis autem quatenus ex Aesone prognatus. Itaque vir ille Iason, vt præmonuerat oraculũ, tandem venit duabus hastis | ξεῖνος, αἴ τ' ὦν ἀστός. ὁ δ' ἄρα χρόνῳ<br>ἵκετ', αἰχμαῖσι διδύμαισιν ἀνὴρ<br>ἔκπαγλος, ἐσθὰς δ' ἀμφότερόν μιν ἔχεν, | *hospes atque ciuis. At ille vir tandem venit hastis geminis terribilis. Vestis autem duplex eum cingebat: Vna erat Magnesiorũ* |

quas

quas gerebat terribilis, gemináque veste amictus, altera Magnesiorum regioni vsitata, quę admirandis eius membris apprimè conueniebat, altera verò nempe pelle pardi, qualem Chiron gestare solebat, qua tanquã palla aduersus horrorẽ incutientes imbres se muniebat insuper: pręterea intonsis capillis decorus, qui pulchri humeros totúmque tergum concutiebant. Hoc habitu conspicuus in frequentem congregati populi turbam rectà profectus est, animi sui generosi & interriti specimen edens.

ἇ, τε Μαγνήτων ἐπιχώριος ἀρ-
μόζοισα θαητοῖσι γύοις.
ἀμφὶ δ' παρδαλέα
στέγετο φρίσσοντας ὄμβρους.
οὐδ' κομᾶν πλόκαμοι
κερθέντες οἴχοντ' ἀγλαοὶ,
ἀλλ' ἅπαν νῶτον καταίθυσ-
σον. τάχα δ' εὐθὺς ἰὼν σφετέ-
ρας
ἐστάθη γνώμας ἀταρ-
βάτοιο πειρώμενος,
ἐν ἀγορᾷ πλήθοντος ὄχλου.

*regioni vsitata conueniens admirãdis membris: altera erat pellis pardi quæ coercebat horrorem incutientes imbres. Neque cæsariei capilli tonsi abierant pulchri, sed totum tergum quatiebant. Statim autem rectà profectus, sui stetit animi intrepidi specimen edens, cùm in foro frequens esset turba.*

ξεῖνος. Hæc cùm superioribus cohærent, quæ quomodo sint intelligenda docet paraphrasis. Et αἴτε Doricum est pro comm. εἴτε, vel καὶ. & à Schol. per καὶ exponitur, ξένος ὢν, καὶ πολίτης. Cæterùm hîc desinit oraculi enarratio.

ὁ δ' ἄρα. Sequitur nunc quomodo sit adimpletum oraculum. Ac primùm docet poëta quis fuerit aduenientis habitus: tum ratione armorum, tùm ratione vestimentorum. Venit duas hastas gerens. αἰχμαῖσι dixit synecdochicè pro δόρασι éstque datiuus poët. & Ion. pro αἰχμαῖς & διδύμαισι pro διδύμαις. & hîc δίδυμοι pro δύο. Per literarum transpositionem ἔκπαγλος dicitur pro ἔκπλαγος hoc est φοβερὸς, ἐκπληκτικός. Sic autem hanc sententiam declares, ὁ δ' Ἰάσων χρόνῳ παραγέγονε, δύο δόρασιν ἐκπληκτικός.

ἐσθὰς δ'. Hoc est ἐσθὴς δὲ διπλῆ συνεῖχεν αὐτὸν, ἥ τε Μαγνήτων ἐπιχώριος, ἁρμοζομένη τοῖς θαυμαστοῖς μέλεσι, καὶ ἡ παρὰ Χείρωνι παρδαλέα, ἣ ἔσκεπε πρὸς τοὺς φρίσσειν ποιοῦντας ὄμβρους. Obserua Doricum esse ἐσθὰς pro ἐσθὴς: & ἀμφότερον poëticè sumi, pro ἀμφοτέρως, vel ἀμφοτέρωθεν, & hoc pro διπλῶς, istud autem pro διπλῆ.

ἇ, τε, & ἁρμόζοισα, & θαητοῖσι Dor. pro ἥ, τε, ἁρμόζουσα, θηητοῖς. Et φρίσσοντας metonymicè sumitur, pro φρίσσειν ποιοῦντας.

παρδαλέα. Pellis pardi allata fuit à Chirone, quæ fuit veluti virtutis insigne. Priscis autem Græcis in more fuit, vt leonum, pardorum, vrsorum pellibus tegerentur. Porrò notatur quis huius pellis fuerit vsus, nempe aduersus imbres: vnde conijci potest eam Iasoni aliísque tanquam pro palla vsitatam.

στέγετο. Neglecto augm. pro ἐστέγετο à στέγομαι passiuo quod actiuæ est significationis, & significat σκέπειν, ἀπωθεῖν, κωλύειν, ἀρκεῖν. *Impedire, arcere, tegere, propulsare*, vt Aristot. problem. sectione 8. quæst. 11. ἡ σὰρξ στέγει τὸ θερμὸν, *caro propulsat seu arcet calorem.*

οὐδὲ κομᾶν. Hoc eſt οὐδὲ τῆς κόμης ἀγλαοὺς πλοκάμους ἐκείρατο, ἀλλὰ κατὰ νῶτον ἀπαυγάζοντο. Doric. genit. κομᾶν pro κομῶν: & οἴχοντο neglecto augm. pro ᾤχοντο. Significat autem poëta Iaſonem fuiſſe intonſum, cincinnatum, adeò vt criſpi, venuſti, prolixi capilli, per humeros deorſum fuſi ferrentur, & agitarentur. Comam autem nutrire apud veteres libertatis erat ſymbolum; vnde honeſto epitheto καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς appellat Homerus. Exiſtimat autem Schol. Iaſonem tum fuiſſe πρωτοκόμην: qualis Achilles apud Homerum. Ita vt nunquam comarum primitias Dijs conſecraſſet. Annotat enim veteres primam comam apud flumina detondere ſolitos, iiſque dicare, omnia primùm ex aquis orta ſignificantes.

τάχα δ' εὐθὺς. Secundo docet poëta quem vultum præ ſe tulerit. Nimirum viri interriti, & parrheſian amantis. q.d. ταχέως δ' ἐπ' εὐθείας πορευθεὶς τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἀταρβάχου ἔστι πεῖραν λαμβάνων, καὶ πολλοῦ ὄχλου ὄντος ἐν τῇ πόλει, πρὸς παρρησίαν ὅλον ἑαυτὸν παρεσκεύαζεν. Sumitur hîc τάχα pro ταχέως, & εὐθὺς pro εὐθέως ſeu ἐπ' εὐθείας. Scribitur ἐστάθη Aeol. & Ion. cum tenui ſpiritu pro ἑστάθη cum aſpero communiter. γνώμας Dor. pro γνώμης & ἀταρβάτοιο. Ion. pro ἀταρβάτου ab ἀτάρβατος & hoc Dor. pro ἀτάρβητος, ex α priuat. & ταρβέω, τὸ δειλιάω, quaſi à ταράσσεσθαι τὴν βοὴν, quia qui metu percelluntur perturbata voce loquuntur. Huiuſmodi apparuit Iaſon in cœtu hominum à Pelia conuocatorum: de qua conuocatione dictum ſuperiùs.

παράφρασις.

Atque hunc quidem non cognoſcebant. Tum aliquis eorum qui illum conſpectum reuerenter habebant, quanquam comatus erat vt Apollo, armat⁹ vt Mars, intrepido animo vt gigantes, hic, inquit, neutiquam eſt Apollo intonſus; non armiger Mars Veneris maritus, qui æneo curru vehitur. Non eſt etiam Otus, non Ephialtes rex audax, Neptuni & Iphimedeæ Aloëi vxoris filij. Nam eos Apollo in fertili Naxo ſagittis confecit, quum nono ætatis anno ſua proceritate & robore freti, montes montibus imponentes cœlum oppugnare ſuſceperunt. Nõ eſt etiam Tityus, nam educto ex inuicta pharetra ve-

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

τὸν μὲν οὐ γίνωσκον. ὀπιζομένων
δ' ἔμπας τις εἶπεν καὶ τόδε,
οὔτι που οὗτος Ἀπόλλων, οὐδὲ μὰν χαλκάρματός ἐστι πόσις
Ἀφροδίτας. ἐν δὲ Νάξῳ
φαντὶ θανεῖν λιπαρᾷ Ἰφιμεδείας παῖδας, Ὦτον, καὶ σὲ τολμάεις Ἐφιάλτα ἄναξ.
καὶ μὰν Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος
θήρευσε κραιπνὸν, ἐξ ἀνικάτου φαρέτρας ὀρνύμενον.
ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων ἐπιψαύειν ἔραται.

μετάφρασις.

*Eum quidem non agnoſcebant: quiſpiam tamen eorum qui illũ venerabantur, dixit & hoc, Neutiquam hic eſt Apollo, neque verò maritus Veneris qui æneo curru vehitur. In Naxo autem fertili aiunt mortuos eſſe Iphimedeæ liberos Otum, & te ô audax Ephialta rex. Quinetiam Tityum telum velox Dianæ confodit,* tanquam venabulum *ex inuicta pharetra prodiens: vt vnuſquiſque cupidineas voluptates attingere amet, quæ* ſint *in poßibili.*

loci telo Diana eum peremit, quòd Latonam de ſtupro interpellaſſet, vt hoc exemplo diſcat quiſque eos amores captare qui ſint poſſibiles & legitimi inter pares.

τ̃ μ̃ ὀ. Magneſij nunquam viderant Iaſonem, ideóque nō cognoſcebant. Nā à primis annis eum mater Alcimede Chironi tradiderat educandum, & annis viginti abfuerat: donec adultus paternum regnum repetiuit.

ὀπιζομένων ᾗ. Dialogiſmus turbæ virum admirantis. ὀπίζομαι autem eſt verbum deductum ab ὄπις, ιδος: hoc eſt τοῦ μέλλοντος ἐπιστροφὴ καὶ φροντὶς, *rei futuræ ſolicitudo & cura*: & ſignificat τὰ μέλλοντα δι' ἐπιστροφῆς ἔχω, *rerum futurarum curam gero*: interdum quoque αἰδοῦμαι *reuereor*. Exponit etiam Schol. ἐπιστρέφεσθαι καὶ τοὺς ὦπας ἐμβάλλειν, *ſubinde reſpicere, & oculos conijcere*. Item τοὺς θεοὺς περὶ ὀφθαλμῶν ἔχειν, καὶ εὐλαβῆ εἶναι. *Deos ob oculos habere, & pium eſſe*. De hoc verbo conſule Lexica.

οὔτι που. Hoc eſt οὐδαμῶς οὗτος ἐστὶν ὁ Ἀπόλλων. οὐδὲ μὴν ὁ ἱππικώτατος Ἄρης ὁ πόσις τῆς Ἀφροδίτης. Sic à remotione argumentatur: poterat videri Apollo propter comam, Mars propter arma, Otus, vel Ephialtes, vel Tityus propter animi intrepidi confidentiam: ſed nullus horum eſſe comperitur.

χαλκάρματος. Ita ſcribitur Ionicè ſeruata tenui κ quō χ aſpirata, quanquam communiter in compoſitione præcedens tenuis ſequente aſpirata mutari ſolet, in aſpiratam: ſic & λεύκιππος pro λεύχιππος dicunt, & ſimilia. χαλκάρματος autem eſt ὁ χαλκῷ ἅρματι φερόμενος: quo vocabulo ſignificatur ἱππικώτατος: proinde etiam πολεμικώτατος. Obſeruanda etiam periphraſis Martis, non Vulcani, quanquam legitimus fuit Veneris maritus. Mars autem Veneris maritus dicitur, tum propter eius cum illa adulterium, tum quòd Marti, *hoc eſt*, bello addicti viri in Venerem ſint proni.

ἐν ᾗ Νάξῳ. Hoc eſt, φασὶ ᾗ ἐν εὐδαίμονι Νάξῳ τεθνηκέναι τοὺς Ἰφιμεδείας παῖδας, τὸν Ὦτον καὶ σὲ ὦ ἄναξ Ἐφιάλτα. De his gigantibus vide noſtram paraphraſin, & Homer. 11. Odyſſeæ. φαντὶ Dor. pro φασὶ & τολμάεις pro comm. poët. τολμήεις, & in proſa τολμηρός.

καὶ μὰν Τιτυόν. Hoc eſt ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν Τιτυὸν τὸ ταχὺ τῆς Ἀρτέμιδος βέλος ἐθήρευσε καὶ ἀνεῖλεν, ἐκ τῆς ἀνικήτου βελοθήκης ὁρμώμενον. De Tityo vide Natal. Com. ἀνικάτου Dor. pro ἀνικήτου.

ὄφρα τις. Hoc eſt ὅπως ἂν διδάσκοι τοὺς ἐν δυνατῷ ἔρωτας διώκειν. Finis ſupplicij de Tityo ſumpti. φιλοτάτων Dor. pro φιλοτήτων.

| παράφρασις. | στροφὴ ε. κῶλ. ιδ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Ita equidem in frequenti turba illi ſe inuicem cō-pellando ratiocinabantur. Interea Pelias mulari curru vectus, concitato curſu | τοὶ μὲν ἀλλάλοισιν ἀμειβόμενοι<br>γάρυον τοιαῦτ᾽. ἀνὰ δ' ἡμιόνοις, | *Illi quidem ſe mutuo compellantes loquebantur talia. Mulis autem & polito vehiculo con-* |

properans accessit. Tum protinus obstupuit, vbi percognitum oraculi monitu calceum in dextro tantũ viri pede obseruauit. Sed tamen altum in corde premens metum, sic ipsum est affatus. Dic age ô hospes, quam terram gloriaris esse patriam? quæ te mater inter terrigenas mulieres ex venerando vtero produxit? Noli quæso tuum genus nos celare: imò remotis omnibus mendacijs quæ sunt odiosissima, & os inficiunt ac polluunt, candidè illud aperito.

ξεστᾷ τ' ἀπήνᾳ προτροπάδαν Πελίας
ἵκετο σπεύδων. τάφε δ' αὐτίκα παπτήναις ἀρίγνωτον πέδιλον,
δεξιτερῷ μόνον ἀμφὶ ποδί. κλέπτων δὲ θυμῷ
δεῖμα, προσέννεπε. Ποίαν γαῖαν ὦ ξεῖν' εὔχεαι
πατρίδ' ἔμμεν, καὶ τίς ἀνθρώπων σε χαμαιγενέων πολιᾶς
ἐξανῆκεν γαστρός; ἐχθίστοισι μὴ ψεύδεσι
καταμιάναις εἰπὲ γένναν.

*tatè Pelias venit properans. Obstupuit autem protinus cùm circunspexißet valdè cognitum* fama *calceum, dextrum tantummodò circa pedem. Occultans tamẽ animo terrorem, dixit. Quamnam terram ô hospes gloriaris patriam eße, & quæ hominum terrigenarum te pretioso emisit è ventre? Odiosißimis mendacijs non polluens te dic genus tuum.*

τοὶ μὲν. Conclusio superioris dialogismi q.d. τοιαῦτα μὲν οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν Μάγνητες ὄντες ἀλλήλοις διαλεγόμενοι ἔλεγον. Dixit ἀλλάλοισι pro ἀλλήλοις. De verbo γαρύω vide primam Olymp.

ἀνὰ δ' ἡμιόνοις. Habes hîc ἓν διὰ δυοῖν. q.d. ἐν δὲ ἐνδόξῳ ἀπήνῃ ἡμιόνοις ἑλκυσθείσῃ προθύμως σπεύδων ὁ Πελίας παρεγένετο. Describitur aduentus Peliæ, eiúsque oratio ad Iasonem. ξεστᾷ ἀπήνᾳ Dor. pro ξεστῇ ἀπήνῃ. Item προτροπάδαν. Dor. pro comm. poët. προτροπάδην: quod Suidas vertit προθύμως, & ἀμεταστρεπτί. At Scholiastes ἐπτοημένως: & interpres Latinus συντεταμένως, συντόνως, μεγάλῃ ὁρμῇ. De hac voce vide Lexica: & verbum προτρέπεσθαι à quo deducitur.

τάφε δέ. Negl. augm. pro ἔταφε. Sensus autem est. εὐθέως δὲ κατεπλάγη θεασάμενος τὸ ἄγαν αὐτῷ διὰ τὸν χρησμὸν εὔγνωστον ὑπόδημα τοῦ Ἰάσονος, τῷ δεξιῷ αὐτοῦ ποδὶ περικείμενον. Ex calceo veritatem oraculi agnoscit Pelias. Aor. 2. ἔταφον act. verbi θάπτω.

κλέπτων. Hoc est, κρύπτων δὲ τῇ ψυχῇ τὸν φόβον. Metuebat, quia monuerat oraculum τὸν μονοκρήπιδα φυλάσσεσθαι. Habes προσέννεπε poëticum pro προσεῖπε à προσενέπω, & geminato ν. προσεννέπω *alloquor*, vt apud Sophoclem τὸν ἥλιον προσεννέπω.

Ποίαν γαῖαν. Oratio Peliæ qua rogat vt verè edisserat cuias sit, & cuius generis. q.d. εἰπέ μοι ὦ ξένε πόθεν εἶ, καὶ ἐκ τίνος μητρὸς ἐκγεγαώς; Ionicè dixit εὔχεαι pro εὔχῃ, & ἔμμεν pro εἶναι. Dicitur πολιᾶς γαστρὸς hoc est τιμίας, propter τὸ τοῦ γήρως ἔντιμον, vt docet Schol. καταμιάναις Aeol. pro καταμιάνας. Subaudito post hoc vocabulum, vel σὲ, vel τὸ στόμα, vel aliud quid huic loco conueniens.

παράφρασις. ἀντιστρ. κώλ. ιδ. μετάφρασις.

Tum Iason sumpta fi- τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις *Huic autem fiduciæ*

ducta his verbis placidè re-spondit. Vt vera ficuti rogas ediſſeram, aio me apud Chironem medicinam edoctum, & virtutis veritatiſque ſtudio imbutum. Nunc enim Chironio ex antro reuertor, que domus eſt Chariclonis vxoris Chironis, & Philyræ eiuſdem matris, vbi Centauri illius caſtæ filię me educarunt. Poſtquam autem illic integros viginti annos habitaui, & conuerſatus ſum adeò honeſtè, vt nihil ſordidi dixerim aut fecerim, domum repetiui, vt Aeſonis patris mei regnum ab alio præter ius occupatum recuperem: ſiquidem illud olim Iupiter largitus eſt populorum duci Aeolo, eiúſque poſteris, vt illis eſſet hoc dignitatis regiæ decus, hic honor.

ἀλλ' ἀμείφθη. φαμὶ διδασκαλί-
αν
χείρωνος οἴσειν. ἄντροθε γὼ νέο-
μαι.
παρ Χαρικλοῖς κ̀ Φιλύρας, ἵνα Κεν-
ταύρου με κοῦραι θρέψαν ἁ-
γναί.
εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
ἐνιαυτοὺς, οὔτε ἔργον,
οὔτ' ἔπος ἐντράπελον
κείνοισιν εἰπὼν, ἱκόμαν
οἴκαδ', ἀρχὰν ἀγκομί-
ζων
πατρὸς ἐμοῦ, βασιλευομέ-
ναν
οὐ κατ' αἶσαν· τάν ποτε
Ζεὺς ὤπασε λαγέτᾳ
Αἰόλῳ, καὶ παισὶ τιμάν.

*ſumpta placidis verbis ſic reſpondit. Aio doctrinam Chironis me afferre. Ex antro enim venio à Chariclone & Philyra, vbi Centauri me filiæ educarunt caſtæ. Viginti autem à me completis annis, neque factum, neque dictum ſordidum illis loquutus, veni domum, imperium repetens patris mei quod regnatur non ſecundum ius & æquum; quod olim Iupiter dedit populorum duci Aeolo, & liberis* vt eſſet illis *decus.*

τὸν ℥. Tranſitio ad reſponſionem Iaſonis, qua præmittit eum confidenter, & placidè tamen Peliæ reſpondiſſe. q.d. ὁ ℥ Ἰάσων θαρσήσας πρεσηνέσι λόγοις οὕτω τῷ Πελίᾳ ἀπεκρίνατο. Ion. & poët. dicitur ἀγανοῖσι. pro ἀγανοῖς & ἀμείφθη neglecto augmento pro ἠμείφθη, idque metri cauſa.

φαμὶ διδασκαλίαν. Oratio Iaſonis ἐξ ἀμοιβῆς q.d. διαβεβαιοῦμαι τὴν Χείρωνος διδασκαλίαν κομίζειν, ἤγουν τὴν ἀλήθειαν ἣν παρὰ Χείρωνος ἔμαθον. Fidem ſuæ orationi primùm facit, quum poſtulatam à Pelia veram generis declarationem pollicetur. οἴσειν enallage temporis, pro φέρειν. Schol. Χείρωνος διδασκαλίαν putat intelligendam eſſe τὴν ἀλήθειαν ὡς τοῦ Χείρωνος Ἰάσονα ἐλευθερίως ἀναθρέψαντος, κ̀ διδάξαντος μὴ ψεύδεσθαι. Et certè non ſolùm artem medicam docebat, ſed & in virtutis ſtudio educabat diſcipulos, vt liquet ex ſequentibus, vbi teſtatur Iaſon ſe tam rectè apud Chironem educatum, vt nihil ſordidi dixerit feceritue.

ἄντροθε γὼ. Hoc eſt, παραγίνομαι γὼ ἐκ τοῦ ἄντρου Χείρωνος, ἀπὸ τ̃ Χαρικλοῦς κ̀ Φιλύρας, ὅπου αἱ τοῦ Κενταύρου ἁγναὶ κοῦραι ἀνέθρεψαν ἐμέ. Quibus verbis probat ſe Chironis diſcipulum fuiſſe cùm ex eius antro veniat. Vox ἄντροθε poëticum eſt aduerbium pro ἐκ τοῦ ἄντρου pro quo & ἄντροθεν dicas.

Χαρικλοῖς. Genit. Dor. pro Χαρικλοῦς à ſing. recto Χαρικλώ: quod declinatur vt Λητώ. geni. Λητόος, οῦς ſic Χαρικλόος, οῦς & Dor. mutato ου in οῖ. Χαρικλοῖς. Romanũ exemplar habet Χαρικλοῦς. Fuit Chariclo Apollinis filia, Chironis vxor: & mater Chironis Philyra, vnde 3. Od. Pyth. initio Χείρωνα φιλλυρίδαν appellat. Chironis filiæ fuerunt Ocyroë & Endeis.

εἴκοσι δ'. Circunſtantia ſpatij temporis per quod apud Chironem habitauit: quod cùm ſit 20 annorum, non dubium eſt quin bono viro conuerſatus, bonus euaſerit. ἐκτελέσαις Aeol. pro ἐκτελέσας. ἱκόμαν Dor. pro com. ἱκόμην. Porrò ἐντράπελον Schol. exponit ἀπαίδευτον ſeu αἰσχρὸν, ὃ ἐκβέψαιτό τις quod quis vt abominandum fugiat, ἢ ὃ ἄν τις ἐμβατεῖν quod aliquem agere, dicere-ue pudeat. At fortè legendum εὐτράπελον. Qua ſignificatione κέρδη εὐτράπελα dixit Pyth. prima Oda.

ἀρχὰν ἀγκομίζων. Cauſa aduentus Iaſonis, vt paternum regnum recuperet, quod alius iniuſtè occupat. Legunt nonnulli ἀρχαίαν κομίζων: & dicunt ἀρχαίαν dici pro ἀρχὴν vt apud Homer. pro ἀνάγκη dicitur ἀναγκαίη. Sed noſtra lectio potior eſt. Nam ſcopus Iaſonis eſt vt recuperet regnum paternum: verbum autem ἀνακομίζειν & poëtica ſyncope ἀγκομίζειν ſignificat *referre, recipere, recuperare*. Hîc autem præſens pro futuro ἀνακομίσων, vel ἀνακομιούμενος.

βασιλευομθύαν. Dor. pro comm. βασιλευομένην. Hoc eſt, ἣ, τις βασιλεύεται παρὰ πάντα δίκαια. Nam vt ait Scholiaſtes, Pelias Aeſoni regnum ademit. Eum autem, vt refert Natalis Comes, coëgit ſanguinem taurinum bibere.

τάν ποτε. Hoc eſt, ἣν τινὰ ποτε βασιλείαν ὁ Ζεὺς ἐχαρίσατο τῷ Αἰόλῳ, καὶ τοῖς αὐτοῦ παισί. Genealogia verum eſſe declarat ad Crethei, non ad Salmonei poſteros regnũ pertinere. Promethei filius fuit Deucalion, huius Hellen, huius Aeolus, huius Cretheus, huius Aeſon, huius Iaſon, Crethei fratres natu minores fuerunt Salmoneus, & Athamas, Salmonei filia fuit Tyro. Tyrus & Neptuni filij fuêre Pelias & Neleus. Iouem regna dare dixerunt veteres, vnde Callimachus hymno in Iouem, ἐκ ᾧ Διὸς βασιλῆες.

λαγέτᾳ. Dor. pro λαγέτῃ De qua voce 3. colo ſtrophæ 4. Od. 1. Olymp. τιμᾷ Dor. pro τιμῇ, ante quam vocem ſubaudiendum τὸ εἰς.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Etenim accepi Peliam iniuſtum regni poſſeſſorem, ſtultæ mentis conſilio obſequutum, regnum illud per vim eripuiſſe parentibus meis ad quos iure ſucceſſionis pertinebat. Qui quidem, vbi primùm in lucem editus fui, veriti ne dux ille inſolens me perderet, ne quis legitimus imperij ſucceſſor eſſet ſuperſtes, à quo olim iure repeteretur, finxerunt me eſſe mortuum, & funus cum mulierum præficatum plan-ctu ſimulatum noſtris in ædibus celebrarunt, Interea verò | πεύθομαι γάρ μιν Πελίαν ἄθεμιν<br>λευκαῖς πιθήσαντα φρεσὶν,<br>ἁμετέρων ἀποσυ-<br>λᾶσαι βιαίως ἀρχεδίκαν τοκέων,<br>τοί μ', ἐπεὶ πάμπρωτον εἶδον<br>φέγγος, ὑπερφιάλου ἁγεμόνος<br>δείσαντες ὕβριν, κᾶδος ὡσεί τε φθιμένου δνοφερὸν<br>ἐν δώμασι θηκάμενοι, μίγα κωκυτῷ γυναικῶν, κρύβδα πέμ- | *Audio enim Peliam iniuſtum ſtultæ menti obſequutum, à noſtris illud prædatum eſſe iuſtè imperantibus parentibus. Qui me quumprimum vidi lumen, ſuperbi ducis veriti ferociam, luctum ceu de mortuo cùm agitaſſent triſtem in ædibus, cum planctu mulierũ, clam* |

per noctem, quam huius commenti conſciam fecerunt, itineri me commiſerunt, & purpureis faſcijs inuolutum clam ad Chironem miſerũt, eíque educandum tradiderunt.

που σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις,
νυκτὶ κοινάσαντες ὁδὸν Κρονίδᾳ
δ' τραφὲν Χείρωνι δῶκαν.

*miſerunt faſcijs in purpureis, quum noctem ad iter ſociam accepiſſent: Saturniq; filio Chironi alendum dederunt.*

πεύθομαι. Hoc eſt κατακούω γὰρ τὸν ἄδικον Πελίαν, ταῖς ἀνοήτοις πειθέντα φρεσὶ, τὴν τῶν ἡμετέρων γονέων ἀποσυλῆσαι βασιλείαν. Vide μιν dici pro αὐτὴν, & referri ad præcedens τιμάν. Vocat ἄθεμιν Πελίαν: ex quo conijcere licet, vel ignotum fuiſſe tunc Iaſoni Peliam cùm iſta illi interroganti reſponderet: neque enim veriſimile eſt Iaſonem aſperis apud illum verbis vſurum fuiſſe: cum contrà dicatur priùs ἀγανοῖσι λόγοις ἀμείφθη. Vel illo digreſſo Iaſonem hæc præſenti turbæ dicere.

λευκαῖς φρεσί. Scholiaſtes annotat hîc metaphoram ab aquis ſumptam, quæ quo minùs profundæ ſunt, eo limpidiores, & lucido quodam candore pellucidæ apparent, contrà verò quo ſunt profundiores, eo nigriores videntur. Vt ita λευκὰς φρένας dixerit τὰς ἐπιπολαίους ſuperficiaria quadam, nec profunda prudentia præditas, contrà verò μέλαινας φρένας Homerus τὰς ἐν βάθει, quæ profunda prudentia ſunt munitæ. Iunius in Adagijs Λευκὰς φρένας, inquit, habere dicitur homo ſtolidi ingenij & inſulſus, metaphora à coloris vitio tracta: ſiquidem Ariſtoteli albus color maximè emouet oculorum ſenſum, vt inde emotæ mentis hominem ac bliteum λευκονόον & λευκὰς ἔχειν φρένας dicant. Vnde Horat. Leuconoen vocat quandã genethliacorum vanitati fidem adhibentem, non ſine ſtoliditatis morſu. Aemilius Portus λευκαὶ φρένες inquit, vocantur ſtulta mens, propter ſenectutem. Nam δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Metaphoricè tribuitur menti quod ipſis ſenibus ad extremam ſenectutem prouectis conuenit. Tunc illi canos habent, & mentis aciem obtuſam, & ingenium puerile.

πιθήσαντα. Eſt partic. Aor. ἐπίθησα verbi Attici & poëtici πιθέω: pro quo & πηθέω metri cauſa, pro comm. πείθομαι. Doricum eſt ἀποσυλᾶσαι pro ἀποσυλῆσαι. De verbo ἀποσυλᾶν vide Lexica.

ἀρχεδικᾶν. genit. Dor. pro ἀρχεδικῶν à recto ſing. ἀρχεδίκης, hoc eſt, ὁ ἄρχων δικαίως, ὁ ἀρχὴν ἐν δίκῃ ἔχων. Græca Scholia monent nonnullis in codicibus legi ἀρχεδίκαν, & exponi τὴν ἀρχὴν, ἣν κατὰ τὴν δίκην, τουτέστι, κατὰ τὸ δίκαιον εἶχον οἱ ἐμοὶ γονεῖς. Verùm magis probat priorem lectionem.

τοί μ' ἐπεί. Hoc eſt οἵτινες γονεῖς μου, ἐπειδὴ τεχθεὶς τὸ πρῶτον φῶς ἐθεασάμην τοῦ ἀδικωτάτου ἡγεμόνος δεδοικότες τὴν ὕβριν, οἴκοι τὸ πένθος ὡς ἐπὶ τοῦ νεκροῦ θέμενοι σὺν τῷ γυναικείῳ θρήνῳ, λαθραίως ἐν νυκτὶ ἀπέπεμψαν ἐνδήσαντες πορφυρέοις σπαργάνοις, καὶ ἔδωκάν με Χείρωνι ἐκθρέψαι. Monet quo fato ad Chironem ſit miſſus. Iaſone nato parentes ſimularunt funus eius, & Chironi clam educandum miſerunt, ne Pelias in eum ſæuiret, quò iuſtum regni repetitorem è medio tolleret.

πάμπρωτον. Hoc eſt πάντων πρῶτον. vſurpatur hîc compoſitum pro ſimplici. ἀγεμόνος Dor. pro ἡγεμόνος. Ducem vocat: quia demptum Aeſoni regnum occuparat per vim. κᾶδος Dor. pro κῆδος. φθιμένου hoc eſt θανόντος.

μετὰ κωκυτῶ. Genit. Dor. pro κωκυτοῦ. Mulieres has Græci θρηνήτριας appellant, Latini *præficas*, quæ in hoc conducebantur, vt in funere lamentarentur, ac defuncti laudes prædicarent, cæteris modum plangendi oſtendentes.

κρύβδα pro κρύβδαν. Dor. pro comm. κρύβδην. & πέμπον negl. augm. pro ἔπεμπον & imperf. pro Aor. ἔπεμψαν.

νυκτὶ κοινάσαντες. Hoc eſt κοινωνὸν τὸ τῆς νυκτὸς σκότος τοῦ μηχανήματος ἐσχηκότες. vel νυκτὸς κρύφα πορείαν διαπράττοντες. In κοινάσαντες obſerua Doriſmum mutato ω in α. pro κοινώσαντες. vel mutato η in α. pro κοινήσαντες illud à κοινόω communi, hoc à κοινάω Pindarico & Dor. vocabulo. Κρονίδα Dat. Dor. pro Κρονίδῃ. Præterea τραφὲν Aeol. & Dor. infinit. pro τραφεῖν Aor. 2. ἔτραφον verbi τρέφω. Ibi mutatur circunflexus in grauem, quia accentus ille non cadit in ſyllabam aut vocalem breuem.

παράφρασις.

Sed hanc rerum mearum hiſtoriam ſummatim attigiſſe ſatis eſt: vt ſciatis quis ſim. Iam verò ô ciues honorandi, parentum meorum equis albis inſidentium ædes apertè mihi oſtendite. Etenim cùm ſim filius Aeſonis, etiam ſum indigena, ac proinde in alienam & peregrinam regionem non venio. Quòd ſi meum nomen auetis ſcire, Iaſonem me nominauit ſemifer ille diuinus Chiron Centaurus. Sic loquutus ad parentum ædes venit: eúmq; ingreſſum & viſum agnouit pater, ſiue clam adoleſcentem ante viſerat, ſiue ex præcedenti narratione filium eſſe reſciuerat. Tum immodica perfuſus animi lætitia, quod filium virorum pulcherrimum conſpexiſſet, lachrymas ex ſenilibus palpebris effudit, quæ inſtar bullarum aquæ bullientis manarunt.

ϛροφὴ. ε. κῶλ. ιδ.

ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων
ἴστε. λευκίππων δὲ δόμους πατέρων
κεδνοὶ πολῖται φράσσατέ μοι σαφέως.
Αἴσονος γὰρ παῖς ἐπιχώριος, οὐ
ξείναν ἱκόμαν γαῖαν ἄλλων.
φὴρ δέ με θεῖος Ἰάσονα κικλήσκων προσηύδα.
ὣς φάτο. τὸν μὲν εἰσελθόντ' ἔγνω ὀφθαλμὸς πατρός·
ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν
δάκρυα γηραλέων βλεφάρων,
ἂν περὶ ψυχὰν ἐπεὶ
γάθησεν ἐξαίρετον
γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν.

μετάφρασις.

*Sed horum ſermonum capita tenetis. At domos albis equis inſidentium parētum honorandi ciues indicate mihi apertè. Aeſonis enim filius indigena, non in peregrinam veni terram aliorum. Semifer autem me diuinus Iaſonem vocans compellabat. Sic loquutus eſt. Eum autem ingreſſum agnouit oculus patris, & ex eius ſenilibus palpebris lacrymæ manarunt inſtar bullarum, ſuo in animo poſtquam gauiſus eſt ſupra modum, conſpecto filio virorum pulcherrimo.*

ἀλλὰ

ἄλλα τούτων. Animo properans ad cognitionem ædium paternarum abrumpit orationem qua ſummatim attigit rerum ſuarum hiſtoriam. κεφάλαια λόγων ſunt educatio, præceptor, cur Chironi commiſſus fuerit, cur iam reuertatur, quàm iniuſtè Pelias occupet imperium.

λευκίππων. Hoc eſt, ὑμεῖς δὲ ὦ ἔντιμοι πολῖται μηνύσατε μοι σαφῶς ὅπου εἰσὶν οἱ οἶκοι τῶν ἱππικῶν μου πατέρων. Scribitur λεύκιππος Ionicè: quod tamen etiam communiter vſurpatur pro regulari, ſed non vſitato λεύχιππος, hoc eſt, λευκοῖς ἵπποις χρώμενος. De quo vocabulo antè diximus in χαλκάρματος. Geminatur σ in φράσσατε pro φράσατε. Porrò δόμους πατέρων fortè dicit Aeſonis ædes, quas à maioribus acceptas tenebat.

Αἴσονος γὰρ. Petitionis ἀπολογία q.d. ἐγὼ γὰρ Αἴσονος παῖς ἐπιχώριος ὑπάρχων, οὐκ εἰς ξένην γῆν ἱκόμην. Porrò breuiter genus, & præceptorem repetit. ξείναν Dor. pro ξείνην. & ἱκόμαν pro ἱκόμην.

φὴρ δέ με θεῖος. Vide ſuperiori Oda quæ diximus de vocabulo φήρ. Hîc dicitur θεῖος, vel quia Saturni filius erat, vel quia iuſtus erat, & inſignibus virtutibus præditus: φὴρ autem ob corporis equinam formam.

Ἰάσονα κικλήσκων προσηύδα. Hoc eſt, Ἰάσονα ἐκάλει. Nimirum impoſito nomine ἀπὸ τῆς ἰάσεως à *medicatione*. Medicam enim artem eum docebat: poëticum autem eſt κικλήσκω pro καλῶ. Annotat Aretius Iaſonem per anagrammatiſmum ab Aeſone dici poſſe. Nam ſi nominis Αἴσων, τὸ αι diſſoluas & præponas ι. fiet Ἰάσων.

ὣς μὲν ἐσελθόντα. Deſcribitur patris Aeſonis πάθος elegans: dum præ ſummo gaudio lachrymas effundit, vt pleriſque vſu venit; quod fieri ſolet in immodico gaudio vt inuiti fleamus. Hinc Sophocles.

> Χαίρειν γὰρ οὗτος ἐστὶν ἀνθρώπου φρενῶν,
> ὅπου τὸ τερπνὸν, καὶ τὸ τιμιώτερον φύει.
> Δακρυρροεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων.

ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ. Hoc eſt, ἀπὸ δὲ γεραιτικῶν αὐτοῦ βλεφάρων ἀπεβράσθησαν δάκρυα, ἐπειδὴ κατ' τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὑπερμέτρως ἥσθη. Dicitur πομφόλυξαν neglecto augmento pro ἐπομφόλυξαν, à verbo πομφολύσσω, quod eſt poëticum & ſignificat πομφολύγων δίκην βρύειν καὶ ἐξέρχεσθαι: fit à nomine πομφόλυξ *bulla*. Cæterùm Schol. hoc exponit per ἀποβρέττεσθαι vel ἀναβράττεσθαι.

γεραλέων. Nomen γεραλέος poëticum eſt pro comm. γεραιτικός. ἂν ψυχὰν. Dor. pro ἣν ψυχήν. & γάθησεν Dor. & neglecto augmento pro ἐγήθησεν. Quæritur autem quomodo pater filium agnouerit, quem faſcijs inuolutum miſerat ad Chironem, & qui totos viginti annos manſerat apud præceptorem. Reſpondendum fieri potuiſſe vt Aeſon clam aliquoties filium viſeret apud Centaurum, vnde iam eum agnouerit. Vel etiam agnouit, quia Iaſon Aeſonis filium ſe eſſe profitebatur, & ſuæ educationis hiſtoriam narrauerat populo.

παράφρασις.

Protinus Aesonis fratres, Iasonis patrui, Pheres nimirum & Amythaon, audito nepotis insperato aduentu, ille quidem ex propinquo loco, Pheris videlicet, vbi fons est Hypereius, accessit: hic autem ex Messena Laconiæ ciuitate. Quinetiam simul cum illis venit Admetus Pheretis, & Melampus Amythaonis filius, patrueles eius, aduentum patrueli gratulantes. Illos autem lautis conuiuijs excepit Iason: inter quæ & oratione blanda apud eos vtebatur, & xenia conuenientia parabat. Atque omnis hilaritatis genere sese cum illis recreauit, & quinque solidos dies, totidemque noctes iucundissimo patruorum & patruelum conuictu fruitus est.

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ.

καὶ κασίγνητοί σφίσιν ἀμφότεροι
ἤλυθον κείνου γε κατὰ κλέος· ἐγ-
γὺς μὲν Φέρης κράναν Ὑπερηΐδα λιπών,
ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν. ταχέως
δ' Ἄδματος ἦκεν, καὶ Μέλαμπος
εὐμενέοντες ἀνε-
ψιόν. ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ
μειλιχίοισι λόγοις
αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος,
ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων,
πᾶσαν ἐς εὐφροσύναν τάνυεν,
ἀθρόαις πέντε δρεπτὸν
νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις
ἱερὸν εὐζωᾶς ἄωτον.

μετάφρασις.

*fratres quoque ad eos ambo venerunt illius ad famam. Ex propinquo quidem loco Pheres fontem Hypereidem linquens, ex Messena autem Amythaon. Confestim Admetus quoque venit & Melampus gratulantes patrueli. In conuiuio autem blandis verbis eos Iason excipiens, dona hospitalia parans conuenientia, omnem hilaritatem extendit, totis quinque decerpens noctibus & diebus sacrum bonæ & iucundæ vitæ florem.*

καὶ κασίγνητοι. Audito Iasonis aduentu veniunt patrui & patrueles. σφίσιν ἤλυθον, hoc est, αὐτοῖς παρεγένοντο. Et κείνου κατὰ κλέος hoc est ἀκούσαντες ὅτι ἐκεῖνος ἀφίκετο. Fratres Aesonis fuerunt Pheres & Amythaon, quod & ipse Homerus testatur.

Τοὺς δ' ἑτέρους Κρηθῆϊ τέκεν βασίλεια γυναικῶν,
Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητ', Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.

ἐγγὺς μὲν. Hic subauditur, & ἀπὸ κοινοῦ repetendum ἤλυθεν, & ἐγγὺς sumendum ex Scholiastæ monitu, pro ἐγγύθεν, hoc est ἐκ τοῦ σύνεγγυς τόπου. Pheræ vrbs est prope Iolcum, & Hypereia, fons Pherarum, de quo Sophocles,

Ὦ γῆ φεραία χαῖρε σύγγονόν θ' ὕδωρ,
Ὑπερεία κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον.

Pherecydes dicit fontem hunc nomen habere ab Hyperete Melantis, & Eurycleæ filio, qui circa eum habitauit. Huius fontis mentio est apud Homerum in catalogo nauium, item Pherarum. κράναν Dor. pro κρήνην. Μεσσάνας Dor. pro Μεσσήνης. Messenæ autem est Laconiæ ciuitas à Lacedæmonijs expugnata 19 anno obsidionis, propter Teleclum regem occisum. Vide Strab. l. 6. Ἀμυθὰν contractum, pro Ἀμυθάων.

Ἄδματος Dor. pro Ἄδμητος Pheretis filius. Μέλαμπος Amythaonis: hi simul cum patribus venerunt.

ἐν δ' αὐτὸς ϛ. Officio funguntur Aeſon & Iaſon, qui eos à quibus viſebantur conuiuio excipiunt,& per quinque dies lautis epulis,blando colloquio,muneribus hoſpitalibus,omni denique vitę iucunditate cumulant. Periodus autem hæc ſic proſa declaranda, ἐν δὲ τῷ τῆς εὐωχίας καιρῷ, προσηνέσι λόγοις ὁ Ἰάσων αὐτοὺς δεξιούμενος, ξένια ἁρμόζοντα κατασκευάζων, πᾶσαν εὐφροσύνην αὐτοῖς ἐξέτεινεν, εὐδαίμονα ζωὴν δρέπων ὅλας πέντε νύκτας καὶ ἡμέρας.

δέγμενος Particip. præterit. pluſq. perf. per aphæreſin pro δεδεγμένος, & retracto accentu in antepenultimam δέγμενος,à verbo δέχομαι. τάνυεν negl. augm. pro ἐτάνυεν. δραπὼν partic. Aor. 2. ἔδραπον verbi δρέπω. εὐζωὰς hoc eſt ἀγαθῆς καὶ εὐδαίμονος ζωῆς. Ab Ariſtotele l.1.c.8. Ethic. εὐζωΐα dicitur *beata vita.*

παράφρασις.

Verùm die ſexto vir ille omnem ſerium ſermonem de regni repetitione, quem ab initio aduentus propoſuerat, repetens, & cùm ſuis conſanguineis cõmunicans, cõſilium capiebat: illi autem eius ſententiam approbabant. Inito conſilio protinus domo cum illis exit,& ad Peliæ ædes contendit. Quò cùm perueniſſent, properè ingreſſi ſunt. Pelias autem Tyrûs ſtudioſæ capillitij filius, audito aduenientium ſtrepitu, obuiam properauit. Ilico cùm conueniſſent, Iaſon placida & ſapienti oratione Peliam compellat. Pelia fili Neptuni petræi (ſic dicti ex quo diſcidit montes Theſſalicos, Tempe dictos,& fluuium Peneum per eos deduxit)

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ, πάντα λόγον
 θέμενος
σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ,
συγγενέσιν παρεκοι-
νᾶθ'. οἱ δ' ἐπέσποντ'. αἶψα δ' ἀπὸ
 κλισιᾶν
ὦρτο σὺν κείνοισι. καὶ ῥ' ἦλ-
θον Πελία μέγαρον· ἐσσύμε-
 νοι
δ' ἔσω κατέσταν. τῶν δ' ἀκού-
σαις αὐτὸς ὑπαντίασε
Τυροῦς ἐρασιπλοκάμου γε-
 νεά.
πραῢν δ' Ἰάσων μαλθακᾷ
φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον,
βάλλετο κρηπῖδα σοφῶν ἐπέ-
 ων.
παῖ Ποσειδᾶνος πετραίου,

μετάφρασις.

*Sed in ſexto omnem ſermonem quum propoſuiſſet ſerium ab initio ille vir, cum conſanguineis communicabat. Illi verò ſequebantur,*& approbabant dicta eius. *Statim autem è tentoriis prorupit cum illis, acceſſeruntq́; ad Peliæ ædes, & cum feſtinatione intrò conſtiterunt. Eos autẽ audiẽs ipſe obuiam proceſſit, proles Tyrûs ſtudioſa capillitij. Placidũ autẽ Iaſõ molli voce inſtillans ſermonẽ, iecit fũdamẽtũ ſapientum verborũ. Fili Neptuni petræi,*

ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ. Hoc eſt, ἀλλ' ἐν ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὸν ὅλον λόγον τὸν σπουδαῖον ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰάσων τοῖς συγγενέσιν αὐτοῦ ἐκοινώσατο. Itaque exactis quinque diebus conuiuiorum, quibus iucundam hilarémque vitam duxerant, Iaſon amoto repetiuit ſeria ludo. Propoſuit conſanguineis conſilium, quod illi approbarunt. ἕκτᾳ Dor. pro ἕκτῃ. & παρεκοινᾶτο Doricè verſo ου in α pro ἐκοινοῦτο. à verbo κοινόω, quod Dor. etiã dicitur κοινάω. de quo iam dictum priùs in κοινάσαντες ὁδόν. Legunt omnes πᾶσι κοινᾶθ'. ſed metrum refragatur. Ideóq; rectè Schm. ex Pal. Cod. author. legit παρεκοινᾶτο.

οἱ δ' ἐσέκιοντο. Hoc eſt, ἐκολέσθησαν καὶ συνήεσαν αὐτῷ, καὶ γνώμῃν αὐτὴν ἀνέλαβον. Porrò ἐπέσσοντο eſt imperf. verbi ἐπέσσομαι Ion. ſeruata tenui pro ἐφέσσομαι commu-ni. vt lib. 1. Epigramm. Antipater vſurpat Δαρείῳ πυμάτην ὄϊμον ἐφεσσόμεθα.

αἶψα. Hoc eſt, ταχέως δ' ἀπὸ σκηνῶν σὺν ἐκείνοις ὥρμησε. Quod diu probéque conſultatum eſt, id maturè ac diligenter exequitur Iaſon. κλισιᾶν genit, Dor. pro κλισιῶν.

καὶ ῥ' ἦλθον. Hoc eſt, καὶ δὴ παρεγένοντο εἰς τὸν τοῦ Πελίου οἶκον, σπουδαίως δ' ἔσω αὐτοῦ κατέστησαν. In phraſi Pindarica eſt ellipſis præpoſitionis εἰς vel πρὸς ante μέγαρον: quo vocabulo rectè vtitur quum de magnatis ædibus agit, quæ ſolent alijs eſſe maiores. Eſt autem μέγαρον, inquit Heſiodi interpres, κυρίως ὁ πλούσιος, καὶ ἐπίφθονος οἶκος. Et certè dicitur à μεγαίρω, τὸ φθονῶ. τὰ γὰρ μεγάλα φθονοῦνται. Vox κατέσταν per ſyncopen formatur pro κατέστησαν, à κατέστην verbi καθίστημι.

τῶν δ' ἀκούσαις. Hoc eſt ὁ δὲ Πελίας τῆς εὐειδέος Τυροῦς υἱὸς, τούτων τὴν εἴσοδον αἰσθόμενος, ἀπήντησεν αὐτοῖς. Cautè agit Pelias, qui honoris cauſa venientibus occurrit. Nam perſpecto Iaſonis conſilio de repetendo patris regno, quod ille iniuſtè detinebat, operæ pretium erat vt comiter & vrbanè ſe gereret, ne vlla neglectus ſpecie, magis irritaretur Iaſonis animus. ἀκούσαις. Aeol. pro ἀκούσας. ἐρασιπλόκαμος autem poëticum eſt ὁ ἐρῶν τοῦ πλοκάμου *capillitij ſtudioſus.*

πραΰν δέ. Hoc eſt, ὁ δὲ Ἰάσων μαλακῇ φωνῇ πραῦν λόγον ἀπὸ τοῦ στόματος στάζων, κατεβάλετο βάσιν καὶ ἀρχὴν τῶν σοφῶν λόγων. Iaſon, vt cuius res agebatur, prior Peliam alloquitur, non aſperis, non feruidis animi perturbati verbis, ſed placida, ac compoſita moderatæ mentis oratione. ποτιστάζων Dor. pro comm. προσστάζων. Vide initio ſeptimæ huius libri Odæ, ἀοιδὰν κρηπῖδα βάλλεσθαι.

παῖ Ποσειδᾶνος. Secunda Iaſonis oratio ad Peliam habita coram amicis, cùm priorem in populi cœtu habuiſſet. Rogat nunc Iaſon Peliam, quem periphraſticè Petræi Neptuni filium vocat, vt amicè ſecum tranſigat negocium: regni ſceptrum ad ſe pertinere, bona reliqua Peliæ facilè relicturum.

πετραίου. Neptunus πετραῖος vocatur, vel quia diſcidit montes Theſſalicos Tempe, & fluuium Peneum per eos deduxit, cùm priùs per vrbem flueret & campos vaſtaret: de quo Callimachus, Φεῦγε δὲ καὶ Πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων. Vel quia olim in petra dormiens ſemen emiſit, quod à petra exceptum, ſtatim produxit Scyphium equum. Vel quia petræo Neptuno certamen inſtituebatur, vbi primus equus à petra exilijt: vnde Neptunus dictus etiam ἵππιος.

ταχυφρέστεροι. στροφὴ ζ. κῶλ. ιδ'. μετάφρασις.

Promptiores ſanè ſunt hominum mentes ad laudandum » ἐντὶ μὲν θνατῶν φρένες ὠκύτεραι » *ſunt hominũ mentes velociores ad lau-*

fuérum iniuftum, quàm ad iuftum illi anteponendum, quanquam quod iniuftè vel cum lucro fecerint, poftea triftem fortiri folet exitum, nec iniquo lucro diu fruuntur. Quod cùm ita fit, par eft vt omiffo iniqui lucri ftudio, & animi affectibus ad iuftitiam & æquitatem compofitis, vterque noftrûm futuræ fœlicitati profpiciat, vt in reliquum vitæ tempus, amicè, pacatè, fœlicitérque viuamus. Dicam quod ipfe apprimè nofti. Vna eadémque mulier, nempe Enarea vtero geffit, peperítque Aeolo Cretheum & audacem Salmoneum: à quibus oriundi tertij fumus, & inter mortales viuimus & verfamur. Nam Salmoneus Tyronem filiam, Tyro Peliam filiũ habuit. Cretheus genuit Aefonem, Aefon Iafonem. Idcirco cùm confanguinitatis vinculo contineamur, honeftum etiam fit, vt infolubili amicitiæ nodo fœderati connectamur, quò beatam vitam exigamus. Nam fiqua inter confanguineos intercedat excuffo omni pudore fimultas, omnis abeft fœlicitas.

,, κέρδος αἰνῆσαι πρὸ δίκας δό-
,, λιον,
,, τραχεῖαν ἑρπόντων πρὸς ἐπίβδαν
,, ὅμως.
ἀλλ' ἐμὲ χρὴ καὶ σὲ θεμισσαμέ-
νους
ὀργὰς, ὑφαίνειν λοιπὸν ὄλ-
βον.
εἰδότι τοι ἐρέω.
μία βοῦς, Κρηθεῖ τε μάτηρ
καὶ θρασυμήδει Σαλ-
μωνεῖ. τρίταισι δ' ἐν γοναῖς
ἄμμες αὖ κείνων φυτευθέν-
τες σθένος ἀελίου χρύσεον
λεύσσομεν. μοῖραι δ' ἀ-
φί-
σταντ', εἴ τις ἔχθρα πέλει
ὁμογόνοις, αἰδῶ καλύψαι.

*dandum lucrum dolofum præ iuftitia, trifte euntium ad fequens tempus tamen. At me oportet, & te iuftitia accommodantes mores noftros texere fœlicitatem in reliquum tẽpus. Scienti tibi dicã. Vna eadémque bucula Crethedque mater & Salmoneo audacis con-filij viro. Tertia autem in generatione nos ab illis fati robur folis aureum cernimus. Fœlicitas autem abfcedit, fiqua fimultas existat inter confanguineos, adeò vt tegant pudorem.*

ἐντὶ μὲν θνατῶν. Gnomologia quam certè facit κρηπῖδα τῶν σοφῶν ἐπῶν. Nam ea vtitur tanquam fundamento, cui innititur ratio eorum quæ perfuafurus eft. Vult Peliæ perfuadere vt regnum fibi legitimo poffeffori reftituat: idem etiam vult de fuo iure remittere pacis caufa. Idcirco propofita humani ingenij natura, quod per fe lucri eft ftudiofum, ab huiufmodi ftudio dimouere cupit Peliam: nequid obftet quominus bene conueniat inter ipfos q.d. εἰσὶ μὲν τοι αἱ τῶν ἀνθρώπων φρένες ταχύτεραι ἐπαινέσαι καὶ προκρίνειν τὸ παρὰ τὸ δίκαιον κέρδος, καί τοι τοῦ ἀδίκου κἂν ἐπικερδοῦς πράγματος τραχεῖαν ἔχοντος τὴν ἑξῆς ὁδὸν, τουτέστι τὴν μετὰ ταῦτα ἀπόλαυσιν οὐ τερπνὴν ἔχοντος. Τοιγαροῦν προσήκει ἡμᾶς τοῦτο γνόντας, καὶ φιλοκερδείας ἀδίκου ἀφεμένους, τοὺς τρόπους κατὰ δίκην διοικεῖν, εἰς τὸ συντιθέναι εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου τὴν εὐδαιμονίαν. Proinde inferet in fequentibus, conuenire vt quod regnum iniuftè occupat, illud reftituat: & pollicebitur fe relicturum bona mobilia & immobilia quæ parentibus fuis eripuit: ne omnia fummo iure repetens, Peliæ animũ exacerbet: & lucri ftudiofior quàm honoris videatur. Sed hæc paraphrafeos feries tibi probè declarabit.

ἐπίβδαν. Dor. pro comm. ἐπίβδην. Eft autem ἐπίβδη & in plurali ἐπίβδαι tem-

pus futurum, tempus sequens. περὶ τὸ ἐπιβαίνειν ταῖς προτέραις ἡμέραις. Sic propriè vocabantur apud Dorienses, illi dies qui præcedentes festos sequebantur. Hinc Græca Scholia. Ἐπίβδαι κυρίως καλοῦνται αἱ ἑπόμεναι τῆ ἑορτῆ ἡμέραι, αἱ μεθέορτοι, ἐπιβᾶδες τινὲς οὖσαι, οἷον ἐπακολουθοῦσαι τῆ ἑορτῆ. Τινὲς δὲ φασὶ παρεμβεβλῆσθαι τὸ β. τινὲς δὲ ἀπὸ δαιτὶ λέγουσιν ἐπίβδας, ὡς τὴν εἶδιν, οἶβδιν, καὶ ἔασον, ἔβασον. οἱ δὲ μετῆχθαι ἀπὸ τῆ ἐπιβαλλομένων προβάτων. βδάλλοντες γὰρ οἱ ποιμένες ἅπαξ, αὖθις ἐπιβάλλουσι. νῦν δὲ σημαίνει τὸ μέλλον, καὶ μετ' ταῦτα. Consule præterea Eustathium. Suidam, & magnum Etymol.

θεμισσαμένοις ὀργάς. Hoc est διοικοῦντας, κυβερνῶντας τοὺς τρόπους κατ' θέμιν, seu δίκην. Est autem accus. plur. participij θεμισσάμενος. Aor. 1. med. ἐθεμισσάμην geminato σ. metri causa, à themate θεμίζω vel θεμίζομαι cuius futurum est θεμίσομαι, sed poëticum est hoc vocabulum, quod significat *iustè iudico, rego, guberno.* Vox ὀργὴ iam alibi fuit explicata.

εἰδότι τοι ἐρέω. Hoc est εἰδότι σοι λέξω. Est autem quædam excusatio, ne videatur velle rem veluti ignotam ei referre. Ducit autem argumentum à concordia quæ debet inter consanguineos vigere, quò res ipsorum inconcussæ stent.

μία βοῦς. Hoc est μία τοκάς, μητήρ, vel μία γυνὴ ἐγένετο μήτηρ Κρηθεῖ καὶ Σαλμωνεῖ, vel ἐκ μιᾶς μητρὸς Κρηθεὺς καὶ Σαλμωνεὺς ὁμογάστριοι ἐγένοντο. In voce βοῦς obseruanda κατάχρησις, vel metaphora. Salmoneus & Cretheus fratres fuêre vterini, Iason & Pelias ab illis tertij. Nam Salmonei filia fuit Tyro, Tyrûs filius fuit Pelias. Crethei filius Aeson, Aesonis Iason: sed Iason à Cretheo per Aesonem virum, Pelias à Salmoneo per Tyronem mulierem genus ducit.

ματρ. Hæc vocatur Enarea. θρασυμήδης autem fit à θρασὺς *audax* & μῆδος *consilium.* Epitheton Salmonei, qui & ab Hesiodo ἄδικος καὶ ὑπερθυμος φησὶ κακεί. Hic ille est qui Iouis tonitrua & fulmina imitabatur. De quo Virgil.

*Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,*
*Dum flammas Iouis & sonitus imitatur Olympi.*

quem in locum vide Seruium Aen. 6.

τείταισι δ' ἐν γοναῖς. Hoc est τείτοι δὲ κατ' γενεαλογίαν ἀπ' αὐτῶν ἐφυτεύθημεν, καὶ τὸ ἥλιον ὁρῶμεν ἐν τοῖς ζῶσι διάγοντες. Dixit autem χρύσεον ἀελίου σθένος, nimirum τὴν χρυσῆν τοῦ ἡλίου δύναμιν: idque periphrasticè, pro τὸ ἥλιον ὁρῶμεν. Poëtica phrasis est ἥλιον ὁρᾶν, pro ζῆν.

μοῖραι δ'. Hoc est, εἰ δέ τις ἔχθρα τοῖς συγγενέσι γένηθῆ, ὥστε μὴ τῦ τοιούτου πράγματος αἰδεῖσθαι, ἐκ ἀγαθῆ μοίρᾳ χρῶνται. Innuit concordia res paruas crescere, discordia magnas dilabi: vt hoc argumento Peliam inuitet ad concordiæ studium: & hanc gnomen etiam κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων meritò appelles.

αἰδῶ καλύψαι. Ellipsis τῦ ὥστε, vt hic fit sensus: ὥστε τὴν αἰδῶ καλύπτειν, καὶ ἀποκρύπτειν, hoc est ἐκ αἰδεῖσθαι. Pudoris mentionem facit, quia etsi non continet aliquorum animos à dissidijs, debita consanguineis mutua beneuolentia: tamẽ pudor & dedecoris fugiendi studium continere debet: qui si desit, actum est & conclamatum.

παράφρασις.

Proinde velim, quò finem illum consequamur, mutuo concordiæ studio teneamur, & siquid inter nos dirimendum venit, id placidè transigamus. Ecce maiorum meorum sceptrum, omniáque bona possides, quæ quidem singula nullo excepto, iure repetere possem: sed hæc volo tecum partiri tantummodo: nec tamen id facere (neque enim ita fieri decet) commoto inter nos bello, vbi res gladijs telísque agitur. Lubens tibi relinquo pecudes, armenta, fundósque omnes quos parentibus meis eripuisti, & quibus nunc aleris, & quorum vbertate ditaris. At regiam dignitatem mihi reddas aueo. Neque enim angit me vlla bonorum quibus tua domus amplificata turget, inuidentia: sed mihi ægrè est quòd monarchicum sceptrum non teneo, soliúmque regium non occupo: in quo sedens olim Crethei filius Aeson pater meus bellicosis populis iura dabat. Hæc igitur ô Pelia, sceptrum nempe, & solium, quę conditionibus æquis reposco, citra molestiam omnem mihi reddito:

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ.

οὐ πρέπει νῷιν χαλκοτόροις ξίφεσιν,
οὐδ' ἀκόντεσσι μεγάλαν προγόνων
τιμὰν δάσασθαι. μῆλά τε γάρ τοι ἐγὼ
καὶ βοῶν ξανθὰς ἀγέλας ἀφίημ', ἀγρούς τε πάντας, τοὺς ἀπούρας
ἁμετέρων τοκέων,
νέμεαι, πλοῦτον πιαίνων.
κοὔ με πονεῖ τεὸν οἶκον ταῦτα πορσύνοντ' ἄγαν,
ἀλλὰ καὶ σκᾶπτον μόναρχον,
καὶ θρόνος, ᾧ ποτε Κρηθεΐδας
ἐγκαθίζων ἱππόταις
εὔθυνε λαοῖς δίκας.
τὰ μὲν ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας

μετάφρασις.

*Non decet nos æs perforantibus gladijs, neque iaculis magnum progenitorũ decus partiri. Nam ego tibi pecudes, & boum flaua armenta relinquo, agrósque omnes quos postquam eripuisti nostris parentibus, depasceris, diuitias opimas efficiens. Nec verò me angunt hæc domũ tuã amplificantia valdè: sed* me *angit, & sceptrum monarchicum, & soliũ, cui olim Cretheides insidens, equestribus populis iura dabat. Hæc sine communi molestia*

οὐ πρέπει. A decoro argumentum petens Iason Peliam hortatur ad amicam transactionem. χαλκοτόροις hoc est τὸν χαλκὸν τορῶσι, τείρουσι, *qui æs perforant & penetrant*: & sic referes ad armaturam æream aut ferream quam gladij perforant. Si exponas τοῖς τῷ χαλκῷ τιτρώσκουσι *qui vulnerant ære*, vt Schol. habet, id referes ad ipsos gladios æreos vel ferreos qui corpus sauciant.

ἀκόντεσσι. Dat. Ion. & poët. pro ἄκουσι. τιμὰν hoc est βασιλείαν: vt in fine antistrophes quintæ in superioribus.

μῆλά τε γάρ τοι. Distributio regni, cuius duas facit partes, nempe diuitias, quæ in pecore, & agris erant sitæ veteribus, & sceptrum soliúmque regiæ dignitatis insignia. In voce μῆλα est ἀρχαϊσμός. Nam veteres non solùm oues, sed omnes etiam quadrupedes hoc vocabulo complectuntur, vt iumenta, sues, capras, boues, & id genus alia: sed boum mentionem seorsim facit.

ἀπούρας. De hac voce vide Lexica. ἁμετέρων Dor. pro comm. ἡμετέρων. & νέμεαι Ion. pro νέμῃ. In plurali dixit τοκέων per enallagen numeri pro singul. τοκέος.

κοὔ με πονεῖ. Hoc est κοὐ με ἀλγύνει ταῦτα τὸν σὸν οἶκον αὔξοντα, ἀλλὰ καὶ τὸ σκῆπτρον, καὶ ὁ

θρόνος τῆς μοναρχίας. Quibus verbis innuit hanc rationem esse suæ regni partium distributionis, quòd non tam diuitiarum, quàm honoris sit studiosus. τεὸν Dor. pro σὸν. πορσυνέειν hîc vsurpatur poëticè pro αὔξειν. & σκᾶπτον Dor. pro σκῆπτρον: cuius epitheton μόναρχον poëticè pro μοναρχικὸν.

Κρηθεΐδας. Doricum patronymicum pro Κρηθεΐδης hoc est Αἴσων Κρηθέος παῖς. dixit ἱπποταις λαοῖσι pro πολεμικοῖς ὑπηκόοις: qui autem equis vti norunt, illi ad bellum apti sunt. εὐθυνέειν δίκας ab Hesiodo dicitur εὐθυνέειν θέμιστας. In prosa autem cum Schol. ἐπ᾽ εὐθείας ἄγειν τὰς δίκας, vel etiam δίκας seu εὐθυνὰς δικάζειν.

τὰ μ. Conclusio cui minas inserit, vt Peliæ metum incutiat. ξυνᾶς Dor. pro ξυνῆς, à ξυνὸς hoc est κοινὸς *communis*: ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας hoc est τινὸς λύπης, hoc est *æquo animo*, προθύμως. Vel ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας, *sine communi molestia*: quia vtrique molestiam aliquam, ac proinde communem creasset.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| ne si id non feceris, nobis noui alicuius mali sis author. Hæc Iasonis verba fuerunt. Cui sic placidè respondit Pelias. Ita faciam Iason, vt mali nullius sim author: tecum pro imperio non digladiabor: sed rem amicè componemus. Verùm antequam regni clauũ tibi restituam, tu qui iuuenili florentis ætatis æstu ferues, me senectute circũdatum necessario labore leua. Sanè potes iram placare Deorum terrestrium, quos malè habet quum alicuius anima in patriam nõ est reducta. Iubet autem Phrixus qui in Colchica terra obijt, vt ad Æetæ regionem & ędes proficiscar, indéque cùm non supersit corpus, ipsius animam conuenięntibus ceremonijs in patriam naui reducam, eadémque opera huc adueham villosum vellus arietis illius, quo vectus olim è mari Colchos incolumis euasit: | λῦσον ἄμμι, μή τι νεώτερον<br>ἐξ<br>αὐτῶν ἀναστήσῃς κακόν.<br>ὣς ἄρ᾽ ἔειπεν. ἀκᾶ<br>δ᾽ ἀνταγόρευσε καὶ Πελίας· ἔσσομαι<br>τοιοῦτος. ἀλλ᾽ ἤδη με γηραιὸν μέρος ἁλικίας ἀμφιπολεῖ.<br>σὸν δ᾽ ἄνθος ἥβας ἄρτι κυμαίνει. δυνάσαι δ᾽ ἀφελεῖν<br>μᾶνιν χθονίων. κέλεται γὰρ ἑὰν<br>ψυχὰν κομίξαι Φρίξος, ἐλθόντα πρὸς Αἰήτα θαλάμοις,<br>δέρμα τε κριοῦ βαθύμαλλον ἄγειν,<br>τῷ ποτ᾽ ἐκ πόντου σαώθη, | *solue nobis, ne quod recentius ex his suscites malum. Sic vtique loquutus est. Placidè autem respondit & Pelias. Ero talis. Sed iam me senilis ætatis pars circundat: at tuus flos ætatis feruet ceu fluctus. Quare potes auferre iram terrestrium* Deorum. *Iubet enim Phrixus* me *suam animam referre profectum ad Aeetæ regis ædes, vellúsque arietis villosissimum afferre, quo aliquando è mari incolumis euasit,* |

λῦσον ἄμμι. Hoc est ἀπόδος ἐμοί: & hoc cum superioribus cohæret. ἀκᾶ δ᾽ ἀνταγόρευσε. Hoc est, ὁ δὲ Πελίας ἠρέμα καὶ ἡσύχως ἀνταπεκρίθη αὐτῷ. Obserua Iasonis iuuenilem,

uenilem, apertam, & veridicam fuisse orationem: sed hanc Peliæ esse senilem, callidam, fallacem, fraudulentam. ἀκᾷ. Dictum Doricè mutato η cum ι suscripto in α fine ι. Hic est datiuus aduerbialiter sumptus, vt alia id genus, cuius rectus est ἀκὴ hoc est σιωπὴ, σιγὴ. Doricè ἀκᾷ fit ex α priu. & verbo χαίνω. Sed Ionicè in composito mutatur χ in κ. & pro ἀχὴ scribitur ἀκὴ: qui enim silent, illi non hiāt, sed ore sunt clauso. Aliàs ἀκὴ est acies: sed fit ab ἥκω venio, penetro. tum mutatur η in α, & spiritus asper in lenem.

ἀγταγόρευσε. Si sit Doricum, mutatur η in α longum: si verò negligatur augmentum, erit α breue ab ἀνταγορεύω. Sed prius illud requirit ratio metri.

ἔσομαι. Hoc sibi vult Pelias, γενήσομαι τοιοῦτος, οἷος μηδὲν ἄδικον καὶ νεώτερον ἀνασῆσαι. Ita concedit quod petijt Iason: sed tamen id ad conditiones callidè restringit. Pollicetur enim se dignitatem regiam ipsi restituturũ, postquam Phrixi animã curauerit, & vellus aureum aduexerit. Id per iuuenilem eius ætatem ipsi licere, non autem sibi per senilem.

ἀλλ' ἤδη με. Concessionis callida restrictio, sumpto ab ætate argumẽto. q. d. Mihi necessum erat Phrixi animam curare, & vellus aureum petere, sed quoniam id tuæ ætati feruidæ & florenti est conuenientius, quàm mihi senectute circundato, id meo loco suscipe, postea regnum tibi restituam, quum id perfeceris. Interea tamen sperabat Pelias Iasonem in hoc periculoso cœpto moriturũ: eúmque in finem callidus ille senex hoc excogitarat. vnde Apollon. Argon. l. 1. v. 15.

> Ἆθλον δ' τόνδ' ἐπιδὼν ἐφετμήσατο. ὄφρ' ἐνὶ πόντῳ
> Ἠὲ καὶ ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνδράσι νόστον ὀλέσσῃ.

(line 2 as printed:) Ἔντυε ναυτιλίης πολυκηδέος, ὄφρ' ἐνὶ πόντῳ,

με γηραιὸν μέρος. Phrasis est poëtica pro γέρων εἰμὶ. σὺ δ' νέος εἶ. Ἁλικίας dixit pro ἡλικίας & ἀμφιπολεῖ. i. περιέχει. Metaphorica sunt ἄνθος ἥβας, & κυμαίνει. Translatio prior à plantis quæ quum florent, tum vigore summo fruuntur: posterior à fluctibus: nam iuuenilis ætas æstuans, & feruida est, variisque agitatur affectibus.

δύναται δ' ἀφελεῖν. Hoc est, δύνασαι δ' ἀπολῦσαι τὸ ἐκ τῶν χθονίων Θεῶν γεγονότα κότον τῷ γένει ἡμῶν. Duo dat in mandatis Iasoni Pelias, vnum vt animam Phrixi profectus in Colchicam regionem, reducat in Thessaliam, quò subterraneos Deos placet: qui volebant vt eorum qui alieno in solo mortui essent, animas reuocarent: cuius rei testis citatur à Schol. Homerus,

> Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
> Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι.

Alterum vt vellus aureum petat Colchos. Sed alij posterioris tantùm huius mandati mentionem faciunt, solus Pindarus meminit prioris. μᾶνιν Dor. pro μῆνιν. post χθονίων quod simplex pro composito vsurpatur καταχθονίων, subaudi Θεῶν.

κέλεται γὰρ. Hoc est, ὁ γὰρ Φρίξος ἐν Κόλχοις τεθνηκὼς κελεύει με δι' ὀνείρων ἀνακαλέσασθαι τὴν αὐτοῦ ψυχὴν εἰς Θεσσαλίαν, παραγενόμενον εἰς τοὺς τοῦ Αἰήτου οἴκους. κελεύει δὲ καὶ τὸ δέρμα τοῦ κριοῦ ἀγαγεῖν, ᾧ τινι ποτὲ ἐκ τοῦ πόντου διεσώθη, καὶ ἐκ τῶν τῆς μητρυιᾶς

ἀθέων ἐπιβουλῶν. Verbum κέλομαι est poët. pro comm. κελεύω. ἐαν ψυχαν Dor. pro ἑὴν ψυχήν. & κομίξαι simplex pro composito ἀνακομίσαι. & Dor. σ. mutatur in ξ. Moris autem erat, vt docet Schol. eorum qui aliena in regione defuncti essent, si apud ipsos corpora esse non possent, animas saltem quibusdam mysterijs reuocarent, & tanquam simul nauigantes in patriam traijcerent. Quid significet Phrixi fabula, vide Lucian. de Astrolog. Αἰήτα Dor. pro Αἰήτου. & βαθύμαλλος poët. vocab. *qui profundam*, hoc est, *densam altámque lanam habet*. τῷ. artic. præposit. pro ᾧ subiunct. σαώθη Negl. augm. pro ἐσαώθη 1. Aor. pass. à σαόζω poët. pro σώζω. vide Lexica.

παράφρασις.

euitauítque nouercę impias insidias, quæ ei quòd suis amoribus noluisset obtemperare, periculum apud patrem struebat. Porrò mādatum istud in somnis per somnium admirandum accepi. Ob quod Delphicum Apollinis oraculum consului, & interrogaui num id mihi peragendum esset. Id autem peragendum respondit. Ideóque te iuuenē hortatur, vt quamprimum instructa classe in Colchicam regionem proficiscaris. Age laborem hunc vltro suscipe: quem quum exegeris, sanctè iuro me tibi permissurum vt monarchiam obtineas, & regno potiaris. Iouem autem ad quem vterque nostrûm genus refert, testem appello, pérque nomen eius iuro fixum ratúmque fore quod spondeo. Postmodum qui Iasonem ad Peliæ ædes comitatierant, Peliæque domestici, qui his venientibus cum ipso, obuiam prodierant, approbatis hisce cōditionibus, alij ab alijs separati abiuerunt. Sed iam tum Iason

στροφὴ η. κῶλ. ιδ.

ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.
ταῦτά μοι θαυμαστὸς ὄνειρος
ἰὼν
φωνεῖ. μεμάντευμαι δ' ἐπὶ Κασταλίᾳ,
εἰ μετάλλατόν τι· καὶ ὡς τάχος ὀ-
τρύνει σε τεύχειν ναῒ πομπαί.
τοῦτον ἄεθλον ἑκὼν
τέλεσον. καί τοι μοναρχεῖν,
καὶ βασιλευέμεν ὄ-
μνυμι προήσειν. καρτερὸς
ὅρκος ἄμμι μάρτυς ἔστω
Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις.
σύνθεσιν ταύταν ἐπαι-
νήσαντες, οἱ μὲν κρίθεν·
αὐτὰρ Ἰάσων αὐτὸς ἤδη

μετάφρασις.

*& à nouercæ impijs telis. Hæc mihi admirandum Somnium accedens clamat. Oraculum autem consului apud Castaliam, an sit aliquid quod indagari poßit: ídque te quamcelerrime hortatur parare naui profectionē. Hunc laborem vltro perfice, & iuro me permißurum vt monarchiam obtineas, & regnes, validum iusiurādum nobis sit testis Iupiter, generis author vtrique* nostrûm. *Pactum hoc cùm approbaßent, ipsi quidem separati sunt: sed Iason ipsemet iam*

ἔκ τε ματρυιᾶς. Phrixi nouerca priuigni amore incensa, cùm non posset eo renuente potiri, apud patrem accusauit, & periculū ipsi struxit. Quare ille insidias fugiens, arietem cum sorore conscendit, & per mare euasit. Variæ sunt sententiæ de nomine nouercæ. Pindarus Demoticen, Hippias Gorgopin, Sophocles Nephelen, Pherecydes Themisto nominat. βέλεα autem allegoricè vocat vel βουλεύματα, vel λόγους seu ἐπιβουλάς, vt pote lethiferas sagittarum instar,

ταῦτά μοι. Obtendit inſomnium, à quo monitus ſit hoc faciẽdum. Præterea dicit ſe conſuluiſſe oraculum, à quo inſomnij confirmationem acceperit: proinde Iaſon iubeatur id facere. Sed hæc à Pelia finguntur, neç certè alius authoris conſenſu confirmantur. Senis aſtuti commentum, qui ſciebat fore vt ſi voluntatem Deorum Iaſoni prætenderet, is pietatis cauſa obtemperaret.

μεμάντευμαι. Hoc eſt, ἐμαντευσάμην δ' εἰς Δελφοὺς εἰ ἐρευνητέον καὶ πρακτέον τι τούτων. Caſtalia, fons Delphis in Apollinis templo quo abluitur ara Dei, dictus à Caſtalio Apollinis filio. Alius eiuſdem nominis in Parnaſſo, Muſis ſacer. Alius prope Antiochiam Syriæ, vbi etiam oracula reddebantur.

μεταλλατὸν. Dor. pro comm. μεταλλητόν. παρὰ τὸ μεταλλάω *indago, ſcrutor*, μεταλλητὸς *qui poteſt indagari.*

καὶ ὡς τάχος. Hoc eſt καὶ σὲ κελεύει ὡς τάχιστα ἀπόπλουν παρασκευάζεσθαι. dixit πομπαὶ Dor. pro πομπὴν. ἄεθλον, *laborem* verto: quia maſculini nominis recta eſt ſignificatio.

καρτερὸς ὅρκος. Confirmatio per iuramentum, vt pote in re graui neceſſarium. Ζεὺς γενέθλιος ἀμφοτέροις, Nimirum Πελίᾳ καὶ Ἰάσονι. Nam Salmoneus & Cretheus genus ſuum ad Iouem referebant. Nam hi ex Aeolo, Aeolus ex Hellene, Hellen ex Ioue deſcenderunt. γενέθλιος etiam vocatur Iupiter, quòd illi curæ ſit poſteritatis conſeruatio.

συνθέσιν. Hactenus Peliæ verba, hæc poëtæ nunc ſunt. q.d. συνθήκην ταύτην πρὸς ἑαυτοὺς ἐπαινέσαντες διεχωρίσθησαν: Dixit κρίθεν, Bœot. & Aeol. & neglecto augm. pro ἐκρίθησαν. Aor. 1. paſſ. ἐκρίθην.

αὐτὰρ Ἰάσων. Oraculo morem gerit Iaſon, & ad opus iniunctum ſe ſe accingit. q.d. δὴ ὁ Ἰάσων αὐτὸς αὐτίκα κήρυκας καλέσας, παρώξυνε τὸν ἐσόμενον πλοῦν δεικνῦσαι καὶ φανεροῦν πανταχοῦ.

παράφρασις.

ipſemet cœpit ſuos præcones excitare, vt futuram nauigationem per totam Græciam denuntiarent, & ſocios nauigationis vndiquaque conuocarent. Itaque mox venerunt tres Saturnij Iouis filij heroës fortiſſimi & robuſtiſſimi, pugnatores infatigabiles, videlicet Hercules quẽ ex Alcmena nigris ſupercilijs decora vxore Amphitryonis ſuſcepit. Caſtor & Pollux quos ex Lēda. Venerunt etiam duo viri altam comã gerentes Neptuni filij, qui

ἀντιστρ. κώλ. ιδ.

ὄρνυεν κάρυκας ἐόντα πλόον
φαινέμεν παντᾶ. τάχα δὲ Κρονίδα-
ο Ζηνὸς υἱοὶ τρεῖς ἀκαμαντομάχαι
ἦλθον, Αλκμήνας θ' ἑλικοβλεφάρου,
Λήδας τε. δοιοὶ δ' ὑψιχαῖται
ἀνέρες, ἐννοσίδα
γένος, αἰδεσθέντες ἀλκάν,
ἐκ τε Πύλου, καὶ ἀπ' ἄκρας Ταινάρου. τῶν μὲν κλέος

μετάφρασις.

*incitabat præcones ad denunciandum vbique nauigationem quæ eſſet. Mox igitur Saturnij Iouis filij tres infatigabiles pugnatores venerunt*, videlicet *& Alcmenæ nigra habentis ſupercilia, Ledæque: & duo altè comati viri concuſſoris* Neptuni *genus, reueriti fortitudinem* ſuam: *& ex Pylo, & ex ſupre-*

ἐσλὸν, Εὐφάμου τ' ἐκρεάνθη
σόν τε Περικλύμεν' εὐρυβία.
ἐξ Ἀπόλλωνος δὲ φορ-
μικτὰς ἀοιδᾶν πατὴρ
ἔμολεν εὐαίνητος Ὀρφεύς.

*na Tænaro. Horū quidem gloria summa cō-pleta est* videlicet *Euphemi, tuaq; Periclymene latè potens. Ex Apolline autem citharœdus carminum pater accessit bene laudatus Orpheus.*

veriti ne ignaui viderentur,& studiosè cauentes ne suæ fortitudini dedecus inurerentad hanc nauigationem se contulerunt, nimirum latè potens Periclymenus ex Pylo ,& Euphemus ex Tænaro Laconicæ promontorio , qui ex hac expeditione gloriæ complementum reportarunt. Venit etiam laudatissimus Orpheus, Apollinis filius, poëta & citharœdus longè præstantissimus.

ὄρνυεν. Neglecto augm.tempor.pro ὤρνυεν. κάρυκας Dor.pro κήρυκας. & in ἐόντα obseruanda enallage temporis præsentis pro futuro ἐσόμενον. & φαινέμεν Ion.& Dor. pro φαίνειν.

τάχα δὲ. Significato à præconibus per totam Græciam Iasonis instituto, veniūt præstantissimi Heroës, nimirum τρεῖς Κρονίδου Ζηνὸς υἱοὶ κατὰ τὴν μάχην ἀκοπίαστοι, καὶ ἐκ μὲν Ἀλκμήνης ὁ Ἡρακλῆς, ἐκ δὲ Λήδας, οἱ Διόσκουροι. Primus Iouis & Alcmenæ filius Hercules. Sed is ab Argonautis in Mysia relictus est, vel quia rei nauticæ imperitus erat,& remos omnes cōfringebat, vel quia mole sua nauim nimium grauabat. Orpheus ait casu relictum , quum Hylam quæreret in Arganto monte à Nymphis raptum Fatis autem prohibitum ne Colchos veniret. Sequuntur Castor & Pollux, Iouis & Ledæ filij.

Κρονίδαο Dor.pro Κρονίδου. ἀκαμαντομάχης dicitur ὁ ἀκάμαντος, seu ἀκάματος, ὁ μὴ κάμνων μαχητὴς, hoc est, ἐν μάχῃ ἀκοπίαστος. ἑλικοβλέφαρος est ὁ ἑλικὰ, τουτέστι μέλανα βλέφαρα ἔχων. quod epitheton per synecdochen, *pulchram* significat.

δοιοὶ δ'. Secundo loco Neptuni duos filios nominat, Euphemum & Periclymenum. q.d. δύο δ' ἄνδρες ὑψίκομοι, ἐκ Ποσειδῶνος ἔχοντες γένος, οὐκ ἀνάξια τῆς ἑαυτῶν αἰδοῦς λογισάμενοι ἦλθον, ὁ μὲν Περικλύμενος ἐκ Πύλου, ὁ δὲ Εὔφημος ἐκ Ταινάρου, ὧν μὲν δόξα τις ἀγαθὴ συνεστράφη κατὰ τοῦτον ἀπόπλουν. De Euphemo dictum in superioribus. Periclymenus filius fuit Chloridis & Nelei : proinde nepos Neptuni qui Nelei fuit pater. ὑψιχαίτης dicitur ὁ ὑψοῦ χαίτην ἔχων. Doricum est ἐννοσίδα pro comm. ἐννοσίδου. Deducitur hoc Neptuni epitheton ab ἐνόθω τὸ κινῶ, & nomine δᾶ pro γῆ. geminatur autem ν. metri causa.

ἄκρας. Hoc epitheton Tænaro tribuitur, quia fuit ἀκρωτήριον promontiorum Laconicæ. Εὐφάμου Dor.pro Εὐφήμου. Epitheton εὐρυβίας Neptuno tribuitur Od. 6. Olymp. quem locum vide.

ἐξ Ἀπόλλωνος. Tertio loco Orpheum nominat, quem dicit Apollinis filium, quanquam Oeagri semine prognatus est: sed vt reges ex Ioue dicuntur, propter dignitatem regiam, non quòd filij eius sint: ita Musici ex Apolline, quia Musices est princeps Apollo. vnde Hesiodus,

Ἐκ γάρ τοι Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ καὶ κιθαρισταί.

Asclepiades tamen asserit fuisse Apollinis filium,

Πίερες αἰνοπαθεῖς συγγενῆ ἀποτίσατε λώβαν.

Ορφεὺ' ἀποκτείναντες Ἀπόλλωνος φίλον υἱόν.
Orpheus hic hanc expeditionem conſcripſit.

φορμικτὰς. Dor. & poët.pro comm.φορμικτὴς,hoc eſt,κιθαρῳδὸς, ſeu κιθαριστής: à φορμίζω *citharam pulſo.* ἀοιδᾶν geniti. Dor. pro ἀοιδῶν. εὐαίνητος eſt poët. vocab, *bene laudatus.* Notiſſimum eſt laudatiſſimum fuiſſe poëtam & citharœdum.

παράφρασις.

Præterea Mercurius qui virgam auream geſtat, qua vel in Orcum ducit, vel inde educit animas, Echiona & Eurytum filios ætate florentes miſit ad laborem hunc inſuperabilem exantlandum. Inſuper Boreadæ qui in radicibus Pangæi montis Thraciæ ad Septentrionem habitant, celeriter aduenerunt. Etenim pater ipſorum Boreas rex ventorum, læto promptóque animo ocyus adornauit filios Zeten, & Calaim, viros qui-bus ambobus terga purpureis alis horrebant, quíque perniciſſimi erant. Verumenim-uero quod diuini illi heroes dulci nauis Argûs deſiderio quod quæuis perſuadet, ita flagrarent, hoc Iunonis inſtinctu accidebat, quę animos ipſorum accendebat;

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ'.

πέμπε δ' Ἑρμᾶς χρυσόρραπις
διδύμους
υἱοὺς ἐπ' ἄβυτον πόνον·
τὸν μὲν Ἐχίονα, κε-
χλαδόντας ἥβα, τὸν δ' Ἔρυτον.
ταχέως
δ' ἀμφὶ Παγγαίου θέμε-
θλα
ναιετάοντες ἔβαν. καὶ γὰρ ἑ-
κὼν
θυμῷ γελανεῖ θᾶσσον ἔν-
τυες βασιλεὺς ἀνέμων
Ζήταν, Κάλαΐν τε πατὴρ Βο-
ρέας,
ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα πε-
φρίκοντας ἄμφω πορφυρέ-
οις.
τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμι-
θέοι-
σιν πόθον ἔνδαιεν Ἥρα

μετάφρασις.

*Miſit autem Mercurius aureæ geſtator virgæ geminos filios ad inſuperabilem laborem, vnum quidem Echionem, alterum verò Erytum plenos pubertate. Statim autem circum Pangæi fundamenta habitantes venerunt. Etenim vltro animo hilari ocyus adornabat rex ventorum pater Boreas Zeten & Calaim, viros alis terga quatientes ambos purpureis, at omnia perſuadens dulce ſemideis deſiderium incendebat Iuno*

πέμπε δ' Ἑρμᾶς. Quarto loco nominantur Mercurij filij Echion & Eurytus. Hos autem ex Iſſa nympha ſuſcepit. πέμπε neglecto augmento pro ἔπεμπε. Ἑρμᾶς Dor.pro Ἑρμῆς cuius epitheton eſt χρυσόρραπις, & geminato ρ, χρυσόρραπις, ὁ χρυσῆν ῥαπίδα, τουτέστι ῥάβδον ἔχων. Apollonius Eryton vocat:idque hoc loco. metri ratio vult, non Εὔρυτον, ſed Ἔρυτον legi.

κεχλαδόντας ἥβα. Exponit Schol. πλήθοντας ἥβα: rectè exponi mihi videretur θάλλοντας, εὐθαλοῦντας, χλοάζοντας. κεχλαδὼν enim participium Aor.2. act. per reduplicationam formati. κέχλαδον pro ἔχλαδον, fit à χλάζω fortè per ſyncopen formato, pro χλοάζω à nomine χλόη. *herba virens.* Schmidius ducit à verbo κεχλάδω.formato à præt. medio κέχλαδα verbi χλαδάω ſeu χληδάω, *luxurior, floreo, vegetus ſum,* ſicuti paulò pòſt πεφρίκοντας à πεφρίκω, deducto à πέφρικα.

præt.medio verbi φείτλω: ſed dicitur χλιδάω non χληδάω. Notandum participium pluralis interponi duobus proprijs, Alcmanis more, veluti Κάστωρ τε πώλων ταχέων δματῆρες ἱππόται σοφοὶ, καὶ Πολυδεύκης κυδνός. & apud Homerum, Ἠχ ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον, ἠδὲ Σκάμανδρος, vide Nem.10.Ep. 3. noſtram annot. in Κάστορες &c.

ταχέως δ' ἀμφὶ. Quinto loco duos Boreæ filios recenſet montis Pangæi vicinos: οἱ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος οἰκοῦντες. Puto θέμεθλα vocari nunc fundamenta montis, *hoc eſt*, radices, imámque partem, cui totus mons tanquam fundamento incumbit, & ὑπωρεία dicitur vulgo. Huius regionis incolæ, Βορεάδαι nuncupabantur à Græcis.

κελαινεῖ. Vide Olymp. 5. quid ſit κελαινής. & vnde, ἔντυεν Neglecto augmento tempor, pro ἐώντυεν ab ἐντύω reiecto ν. pro ἐντυνω deriuato ἀπὸ τῶν ἐντέων, & ſignificante hoc loco τὸ εὐτρεπίζω, ὁπλίζω. Rex ventorum Boreas dicitur, quia validiſſimus eſt: & pater, ratione Zetę & Calais filiorum eius ex Orythia, vt videre eſt lib.1. Argo. Apollon. Rhodij verſu 212. & ſequentibus. Ζήτης à ζα τὸ ἄγαν, & ἄω τὸ πνέω: quaſi Ζαήτης: & Κάλαϊς quaſi καλῶς ἄων hoc eſt πνέων.

ἄνδρας πτεροῖς. Quidam alatos fingunt Boreadas propter pedum pernicitatem: vnde *pedibus alas addere*, pro *accelerare*. Poëta noſter his alas affingit dorſo: ſed pedum plantis Apollonius Argon.1.v.219.

Τὼ μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισι ποδῶν ἑκάτερθεν ἐρεμνὰς
Σεῖον ἀειρομένω πτέρυγας.

& Orpheus in Argon.v.219.

Οἳ δὴ καὶ ταρσοῖσιν ὑπ' οὐατίοις πεπότηντο.

πεφρίκοντας. Hoc eſt, φρίσσοντας. Verbum πεφρίκω eſt poëticum & formatur à præter.medio πέφρικα, vel actiuo πέφριχα mutato χ in κ. Ionicè.

τὰν δὲ παμπειθῆ. Hæc eſt cauſa impellens, Iuno, quæ heroum animos inſtigat. q.d. τὴν δὲ γλυκεῖαν ἐπιθυμίαν τῆς Ἀργοῦς ἡ Ἥρα τοῖς ἥρωσιν ἐνέβαλλε. Deſiderium autem omnia perſuadens dicitur, quia quæ quis cupit, ſperat, quod ſperat ratum eſſe iubet, & fœliciter ceſſurum eſſe credit. παμπειθής, hoc eſt, πάντα πείθων. Porrò ἔνδαιεν negl.augm. pro ἐνέδαιεν hoc eſt ἐπέκαιε. Iunonis autem inſtinctu iſta fieri docent & alij Argonaut. ſcriptores.

παράφρασις.

nequis relinqueretur domi apud matrem, vbi ab omni periculo ſemotus, annos inglorios exigeret: ſed quiuis fortitudine eximius, ſuæ virtutis ſpecimen ederet, noménque glorioſum cum alijs coętaneis compararet, vt parta

στροφὴ θ. κώλ. ιδ.

ναὸς Ἀργοῦς, μή τινα λειπόμενον
τὸν δ' ἀκίνδυνον παρὰ ματρὶ μένειν
αἰῶνα πέσσοντ'. ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ
φάρμακον κάλλιστον ἑᾶς ἀρετᾶς

μετάφρασις.

*nauis Argûs, ne quis relictus periculi expers apud matrem maneret æuũ coquens: ſed & in morte remedium pulcherrimum ſuæ virtutis cum alijs*

nominis apud posteros immortalitate, illa tãquam præstãtissimo aduers⁹mortis extinctionem remedio se solaretur. Postquam autem flos heroum Iolci fuit congregatus, ad naualem hanc expeditionem suscipiendam, Iason laudata ipsorum alacritate & diligentia, omnes numerauit. Tum Mopsus ariolus conspectis auibus, proiectísque talis augurari & vaticinari solitus, vbi ex his comperisset fœlicem faustámque fore nauigationem, exercitum alacer nauim conscendere iussit. Postea anchoris super nauis rostrum appensis,

ἄλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.
ἐς δ᾽ Ἰωλκὸν ἐπεὶ
κατέβα ναυτᾶν ἄωτος,
λέξατο πάντας ἐπαινήσαις Ἰάσων. καί ῥά οἱ
μάντις ὀρνίχεσσι, καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς
Μόψος ἄμβασε στρατὸν
πρόφρων. ἐπεὶ δ᾽ ἐμβόλου
κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν,

*coætaneis inueniret. In Iolcum autem postquam descenderunt nautarum flos, numerauit omnes Iason, postquam laudasset. Et quidem vates auibus & sortibus sacris vaticinans Mopsus prompto animo conscendere fecit exercitum. Postquam autem super rostrum anchoras appenderunt,*

ναὸς Ἀργοῦς. Hæc cohærent cum superioribus. Nauis hæc, vt vult Cicero in Tuscul. nomen habet ab Argiuis principibus qui eam conscenderunt: & quia Iuno colebatur Argis, rectè dicitur illa heroum animos illius desiderio inflammare, & ad fortia facta instigare.

μή τινα. Sic reddenda hæc phrasis, ὥστε μηδένα λειπόμενον, ἐν ἀσφαλείᾳ παρὰ μητρὶ μένοντα, διαιτᾶσθαι ἀδόξως τὸν αἰῶνα, ἀλλὰ τὴν μετ᾽ ταῦτα εὐδοξίαν κάλλιστον ἐπὶ τῷ θανάτῳ φάρμακον ἰδίας ἀρετῆς σὺν τοῖς ἄλλοις ὁμήλιξιν εὑρέσθαι. Sciebant veteres Ethnici sibi moriendum esse, ideóque viri inter illos virtute insignes, rebus præclarè gestis nominis immòrtalitatem capessebant, illiúsque æternæ gloriæ spe sese aduersus mortem solabantur. Sic Pelops prima Olymp. Oda. Epod. 3. θανεῖν δ᾽ οἷσιν ἀνάγκα, τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων καλῶν ἄμμορος; Quod illic dicit γῆρας ἕψειν. Hîc αἰῶνα πέσσειν, eâdem metaphora à rebus quæ coctione conficiuntur.

φάρμακον κάλλιστον. Intellige τὴν εὔκλειαν, ἢ εὐδοξίαν, quæ ἐπὶ τῷ θανάτῳ παραμυθίαν suggerit. Ita Lacedæmonij qui sciebant aliquando esse moriendum vnicuique, sese solabantur, si gloriosè pro patria vita spoliarentur in bello. Expone inuenire in mortem remedium virtutis: nimirum εὐδοξίαν, quæ dolorem mortis tollit. Si cupis catalogum Argonautarum habere, consule Orpheum & Apollonium Rhodium qui scripserunt Argonautica. Nam decem tantùm à poëta nostro recensentur: at longè plures fuerunt..

ἐς δ᾽ Ἰωλκόν. Priùs indicata est conuocatio: nunc indicatur congregationis locus, nimirum Iolcus Thessaliæ oppidum in Pelagisco sinu ad radices Ossæ montis. Deinde ostenditur vt eos recensuit addita laude Iason, qui hoc munere ducis fungitur, cuius est milites recensere, ordine collocare. Sic autẽ prosa reddas hanc sententiam, ἐπειδὴ δὲ ἐς τὴν Ἰωλκὸν κατῆλθε τὸ τῶν ναυτῶν ἀπάνθισμα, ὁ Ἰάσων αὐτοὺς ἐπαινέσας, κατέλεξε πάντας. Doricè scribitur κατέβα pro κατέβη. hoc est κατῆλθε. Annotat hoc loco Scholiastes poëtam verbo κατεβαίνειν

frequenter vti pro παραγγυέσθαι.

λέξατο. Metri cauſa negligitur augmentum, παρὰ τὸ λέγομαι, quod hîc ſumitur poëticè pro compoſito καταλέγω vel ἀριθμέω *numero, recenſeo*. Deinde ἐπαινήσαις Aeol. ſcribitur pro ἐπαινήσας.

καί ῥά οἱ. Quia veteres nihil inauſpicato aggrediebantur, ante omnia conſulitur vates Mopſus, qui ductis ſortibus comperit ſecundam fore nauigationem. Duo proponit vaticinandi genera vnum ex auium inſpectione, alterum ex talorum iactu. Etenim tali ſolebant eſſe ſacris ſuper menſis, quibus iactis vaticinabantur: veluti ſi me iaciente hoc prodeat, hoc fiet, ſin minùs, non fiet. ὀρνίχεσσι poët. dat. pro ὄρνιξι & κλάροισι Dor. & poët. pro κλήροις. Huic additur epitheton ἱεροῖς quia ſacri erant tali, & ſacra in menſa ducebantur ſortes.

ἄμβασε. Dor. & poët. pro ἄμβησε: & hoc per ſyncopen pro ἀνέβησε: ab ἀναβαίνω, quod hîc ſumitur pro ἀναβιβάζω *conſcendere facio*. Sæpe etiam ſimplex βαίνω tranſitiuè ſumitur apud poëtas, pro ἀναβιβάζω, vt Iliad. α. ἐς δ' ἑκατόμβην βῆσε θεῷ: & ἐκ δ' ἑκατόμβην βῆσαν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι.

Μόψος. Is dicitur πρόφρων, hoc eſt, πρόθυμος, εὔθυμος. Vnicum vatem nominat: ſed ab alijs alij duo proponuntur, Idmon Abantis filius, & Amphiaraus Oiclei. Mopſus autem dicitur Ambycis filius. Porrò ſic explicanda mihi videtur hæc ſententia. καὶ δὴ ὁ μάντις Μόψος ὄρνιξι καὶ κλήροις ἱεροῖς μαντευόμενος, τῷ Ἰάσονι ἐνεβίβασε τὸν στρατόν.

ἐπεὶ δ'. Hoc eſt, ἐπειδὴ ἐκ τοῦ ἐμβόλου ἄνωθεν τὰς ἀγκύρας ἐκρέμασαν, ἀποπλεῖν λοιπὸν μέλλοντες. Vſitatiſſimum eſt quòd qui littore ſoluunt nauigaturi, trahunt anchoras, & ex naui ſuſpendunt.

ἐμβόλου. Embolum intellige lignum cui nautæ ſoluentes alligant anchoras. Obſeruat autem Scholiaſtes Pindarum de ſuo anchoras dicere. Tum temporis enim non anchoris, ſed lapidibus vtebantur, teſte Apollonio.

παράφρασις.

Iaſon Argonautarum dux in puppi collocatus, phialam auream manibus ſumens, Iouem qui fulmine ceu haſta vel enſe vtitur, & Deorum cœleſtium eſt pater, & celeriter meantes vndarum ac ventorum impetus inuocauit: præterea noctes, mariſq; vias, lætóſque dies, vt non ſolum fœliciter ire, ſed etiam redire proſperè liceret. Tum Iupiter exauditis precibus, læuũ intonans, & radijs ſplẽ-

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ'.

χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιά-
λαν
ἀρχὸς ἐν πρύμνᾳ, πατέρ' Οὐ-
ρανιδᾶν
ἐγχεικέραυνον Ζῆνα, καὶ ὠκυ-
πόρους
κυμάτων ῥιπὰς, ἀνέμων τ' ἐ-
κάλει,
νύκτας τε, καὶ πόντου κελεύ-
θους,
ἄματά τ' εὔφρονα, καὶ
φιλίαν νόστοιο μοῖραν.

μετάφρασις.

*aurеam manibus ſumens phialã dux in puppi, patrem cœlitum fulmen pro enſe habentem Iouem, & celeriter meantes fluctuum impetus, ventorúmque inuocabat, noctéſque & maris vias, diéſque lætificos, & optabilem reditus ſortem. E nubibus verò ei viciſſim ſonuit tonitrui*

didi

didi fulguris erumpentibus locum illuftrans, fignificauit fe fauftum iter annuere. Sed heroes incerti quid hoc fibi vellet, quafi confiftere iubenti parendum effet, conftituerant aliquandiu refpirare.

ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀϋ-
τεῦσε βροντᾶς αἴσιον
φθέγμα, λαμπραὶ δ' ἦλθον ἀκ-
τῖ-
νες στεροπᾶς ἀπορηγνύμεναι.
ἄμπνοαν δ' ἥρωες ἔ-
στασαν Θεοῦ σάμασι
πειθόμενοι. κάρυξε δ' αὐτοῖς

*faufta vox, fplendidique venerunt radij ex fulgure erumpentes. Refpirationem autem heroes conftituerant, Dei fignis perfuafi: fed praconio imperauit ipfis*

χεῦσιαν. Antequam foluat Iafon ab Ioue principium facit, à quo fœlix iter & profperum reditum pofcit. Solebant veteres σπένδειν οἶνον in honorem illius Dei cuius opem implorabant. De phiala vide initio Odæ feptimę Olymp.

πατέρ' Οὐρανιδᾶν. Dicitur ab Homero Iupiter πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε. Οὐρανιδᾶν eft genit. Dor. pro οὐρανιδῶν. οὐρανίδαι *cœlites, Dij cœleftes*. Epitheton ἐγχεικέραυνος. vide Olymp. Od.13. Quod autem Iupiter inuocatur maritimo in negocio, potiùs quàm Neptunus, ita excufat Scholiaftes ex his Arati verbis rationem ducens,

μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες.

Quicquid autem profperam nauigationem præbet, illud inuocat Iafon, fcilicet fluctus, ventos, qui fi fint fecundi, dies, noctéfque lætas dant, viáfque faciles fternunt ad eundum, & redeundum. ἄματα Dor. pro ἤματα: & εὔφρονα metonymicè.

ἐκ νεφέων δὲ. Signum fauoris, & precum exauditarum Iupiter dat heroibus edendo tonitru, cui φθέγμα καταχρηστικῶς attribuit, quia fragore fuo, ac fi loqueretur, promittit, vt ita dicam, aliquid. οἱ dixit pro αὐτῷ. ἀϋτεῦσε. Dor. pro ἀϋτῆσε. Aor. I. verbi ἀϋτεύω, τὸ ἀντιβοάω, ἀντικτυπέω, ἀντιφωνῶ, ἀντηχῶ, *clamore, voce, ftrepitu, fono alicui refpondeo*: Sic explicari poteft fententia, ἐκ νεφῶν δ' ἀμειβόμενος ὁ Ζεὺς ἐβρόντησε, σύμβολον αἴσιος ὁδοῦ διδούς. Vide αὔω fimplex in lexicis: & hîc dialyfin in ἀΰω obferua. στεροπᾶς Dor. pro στεροπῆς.

ἄμπνοαν δὲ. Heroes incerti quid fignificaret Iupiter, ftatuũt aliquandiu refpirare. Sed vates aufpicatum monens effe nauigandi fignum, facit vt foluant. Sic profa hæc reddas: οἱ δὲ ἥρωες ἀναπνεύσαντες, ἔστησαν τοῖς τοῦ Διὸς σημείοις πειθόμενοι. vocem ἄμπνοα, vide 8 Olymp.

περιφράσεις. ἐπῳδ. κῶλ. ιδ. μεταφράσεις.

Sed Mopfus vates prodigiorum fpeculator fuo preconio imperauit vt remis incumbe-

ἐμβαλεῖν κώπαισι τερασκόπος,
ἀ-
δείας ἐνίπτων ἐλπίδας.

*incumbere remis prodigiorum fpeculator, latas fubindicans fpes.*

berent, ſpem ſecundæ nauigationis faciens. Nec mora, Argonautarum animos inceſſit inexplebile ſtudiũ remos validis manibus agendi. Ac primùm ad Euxini, quondam Axini dicti ponti oſtia Noti flatibus impulſi venerunt. Atque in eo loco ſanctum Neptuni marini delubrum condiderunt: & ſuper lata ara lapidea diuinitus facta, excerptos aliquot boues nigros; ex maxima parte flauo taurorum Thraciorum agmine, Deo immolauit. Cúmque in periculum ingens ſeſe tendere obſeruarent, illi nauium præſidi ſupplicarunt;

εἰρεσία δ' ὑπεχώ-
ρησε βαχειᾶν ἐκ παλαμᾶν ἄ-
κορος.
σὺν Νότου δ' αὔραις ἐπ' Ἀξεί-
νου στόμα πεμπόμενοι ἤλυθον·
ἔν-
θ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἕσ-
σαντ' εἰναλίου τέμενος.
Φοίνισσα δ' Θρηϊκίων ἀγέλα
ταύρων ὑπᾶρχεν, καὶ θεό-
κτιστον λίθινον βωμοῖο θέ-
ναρ.
ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμε-
νοι,
δεσπόταν λίσσοντο ναῶν,

*Remigatio autem receſsit aſperis ex manibus inſatiabilis, & cum Noti flatibus ad Axeni* ponti *os miſsi venerunt: vbi ſanctum Neptuni marini delubrum condiderũt. Flauum autem Thraciorũ agmen taurorũ aderat, & diuinitus ædificata ſaxea aræ ſuperficies lata. In periculũ autem profundũ tẽdentes, dominũ orabant nauium,*

ἐμβαλεῖν. Cohæret cum præcedenti κάρυξε δ' αὐτοῖς, q.d. ἀνεκήρυξε δ' αὐτοῖς ὁ μάντις σπουδαιότερον ἐρέττειν, ἡ δείας ὑπεμφαίνων ἐλπίδας. Mopſus τερασκόπος vocatur ἀπὸ τοῦ τέρας σκοπεῖν, & per ſyncopen, pro τερατοσκόπος.

εἰρεσία δ'. Confirmati vaticinio Mopſi heroës manum remis promptè & fortiter admouent. q. d. ἡ δ' κωπηλασία ἐχώρει ἐκ τ' ἰσχυρῶν χειρῶν τ' Ἀργοναυτῶν, ἄκορος οὖσα. Vel οἱ δ' ἄγαν πρόθυμοι ἐχρῶντο κατὰ τὴν εἰρεσίαν. Dixit βαχειᾶν παλαμᾶν Dor. pro βραχειῶν παλαμῶν. ἄκορος poët. pro ἀκόρητος. σὺν νότου. Ex Iolco primùm veniunt in pontum Euxinum, quem ἄξεινον appellat eo quòd inhoſpitalis eſſet. Teſtatur Strabo primitus illud mare nauigationi non patuiſſe, proinde appellatum ἄξενον propter tempeſtates & hyemes, & propter accolarum immanitatem, maximè Scytharum, hoſpites immolare ſolitorum, & humanis veſci carnibus, & pro pateris caluarias vſurpare. Tandem cùm Iones in littore vrbes condidiſſent, Euxinum, hoc eſt, hoſpitalem & benignum, vocarunt. Strab. l. 7. Plin. l. 6. c. 1. Vide & Toxarin Luciani ſub initium.

ἔνθ' ἁγνόν. In Euxino ponto delubrum ſtatuunt Neptuno, eíque Thracenſes boues immolant ſuper ara quam ibi diuinitus conditam inuenerunt. Et hic eſt ſenſus. ἔνθα δ' εἰναλίου Ποσειδῶνος ἁγνὸν τέμενος καθίδρυσαν, καὶ προκαθιερωμένον εὑρόντες βωμὸν, καὶ ἀγέλην Θρηϊκίων ταύρων τὴν χροιὰν πυῤῥῶν ἱερούργησαν τῷ Θεῷ.

ἕσσαντο. Aor. 1. med. 3. plur. ab ἕω quod aliquando ſignificat καθίζω, καθιδρύω. vt hac Oda, ἐπὶ χώρας αὖθις ἕσσαι, *in ſedem rurſus collocare.*

φοίνισσα δ'. Quia flauus erat color maximæ partis taurorum, ideo φοίνισσαν ἀγέλην dicit à potiore parte. Nec id obſtat quominus nigros boues ſelegerint, quales Neptuno ſacrificari ſolebant: qua de re dictum in hæc verba ταύρων ἀγρὸν Epod. 3. Od. 13. Olymp.

καὶ θεόκτιστον, hoc eſt, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκτισμένον. vbi ἀπὸ κοινοῦ repete ὑπᾶρχεν. & obſerua βωμοῖο θέναρ dici metaphoricè ſumpta tranſlatione à palma manus. Nam

χειρῶν θέναρ est τὸ πλάτος seu τὸ πλατύ. Et vt θέναρ est τὸ κοίλωμα τῆς χειρὸς δεχόμενον τὰ ληπτὰ, sic quũ tribuitur aræ, est κοίλωμα βωμοῦ τὸ ὑποδεχόμενον τὰ θύματα. Fit θέναρ à θείνω, τὸ κόπτω *percutio*: fortè quia ea parte manus ad percutiendum vtimur.

ἐς δὲ κίνδυνον. Hoc est, εἰς δὲ μέγαν κίνδυνον ἐμπίπτοντες τὴν νεῶν διαπόρτην καὶ φοβερὸν καθικέτευον τῶν συνδρομάδων πετρῶν τὴν ἀκαταμάχητον κίνησιν ἐκφυγεῖν. Proponitur causa impellens ad sacrificium, nempe periculum imminens.

παράφρασις.

vt cyanearum petrarum, siue Symplegadum concurrẽtium motum insuperabilem euitarent. Quæ duæ erant, ob eúmque motum viuæ videbantur, cùm velociùs voluerentur quàm grauem strepitum edentium ventorum agmina. Sed illa semideorum heroum nauigatio mortis occasionem eis præbuit, quatenus immobiles factæ sunt, & Orpheo citharam pulsante substiterunt. Postmodum per Phasim Eurotę fluuium ad Colchos ascenderunt, ipsíque robore præditi cum populo illo aspectu terribili apud Aeeten ipsum conuersati sunt. Interea Venus in Cypro nata, velocissimorum telorum, scilicet amorum domina, versicolorem motacillam cœlitus demissam, & indissolubili rotæ quatuor radios habenti alligatam,

στροφὴ ι. κῶλ. ιδ.

συνδρόμων κινηθμὸν ἀμαιμάκετον
ἐκφυγεῖν πετρᾶν. δίδυμαι γὰρ ἔσαν
ζωαί, κυλινδέσκοντό τε κραιπνότεραι
ἢ βαρυγδούπων ἀνέμων στίχες. ἀλλ'
ἤδη τελευτὰν κεῖνος αὐταῖς
ἡμιθέων πλόος ἄγαγεν. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐνήλυθον, ἔνθα κελαινώπεσσι Κόλχοισιν βίαν
μῖξαν Αἰήτᾳ παρ' αὐτῷ.
πότνια δ' ὠκυτάτων βελέων
ποικίλαν ἴυγγα τετράκναμον Οὐλυμπόθεν
ἐν ἀλύτῳ ζεύξαισα κύκλῳ,

μετάφρασις.

*concurrentium motum insuperabilem vt effugerent petrarum: bina enim erant viuæ, voluebantur autem velociores, quàm grauiter stridentium ventorum agmina. Sed iam mortem ipsis illa semideorum nauigatio attulit. Phasin autem postea ingreßi sunt: vbi terribilibus aspectu Colchis robur* suum *miscuerunt, apud ipsum Aeeten. Domina autẽ velocißimorum telorũ versicolorem motacillã, è cœlo quum alligaßet rotæ quatuor radiorum indißolubili,*

συνδρόμων πετρᾶν. Cyaneas petras intelligit, quæ & Συμπληγάδες vocantur à συμπλήσσειν *collidere*. Nam concurrere inter se fabulosè tradebantur, quum paruo discretæ interuallo, ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur, paulúmq; deflexa acie, coëuntium speciem præbebant. Plinius l. 4. c. 13. Strabo l. 1. Idémque l. 7. testatur Cyaneas duas esse exiguas insulas, quarum vna in Europam, altera in Asiam vergit: súntque Euripo disiunctæ stadijs circiter viginti. πλαγκταὶ vocantur ab Homero, qui eas in Siculo mari collocat, cùm sint in Euxino vnde Odyss. μ.

Ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, προτὶ δ' αὐτὰς
Κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος Ἀμφιτρίτης.

Πλαγκτὰς δή τοι τάς γε Θεοὶ μάκαρες καλέουσι.

κινηθμὸς poëticum eſt vocabulum pro κίνησις, & πέτραν genit. Dor. pro πετρῶν.

δίδυμοι ϗ.Prodigioſum eſt quod viuas illas petras appellat Pindarus, ſed eſt poëtica fictio, cui occaſionem putatitius ille perrarum motus dedit, ob quem ζῶα, hoc eſt, ζῶσαι videntur. ζωὸς viuus.

κυλινδέσκοντο: Poët. & Ion. pro ἐκυλίνδοντο. à verbo paſſiuo κυλίνδομαι, cuius commune imperfectum ἐκυλινδόμην & Ion. ac poët. κυλινδεσκόμην: & act. κυλίνδεσκον, à κυλίνδω. Sic autem hanc phraſin proſa reddas, ἐπεκυλίοντο ὁ ἀλλήλαις αἱ πέτραι ταχύτερον, ἤπερ αἱ τῶν ἠχητικῶν ἀνέμων πνοαί.

ἀλλ' ἤδη. Euentum periculi oſtendit. q.d. ἀλλ' ἤδη ὁ τῶν Αργοναυτῶν πλοῦς θάνατον αὐταῖς ἐπήγαγεν. Quia viuas petras dixerat, quia moueri videbantur, nunc mortuas dicit, quia immotæ conſiſtunt. Iuno Herodium heroibus mittit, qui per petras primùm tranſuolat illæſus, niſi extrema cauda amiſſa: hinc augurium ſequuntur, & illæſi tranſeunt. Orpheus præterea ſaxa illa demulcet cithara & immota reddit: vnde canit ipſe,

Αὐτὰρ ἐγὼ μολπῇσι παρήπαφον ἡμετέρῃσι
Πέτρας ἠλιβάτους, αἳ δ' ἀλλήλων ἀπόεργυσαν·
Κῦμα δ' ἀνερρόχθησε, βυθὸς δ' ὑπόεικαθε νηΐ,
Ημετέρη πίνυσος κιθάρη διὰ θέσκελον αὐδάν.

Ες φᾶσιν ϗ.Quò peruenerint vitato periculo. Phaſis eſt fluuius Eurotæ ex Armenia ortum habens, iuxta quem eiuſdem nominis vrbs: Colchorum emporium Stra.l.11. Schol. duos fluuios eiuſdem nominis facit, vnum in Scythia Aſiatica, alterum in Europa ad Mœotidem paludem.

ἔνθα. Hoc eſt, ὅπου παρ' Αἰήτῃ αὐτῷ ἐκεῖνοι βιαιοὶ καὶ ἰσχυροὶ ἄνδρες τοῖς τὴν ὄψιν καταπληκτικοῖς Κόλχοις συνεμίχθησαν καὶ ὡμίλουν. Dixit κελαινώπεσσι pro κελαινώψι Datiuo plur. à recto ſingul. κελαινώψ, ὁ κελαινὸν ἤγουν μέλανα, τουτέστι καταπληκτικὸν ὦπα ἔχων.

πότνια δ'. Oſtendit quomodo Medea ad Iaſonis amorem ſit pellecta, idque factum docet per incantamenta, quæ vocat ἴυγγα. Iyngem aiunt fuiſſe filiam Echûs, quæ quum philtris Iouem incitaſſet ad Iûs amorem, à Iunone irata verſa eſt in auem, qua mulieres in amatorijs veneficijs vti ſolent. Hoc loco hæc auis ita deſcribitur à Scholiaſte, maculoſis plumis, oblongo collo, lingua admodum protenſa, frequenter ſeſe vertens, ceruicem volutans ſuam, quam veneficæ incantamentis amatorijs accommodant, rotæ cuipiam alligantes, quam ſua cantantes carmina circumuoluunt. Vide Chiliad. Adag. in hæc *Iynge trahor*. Item *Iyngem habet*. ἴυγγα *motacillam* vertunt, quia caudam aſſiduò mouet.

τετράκναμον. Hic eſt Datiuus τετρακνάμονι à τετρακνάμων, ονος, idem ac τετράκναμος, de quo 2. antiſt. 2. Pyth. Quando τετρακνάμονι legunt, referunt ad κύκλῳ ſequens, hoc eſt τρόχῳ. Eſt enim rota quatuor radijs inſtructa, qui κνῆμαι appellantur. Quãdo legunt τετράκναμον, referũt ad ἴυγγα & metaphoricè τὰς πτέρυγας καὶ τοὺς πόδας appellant κνήμας, κατὰ τὸ ἀνάλογον. Nõ enim ſimpliciter rotæ 4. radios habenti illigatur, ſed ſuperiore in parte alę, in inferiore pedes radijs rotæ alligantur.

κύκλῳ. Rotam appellat κύκλον propter orbicularem figuram. ὠκύτατα βέλη τοὺς ἔρωτας appellat. & ὀλυμπόθεν ſumit pro οὐρανόθεν. Sic autem proſa hæc exponas, ἡ δὲ δέσποινα τῶν ἐρώτων ἀφροδίτη τὴν ποικίλην τῇ τειχώσει ἴυγγα τοῦ οὐρανοῦ ἐξαγαγοῦσα, καὶ ἐν ἀλύτῳ τροχῷ ὑποζευχθεῖσαν καταγαγοῦσα συνέπεμψε τῷ Ἰάσονι.

παράφρασις.

auem quæ in furorem amatorium adigit, prima ad homines detulit, cum eáque ſapientem Aeſonis filium Iaſonem in peragendo negocio adiuuit. Quinetiam docuit incantationes quarum ope Dijs ſupplicando obtineret, vt relicta parentibus debita reuerentia Medea peregrino adiungeretur, & viri amore inflammata, Græciæ deſiderio flagraret, potentíque perſuaſione, tanquam acri flagello adducta, ſeſe ad nauigationem cum Argonautis obeundam compararet. Sic comparata philtris & incantationibus Medea commonſtrauit Iaſoni quo pacto demandatos à patre Aeeta labores ſuperaret & perficeret. Tum præparauit permixta oleo veneficia, eíque illinenda dedit, quibus graues dolores propulſaret. Et mutuo amore capti dulces inter ſe nuptias pacti ſunt.

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ.

μαινάδ᾽ ὄρνιν Κυπρογένεια φέρεν
πρῶτον ἀνθρώποισι. λιτάς τ᾽ ἐπαοι-
δὰς ἐκδιδάσκησεν σοφὸν Αἰσονίδαν.
ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοι-
τ᾽ αἰδῶ, ποθεινὰ δ᾽ Ἑλλὰς αὐτὰν
ἐν φρεσὶ καιομέναν
δονέοι μάστιγι πειθοῦς·
καὶ τάχα πείρατ᾽ ἀέ-
θλων δείκνυε πατρωΐων.
σὺν δ᾽ ἐλαίῳ φαρμακώσαισ᾽ ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν,
δῶκε χρίεσθαι. καταί-
νησάν τε κοινὸν γάμον
γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι.

μετάφρασις.

*furioſam auem Cypris attulit primùm hominibus: ſupplicatricéſque incantationes docuit ſapientem Aeſoniden, vt Medeæ eximeret reuerentiam erga parentes, deſiderabilíſque Græcia ipſam in pectore ardentem verſaret flagello perſuaſionis: Et mox exitus certaminũ oſtẽdit paternorum. Cum oleo enim vbi miſcuiſſet remedia aduerſus duros dolores, dedit vt vngeretur. Pactíque ſunt communes nuptias dulces inter ſe iungere.*

ὄρνιν μαινάδα. Sic motacillam appellat ab effectu, hoc eſt, οὐ μαινομένην αὐτὴν, ἀλλὰ μαίνεσθαι ἄλλους ποιοῦσαν. Dixit φέρεν neglecto augm. pro ἔφερεν. Sic alijs verbis proſa loquaris, ὄρνιν μαίνεσθαι ποιοῦσαν ἀνθρώποις πρώτη ἤνεγκεν ἀφροδίτη.

λιτάς τ᾽. Hoc eſt, τὰς λιτανευτικὰς ἐπαοιδὰς ἐδίδαξε τὸν σοφὸν Αἴσονος υἱόν. Ergo ἐπῳδὰς vocat λιτὰς à λίσσεσθαι, τὸ λιτανεύειν καὶ καθικετεύειν, quia ijs vtebantur ad impetrandum quippiam à Dijs quibus ſupplicabant. Vide Od. 6. Olymp. λιταῖς θυσίαις. Αἰσονίδαν Dor. pro Αἰσονίδην, hoc eſt, Ἰάσονα.

ὄφρα. Finis ob quem Venus iyngem miſit & incantationes docuit Iaſonem.

q. d. ἵνα ἡ Μηδεία πρὸς τοὺς γονεῖς ἀναιδὴς γενομένη, καταλίποι μὲν αὐτοὺς, προσθεῖτο δὲ τῷ ξένῳ: καὶ αὐτὴ τῷ ἔρωτι κατὰ τὴν φρένα καιομένη ποθεινὴ γένοιτο Ἑλλὰς, καὶ ὁ πόθος αὐτῆς παρασκευάζοι συναπάρει τοῖς Ἀργοναύταις. Flagellum Suadelæ tribuit, Quoniam vt flagello, ſic perſuaſione quiſpiam ad aliquid adigitur.

καὶ τάχα. Amatorio adducta pharmaco Medea docet Iaſonem quo pacto ſuperare poſſet propoſitos ab Aeeta labores. q. d. καὶ ταχέως ἡ Μηδεία τῷ Ἰάσονι ὑπετίθετο καθ' ὃν τρόπον τελοίη τοὺς ἀέθλους, οὓς ὁ πατὴρ Αἰήτης ἔμελλεν ἐπιτάττειν. Sume πείρατα poët. pro πέρατα hoc eſt τέλη.

ἀέθλων. Hoc eſt πόνων: dicit πατρῴων, non quòd à patre ferrentur, ſed iniungerentur.

σὺν δ' ἐλαίῳ. Hoc eſt, φάρμακα δ' ἐλαίῳ μίξασα τῷ Ἰάσονι ἔδωκεν εἰς ἀλέξησιν ἰσχυρῶν ὀδυνῶν. Verbum φαρμακόω eſt poëticum pro φάρμακα μιγνύω. ἀντίτομα, Hoc eſt τὰ ἀντίδοτα ſeu ἀλεξιφάρμακα. Ἀντίτομος igitur, ſeu ἀντίτομον ſignificat ἀντίπαλον, ἐναντίον: & componitur ex ἀντὶ & τέμνω, vbi poëta videtur rationem habere ῥιζοτόμων, qui radicibus ſectis & contuſis morbos abigebant, vt Patroclus apud Homerum, ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρὴν χερσὶ διατρίψας. Huc reſpexiſſe videtur Eurip. in Alceſtide v. 972 quum ait φάρμακα πολυπόνοις ἀντιτεμὼν βροτοῖσι.

κατάνευσάν τε. Hoc eſt συνέθεντό τε ποιῆσαι κοινὸν γάμον γλυκύν. κατάνευσαν poët. pro κατένευσαν. à κατανεύω quod eſt *collaudo, comprobo, conſentio, de communi ſententia paciſcor.*

παράφρασις.

Itaque Aeetes primum Iaſoni propoſiturus laborem, ipſe durum aratrum ex adamante conflatum, ſolus in medium adduxit, firmitérque collocauit: itē boues aratro iungendos, & iugo ſummittendos, qui ardentem ore & naribus ignem ſpirabant, æneíſque vngulis, pedes alternatim mouendo, terram proſcindebant. Tum boues agens ſtimulo, ſulcos rectos duxit, & ad vnius orgyæ profunditatem fidit dorſum terræ, quæ dum aratro verſatur, glebas in altum mittit. Quod fecit Aeetes vt ad ſui imitationem pro-

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

ἀλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντινον
ἐν
μέσσοις ἄροτρον σκίμψα-
το,
καὶ βόας οἳ φλόγ' ἀπὸ
πνεῖον γενύων καιομένοιο πυ-
ρὸς,
χαλκέαις δ' ὁπλαῖς ἀράσ-
σε-
σκον χθόν' ἀμειβόμενοι, τοὺς ἀ-
γαγὼν
ζεύγλᾳ πέλασσε μοῦνος.
ὀρ-
θὰς δ' αὔλακας ἐντανύ-
σαις
ἤλαυν'. ἀναβωλακίας δ' ὀρ-
γυι-

μετάφρασις.

*Quum igitur Aeetes adamantinum in medijs aratrum firmaſſet, & boues qui flammam ardentis ignis è malis efflabant, æreiſque vngulis proſcindebāt tellurem, alternatim pedibus inſiſtentes, eos adductos admouit iugo ſolus, rectóſque ſulcos extendens agebat. Findebat autem terræ dorſum glebas attollentis* ad profunditatem *orgyæ: dixítque ita; Hoc opus rex qui præeſt*

uocaret Iasonem : ideóque sic loquutus est; Quum rex qui Argoni naui præest, laborem huiusmodi mihi absoluerit, pro præmio reportabit incorruptibile stragulum,

αἴ χ' ἔρξε νῶτον γᾶς. ἔειπεν δ' ὧδε, τοῦτ' ἔργον βασιλεὺς
ὅστις ἄρχει ναὸς, ἐμοὶ τελέσαις,
ἄφθιτον στρωμνὰν ἀγέσθω,

*huic naui, mihi quum perfecerit, immortale stragulum reportet,*

ἀλλ' ὅτ'. Aeetes Iasoni labores proponit : quorum primus est adamantinum aratrum cum spirantibus ignem bobus. ἄροτρον vocat ἀδαμάντινον, vel quia erat ἰσχυρὸν, vel quia reuera ex adamante erat conflatum. σκίμψατο, hoc est, ἐστήριξε seu κατέθηκε.

οἳ φλόγ' ἀπό. Dicit poëta boues istos ignẽ spirare ἀπὸ γενύων, vnde ab Apollonio Rhodio dicuntur στόματι φλόγα φυσιόωντες. Et Scholiastes ait hos boues vrere solitos eos qui accederent, cùm ἐκ τῶν μυκτήρων ignem effunderent. Fortè Sophoclem sequutus qui de his bobus sic loquitur, ἐκπνέουσι πνευμάτων ἄπο, φλέγει δὲ μυκτήρ. Eosdem Antimachus in Lyda vocat ἡφαιστοτεύκτοις. Erant autem duo, iíque χαλκόποδες: vnde Apollonius Rhod. Δύω πεδίον τὸ Ἀρήϊον ἀμφινέμονται Ταῦροι χαλκόποδες. Et Pindarus χαλκαῖς ὁπλαῖς ijs tribuit. Sophoc. χαλκοσκελεῖς vocat. Porrò ξανθᾶν legitur in alijs codicibus, & γενύων: sed hunc locum, cùm Schmidio lego sine illa voce ξανθᾶν quæ abundat in hoc colo, & pro γενύων πνέον: in sequenti colo lego πνεῖον γενύων, cum eodem, atque ita metro satisfit. κειομένοιο Ion. pro κειομένου. & ἀράσσεσκον Ion. imperf. pro ἤρασσον, ab ἀράσσω.

ἀμειβόμενοι. Hoc est, ἐπιστρεφόμενοι, καὶ κατὰ τὴν πορείαν προβαίνοντες, καὶ τοὺς πόδας ἐναλλάσσοντες κατὰ τὴν πορείαν. Dixit τοὺς artic. præposit. pro subiunct. οὓς. & ζεύγλᾳ Dor. pro ζεύγλῃ. πέλασσε negl. augm. & gemin. σ. metri causa pro ἐπέλασε. Aor. 1. verbi πελάζω.

Αὔλακας. Sic appellat τὰς εὐθείας τοῦ ἀρότρου τομάς: fit αὖλαξ à nomine, αὐλὸς *tibia*. Nam sic vocatur quicquid in longitudinem est protensum.

ἀναβωλακίας δέ. Hoc est ἔσχιζε δὲ τὸ νῶτον τῆς γῆς ἐπὶ μέτρον ὀργυιᾶς κατὰ τὸ βάθος, τῶν βώλων ἄνω τεμνομένων. Porrò ἀναβωλακία γῆ dicitur ἡ ἐν τμήσει τὰς βώλους ἄνω τέμνουσα.

τοῦτ' ἔργον. Hoc est, ὁ βασιλεὺς ὁ τῆς ναὸς ἄρχων, τοῦτο τῆς γεωργίας ἔργον ἐμοὶ τελειώσας, τὴν ἄφθαρτον στρωμνὴν ἀφαιρείσθω τὸ κάλλιστον ὂν τῷ χρυσῷ μαλλῷ κώδιον. Itaque facto primi laboris periculo Aeetes Iasonem ad sui imitationem prouocat, de qua vide Ouid. 7. Metam. Cum labore, præmium etiam proponit, vellus aureum, quod ἄφθιτον vocat ob incorruptibilem auri naturam.

παρέφρασις. στροφὴ ια. κῶλ. ιδ'. μετάφρασις.

nimirum vellus illud, quod villis aureis tanquam aurea fimbria præfulget.

κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.
ὡς ἄρ' αὐδάσαντος, ἀπὸ κρόκεον

*vellus splendidum aurea fimbria. Sic loquuto Aeeta Iason ab-*

Tunc Iason audita Æetæ oratione, vestem croceo colore splendentem abiecit, & diuino fretus auxilio Veneris nempe, vel amoris, aut Iouis, aggressus est opus oblatum, cœpitque terram arare. Nec eum turbabat ignis ille quem æreis pedibus boues efflabant, siquidem munitus erat præsidio præceptorum Medeæ hospitæ omnis veneficiorum generis peritæ, quæ præceperat vt à tergo spirāante aura duceret aratrū, & sulcos ab eodem principio semper inchoaret. Itaque cū aratro tracto iugū ceruicibus boū imposuisset, eósque loris non sponte parētes vinxisset, molesto aculeo fortia ipsorum latera pungens vehementer, Iason imperatam operis mensuram elaborauit, & exegit. Quod conspicatus Æetes, & viri robur ingens miratus, ingemuit quidem, sed dolorem compressa voce intus inhibuit.

ῥίψας Ἰάσων εἷμα, Θεῷ πίσυνος
εἴχετ' ἔργου. πῦρ δέ νιν οὐκ αἰόλλει
παμφαρμάκου ξείνας ἐφετμαῖς.
σπασάμενος δ' ἄροτρον
βοέοις δήσαις ἀνάγκας
ἔντεσιν αὐχένας. ἐμβάλλων τ' ἐριπλεύρῳ φυᾷ
κέντρον αἰανὲς βιατὰς
ἐξεπόνησ' ἐπιτακτὸν ἀνὴρ
μέτρον. ἴυξεν δ' ἀφωνήτῳ περ ἔμπας ἄχει
δυνάσιν Αἰήτας ἀγασθείς.

*iecto croceo vestimento, Deo fretus aggrediebatur opus. Ignis autem ipsum non turbabat ob præcepta hospitæ veneficæ omnimodæ. Quúmque extraxisset aratrum bubulis religauit necessitatis armis colla: immittén'sque lateribus natura ingentibus stimulum grauem, violentus absoluit imperatum vir spatium. Ingemuit tamen tacito dolore Aeetes robur admiratus.*

κῶας. Sic Apollon. 1. Argon. χρύσειον κῶας dicit. ἀγλάεν Dor. pro ἀγλῆεν. θύσανοι χρύσεον dicit τὸ εἶρος *lanā*, velleríſque villos qui fimbrias quodammodo referunt. Hæc autem cum superioribus cohærent. κῶας appellat στρωμνὴν quia veteres sibi dormituris pelles substernebant.

ὣς ἄρ'. Hoc est Αἰήτου οὕτως εἰπόντος, ἀπορρίψας ὁ Ἰάσων τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, πεποιθὼς τῇ ἀφροδίτῃ εἴχετο τοῦ ἔργου τοῦ ἀροτριᾶν. Αὐδάσαντος Dor. pro αὐδήσαντος. & ἀπὸ κρόκεον ῥίψαις, per tmesin pro ἀπορρίψας. Porrò κρόκεον appellat τὸ εἷμα, vel κροκοβαφὲς *croceo colore tinctum*, vel ὑφαντὸν *intextum, textile*, παρὰ τὴν κρόκην *à trama, seu subtegmine*.

Θεῷ. Videlicet vel ἔρωτι, vel ἀφροδίτῃ, vel Διΐ. vt inquit Schol.

πῦρ δέ νιν. Hoc est, τὸ δὲ πῦρ αὐτὸν οὐκ ἐτάρασσε, ταῖς τῆς Μηδείας ξένης πάντων φαρμάκων ἐμπείρου ἐντολαῖς πεισθέντα. Quid præceperit Iasoni Medea ne spiritu boum igneo læderetur, id non meminit poëta: sed huiusmodi est historia. Iussit Medea ne boues aduersus venti flatum ageret, ne retroacta ignis flamma offenderetur, sed ignei boum flatus ad anteriora raperentur. Præterea vt peracto vno sulcorum ordine, alium ab eodem initio ordiretur, nec agricolarum more redeundo araret.

αἰόλλει negl. augm. pro ᾐόλλει ab αἰολλέω poët. & Attic. pro comm. αἰόλλω poët. τὸ κινέω, seu ταράσσω. αἰόλλησις & κίνησις idem. Homerus vsurpat hac significatione verbum αἰόλλω, Αἰόλλει, μάλα δ' ὦκα λιλαίεται ὀπτηθῆναι. παμφάρμακος, hoc est, πάντων φαρμάκων ἔμπειρος.

σπασάμενος.

ἀποσάμενος. Depoſita veſte opus aggreditur, ceruices boum loris vincit, eóſque ſtimulis ad arandum adigit, & ſic præſcriptum opus abſoluit q. d. τὸ δ' ἄροτρον ἀποσάμενος ὁ Ἰάσων, ἔδησε τοῖς βοέοις λώροις, καὶ ταῖς τοῦ ζυγοῦ ἀνάγκαις τοὺς αὐχένας αὐτῶν. καὶ πλευροῖς φύσει ἰσχυροῖς κέντρον αἰνὸν βιαίως ἐμβαλὼν ἐπιτεταγμένον ἔργου μέτρον ἐξεπόνησε. Appellat autem βόεα ἔντεα, & lora, & iugum, quibus colla boum vinciuntur. Addit verò ἀνάγκας Dor. pro ἀνάγκης: quia neceſſitate quadam ad arandum adiguntur, nec id ſponte faciunt hæc animalia.

ἐριπλεύρῳ. Hoc eſt, ἐχούσῃ μεγάλα καὶ ἰσχυρὰ πλευρά. & κέντρον αἰανὲς dixit pro δεινὸν, αἰνὸν, χαλεπόν. Vox αἰανὴς iam occurrit prima Oda Pyth. alibi etiam βιατάς.

ἄϋξε. Eſt Aor. ἤϋξα verbi αὔω clamo, per dialyſin ἀΰω. vnde futur. αὔσω & Dor. αὔξω, Aor. ἤϋξα. ἀφώνητον ἄχος dicit τὴν λύπην καθ' ἣν οὐκ ἄν τις φωνὴν ἀφίῃ, ἀλλ' ἐνσταίη. Sic proſa loquaris, ἐστέναξε δ', ἀλλὰ λαθραίως κατὰ τὴν ψυχὴν ὁ Αἰήτης, τὴν τοῦ Ἰάσονος ῥώμην θαυμάσας.

δυνάσιν. Hoc eſt δύναμιν, ῥώμην. Poët. eſt δυνάσις: vt & apud Sophoclem in Antigone. Ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δυνάσις: *ſed fatalis quadam poteſtas*. Hæc vox occurrit. Od. 5. & 9. Pyth.

παράφρασις.

Argonautæ autem ſui ducis victoria læti, viro illi forti manus amicas porrexerunt, illum herbacea corona redimiuerunt, blādíſque verbis vt pote gratulantes proſequuti ſunt. Sed ilico Aeetes admirandus Solis filius Iaſoni indicauit vbi Phrixus extendiſſet vellus aureum arietis, quem Ioui Phyxio, quia eo per Helleſpontum vectus, nouercæ effugerat inſidias, cultro iugulatū immolarat. Illud autē vellus quod in præmiū prioris laboris exātlati promiſerat, nouo labore aſportandum propoſuit, quia virum hunc huic ſecundo labori ſperabat procul dubio ſuccubiturum. Siquidem erat petendum in denſa ſylua vbi cuſtodiebatur à peruigili dracone,

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ.

πρὸς δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα
φίλας
ὤρεγον χεῖρας. στεφάνοισί τέ
μιν
ποίας ἔρεπτον, μειλιχίοις τε λό-
γοις
ἀγαπάζοντ'. αὐτίκα δ' Ἀε-
λίου
θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμ-
πρὸν
ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκ-
τάνυσαν Φρίξου μάχαι-
ραι.
ἤλπετο δ' οὐκέτι οἱ
κεῖνόν γε πράξασθαι πό-
νον.
κεῖτο γὰρ λόχμᾳ, δράκον-
τος
δ' εἴχετο λαβροτάταν γε-
νύων,
ὃς πάχει μάκει τε πεν-

μετάφρασις.

*Socij autem forti viro amicas porrigebant manus, coroniſque herbæ ipſum tegebant, blandiſque ſermonibus comiter excipiebant. Statim autem Solis admirandus filius, vellus ſplendidum indicauit, vbi ipſum extenderant Phrixi gladij. Sperabat autem non amplius ab eo illum confectum iri laborem. Iacebat enim in ſaltu draconíſque detinebatur vehementiſſimis genis, qui latitudine, longitudinéque nauem quinquaginta remorum ſuper-*

atrocissimis genis horribili, qui longitudine & latitudine quinqueremem nauim ferri ictibus constructam superabat.

τηκόντορον ναῦν κράτει, τέλεσαν ἃ πληγαὶ σιδήρου.

*abat, quam confecerant ictus ferri.*

προς δ' ἕταροι. Narrat vt Iasonis socij ipsum salutarunt, & coronarunt, læti quòd periculosum hunc laborem superasset. q.d. οἱ δ' ἑταῖροι καρτερὸν ἄνδρα ἠσπάζοντο, καὶ τοῖς ἐκ ποίας στεφάνοις ἔστεφον, καὶ μειλιχίοις λόγοις ἐφιλοφρονοῦντο. Porrò πρὸς iungendum est cum καρτερὸν ἄνδρα.

στεφάνοισί τε. Coronabantur antiquitus victores vel gramine, vel folijs arborum, quia oportet virentem esse virtutem. ἔρεπτον negl. augm. pro ἤρεπτον, à verbo ἐρέπτω, quod hic significat κοσμέω, στέφω, καλύπτω. Aliàs significat propriè ἐσθίειν: & de brutis dicitur. vide Lexica.

Αὐτίκα δ'. Hoc est, εὐθέως δ' ὁ τοῦ Ἡλίου παῖς Αἰήτης, τὸ χρυσόμαλλον κῶας ὑπεδείκνυε τῷ Ἰάσονι, ἔνθα αὐτὸ ἐξέτειναν αἱ τοῦ Φρίξου μάχαιραι. Phrixus arietem, in quo nouercæ insidias effugerat, Ioui φυξίῳ. i. *fugæ authori* immolauit. At, inquit Schol. quidam dixerunt vellus illud aureum Marti à Phrixo dicatum. Illud extendisse dicitur gladijs Phrixus, quia cultris iugulatum arietē excoriauit, & pellem extensam consecrauit Deo.

Ἀελίου υἱός. Periphrasis Aeetæ, qui secundum Iasoni laborem proponit. Videlicet capiendum vellus aureum, quod à peruigili dracone custodiebatur. ἐκτάνυσαν negl. augm. pro ἐξετάνυσαν.

ἤλπετο δ'. Hoc est ἤλπιζε δ' ὅτι οὐκ ἂν κατταπράξαιτο πόνον ἐκεῖνον. Scopus Aeetæ erat vt difficilibus illis laboribus succumberet: & sic metuendum virum dolosè, non apertè ad vitandum odium perderet.

κεῖτο γάρ. Ratio est cur speraret laborem hunc ab Iasone non confectum iri, quia ingens & horrendus draco custos erat velleris: idque in saltu iacebat, ita vt draco hominem ex improuiso inuaderet, & necaret. λόχμᾳ Dor. pro λόχμῃ: éstque ellipsis τοῦ ἐν. Quam non habet citatus à Schol. Homeri versus, Ἔνθα δ' ἄρ' ἐν λόχμῃ πυκινῇ κατέκειτο μέγας σῦς. Est autem λόχμη, δάσος τῆς ὕλης, vnde citato versu, πυκινὴ dicitur.

δράκοντος δ'. Hoc est, κατείχετο δ' ὑπὸ τῶν δεινοτάτων τοῦ δράκοντος γενύων. Duabus de causis labor propositus erat difficilis: nimirum & quia vellus erat in saltu denso, & quia seruabatur ab horrendo dracone. Synecdoche autem latet in his, quum dicit vellus genis detineri: qualis est apud Nicandrum, quum de eo aduersus aquilam contendente canit, ἀντία δ' ἐχθρὴν Δήειν ἄγει γενύεσσι. Nam & Nicander synecdochicè intelligit, dentes, genas, os, capútque simul. λαβροτάταν est genit. plur. Dor. pro comm. λαβροτάτων.

ὃς πάχει. Hoc est, ὃς καὶ τὸ πάχος καὶ τὸ μῆκος μείζων ἦν τῆς πεντηκοντόρου ναός. Stupendus draco: cui similem vide apud Florum, quem Attil. Regulus ad Bagradam fluuium in Africa cum exercitu expugnauit: cuius exuuium 120 pedes continebat. Vide Gell. l. 6. c. 3. De hoc dracone vide Ouid. in Metam. Apollon. & Orpheum in Argon. μάκει Dor. pro comm. μήκει. & κράτει negl. augm. pro

ἐκράτει, hoc est, ἐνίκα. Nauim πεντηκόντορον intellige cum Thucydidis interprete, τὴν ὑπὸ πεντήκοντα ἐρεσσομένην. Schol. annotat quosdam velle draconem hunc tantæ fuisse magnitudinis, vt coniectus in nauim istiusmodi, eam ita impleret vt etiam aliquæ eius partes abundarent.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

μακρά μοι νεῖσθαι κατ᾽ ἀμαξιτόν. ὥ-
ρα γὰρ συνάπτει, καί τινα
οἶμον ἴσαμι βραχύν.
πολλοῖσι δ᾽ ἄγημαι σοφίας ἑτέροις.
κτεῖνε μὲν γλαυκῶπα τέχναις
ποικιλόνωτον ὄφιν ὦ ᾽ρκεσίλα.
κλέψεν τε Μήδειαν σὺν αὐ-
τᾷ, ταὶ Πελίαο φόνον.
ἔν τ᾽ Ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν,
πόντῳ τ᾽ ἐρυθρῷ, Λημνιᾶν
τ᾽ ἔθνει γυναικῶν ἀνδροφόνων.
ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδεί-
ξαντο κρίσιν ἐσθᾶτος ἀμφίς.

μετάφρασις.

*Longum mihi redire in plaustralem viam: hora enim vrget, & quandam viam noui compendiariam: multísque aliȷs dux sum sapientiæ* huius. *Interfecit* Iason *technis* ceſioculum *versicolore tergo draconem ô Arcesila. Clam igitur abduxit Medeam cum illa, Peliæ cædem. Et cum Oceani profundis commercium habuerunt, maríque rubro, Lemniarúmque gente mulierum homicidarum: vbi & membrorum certaminibus exhibuerunt specimen vestis gratia.*

παράφρασις.

Sed quid ago dum Iasonis historiam accuratè persequor? Si per latam illam viã, qua ab encomio Arcesilai ad Argonautarum expeditionem digressus sum, regredi vellem ad institutum: & vt fusiùs quæ illi Colchos eundo ibíque cõmorando: sic & quæ patriã repetendo fecerunt, narrarem, sanè iusto prolixius esset poëma: verùm vela contraham. Nam redeundi ad institutum vrget tẽpus. Et cur ego qui multa paucis noui dicere, & plerosque alios decentem sapientes breuitatem sectari doceo, eam quoque non obseruem? Draconem illum dorso maculosum, ô Arcesila, Lethæi gramine succi, verbísque placidos somnos facientibus Iason interemit. Cúmque aureo vellere, Medeam volentem & consentientem clam parentibus abduxit, quæ postea Peliæ mortis causa fuit. Per Oceanum autem & mare rubrum Argonautæ variȷs erroribus acti sunt. Quinetiam in Lemnum venerunt, vbi membrorum suorum roboris specimen ediderunt funebribus Thoantis in certaminibus, quorum præmium erat vestis: & cum Lemniadibus mulieribus, quæ maritos omnes, eorum graueolentia offensæ, occiderant, rem habuerunt.

μακρά μοι. Finis digressionis. & epanodos ad institutum, in qua etiam breuiter perstringit historiam redeũtium Argonautarum. Itaque antequam secundi laboris euentum proponat, sese per quandam epanorthosin ad Arcesilai institutum encomium reuocat: quod in paraphrasi declarabitur. Metaphorica autem est loquendi ratio, pro μακρὸς ἂν εἴη λόγος εἰ τὰ πάντα διηγεῖσθαι ἤθελον. νεῖσθαι contrahitur ex νέεσθαι. Infin. verbi νέομαι.

κατ᾽ ἀμαξιτόν. Hoc est κατὰ δημοσίαν καὶ λεωφόρον ὁδόν. Hanc Euripides appellat ἁμαξήρη τρίβον. Fieri videtur ἁμαξιτὸς ex ἅμαξα *currus, plaustrum*, & ἰτὸς ab εἶμι τὸ πορεύομαι, vt exponatur ὁδὸς δι᾽ ἧς αἱ ἅμαξαι πορεύονται καὶ ἄγονται. Est gene-

ris fœminei,& abſolutè vſurpatur ſubaudita voce ὁδὸς. Trita & lata via, per quam currus aguntur,hæc dicitur.

ὥρα γὰρ συνάπτει. Pindarica phraſis, pro καιρὸς γάρ με ἐπείγει, ὥστε πρὸς τ Ἀρκεσίλαον ἀναδραμεῖν.

καί τινα. Hoc eſt, καὶ οἶδα ὁδόν τινα βραχεῖαν, εἰς τὸ κτ τὰς ἐξηγήσεις διὰ βραχέων λέγειν. His verbis συντομίαν promittit,vbi opponuntur ἁμαξιτὸς & οἶμος,illa via lata prolixitatis,hæc anguſta ſemita breuitatis in dicendo.

ἄγημαι Dor. pro ἥγημαι. Poſt σοφίας ſubaudi ταύτης. q. d. κἀγὼ πολλοῖς ἄλλοις τῆς σοφίας ταύτης, δηλαδὴ περὶ τὸ συντόμως λέγειν, γέγονα καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος.

γλαυκῶπα accuſat.ſing.à recto γλαυκὼψ, ὁ γλαυκὸν ὦπα ἔχων. & ποικιλόνωτος, hoc eſt, ὁ πεποικιλμένον νῶτον ἔχων, *maculoſus*, *maculis varijs diſtinctus*, ὦ ῥκεσίλα, pro ὦ Ἀρκεσίλα metri cauſa ſicut ὦ'γαθέ, pro ὦ ἀγαθέ. Notanda apoſtrophe ad Arceſilaum. In qua συντομίας hæc ſunt capita. Primùm nex draconis,in quo abrupit orationem.

κλέψεν τε. Secundum, Medeæ abductio: quam volentem,& ad id faciendum fauentem & adiuuantem Iaſon abduxit clam Aeeta. Ideóque ratione patris & aliorum dixit ἔκλεψεν, ratione Medeæ, σὺν αὐτᾷ. Nam aliquando σὺν ſignificat μετ βοηθείας, vt σὺν Θεῷ, *Deo iuuante, annuente, volente*. Sic cum Schol. hæc verba rectè explicabimus, ὁ Ἰάσων λάθρα τοῦ Αἰήτου καὶ τ Κόλχων ἀπέκλεψε τὴν Μήδειαν ἑκοῦσαν.

ταὶ Πελιάο φόνον. Hoc eſt, τὴν τ Πελίαν φονεύσασαν. Et ſic metonymia eſt in φόνος. Poſt ταὶ Dor. pro τὴν, ſubaudi γενομένην. Πελίαο Dor. pro comm. Πελίου. Nonnulli legunt Πελιαοφόνον.

ἔν τ' Ὠκεανοῦ. Tertium, varij Argonautarum per Oceanum & mare rubrum errores. q. d. εἶτα ναυτιλλόμενοι προσεπέλασαν καὶ τῷ βαθεῖ Ὠκεανῷ, καὶ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Hac nauigarunt Argonautæ,quum ex Colchis fugerent, μίγεν Aeol.& neglecto augm.pro ἐμίγησαν.

Λημνιᾶν τ'. Hoc eſt, καὶ τῷ τ Λημνιῶν γυναικῶν τοὺς ἰδίους ἄνδρας φονευσασῶν ἔθνει ἐμίγησαν. Quartum, in Lemnum aduentus: vbi nacti ſunt mulieres quæ viros ſuos occiderant, vnde ἀνδροφόνοις vocat, quòd *viros*. i. *maritos* occidiſſent,& Λημνιᾶν Dor. pro comm. Λημνιῶν. Obſeruandum eſt poëtam hanc hiſtoriam inuerſo ordine narrare. Nam hæc non redeundo, ſed eundo accidêre teſte Orpheo,quam hiſtoriam habet Herodot. l.4. Verùm Pindarus vt ad generis Arceſilai principium redeat, præpoſterè hæc refert. Porrò quod ἀπὸ κοινοῦ fuit repetendum ἐμίγησαν, exponendum eſt vt prius προσεπέλασαν.

ἔνθα. Obiter circunſtantiam certaminum ab Argonautis in Lemno celebratorum attingit. De his dictum Od.4.Olymp.quare hunc locum cum illo confer. Sic autem hæc proſa reddas, ὅπου ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐπὶ τῷ Θόαντος θανάτῳ ἀγωνιζόμενοι περὶ ἐσθῆτος, τ μελῶν τ ἀνδρείαν ἐπεδείξαντο. Quidã pro occiſis maritis hæc certamina celebrata dicunt: alij in mortem Thoantis ab Hypſipyle filia inſtituta tradunt.

παράφρασις. | στροφὴ ιβ. κῶλ. ιδ. | μετάφρασις.

Qui siue interdiu siue noctu eum illis concubuerunt, tum temporis in peregrina illa terra, clari beatíque generis vestri fundamenta iecerunt, ô Arcesila, prout erat in fatis. Ibi enim inter ceteros Euphemus ex Malacha muliere Lemniaca Leucophanem suscepit, ex quo longa nepotum serie ortus est Battus progenitor tuus Cyrenes conditor. Argonautarum autem Lemniaca proles Lacedæmonem venit patres per Græciam quærens, & in ciuitatem recepta est, vnde processu temporis in Callistam postea Theram à Thera dictam, Thera duce migrarunt. Postea verò Apollo Libyam tuo generi dedit, quum ex hac insula Cyrenen migrandum Batto significauit, & prædixit fore vt diuina hæc vrbs, cuius tutelaris esset Nympha cognominis Cyrene aureo sedens in solio, Deorum beneficio honores consequeretur, & à viris

καὶ συνεύναθεν· καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς
πὲρ ἀρούραις τουτάκις ὑμετέρας
ἀκτῖνας ὄλβου δέξατο μοιρίδιον
ἆμαρ, ἢ νύκτες. τόθι γὰρ γένος Εὐφάμου φυτευθὲν, λοιπὸν αἰεὶ
τέλλετο, καὶ Λακεδαιμονίων μιχθέντες ἀνδρῶν
ἤθεσιν, ἔν ποτε Καλλίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ
νᾶσον. ἔνθεν δ' ὔμμι Λατοΐδας ἔπορεν Λιβύας πεδίον
σὺν Θεῶν τιμαῖς ὀφέλλειν, ἄστυ χρυσοθρόνου
διανέμειν θεῖον Κυράνας,

*Et concubuerunt cum fœminis. Tunc verò licèt in peregrinis aruis vestros radios fœlicitatis suscepit fatalis dies, vel noctes. Ibi enim genus Euphemi satum, deinceps semper oriebatur, & Lacedæmoniorum virorum permixti sedibus, successu temporis migrarunt in insulam Callistam. Inde vobis Latoides dedit Libyæ campum cum Deorum honoribus augere vrbem diuinam aureo throno insidentis Cyrenes gubernare,*

καὶ συνεύναθεν. Dicitur Aeol. & Bœot. pro συνευνάσθησαν 3. perf. plur. Aor. 1. pass. συνευνάζομαι, *concumbo, vnà dormio*. Act. συνευνάζω *consopio*, σύνευνος, *maritus* vel *vxor*. vt Od. 1. Olymp. Post συνεύναθεν subaudiendum ταῖς γυναιξί. Argonautas cum Lemniadibus rem habuisse testatur Orpheus, quos vix tandem sua cithara ad nauem iterum compulit. vide etiam Apollon. Rhod.

καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς. Ex hoc Lemniadum cum heroibus hisce congressu duci generis Arcesilai originem docet. q. d. καὶ τηνικαῦτα, καίπερ ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ, ὑμετέρου γένους λαμπροῦ καὶ ὀλβίου ἡ καταβολὴ γέγονεν ἐν ἡμέρᾳ, ἢ ἐν νυκτὶ, κατὰ τὴν μοῖραν. Lemnū aliena vocat arua, quia heroes illi Græci erant, Lemnus autem peregrina terra. τουτάκις, & τουτάκι quod in superioribus occurrit, idem sunt, hoc sequente consona, illud sequente vocali vsurpatur.

ἀκτῖνας. Intellige λαμπηδόνας, translato vocabulo à sole, aliísque splendidis astris. ἆμαρ μοιρίδιον dicitur, quia in fatis erat vt inde generis originem ducerent Arcesilai maiores. Dixit poëta ἆμαρ, ἢ νύκτες, quia incertum est vtrum interdiu, an verò noctu Argonautæ congressi sint cum Lemniadibus.

τόδι γαῖ. Hoc eſt, ἐκεῖ γὰρ τὸ γένος Εὐφήμου πεφυτευμένον, τὸ λοιπὸν ἀεὶ ἐγίνετο. Euphemus, vt refert Schol. ex Malache Lemniaca muliere ſuſcepit Leucophanem: hinc Ariſtoteles, qui & Battus, progenitor Arceſilai. Hic dubium oritur, cur ſolius Euphemi meminerit, ſiquidem plerique omnes rem habuerunt cum Lemniadibus. Id ita ſoluit Didymus inquiens, ex hoc Euphemo, alterum Euphemum eſſe ortum, qui cum Batto Cyrenen condidit, quem aliquis propter homonymiam, illum eſſe coniiceret. Fuerunt autem plures Euphemi: primus Mecionices, & Neptuni filius: ſecundus Sami filius, primi Euphemi nepos: tertius, qui cum Batto Cyrenen condidit: quartus qui Arceſilai tempore vixit, quem ad colligendos milites externos, & decertanda Pythia rex miſit.

καὶ Λακεδαιμονίων. Qui Argonautis ex Lemniadibus nati ſunt, cùm patres aliquando quærerent, relicta Lemno Lacedæmonem venerunt. Lacedæmoniorum ἤθεα intellige *ſedes*, ſiue *ſolum*. In quibus cùm aliquandiu habitaſſent, coloniam in Calliſtam duce Théra deduxerunt, à quo Calliſta cognominata eſt Thera.

ἔν ποτε. Sic legendum putat Chæris: ideo τὸ ἐν ſumetur pro ἐς vel εἰς. Et ſi credendum eſt Caninio Grammatico, Cretenſi dialecto vſurpatur ἐν pro ἐς, mutato ς in ν, ſicuti & Aeoles in participio præt. perf. σ mutant in ν. vt pro εἰρηκὰς dicunt εἰρήκων, aliáque id genus. Euſtath. in aduerb. ἐνταῦθα, dicit Dorienſes ſolitos eſſe præpoſitionem ἐν ſæpe ponere cum accuſatiuo. Od. 2. huius libri ἐν ita conſtructum bis reperitur. Hoc loco ſunt qui legendum putent αὖ ποτε per apocopen Doricam pro ἀνά. Sed ſeruandum eſt ἐν Aeolica & Cretenſi dialecto ſumptum. Et ſic reddenda erunt, καὶ εἰς τὴν Καλλίστην ποτε χρόνῳ ἀπῴκησαν.

ἔνθεν. Nimirum ἐκ τῆς Θήρας. Nam ſic ordine ſedium mutatio procedit, ex Lemno Lacedæmonem, Lacedæmone in Calliſtam, ex Calliſta Cyrenen migrarunt. Battus autem oraculi monitu Cyrenen migrauit, vt videre eſt huius Odæ initio.

Λιβύας πεδίον. Quod in genere vocat Λιβύας πεδίον, ſtatim reſtringit ad Κυράνας ἄστυ. Cyrenes vrbem appellat περιφραστικῶς Κυρήνην. Cyrenen Nympham facit poëta, ac tutelarem Deam vrbi cognominem. Hæc vrbs commendatur à fauore diuino quem nacta eſt. Sic autem reddi perſpicuè poteſt hæc ſententia. ἐκ δὲ τῆς Καλλίστης τὸ σὸν γένος Ἀρκεσίλα ὁ Ἀπόλλων μαντείαις δέδωκε τὸ τῆς Λιβύας πεδίον τιμαῖς σὺν θεῷ αὔξειν, καὶ θεῖον ἄστυ Κυρήνην διοικεῖν τοῖς συνετὴν γνώμην εὑροῦσι.

| περίφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιδ΄. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| conſultis ac prudentibus adminiſtraretur: è quorum numero vnus es cenſendus, qui | ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις. γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν. | *recti conſultricem prudentiam adeptis. Cognoſce nunc Oedipi* |

eri sis & sapienti ingenio. Qualis cùm sis, nunc audi quæso quid mihi ænigmate velim, illúdque Oedipodiæ, qua polles sapientia, solue. Magna quercus peracuta securi ramis spoliata, & sic admirabili forma turpiter priuata, quum prostrata cecidederit, quanquam fructum ferre desinit, fert tamen de seipsa sententiam, se nimirum aliquem vsum præbere posse, quumhyberno tempore in ignem vltimum ad calefaciendum conijcitur: aut derelicto loco in quo nata erat, grauem laborem alienis in muris & ædibus sustinet, ad fulciendum posita cum erectis in principis alicuius palatio columnis. Sic Demophilus vir magnus, patrijs sedibus pulsus, suísque à te priuatus honoribus, quanquam est Thebis profugus, & nunc patriæ inutilis: nihilominus hac sua in fortuna satis ostendit quàm forti sit animo, quum alieno in solo, alióque sub principe viuens, peregrinæ reipublicæ cum alijs eius columnis est vtilis. Satis euidens argumentum quanti esset in patria vsus, si solo natali denuo insereretur.

εἰ γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
ἐξερείψαι κεν μεγάλας δρυὸς, αἰσχύνοι δέ οἱ θαητὸν εἶδος,
φθινόκαρπος ἐοῖσα διδοῖ ψᾶφον περ' αὐτᾶς,
εἴ ποτε χειμέριον
πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον·
ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι
δεσποσύναισιν ἐρειδομένα,
μόχθον ἄλλοις ἀμφέπει
δύστανον ἐν τείχεσιν,
ἑὸν ἐρημώσαισα χῶρον.

*sapientiam. Si enim quisquam ramos magnæ quercus acuta securi prosterneret, fœdarétque eius admirandam formam, etiam desinens esse fructifera, daret tamen sententiam de seipsa, si quando ad hybernum ignem veniret vltimum: aut cum erectis columnis domus principis alicuius ad fulciendũ posita, laborẽ grauẽ alienis sustineret in muris, suũ postquã locũ desertũ reliquisset.*

ὀρθοβούλον. Hoc est, ὀρθαῖς βουλαῖς παρέχουσαν. Ista cum superioribus cohærent, finémque imponunt longæ illi in Argonautas digressioni, qua laudare voluit Arcesilaum, vt pote ex heroibus illis oriundum.

γνῶθι νῦν. Iam se accingit Pindarus ad intercessionem pro Demophilo exule. Cùm enim quidam seditionem aduersus Arcesilaum excitassent, eum regno pellere cupientes: rex superior factus in fugam adegit omnes, quos inter Demophilus etiam erat, qui Thebas profugit, & Pindarum dato munere rogauit, vt Arcesilaum erga se placaret sui facta mentione in epinicio. Id facit Pindarus: & proposita Demophili bonitate & innocentia, dicit dignum esse qui patrijs sedibus restituatur. Exordium autem ducit ab ænigmatica insinuatione, qua in regis animum irrepit, Demophilum à candore commendans. Aenigmatis autem declarationem, & accommodationem pete ex paraphrasi. Sententiam hanc prosa sic efferas, σύνες νῦν τὸ αἴνιγμά μου κατὰ τὴν τοῦ Οἰδίποδος σοφίαν. Oedipi sapientia est ingenij vis & solertia, ad interpretandam obscuriorem sententiam. Nam solus Oedipus sphingis ænigma soluere potuit. Quum autem Arcesilao ænigma proponit, innuere videtur virum illum esse solertem, & acri ingenio, ac sapientem. Οἰδιπόδα Dor. pro comm. Οἰδίποδος. à recto Οἰδιπόδας pro Οἰδιπόδης. Declinatur etiam, vt passim videre est apud authores, Οἰδίπους, οδος, & Οἴδιπος, ου.

εἰ γάρ τις ὄζους. Aenigma quo Demophilum commendat. Vt enim quercus

cuicunque addicatur vſui, ſui roboris præbet argumentum : ſic vir fortis & ſapiens ſuæ virtutis, quamcunque fortunam experiatur: ſicuti & nunc Demophilus, qui licèt ſolo patrio ſit pulſus, æquo animo fert exilium. Poetæ verba ſic reddas, εἰ γάρ τις μεγάλης δρυὸς κλάδους ἐκκόψει ὀξέως τέμνοντι πελέκει, καὶ καταισχυνεῖ αὐτῆς τὸ θαυμαστὸν εἶδος τῇ τῶν ἀκρεμόνων περικοπῇ, ὅμως καὶ καρποφορεῖν ἀδυνατοῦσα ψῆφον δίδωσι περὶ αὐτῆς, ὅτι δύναται εἴς τι χρησιμεύειν, ὅταν κατὰ τὸν χειμῶνα πῦρ ἔσχατον γένηται, ἢ χῶρον ἴδιον ἐν ᾧ ἐπέφυτο ἔρημον λιποῦσα, δεινῶς κάμνῃ ἐν ἀλλοτρίοις τείχεσι, σὺν ὀρθαῖς κίοσιν οἴκου δεσποτικοῦ εἰς ἔρεισμα τεθειμένη.

ὀξύτομος. Eſt ὁ τέμνων ὀξέως. ἐξερείψαι 3.perſ. ſing. Aor. 1. act. optat. modi à verbo ἐξερείπω, τὸ καταβάλλω *proſterno*: ſimplex eſt ἐρείπω, vnde ἐρείπιον *ruina*. φθινόκαρπος hoc eſt φθίνων τῇ καρποφορίᾳ, καρποφορεῖν ἀδυνατῶν, καρπὸν οὐκέτι φέρων. à verbo φθίνω, & καρπός. περ' pro περί. κιόνεσσι Ion. & poët. dat. pro κίοσι : δεσποσύναισιν Ion. & poët. pro δεσποσύναις. Eſt autem δεσπόσυνος poët. pro δεσποτικός. Poëta vocat δεσποσύνας κίονας *Dominicas columnas*, quæ erectæ ſunt in principis alicuius palatio. ἑόν pro ὄν hoc eſt ἴδιον.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

ἐντὶ δ' ἰατὴρ ἐπικαιρότα-
τος
Παιάν τέ σοὶ τιμᾷ φάος.
χρὴ μαλακὰν χέρα προσ-
βάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφι-
πολεῖν.
" ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖ-
" σαι καὶ φαυροτέροις· ἀλλ' ἐπὶ
" χώ-
" ρας αὖθις ἕσσαι, δυσπαλὲς
" δὴ γίνεται ἐξαπίνας,
" εἰ μὴ Θεὸς ἁγεμόνεσσι κυ-
" βερ-
" νατὴρ γένηται. τὶν δὲ τού-
των ἐξυφαίνονται χάριτες.
τλᾶθι τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ
Κυρά-
νας θέμεν σπουδὰν ἅπασαν.

μετάφρασις.

*Tu verò es medicus opportuniſſimus, Pæanque tibi honorat vitã. Oportet* igitur *mollem manum admouentem, os vulneris tractare, facile equidem vrbem concutere etiam imbecillioribus, ſed in ſede rurſum collocare, difficile ſanè eſt repentè, niſi Deus principibus gubernator fuerit. Tibi verò harum rerum cõtexuntur gratiæ: ſuſtine fœlicem erga Cyrenen impendere ſtudium omne.*

παράφρασις.

Exilij tædium huius animo dolorificum vulnus infligit, & medico à quo curetur opus habet. Tu autem medicus es medendi opportunitatis peritiſſimus. Quare cùm arte hac te decorarit Apollo, par eſt vt tu qui ſolus huic ægro ſubuenire potes, benignã huic vlceri manum admoueas, ídque ad cicatricem perducas, ſcilicet Demophilum in patriã reuoces. Facile equidem eſt etiam imbecillioribus ciuibus ciuitatem perturbare, ſicut vſuuenit illis qui tuam remp. concuſſerunt, & quos expuliſti. Sed turbatam ciuitatem priſtinæ tranquillitati reſtituere, etiam præpotentibus principibus eſt difficile, niſi prudentiam impertiẽdo regat illos Deus. Tibi autem Arceſilae Deus gratificatur hanc virtutem, nimirum prudentiam & ſapientiam; qua reſarcire poſſis captum à repub. tua detrimentum, videlicet exules patriæ reddendo. Quare ſuſtine omnem animi tui curam & ſtudium erga fœlicem Cyrenen nunc impendere, quæ ſuorum ciuium abſentium deſiderio tenetur.

ἐντὶ δ' ἰατήρ. In allegoria cœpta perſeuerat, & Demophili exilium, morbum

bum appellat, Arcefilaum penes quem ius erat Demophilum reuocandi in patriam, medicum, ídque ἐπικαιρότατον, qui probè norit medendi opportunitatem: ac proinde quem deceat Demophilum reddere patriæ. Inter medici virtutes præcipuas hæc cenfenda eft, vt fit ἐπικαιρότατος, intelligat quo tempore admouenda fint remedia, Nam καιρὸς ὀξὺς *occafio praceps*. tefte Hippocrate. 1. Aphor. fiquidem corpus noftrum à fuo ftatu fubitò mutatur, præfertim in acutis morbis, quorum cùm celer fit motus, momentanea etiam eft medendi occafio, captúque difficilis, qua elapfa, fit vel ad mortem, vel faltem ad deterius inclinatio.

Παιάν τέ σοι. Hoc eft, καὶ ὁ Ἀπόλλων σοὶ τιμήσας τὴν ζωὴν, εἰς τοῦτο δύναμιν παρέχεται. In his elegans eft dicti confirmatio, Apollo tibi medicinam indulfit, ergo medicus es peridoneus. Proinde προσήκει σε πραεῖαν ἐπιφέροντα τὴν χεῖρα θεραπεύειν τὴν τοῦ ἕλκους βῶσιν. Hoc eft oportet te clementia vti more bonorum medicorum, qui vlceribus ἤπια φάρμακα afpergunt, lenéfque manus admouent. Sic decentem Principes clementiam, huic Cyrenes regi commendat. μαλακὰν Doricè pro μαλακήν. & βώμαν Doricè pro βώμην hoc eft βώμην *foramen*. βώμη enim fit à τορέω, τρῶ. Fut. τορέσω, & fyncope βώσω. Metaphoricum eft ἀμφιπολεῖν, ductum ab ijs qui circum verfantur ad miniftrandum.

ῥᾴδιον μὲν γάρ. Hoc eft, τὸ μὲν γὰρ διασεῖσαι πόλιν, καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις ῥᾴδιόν ἐστιν· ἀλλὰ διασεισθεῖσαν πόλιν ἐπὶ χώρας καταστῆσαι δύσκολόν ἐστιν, ἐὰν μὴ Θεὸς ἡγῆται τοῖς δυναστεύουσι, εἰς τὸ αὐτὸ τὸ πρῶτον ἀγαγεῖν κατάστημα. Hìc τὸ μὲν γὰρ, non expono per *enim*: fed per *equidem*. Quia hæc gnome non videtur mihi præcedentium ἀπολογία: fed nouum argumentum, quo vtitur Pindarus ad exorandum Arcefilaum, vt componat ciuitatem quodammodo adhuc turbatam, ciuium, præcipuè verò Demophili abfentia. Antithefis obferuanda in his, quòd facile quidem eft vel imbecillioribus vrbem turbare, fed difficile vel potentibus principibus turbatam componere, nifi à Deo adiuuentur. Quod Arcefilao hac occafione dicit obuenire, quum addit, τὶν δὲ τούτων ἐξυφαίνονται χάριτες, hoc eft, σοὶ δὲ χαρίζονται οἱ Θεοὶ τὸ δύνασθαι τὴν πόλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποδοῦναι κατάστημα. Plenam horum declarationem ex paraphrafi petе. Vide hanc gnomen citatam in Chil. Erafm. in δύσκολα τὰ καλά.

φαυλοτέροις. Comparat. φαυλότερος fit à pofitiuo φαῦλος Dor. pro comm. φαῦλος. ἕσσαι Poët. pro comm. καθίδρυσαι, éftque infin. Aor. 1. verbi ἕω vel ἕζω fignificante καθίζω feu καθιδρύω *colloco*.

ἐξυφαίνονται. Metaphora fumpta à textoribus, pro παρασκευάζονται, κατασκευάζονται, γίνονται, ἐκτελοῦνται. τλᾶθι. Doricè pro τλῆθι. Imper. Aor. 2. ἔτλην verbi τλῆμι.

παράφρασις.

Porrò & hoc Homeri dictum perpendens in precio habe. Dixit ille bonum nuncium omni rei maximum honorem afferre, vnde causa quam agit magnum pondus habeat. Addo Musæ studium in texendo carmine quod fiat acceptius augeri, quum agitur de bona re nuncianda. Quod mihi nunc accidit, quoniam bonus ille sum nuncius, qui te hortor & rogo vt pro diuinitus accepta prudentia consulas bono tuæ reipub. quæ nonnullos ciues exilio mulctatos desiderat: in primis verò Demophilum, cuius virtutum merita poscunt, vt tibi conciliato redditum in patriam illi annuas. Cyrene vtique vniuersa, tuáque domus ô Batti soboles, nouit quàm iusta mente sit Demophilus. Ille quidem quanquam ætatis ratione inter iuuenes est censendus: mentis tamen ratione, vnde haurit senilia consilia, inter viros annosos, pérque multam experientiam sapientia auctos. Ea autem est sermonis modestia, vt lingua nusquam abutatur ad maledicentiam, nec tibi à quo eiectus est, neque tuis obtrectet. Agnita verò culpa, quòd motæ in te seditioni interfuisset, suo periculo iniuriosum odisse didicit,

στροφὴ ιγ. κῶλ. ιδ.

„ τῶν δ' Ομήρȣ κ) τόδε συν-
„ θέμϑνος
„ ῥῆμα, πόρσυν', ἄγγελον ἐσ-
„ λὸν ἔφα
„ τιμὰν μεγίσταν πράγματι παν-
„ τὶ φέρειν.
αὔξεται κ) μοῖσα δι' ἀγγελί-
ας
ὀρθᾶς. ἐπέγνω μὲν Κυρά-
να,
καὶ τὸ κλεεννότατον
μέγαρον, Βάττου δικαίαν
Δαμοφίλȣ πραπίδων.
κεῖνος γδ ἐν παισὶ νέος,
ἐν δ' βȣλαῖς πρέσβυς, ἐγ-
κύρ-
σαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ,
ὀρφανίζει μὲν κακὰν
γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπὸς,
ἔμαθε δ' ὑβρίζοντα μισεῖν,

μετάφρασις.

*Ex Homericis autem & hoc dictum quum perpenderis in honore habe. Nuntium bonum dixit honorem maximum rei omni afferre. Augetur etiam Musa per nuntium bonum. Cognouit Cyrene, & celeberrima Batti domus iustitiam mentis Demophili. Ille enim inter pueros iuuenis, in consiliis autem senex, consequutus centennale æuum,* quo *priuat quidem linguæ maledicentiam à pulchra voce* sua, *didicitque iniuriosum hominem odisse,*

τῶν δ'. Primùm sese insinuauit à laude personę Arcesilai. Nunc secundò à suæ personæ bonum nuntium afferentis consideratione. q.d. κ) τόδε τ̃ τȣ̃ Ομήρου ἐπῶν συνιεὶς τίμα, ὁπότα εἶπεν ὅτι ἀγαθὸς ἄγγελος μεγίστην τιμὴν φέρει παντὶ πράγματι. Versus Homeri extat Il.o.v.207.

Ἐσθλὸν γδ τὸ τέτυκται ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ.

*Bonum etiam est istud, quum nuntius decentia nouit.*

Hunc isti negocio rectè accommodat Pindarus. Nam bonus nuncius qui opportunè loquitur, suæ causæ pondus magnum affert: vt poëta qui occasionem commendandi Demophili arripit, Arcesilaum pro victoria Pythica encomiastico carmine ornando: quíque decentia nouit, quum pro viro præclaro, multísque virtutibus insigni apud Arcesilaum intercedit. Hîc πορσύνειν sumitur pro ἀκούειν, προσέχειν, συνιέναι vide exempla in Lexicis.

πόρσυνε. Verbum πορσυνω poëticè fumitur pro τιμάω: *honoro, in precio habeo.*

ἐπέγνω μὲν. Hoc eft, ἐπέγνω μὲν καὶ ἡ Κυρήνη, καὶ ὁ Βάττου οἶκος ἐνδοξότατος τὴν τοῦ Δημοφίλου φρενῶν δικαιοσύνην. Nota vocem δικαίαν effe accuf. à recto δικαία per paragogen pro δίκη, vt pro Ἀθήνη, Ἀθηναία, & id genus alia. Alibi vox πραπίδες iam occurrit. Porrò tertio loco tranfit ad commendationem perfonæ rei. Primúmque commendat Demophilum à iuftitia, quam probat teftimonio domus Batti, proinde etiam ab eo defcendentis Arcefilai, & teftimonio publico ciuitatis, vt fibi fidem faciat.

κεῖνος γὰρ. Secunda Demophili laus à prudentia fenili qua pollebat ætate iuuenili. q. d. ἐκεῖνος ἐν μὲν παισὶ τὴν ἡλικίαν νεώτερός ἐστιν· ἐν δὲ φρεσὶ, πρεσβύτερος τὸ φρόνημα, ὥσπερ αὖ ἑκατονταετεῖ τῷ χρόνῳ ἐπιτυχών. vel ἐν τῇ νεότητι ὄντω φρόνιμός ἐστιν, ὥσπερ εἰ ἑκατονταέτης ἀνὴρ ἦν. Porrò impropriè dicitur ἑκατονταέτης, pro πολυέτης: ficuti & nauis ἑκατόνζυγος pro πολύζυγος. Nam delirat uir annos centum natus. Poëta autem fimpliciter innuere vult Demophilum ætate quidem effe iuuenem; mente verò fenem. ἐγκύρσαι, iam occurrit prima huius libri oda.

ὀρφανίζει. Tertia laus à modeftia fermonis, quæ in ipfo tanta eft vt nulli prorfus maledicat. q. d. ἀποστερεῖ λαμπρὰν αὐτῆς φωνὴν κακολογίας. vel cum Schol. τῆς ἐλευθερίου φωνῆς τὴν κακὴν καὶ λοίδορον γλῶσσαν χωρίζει. vno verbo ἥκιστα κακολογεῖ. Ideo Schol. ὀρφανίζει exponit ἐρημοῖ, ἀποχωρίζει, & Aemilius Portus στερεῖ, quia tranflatum eft ab ijs in quos orbitas vel parentum, vel liberorum, vel aliorum cadit. κακὰν γλῶσσαν intellige κακολογίαν metonymicè. hypallage autem eft pro φαεννὰν ὄπα κακῆς γλώσσης ὀρφανίζει.

φαεννᾶς. Dor. pro φαεννῆς. φαεννὸς autem poët. & Argiua dialecto formatur à φαίνω, quod poëtæ faciunt φαείνω. vnde nomen poët. φαεινὸς & Argiua dialecto mutato ι in ν. φαεννὸς: vt αἰεὶ dicunt αἰὲν, δεινὸς δεννὸς, & id genus alia.

ἔμαθε δὲ. Quarta laus à candore & finceritate, quæ hæc in illo eft vt homines contumeliofos odio, bonos verò beneuolentia profequatur. Dicitur autē hoc didiciffe, quia quum feditioni, apud Cyrenæos cōmotæ interfuit, contumeliofis fauit. Nunc autem agnita culpa didicit malos odiffe, bonos diligere, ita vt illorum commercium in pofterum fugere, horum confortio vti conftituerit.

| παράφρασις. | ἀντιστ. κῶλ. ιδ΄. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| at contrà diligere bonos, ita vt illos in pofterum fugiat, his non aduerfetur, fed fe adiungat. Infuper tanta valet alacritate, & diligentia, vt in rebus gerendis vbi maturè facto opus eft, nullam procraftinationem admittat. Etenim intelligit fronte capillatam effe, fed pòft caluam occafionem, quæ in temporis pun- | ἐκ, ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς, οὐδὲ μακύνων τέλος οὐδέν. ὁ γὰρ καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει. εὖ νιν ἔγνωκε· θεράπων δέ οἱ, οὐ δράστας ὀπαδεῖ. φαντὶ δ' ἔμμεν | non contendens ex aduerfo cum bonis. Neque procraftinator eft in perducendis rebus vllis ad exitum. Nam occafio apud homines breue fpatium habet: bene eam nouit: & tanquam famulus nō fugax, eam |

cto posita est, ac proinde præceps & momentanea. Quò fit, vt non quemadmodum seruus fugax eam negligat, sed tanquam famulus sequax capiet, & oblatam prehendat. Cęterum, vt plerique omnes sentiunt, nihil molestius est viro virtute prædito, qui res præclaras nouit; quàm cogi à patria exulare, eiúsque commodis carere. At mihi dices Demophilum optare frustra quod à te non possit obtinere, non aliter ac cœlifer ille Atlas à Dijs, vt hoc onere leuetur, nec amplius absit à patria, charisq; possessionibus. At ego respondens, exemplo Iouis clementiæ te admonebo. Immortalis ille Deus, de Titanibus, qui ipsum regno pellere conati erant, pœnas non sumpsit, sed ijs pepercit. Vt autem quum nauiganti cessauit ventus secundus, velificationem nauclerus mutat ad tempus. Sic quum quis prospera fortuna excidit in patria, solum mutare debet tantùm ad tempus.

τοῦτ᾽ ἀνιαρότατον,
καλὰ γινώσκοντ᾽, ἀνάγκᾳ
ἐκτὸς ἔχειν πόδα. καὶ
μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ
προσπαλαίει νῦν γε πατρῴ-
ας ἀπὸ γᾶς, ἀπό τε κτεά-
νων.
λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος
Τιτᾶνας· ἐν δὲ χρόνῳ
μεταβολαὶ λήξαντος οὔ-
ρου,

*sequitur. Aiunt autem esse hoc molestissimũ, res præclaras cognoscentẽ, cogi necessitate extrà pedem habere. Enimuero ipse Atlas cum cœlo luctatur, nunc patria procul à tellure, & procul à possessionibus suis. At soluit Iupiter immortalis Titanas. Ad tẽpus, quũ secũdus ventus cessauerit, mutationes fiunt*

ὁ ξεῖ ζων. Hoc est, ὁ αὐτοῖς ὁμιλῶν τοῖς ἀγαθοῖς. hoc pacto viuendum esse monet Hesiodus his verbis: Μηδὲ κακῶν ἑταρὸν, μηδ᾽ ἐσθλῶν νεικεστῆρα.

Contrarijs fuit moribus Thersites, quem Homerus φιλόκακον & μισάγαθον introducit: eísque quos virtutis nomine poëta laudabat, in primis Achilli & Vlyssi infensum. vt constat hinc: Ἔχθιστος δ᾽ Ἀχιλῆϊ μάλιστ᾽ ἦν, ἠδ᾽ Ὀδυσῆϊ.

οὐδὲ μακύων. Quinta laus ab animi alacritate & diligentia in rebus exequendis, q. d. οὐδ᾽ ἀναβαλλόμενος τὰ πράγματος αὐτῶν· ὁ γὰρ καιρὸς ὀξὺς ἐν ἀνθρώποις, καὶ τοῦτον αὐτὸς ἔγνωκε, καὶ μηδέποτε παρέρχεται, ὡς δραπέτης τις, ἀλλὰ ὡς ἀκόλουθος καταλαμβάνει. Doricũ est μακύων pro μηκύων. δράσας Dor. pro δράσης poëtico: pro quo com. δραπέτης. Fit ἀπὸ τοῦ δρᾶν. q. d. ὁ ἐπὶ δρᾶν, ἐκπεπαιδευμένος δοῦλος. τουτέστιν ἀποδράς. Seruus qui ex oculis, conspectúq; domini aufugit. Ἀποδρᾶν vide in Lexicis. Δράσης fit à 3. pers. præt. pass. δέδρασμαι, verbi διδράσκω, vt δρασμὸς à 1. pers.

Φαντὶ δ᾽ ἔμμεν. Sexta laus ab amore patriæ, qua carere molestissimum est præclaro viro, qualis est Demophilus. ἀνάγκᾳ ἐκτὸς ἔχειν πόδα, hoc est, δι᾽ ἀνάγκην ἐκτὸς πατρίδος ἔχειν πόδα ἐξ αὐτῆς φυγαδευθέντα.

καὶ μάν. Est hypophora qua Pindaro omnia refellere poterat Arcesilaus, cuius declarationem habes in paraphrasi. Sic autem hęc prosa reddas: καὶ μὴν ἐκεῖνος Ἄτλας δηνεκῶς τῷ οὐρανῷ προσπαλαίει, τῆς πατρίδος καὶ τῶν κτημάτων χωρισθείς.

λῦσε δὲ Ζεύς. Anthypophora respondens Arcesilao calamitatem Atlantis obijcienti: cuius etiam declarationem pete ex paraphrasi. Hic annotat Schol. Iouem pœna liberasse gigantes victos, postquam ipsum regno pellere conati fuerant. At passim fabulæ ferunt occisos fuisse. Argumentum hic habes ab exemplo Iouis sumptum, vt ad clementiam excitet regem.

ἐν δὲ χρόνῳ. Hoc ita Schol. exponit. ἐν χρόνῳ δὲ καὶ τὸ ἱστίον τῆς νεὼς εὐδιεινὴν ἔχει μεταβολὴν τοῦ χειμερινοῦ λωφήσαντος ἀνέμου. Vide Latinam paraphrasin, vbi non eo sensu comparationem hanc sumimus. Nam existimamus poëtam à simili ducere argumentum, non oportere vt Demophilus perpetuo mulctetur

exilio. Illud autem ἐν χρόνῳ interpretamur, *ad tempus*, vt Aristol. Oecon. 2. ἐν χρόνῳ δανεῖσαι τὰ χρήματα, *pecunias ad tempus credere.* χρόνῳ sine præpositione ἐν, exponitur *processu temporis.*

παράφρασις.

Quamobrem optat hactenus exantlata exilij calamitate, domesticos lares reuisere tandem aliquando: & post ærumnas, in publicis conuiuijs, quæ apud Cyrenen prope fontem Apollinis agitari solent, animum iuuenili lætitia recreare & refocillare: quinetiam sæpenumero cordatos inter ciues & sodales variegatã citharam pulsando animi tranquillitate frui, nemini damnum inferendo, & à nemine accipiendo. Vtinã igitur à te receptus ô Arcesila, tibi coram narrare possit qualem poëtam sit nactus!, ex quo tanquam perenni ex fonte diuina scaturiunt carmina. Quorum fuit testis quũ nuper Thebas, vbi viuo, profugit, ibique hospitio est exceptus.

ἐπῳδ. κώλ. ιγ.

ἰσίων. ἀλλ' εὔχεται οὐλομέναν
νοῦσον διαντλήσαις ποτὲ,
οἶκον ἰδεῖν, ἐπ' Απόλ-
λωνός τε κράνᾳ συμποσίας ἐφέ-
πων,
θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥ-
βαν.
πολλάκις ἔν τε σοφοῖς δαιδα-
λέαν
φόρμιγγα βαστάζων πολί-
ταις ἡσυχίᾳ θιγέμεν.
μήτ' ὦν τινι πῆμα πορὼν, ἀπα-
θὴς
δ' αὐτὸς πρὸς ἀστῶν. καὶ κε
μυ-
θήσαιθ' ὁποίαν Αρκεσίλα
εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐ-
πέων,
πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθείς.

μετάφρασις.

*velificationum. Quãobrẽ perniciosum morbum quum exantlarit, tandem domum reuisere, Apollinísque iuxta fontem conuiuia agitans animam dare ad iuuenilem lætitiam: sæpenumero & inter scitos ciues affabrefactam citharam gestans in ocio quieto pulsare: nec cuiquam damnum inferens, miniméque patiens ipse à ciuibus. Atque vtinam tibi narrare possit Arcesilae qualem inuenerit fontem diuinorum versuum, nuper Thebis hospitio exceptus.*

Αλλ' εὔχεται. Mouetur affectus à desiderio bonorum amissorum, quæ sunt domus, publica conuiuia, ciuium sodalitia. Vocabulum ἀλλὰ non verto aduersatiuè: sed vt seruetur sensus expono *quamobrem*. Quod non caret exemplo: nam sic Plato de Legib. 7. ἀλλ' ὅστις τοῦ ζῆν ἡμῶν καὶ τοῦ φρονεῖν μάλιστά ἐστι κηδεμὼν, vbi ἀλλὰ exponunt, *Quamobrem.*

οὐλομέναν νοῦσον. Intelligit allegoricè τὴν ὀλεθριωτάτην τῆς φυγῆς νόσον.

ἐπ' Απόλλωνος τε. Hoc est, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Απόλλωνος κρήνῃ πάλιν συνήθως συμποσιάσαι, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκδοῦναι πρὸς φιλοφροσύνην νεανικήν. Conuiuia hæc publica Apollini videntur fuisse sacra, siquidem ad sacrum ipsi fontem agitabantur. κράνᾳ Dor. pro κρήνῃ. & συμποσίας accusat. plur. est à συμποσία recto singul. quod vocabulum poëticum est pro comm. συμπόσιον.

πολλάκις ἔν τε. Hoc est, καὶ πολλάκις βαστάζων τὴν πεποικιλμένην κιθάραν ἐν σοφοῖς πολίταις καὶ ἑταίροις ἐν ἡσυχίᾳ μουσουργεῖν. Hæc quoque ad laudem Demophili faciunt, quia Musicum eum esse ostendunt. Musices autem peritos olim in pretio habebant.

μήτ' ὤν. Hoc eſt, μήτέ τινι κακὸν προστριψάμενος, καὶ αὐτὸς δὲ ἀβλαβὴς ὢν τολοιπὸν πρὸς τοὺς πολίτας. Quibus verbis poëta fidem dat ſeruandæ in poſterum pacis inte[r] ciues.

καί κε. Hoc eſt, καὶ δὴ εἴποι ἂν σοι ὦ Ἀρκεσίλα ὁποίαν εὗρε πηγὴν θείων ἐπῶν. Hoc συμπέρασμα concipitur per votum. Optat enim poëta vt Demophilus receptus in patriam, Arceſilao narret quàm fœcunda ſit Pindari vena.

πρόσφατον. Hoc eſt, ἀρτίως ἐπιδημοῦσας ταῖς Θήβαις. Ex his conſtat Demophilum Thebis hoſpitatum eſſe: non tamen hoſpitio exceptum à Pindaro neceſſum infertur. Nam facilè potuit, eum viſendo tantùm, cognoſcere ea quæ hîc dicuntur.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΑΡΚΕΣΙΛΑΩ, ἅρματι.

ΕΙΔΟΣ Ε.

EIDEM ARCESILAO, curru victoriam adepto.

ODE V.

## ARGVMENTVM.

*QVoniam Oda ſuperiore paucis Arceſilaum laudauit, & ad longam narrationem rerum ab Iaſone geſtarum digreſſus eſt, nec tam Arceſilao encomium ſcribere, quàm ei Demophilum ſupplicatione conciliare intendit: ideo alteram Odam ſcribit: & Arceſilaum nunc ex profeſſo laudat, à diuitijs, à compoſito ciuili tumultu, à victoria, à Carrhoto auriga, ab ope diuina, à maioribus, & claris eorum facinoribus, ab ætate, ab inſtitutione, & vitæ ſtudijs.*

παράφρασις. — στροφὴ α. κῶλ. ιδ. — μετάφρασις.

Diuitiæ quæ multos amicos — „ Ὁ πλοῦτος εὐρυσθενὴς — *Diuitiæ latè potentes*

" ὅταν τις ἀρετᾶ κεκρα-
" μένον καθαρᾶ βροτήσιος ἀ-
" νὴρ
" πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνά-
" γῃ
" πολύφιλον ἑπέταν,
" ὦ θεόμοιρ᾽ Ἀρκεσίλα.
σὺ τοί νιν κλυτᾶς
αἰῶνος ἄκραν βαθμίδων
ἄπο, ξὺν εὐδοξίᾳ
μεταγίσσεαι, ἕκατι χρυ-
σαρμάτου Κάστορος·
εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
ὄμβρον τεὰν καταιθύσ-
σει μάκαιραν ἑστίαν.

sunt *quum aliquis virtute temperatas pura mortalis vir, fortuna tradente ipsas producit*, quæ sunt *comites multos amicos* conciliantes, *ô sortem diuinitus adepte Arcesila. Tu vtique eas inclyti aui* tui *à summis gradibus cum gloria exerces in gratiam Castoris, qui aureo curru vehitur: qui hybernum post imbrem tranquillitatem cum coruscatione immittit in domum tuam beatam.*

conciliant, & veluti asseclas hominibus opulentis reddunt, multum possunt quũ eas tradente fortuna, homo quispiam virtute præditus acceperit, & secundum virtutis regulam administrauerit. Tu autem ô beate Arcesilae, cuius sortem regit diuina prouidentia, diuitias istiusmodi possides, & ab ipsis inclytæ vitę primordijs, ab ætate prima, ex quo inter homines versaris, ijs non ad mollitiem, sed ad studia quibus gloriam compares: probè vteris, veluti ad beneficentiam, in primis verò ad alendos equos in gratiam & honorem Castoris qui aureo curru vehitur, Dei vestri tutelaris, qui post illam inter ciues tuos seditionis excitatæ procellam, beatæ domui tuæ ciuicis dissidijs grauiter turbatæ splendidam pacis tranquillitatem reddidit.

τῷ αὐτῷ. Eadem persona, eadémque ttigesimæ primæ Pythiadis victoria hoc epinicio prædicatur, quæ superiori. Præcedentis autem Odæ resumpsit argumentum, quia ibi tantùm obiter illud attigit, & pleniùs exponere voluit nouo hoc hymno.

ὁ πλοῦτος. Exordium ducit à recto diuitiarum vsu, quando coniunctam habent virtutem. Insinuat autem se, Arcesilaum laudando quòd semper rectè vsus sit diuitijs, & secundum virtutis regulam eas tractauerit. Nam hæc est eius sententia, ὁ πλοῦτος ἐστὶν ἰσχυρότατος, ὅταν τις ἀνθρώπων τύχης παραδιδούσης, αὐτὸν ὄντα δὲ πολλοὺς φίλους ποιοῦντα τῇ ἀρετῇ καθαρᾷ κεκραμένον διοικῇ. σὺ δ᾽ ὦ ἐκ Θεοῦ μοῖραν ἔχων Ἀρκεσίλαε, τοιοῦτον πλοῦτον ἀπ᾽ ἀρχῆς τοῦ βίου μετέρχῃ, οὐκ εἰς ῥαθυμίαν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ δοξάζειν δυνάμενα χρώμενος.

εὐρυσθενής. Diuitiæ multum possunt si cum virtute sint coniunctæ. Etenim vt docet Callimachus hymno in Iouem, Οὔτ᾽ ἀρετὴ ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν, Οὔτ᾽ ἀρετὴ ἀφένοιο. & Sappho Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς, οὐκ ἀσινὴς πάροικος. Et certè sine virtute, πλοῦτος κακίας μᾶλλον ἢ καλοκαγαθίας ἐστὶν ὑπηρέτης. Hîc supple ἐστί.

πότμος pro τύχη. Penes fortunam enim putarunt esse opes, *Nempe dat*, inquit Ouid. *& quodcunque libet fortuna, rapítque: Irus & est subitò qui modò Crœsus erat.* Ἀνάγῃ expono διοικῇ. Cùm enim hîc agatur non de amplificandis, sed in vsum reuocandis diuitijs, τὸ ἀνάγειν non significat αὔξειν, *augere*, sed potiùs *extrahere, producere*, quod faciunt qui eas dispensant, & administrant.

ἑπέταν. Accusat. Dor. pro ἑπέτην, à singul. recto ἑπέτης poët. pro ὀπαδός, ἀκό-

λέθος, *comes, aſſecla.* Diuitias autem ἐπίτιω πολύφιλον vocat ab effectu. Nam multos conciliant amicos, addúntque eos veluti comites & aſſeclas opulentis hominibus, vnde Ouid.

*Donec eris fœlix multos numerabis amicos,*
*Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.*

vel comitem multorum amicorum dicit, quòd egenis impertiantur opes.

Θεόμορε. Arceſilaus dicitur θεόμοιρος, hoc eſt, ἐκ Θεοῦ μοῖραν ἔχων, ac proinde ὄλβιος, *qui ſortem adeptus eſt diuinitus,* proptereáque eſt *beatus.* Hæc vox occurrit etiam Iſthm. Od. 8. Admonet eum diuitias habere diuinitus. Metrum requireret, vt legeremus θεόμορε.

σύ τοι νιν. Applicat ſententiam Arceſilao, & dicit eum diuitias habere cum virtute coniunctas, iiſque rectè vti. ἄκραν Dor. pro ἄκρων, & eſt anaſtrophe in his pro ἀπὸ ἄκρων βαθμίδων. Metaphoricè dixit βαθμίδας αἰῶνος, ſumpta metaphora à gradibus ſcalarum. Nam ætas hominis veluti per gradus quoſdam progreditur, ἄκρας βαθμίδας, intellige τὴν ἀρχὴν τοῦ βίου, ipſam pueritiam: quæ vitæ hominis alterum extremum eſt. Simili ſignificatione ἄκρας νυκτὸς in Aiace Sophoclis, *ſumma nocte,* hoc eſt, *prima parte noctis*, vt *ſummo mane* dicere cõſueuimus. Sic & ἀκρέσπερος apud Nicandrum, à Schol. dicitur eſſe ἀρχὴ τῆς νυκτός.

μεταμείσεαι poët. & Ion. pro μεταμείσῃ, à μεταμείσομαι poët. pro comm. μετέρχομαι, *adeo, perſequor, tracto,* verbum νίσομαι & νείσομαι vide in Lexicis & apud Magn. Etymol. & Euſtath.

χρυσαρμάτου, hoc eſt, χρυσῷ ἅρματι φορουμένου: eſt epitheton Caſtoris. In gratiam Caſtoris dicit Arceſilaum opibus vti, quia equis alendis operam dabat, & in curruli certamine ſeſe exercebat. Equeſtris autem Deus erat Caſtor, bigarúmque inuentor. Vel etiam Caſtoris meminit, quòd Lacones fuerint Arceſilai maiores, qui Lacedæmone Calliſtam Inſulam ſeu Theram, inde Cyrenen incoluerunt. Vel quia apud Cyrenæos cultus fuit, apud quos Διοσκούρεια celebrari ſolebant ex Batti inſtitutione.

εὐδίαν ὃς. Hoc eſt, ὅστις εἰς τὸν σοῦ μακάρειον οἶκον μετὰ λαμπηδόνος εἰσπέμπει εὐδίαν. His verbis ſeditionem apud Cyrenæos fuiſſe docet (de qua iam dictum Oda ſuperiore) eámque cum tempeſtate, pacem cum ſerenitate comparat: cuius authorem, & cauſam efficientem poëta facit Caſtorem, qui Cyrene colebatur, quòd tutelaris Dei ſit ſuos cultores tueri. Niſi fortè alludat ad fabulam Caſtoris & Pollucis, quorum *inquit Horat. Od. 12. l. 1. Carm.* ſimul alba nautis ſtella refulſit, defluit ſaxis agitatus humor, concidunt venti, fugiúntque nubes: & minax (quod ſic voluêre) ponto vnda recumbit. Vnde Plutarchus lib. de Oracul. defectu. Οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσιν, ἐπερχόμενοί τε μαλάσσοντες βίᾳ τὸ πόντου, ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπὰς, οὐκ ἐμπλέοντες αὐτοὶ καὶ συγκινδυνεύοντες, ἀλλ᾽ ἄνωθεν ἐπιφαινόμενοι καὶ σώζοντες. *Tyndaridis tempeſtate iactatis opem ferunt, aduentu ſuo ſtatim violentiam ponti, præcipitéſque ventorum flatus mulcentes, quum haud quaquam vnà nauigent & periclitentur, ſed ſalutares hoſpites ſuperueniant*, vide Theocrit. in Dioſcuris.

τιαν

τεὰν δ'. τεὸς, τεά, τεόν, pro σὸς, σὴ, σὸν comm. hoc, illud Doricum. vide quæ prima Olymp. Oda diximus in hæc verba, μάκαιραν Ἱέρωνος ἐστίαν. Porrò καταιθύσσειν hîc significat καταλάμπειν, καὶ μετὰ λαμπηδόνος εἰσέρχεσθαι, de hoc verbo superiore oda dictum est in hæc, ἅπαν νᾶτον καταιθύσσων. Sic se habet constructio horum verborum, ὃς μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν μάκαιραν ἑστίαν εὔδιαν καταιθύσσει. Itaque εὔδιαν non substantiuè, sed adiectiuè sumes.

παράφρασις. — ἀντιστρ. κῶλ. ιδ'. — μετάφρασις.

Præterea, vt sapientis est, potentiam à Deo acceptam cum animi moderatione geris, & tua virtute ornatiorem reddis. Propterea etiam cùm hoc tuo in imperio rectè viuas & iustitiam colas, ideo fœlicitate alta potiris. In primis autem duplici nomine es fœlix: altero quòd rex es magnarum vrbium: & præterquam quod insignes tuæ mentis dotes venerabilem te efficiunt, oculo etiam qui cognatione quadam cum ea est coniunctus, quique eius est character, eiúsque proinde index, grauissimam maiestatem præ te fers: altero quòd cùm hoc tempore ex celebri Pythiorum certamine gloriam equis reportaris, accepisti hoc carmen encomiasticum, viris saltatoribus ludendum in choræa, cuius præses est Apollo cithara temperans harmoniam.

σοφοὶ δ' ἔτι κάλλιον
φέροντι καὶ τὰν θεόσ-
δοτον δύναμιν. σὲ δ' ἐρχόμενον
ἐν
δίκα πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται.
τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς
ἐσσὶ μεγάλαν πολίων,
ἔχει συγγενὴς
δ' ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον
γέρας, τεᾷ τοῦτο μι-
γνύμενον φρενί. μάκαρ δὲ
καὶ
νῦν, κλεεννᾶς ὅτι
εὖχος ἤδη παρὰ Πυθιά-
δος
ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
τόνδε κῶμον ἀνέρων

*Sapientes autem adhuc pulchriùs ferunt & à Deo datam potentiam. Te verò incedentem iustè multa fœlicitas amplectitur, partim quòd rex sis magnarum vrbium, habet oculus congenitus honoratißimum præmium tuæ id admixtum prudentiæ. Beatus autem & nunc gloriosa quòd iam decus à Pythiade equis adeptus, accèpisti chorealem hunc hymnum virorum* saltatorum

σοφοὶ δ' ἔτι. Gnome qua docet esse viri sapientis datam à Deo potentiam virtute exornare: & innuit Arcesilaum id facere. Itaque quem priùs laudauit à diuitijs cum virtute coniunctis, eundem commendat à sapienti diuinitus acceptæ potentiæ vsu & gestione: quod dilucidè explicat paraphrasis. Vbi ἔτι expono *præterea*. φέροντι κάλλιον Schol. exponit καλλίονα ποιοῦσι περισσοτικοσμοῦντες διὰ τῆς αὐτῶν ἀρετῆς.

Θεόσδοτον, hoc est, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένην. Porrò Θεόσδοτος per pleonasmum τοῦ σ. dicitur pro θεόδοτος metri causa vt docet Eustathius.

σὲ δ' ἐρχόμενον. Hoc est, σὲ δικαίως βασιλεύοντα μεγάλη εὐδαιμονία περιέχει. Notanda phrasis ἔρχεσθαι ἐν δίκα pro δικαίως πράττειν seu ζῆν. rarior apud Græcos & Latinos: sed frequentior apud Hebræos, vt in Sacris literis passim videre est: vnũ

afferam exemplum Prou.14.v. 2. *hole beioſchro* h.e.*ambulans in rectitudine ſua* τὸ μὲν ὅτι. Conſtructio hactenus huic ſententiæ data non mihi ſatisfacit. Puto autem magnum eſſe hyperbaton,& ex altero huius ſententiæ membro petendum vocabulum μάκαρ,& ſupplendum τὸ δὲ,quod reſpondeat τὸ μὲν præcedenti. Sic autem declaro locum & extrico,εἷς δὲ μάκαρ καὶ ὄλβιος,τὸ μὲν,ὅτι εἷς βασιλεὺς μεγάλων πόλιων,καὶ ὁ συγγενὴς τεᾶς φρενὸς ὀφθαλμὸς ἅμα αὐτῇ γέρας αἰδοιέστατον ἔχει. τὸ δὲ, ὅτι καὶ νῦν τῆς ἐνδόξου Πυθιάδος τὴν δόξαν τοῖς ἵπποις λαβὼν,ἐδέξω καὶ τοῦτον τὸν κῶμον τῶν χορευτῶν ἀνδρῶν, ὄντα Ἀπόλλωνος μουσηγέτου Θεοῦ παίγνιον. His verbis oſtendit in quibus potiſſimùm ſita ſit fœlicitas illa quæ Arceſilaum amplectitur : nempe in regia dignitate , & victoria Pythiorum , μεγάλαν genit. Dor. pro μεγάλων.

ἔχει συγγενὴς δ'. Schol. exponit, ὁ ἴδιός σου ὀφθαλμὸς βλέπει πλεῖστον τὸ γέρας τῆς βασιλείας αἰδοιέστατον. οἷον βλέπει σαυτὸν τιμώμενον. Videat autem amicus lector quam antè poſui expoſitionem. Cuius ratio hæc eſt. Non enim puto poëtam illa tautologia velle vti;idem enim eſt regem eſſe,& videre ſe hoc præmio honoratiſſimo inſignem:ſed dicere potiùs Arceſilaum non ſolùm prudentia ſua venerabilem reddi,verùm etiam vultu qui eſt animi index,& ſic cum mente cognationem quandam habet,maieſtatem ob quam ſit venerabilis,præ ſe ferre. Synecdochicè autem oculū non pro toto corpore vt Schol. ſed pro vultu ſumo, cuius eſt pars præſtantiſſima,in qua imprimitur animi character. αἰδοιέστατος occurrit Olymp.3. Porrò exponere velim αἰδοιέστατον γέρας ἔχει,his verbis,αἰδῶ ἔχει γεραροποιοῦσαν,*maieſtatem habet quæ auguſtum & honoratum reddit.*

κλεενᾶς Dor. pro κλεεννῆς. A nomine κλεεννὸς,quod ſic Arginorum & Cretenſium lingua formatur,mutato ι in ν. pro κλεεινὸς poët. pro κλεινὸς: ſicuti ſuperiore oda accidit in φαεννὸς pro φαεινός. δέδεξαι. Eſt 2. perſ. præt. δέδεγμαι. Poſt ἀνέρων ſubaud. eſt cum Schol. χορευτῶν.

παράφρασις.

Quo carmine ſcias velim me Cyrenen etiam celebrare,quòd ſit veluti veneris hortus , frugiferum videlicet & amabile ſolum. Porrò victoriam hanc tuā, Deo qui bonorum omniū eſt author,memento acceptam ferre:eiúſque cauſam adiuuantem,videlicet aurigam tuum Carrhotum, vxoris tuæ fratrem , ſupra ſocios omnes dilige : qui non Epimethei more peracto negotio fuit ſapiens, neque damno accepto opus

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ'.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. τῷ σὲ
μὴ λαθέτω Κυράνας,
γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενα.
„ παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέ-
„ μεν.
φιλεῖν δὲ Κάρρωτον ἔξοχ' ἑταίρων,
ὃς οὐ τὰν Ἐπιμαθέος
ἄγων ὑψινόου θυγατέρα Πρόφασιν,Βαττιδᾶν

μετάφρασις.

*Apollineū ludicrum: quo nō te lateat Cyrene dulcem circa hortū* „ *veneris celebrari. Omnium quidem rei Deum authorem ſuperpone: dilige autem Carrhotum eximiè ſupra ſocios, qui non Epimethei afferens ſerò ſapientis filiam Excuſationem, Battidarum rediuit ad domos iura colen-*

habuit prætextu & excusa-tione ad tuendam impru-dentiam, quum reuersus est Cyrenen Batti ciuitatem: sed Promethei consilio & prouidentia vsus in re pe-ragenda, apud Pythonem vbi est fons Castalius hospitio exceptus, præmium coronæ qua cinctum fuit comatum ca-put tuum, tibi peperit ob rem præstantissimè curru gestam,

ἀφίκετο δόμους θεμισκρεόν-των.
ἀλλ' ἀεισθάρματον,
ὕδασι Κασταλίας
ξενωθεὶς, γέρας ἀμ-φίβαλε τεαῖσι κόμαις,

tium, sed apud aquam Castaliæ hospitio ex-ceptus, præmium præ-stantissimo curru par-tum posuit circum tuas comas,

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Cohæret cum superioribus: & sic poëta hymnum hunc suum periphrasticè vocat Apollinis ludicrum, quia Musicus est Deus & choreę præses, in qua carmen hoc suum erat canendum & ludendum: vel quia sacra ipsi erant Pythia. Porrò ἄθυρμα exponitur παίγνιον. Cuius vocis originē videbi-mus in ἀθύρω quod occurrit Nem. Od. 3.

τῷ σε μὴ λαθέτω. Hic quoque locus mihi videtur hactenus non intellectus, qua-re restitui, vt habes in textu. τῷ sumo articulum præposit. pro subiunctiuo ᾧ: non pro διὰ τοῦτο, vel διὸ, *propterea, quare*. Non enim perspicio, & percipio quàm rectè quadraret sensus. Præterea obscurius mihi videtur participium ἀει-δόμενον. Ideóque eius loco fœmineum ἀειδομένα posui, & iungo cum Κυρανα. Simplicissimus autē erit sensus si dicas poëtam profiteri se eodem carmine Cyrenæum regem, & Cyrenen ipsam cohonestare. q.d. ᾧ κώμῳ Απόλλωνος παιγνίῳ ἴσθι ὅτι ἡ Κυρήνη ἀείδεται περὶ τὸ ἐπαφρόδιτον κῆπον. Quod autem meam coniecturam confirmat, est Scholiastæ expositio sic interpretantis; μὴ σε λανθανέτω ἡ Κυρήνη ὑμνουμένη. Nam ὑμνουμένη expositio est τοῦ ἀειδο-μένα.

κᾶπον Ἀφροδίτας Dor. pro comm. κῆπον Ἀφροδίτης. Sic vocat solum Cyrenæum ὅτι καλλίκαρπόν ἐστι, ἢ ἐράσμιον, καὶ ἐπαφρόδιτον, *quia pulchros bonosq; fructus edit, ama-bile est ac iucundum*. Porrò notandum est Arcesilaum commendari à fertili solo, cuius erat dominus.

παντὶ μὲ. Hoc est, ἐπὶ παντὸς πράγματος τῷ Θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτε. Est illustratio victoriæ à causa efficiente Deo: qui cùm sit omnis bonæ actionis author, ei de-bet Arcesilaus acceptam ferre victoriam. Post hunc infinitiuū subaudit Schol. τὸ δεῖ. Sed fortè Ionum, Aeolúmque more infinitiuus pro imperatiuo ponitur, vt & φιλεῖν quod mox sequetur, quod Aristarchus sumit ἀντὶ τοῦ, φίλει, inquit Schol.

φιλεῖν ϑ. Illustratio victoriæ à causa adiuuante, auriga nimirum Carrhoto, cu-ius industria fecit vt Arcesilaus victoriam consequeretur. Carrhotus hic frater fuit vxoris Arcesilai, & Euphemo qui regijs equis vicerat, mortuo successit. Re-fert autem Scholiastes ex Theotimo historico, ad Euphemum pertinere, quæ hic Carrhoto Euphemi successori tribuit Pindarus.

ὃς οὐ τὰν. Laus aurigæ à prouidentia, & præmeditata industria, quòd auriga-tionis ita fuit peritus, vt rectè re gesta, nulla erroris excusatione fuerit opus. Hoc ornat Epimethei fabula, quem meritò ὀψίνοον *serò sapientem* appellat,

ſiquidem peracto negotio vidit quomodo fuiſſet agendum. Proinde poëtæ finxerunt μεταμέλειαν eius eſſe filiam, vt Promethei προμήθειαν. Verùm Pindarus προφασιν Epimethei filiam fingit: quia qui per imprudentiam deliquerunt, illi errorem excuſatione defendunt.

Βαττιδᾶν genit. Dor. pro Βαττιδῶν hoc eſt Κυρηναίων. Nam Battidæ dicuntur Cyrenæi à Batto qui ex Thera Cyrenen deduxit coloniam, & Βαττιδᾶν οἴκους periphraſticè dicit τὴν Κυρήνην. Vocem ἀφίκετο expono rediuit: quia clarior eſt ſenſus, & procul dubio intelligendus eſt in patriam reditus: ſicuti & poſtea ἀντιστρ. 2. ἦλθες ἤδη Λιβύας, &c.

Θεμισκρεόντων. Genit. plur. à recto ſingulari θεμισκρέων quod eſt Pindaricum vocabulum, formatum à θέμις ius, & κρέων grauitono pro κρῶν participio verbi κεράω miſceo, tempero, q. d. qui iura miſcet, temperat, colit, ſiue ſibi, ſiue alijs, ſiue vtriſque, videtur dictum per ſyncopen pro θεμιστοκρέων. Hæc ab Aemilio Porto rectè coniecta puto.

Ἀλλ'. Præcedentem αἶσαν incipientem ab ὃς οὐ ποτ', &c. ſequitur nunc θέσις. q. d. vt Schol. verbis vtar, οὐκ ἡττηθεὶς καὶ προφασισάμενος αἰτίαν τῆς ἥττης, ἦλθεν εἰς Κυρήνην, ἀλλὰ νικήσας. Rectè Schol. exponit ἀειθάρματον γέρας, τὸ ἐξοχώτατον ἐκ τῶν ἁρμάτων γέρας, præſtantiſſimum præmium curru partum: verùm nominis compoſiti emphaſis facit vt exponere malim γέρας ἀρίστῳ ἅρματι περιποιηθέν. Et certè optimum currum à poëta intelligi ſatis euincit, quòd nihil in eo fregerit, etiamſi contra alios quadraginta certarit, quibus ſuperatis integrum remanſit.

ἀειθάρματος. Exponi poteſt, ὁ ἄριστον ἅρμα ἔχων, vel ὁ ἀρίστῳ ἅρματι φορούμενος: vel vt hoc loco ſenſus poſtulat, ὁ ἀρίστῳ ἅρματι νικήσας. Poſſet Ionicè ſcribi ἀειστάρματος ſicuti & λεύκιππος pro λεύχιππος.

ὕδατι Κασταλίας ξενωθεὶς. Hoc eſt, vt Schol. exponit ἐν Πυθῶνι παραγενόμενος, nam à fonte loci, locus totus eſt intelligendus.

παράφρασις.

Quum ſacrum Pythonis delubrũ, quod curſu duodecies eſt cõficiendum, velocibus equorum quos regebat pedibus, citra noxã habenarum percurrit. Neque enim vllum robuſti currus inſtrumentum fregit, ſed eo ſaluo & integro vicit. In cuius rei monumentum, Apollini Pythiorum certaminum Deo talẽ eum dicauit & ſuſpendit, qualem quũ Criſæo colle

στροφὴ β. κῶλ. ιδ.

ἀκηράτοις ἀνίαις
ποδαρκέων δυωδεκά-
δρομον τέμενος, κατέκλασε γὰρ
ἐν-
τέων σθένος οὐδέν. ἀλλὰ κρέμα-
ται
ὁπόσα χειραρᾶν
τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων,
Κρισαῖον λόφον
ἄμειψεν ἐν κοιλόπεδον
νάπος Θεοῦ. τό σφ' ἔχει
κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-

μετάφρασις.

*incorruptis habenis, velocibus pedibus percurrens delubrum duodecies percurrendum. Fregit enim inſtrumentorum robur nullum: ſed pendent quacunque fabrorum compingentium manibus artificia elegantia afferens, Criſæo colle præterito peruenit in*

φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγει
Παρνασίῳ καθέσαν-
το, μονόδροπον φυτόν.

*Dei lucum qui cauam planitiem habet: quem currum ipsis habet cupreßinum atrium, prope statuam quam Cretenses sagittarij in cacumine Parnaßio collocarũt, plantam vnicũ habentẽ truncũ.*

præterito peruenit ad Dei lucum, cuius planities est caua, adduxit eâdem vtique artificij elegantia insignem, qua traditus fuerat à fabris qui eum manibus aptè compegerant. In gratiam autem & memoriam ipsorum, Arcesilai nẽpe & Carrhoti, currus ille est collocatus in atrio cupressinis trabibus contignato, prope statuam quam sagittarij Cretenses, ex vnius arboris trunco, citra partium vllarum coagmentationem effictam in cacumine Parnassio, hoc est in Pythone collocarunt.

ἀκηράτοις ἀνίαις. Hoc est, ἀφθάρτοις ἡνίαις. vox ἀκήρατος fusè exponitur in Lexicis.

ποδαρκέων. Particip. à verbo ποδαρκέω quod est Pindaricum, nec est in Lexicis: significat autem τοῖς ποσὶν ἐπαρκῶν διαπερῶ *pedibus sufficiens transeo: pedum velocitate ad transeundum valeo.* Fit à nomine ποδάρκης *pedibus celer.*

δυωδεκάδρομον. Huius loci lectionem commodiorem fore puto si τέμενος dicatur δυωδεκάδρομον: quàm si δυωδεκαδρόμων in genitiuo plur. legas & subaudias ἁρμάτων. Nam vt ἀμφίδρομος actiuè & passiuè sumitur, tum pro eo qui circumcurrit, tum etiam pro eo circum quod curritur: sic & δυωδεκάδρομος sumi potest tum pro eo qui duodecies curriculum emetitur, tum pro curriculo quod duodecies decurritur. Et certè stadium illius delubri duodecies decurrebatur. Quod si cum Schol. ante τέμενος subaudias κατά. verbum ποδαρκέω neutrum erit: sin minùs actiuum. Annotat hîc Schol. τέλειον ἅρμα duodecies, πωλικὸν octies rotari solitum.

κατέκλασε γὰρ. Hoc est, οὐδὲν γὰρ ἀρμάτων ἐντέων κατέθραυσε. Amplificatio sumpta ex eo quod prorsus illæso curru vicit. In cuius successus memoriam currus ille talis est dicatus & suspensus Deo, qualis erat recens ante victoriam fabricatus.

ἀλλὰ κρέμαται. Hoc est, ἀλλ' ἀνιέρωται Ἀπόλλωνι, ὁπόσα τῶν ταῖς χερσὶν ἁρμοζόντων τεκτόνων ποικίλματα ἄγων, Κρισαῖον λόφον, κατὰ τὸ κοιλόπεδον τοῦ Ἀπόλλωνος πεδίον ἔδραμε. Obserua χειραρᾶν esse genitiuum Doricum plur. pro χειραρῶν à recto singul. χειράρης. η. vel α. q. d. ὁ τῇ χειρὶ seu χειρὶ ἄρων seu ἁρμόζων *qui aliquid manu aptat* seu *compingit.*

Κρισαῖον λόφον. Sic innuit Crisam Phocidis vrbem, quę aliàs Cirrha vocatur. In ἄμειψε obseruo non esse neglectum augmentum pro ἤμειψε. sed Dor. mutato η in α. & hoc pro ἀμείψας ἦλθε. Præpositio ἐν hîc Aeol. & Cretensium more habetur pro ἐς: nam hi ς in ν. conuertũt, sicuti iam 2. & 4. Od. Pyth. occurrit. ἰτνάπος & νάπη idem sunt. Cúmque νάπη vel νάπος sit κοιλάς, rectè νάπος dicitur hîc κοιλόπεδον, q. d. κοῖλον πέδον seu πεδίον ἔχον.

τὸ σφ' ἔχει. Hoc est, ὅπερ ὄχημα seu ἅρμα ἔχει τις οἶκος κυπαρισσίνοις δοκοῖς ἐστεγασμένος. In gratiam Arcesilai & Carrhoti, ibi suspensum currum dicit poëta, vt eorum victoriæ memoria esset perennis.

ἀμφ' ἀνδριάντι. Hoc est, πλησίον τοῦ ἀνδριάντος, ὃν μονόξυλον ὄντα Κρῆτες τοξόται

παρὰ τῷ Παρνασσίῳ ὄρει καθίδρυσαν. Vocabulum τέγος eſt poëticum & ſumendum hîc pro vel λόφος, vel ὄρος; vel ἐξοχὴ ὄρους. Effertur καθέσσαντο poët pro καθέσαντο. à verbo καθέζω fut. καθέσω. & gemin. σ. καθέσσω. vnde Aor. κάθεσσα. Et hoc ſignif. καθιδρύω. Fit à κατὰ & ἕζω de quo vide in ἕσσαι Ep. 12. Od. ſuperioris.

μονόδροπον φυτόν. Metonymicῶs ſic appellat ſtatuam, ſumendo materiam pro forma. φυτὸν dici poteſt, quia ex arbore, quę planta eſt, confinxêre ſtatuam. & μονόδροπον quod ex vnico ligno ſine partium vllarum additamento, & coagmentatione conſtaret. μονόδροπος dicitur, quaſi μόνος δρεπόμενος, hoc eſt λαμβανόμενος.

παράφρασις.

Quare Arceſila, cùm huiuſmodi aurigæ opera & beneficio victoriam conſequutus fueris, decet te vt eum de te benemeritum ſpontanea beneuolentia proſequaris. Te verò ô Carrhote fili Alexibij, illuſtrem reddunt mea carmina quæ pulchricomarũ Gratiarum venuſtate nitent. Et beatus es quòd poſtquam magnum laborem exantlaſti, mea oratione metrica quæ eſt præſtantiſſima, præconium laudis immortalis nactus es, ídque meritiſſimum. Nam inter quadraginta aurigas qui tecum certantes ceciderunt, currum integrum & illæſum referens intrepido animo, ab illuſtribus Pythonis certaminibus in Libyæ campum, patriámque vrbem Cyrenen reuerſus es.

ἀντιστρ. κῶλ. ιδ'.

ἑκόντι τοίνυν πρέπει
νόῳ τὸν εὐεργέταν
ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάρι-
τες.
μακάριος ὃς ἔχεις
καὶ μετὰ μέγαν κάματον,
λόγων φερτάτων
μναμήϊον. ἐν τεσσαρά-
κον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἁ-
νιόχοισιν, ὅλον δίφρον κο-
μί-
ξαις ἀταρβεῖ φρενί,
ἦλθες ἤδη Λιβύας πε-
δίον
ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων,
καὶ πατρῴαν πόλιν.

μετάφρασις.

*Spontanea igitur decet mente benefactori occurrere. Te verò ô Alexibij fili, pulchricomæ illuſtrant Gratiæ. Beatus es qui habes etiam poſt magnum laborem ſermonum præſtantiſſimorum monumentum. Inter quadraginta enim lapſos aurigas integrum currum referens intrepido animo rediiſti iam in Lybiæ campum, & patriam vrbem ab illuſtribus certaminibus.*

ἑκόντι τοίνυν. Apoſtrophe ad Arceſilaum, quem officij monet, inferendo gratiam eſſe Carrhoto referendam, ſiquidem de eo eſt benemeritus: & beneficium beneficio eſt penſandum. ὑπαντιάσαι τὸν εὐεργέταν *occurrere benefactori*, phraſis eſt poëtica pro τὸν εὐεργέτην ἀμείβεσθαι.

Ἀλεξιβιάδα. Dor. pro Ἀλεξιβιάδη à recto Ἀλεξιβιάδης. patronymicum nomen pro Ἀλεξιβίου παῖς. Obſerua apoſtrophen hîc eſſe.

σὲ δ' ἠΰκομοι. Hoc eſt, σὲ δ' εὔκομοι Χάριτες λαμπρύνουσι. Hæc allegoricè de ſuis carminibus dicit, quæ Gratiarum venuſtate nitentia, clarum reddunt Carrhotum qui in Pythijs præſtantiſſimè ſe geſſit. ἠΰκομος Ion. pro comm.

εὔκομος. & φλέγοντι Dor.pro φλέγουσι. & φλέγω poët.pro comm.φωτίζω, λαμπρύνω, *illustro, illumino.*

λόγων φερτάτων μναμήιον. Periphrasis τοῦ ὕμνου, seu κώμου huius. Nam φέρτατοι λόγοι dicitur oratio metrica, quæ est præstantissima, & prosæ præcellit, hymnus autem est monumentum, quo posteris alicuius virtus declaratur. μναμήιον autem Dor.& poët. pro μνημεῖον.

μετ' μέγαν κάματον. Scholiastes putat poëtam respicere ad seditionem quam Cyrenæi Arcesilao excitarunt: vel ad Carrhotum qui multum in colligendis aduenis laborauit. Sed hæc sunt longiùs petita: & existimo magnum hunc laborem, eum esse intelligendum quem in isto certamine exantlauit. Quis enim inficietur Carrhotum sustinuisse grauem admodum laborem quum solus cum quadraginta aurigis certauit, eósque omnes deuicit? Et hæc videtur esse poëtæ mens quum sequenti periodo dicit τεσσαράκοντα γάρ. Nam τὸ γὰρ additum videtur ad rationem cur dixerit μετ' μέγαν κάματον.

πετόντεσσιν. poët.dat.plur.pro πεσοῦσι.& αὐιόχοισι poët.& Dor.pro ἡνιόχοις. ὅλον δίφρον hoc est, ὁλόκληρον, ἄθραυστον, ὑγιᾶ. *integrum, irruptum, sanum.* ἀταρβεῖ φρενὶ. hoc est, ἀταρβήτῳ καὶ ἀταράχῳ διανοίᾳ. Ἀταρβὴς est poëtic. ex α priu. & τάρβος.

κομίξαις. Hoc est, ἀγαγών. Est autem Dor.pro κομίσας part. Aor.1. ἐκόμισα à verbo κομίζω cuius fut. Dor.est κομίξω, & Aor.1. ἐκόμιξα.

ἦλθες ἤδη. Hoc est, ἐπανῆλθες εἰς πεδίον Λιβύας καὶ εἰς Κυρήνην πατρῴαν πόλιν ἐκ τῶν ἐνδοξοτάτων ἀγώνων: Illustria certamina vocat Pythia.

παράφρασις.

Ne putes autem quum in adipiscenda victoria tantum laborem exhausisti, tuam conditionem fuisse duriorem quàm aliorum qui res præclaras gesserunt. Nemo enim vnquam antehac præclari quicquam gessit, nemo vnquam in posterum sine magno labore geret. Arcesilaum verò sequitur vetus Batti fœlicitas, quæ pariter hęc & illa ipsi tribuit, vt sit turris & propugnaculũ vrbis, patriæ tutor ac defēsor, & peregrinos vt benigno erga eos est affectu, ita oculo serenissimo aspiciat. Cùm autem in solo vbi Cyrenen condidit Battus, grassari solerent superbi leones, territi diffuge-

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ'.

πόνων δ' οὔτις ἀπόκλαρός ἐστιν,
οὔτ' ἔσεται. ὁ Βάττου
δ' ἕπεται παλαιὸς
ὄλβος, ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων,
πύργος ἄστεος, ὄμμα τε φαεννότατον
ξένοισι. κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
λέοντες περὶ δείματι
φύγον, γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
ὑπερποντίαν.
ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
θῆρας αἰνῷ φόβῳ,

μετάφρασις.

*Laborum autem nemo exors est, neque erit. Batti verò sequitur vetus fœlicitas pariter hæc & illa tribuens, turris vrbis, & oculus lucidißimus hospitibus. Illum Battum & grauiter fastuosi leones præ timore fugiebāt, linguam postquam ad eos attulit transmarinam. Nam dux & author* deducendæ coloniæ *Apollo dedit feras graui metui, vt ne moderatori Cyre-*

runt, quum ille prout accepto vltra mare apud Delphos oraculo significatum fuerat, adducta sociorum manu, suæ coloniæ stationem construebat.

ὄφρα μὴ ταμίᾳ
Κυράνας ἀτελὴς
γένοιτο μαντεύμασιν,

nes irritus foret in suis *oraculis*,

Fecit autem Apollo, qui oraculi sui monitu author erat deducendæ coloniæ, vt feroces illæ feræ graui metu perculsæ, aufugerent, ne quid fatali illi Cyrenes conditori obstaret, ac ne vanum foret vaticinium Dei veridici,

πόνων δ' ἔπς. Gnome generalis qua consolatur Carrhotum, qui conqueri potuisset quòd sibi tam grauiter fuerat laborandum in certamine. Dicit enim hanc esse hominum, fuisse semper, & fore conditionem, vt cum labore res suas gerant. Cui illa respondet quæ extat 10. Od. Olymp. ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες. Vox ἀπόκλαρος est Dor. & poët. pro ἀπόκληρος hoc est ἄμοιρος. Hæc gnome potest etiam ad ærumnas & calamitates transferri, quarum nemo mortalium est exors.

ὁ Βάττυ δ' ἕπεται. Redit ad Arcesilaum, laudans eum à maioribus: à Batto autem laudat eum: cuius veterem fœlicitatem ipsum sequi ait. Nam vt Battus fuit suæ vrbis propugnaculum, & hospitum studiosus: sic & Arcesilaus.

ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων. Hoc est, ὁμοίως τὰ καὶ τὰ νέμων, ὡς ἦ πύργος ἄστεος, καὶ ὀφθαλμὸς ξένοις φαεινότατος. In hac sententia vocabulum ἔμπας cum Schol. sumo pro ὁμοίως vel ὁμῶς *pariter, similiter*. Adducit autem huius significationis exemplum, Ἔμπης μοι δοκέει δαΐδων σέλας ἐμμεμάμεναι, καὶ κεφαλῆς. Item Ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανόν. Sed cũ eodem Schol. aliisque interpretibus non sentio, qui τὰ καὶ τὰ intelligunt τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά. Cùm enim participium νέμων sit construendũ cum præcedenti ὄλβος, quomodo dicatur ὄλβος *fœlicitas* mala & bona distribuens? Ideóq; hæc τὰ καὶ τὰ νέμων refero ad sequentia: & dico veterem Batti fœlicitatem quæ sequitur Arcesilaum, hæc & hæc illi tribuere, vt sit quemadmodum Battus πύργος ἄστεος, ὄμμά τε φαεννότατον ξένοισι. Hæc perspicuè exponit Latina paraphrasis. Vide superiore Oda nomen φαεννὸς. cuius superlat. φαεννότατον hîc habes.

πύργος. Battum & Arcesilaum simul laudat à fortitudine, quæ idoneum reddit, vt sit patriæ præsidium. Item ab hospitalitate.

κεῖνόν γε. Digressio ad Batti historiam, cuius aduentu in Libyam, leones ibi grassari soliti, diffugerunt præ illius & sociorum metu, quem feris hisce immisit Apollo, nimirum vt fugatis illis, stationem ponere facilius esset, & quod oraculo prædixerat, plenè fieret.

βαρυκόμποι *superbi*. Βαρυκόμπος, hoc est ὁ βαρέως κομπῶν, *grauiter strepens superbiens*. φεῦγον neglect. augm. pro ἔφευγον hìc legitur, sed præstaret legere φύγον.

περὶ δείματι. Aristarchus teste Scholiast. refert eos in loco vbi condita est Cyrene, leones versari solitos: sed Apollinem Batto quædam carmina dedisse, quibus eos extruderet, & locum mansuefaceret.

γλῶτταν ἐπεί σφιν. Hoc eſt, ἐπεὶ τὴν ἀπόφασιν ἐκ Πυθίας ὑπὲρ τ̃ πόντον διεκόμισε. Non enim, inquit Didymus, ob vocem fugerunt: ſed γλῶτταν ὑπερποντίαν dixit, inquit Ariſtarchus apud Schol. παρ᾽ ὅσον τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος φωνὴν ἐκ Δελφῶν εἰς Λιβύην μετήνεγκε. Vox itaque illa tranſmarina quam attulit Battus, intelligitur Apollinis oraculum, quod reſpondit vt relicta Thera Cyrenen conditum iret. Tranſmarina, quia trans mare ſunt Delphi.

ὁ δ᾽ ἀρχαγέτας. Fugæ leonum cauſa efficiens Apollo Deus. Finalis ne quid obſtaret conditoribus: nam niſi fugati fuiſſent leones, Cyrene condita non fuiſſet. Ἀρχαγέτας Doricè pro ἀρχηγέτης poët. quod iam Olymp. 7. occurrit. Sic appellatur Apollo quia fuit ἀρχηγέτης ἀποικίας.

δῶκεν αἰνῷ φόβῳ. Hoc eſt, αἰνῶς φοβηθέντας εἰς φυγὴν παρώρμησε. Sic Cic. dixit. *Dare animum mœrori*, pro *animum mœrore afficere*, & Pindarus pariter δῶκεν φόβῳ, *dedit metui*, hoc eſt, *in metum compulit*.

ὄφρα μή. Cauſa finalis. q. d. ὡς μὴ πρὸς τὸ τέλος οὐκ ἄγοι ὅπερ μαντεύμασιν ὑπέστη τῷ τῆς Κυρήνης οἰκιστῇ. Ταμίας Κυράνας periphraſis Batti. & ἀτελὴς hoc loco dicitur ὁ μὴ ἄγων πρὸς τὸ τέλος.

| παράφρασις. | στροφὴ. γ. κῶλ. ιδ΄. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| qui viros & fœminas medicinam docet, cuius ope inueniant & adminiſtrent remedia ad grauium morborum curationem: quíque citharœdicam artem præbet, & dat quibuſcunque vult literarum humanarum cognitionem, quibus ingenuorum mores emolliantur, & inducta in mentem recti cognitione, bonæ leges pacis & concordiæ inter ciues conſeruatrices conſtituantur: qui etiam regit adytum in quo ipſius reſponſa redduntur: ex quo ſtrenuis Herculis & Aegimij poſteris ſignificatum eſt, Heraclidæ Ariſtodemi filijs Procli & Euryſtheni vt in Laconiam, Temeno vt Argos, Creſphontæ vt Pylum ſeu Meſenen, cum Aegimij filijs Dyma & Pamphylo ſe conferrent. Glorioſum autem & celebre genus meum Sparta profectum fertur. | ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων<br>ἀκέσματ᾽ ἄνδρεσσι, καὶ<br>γυναιξὶ νέμει, πόρεν τε<br>κίθαριν,<br>δίδωσί τε μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,<br>ἀπόλεμον ἀγαγὼν<br>ἐς πραπίδας εὐνομίαν,<br>μυχόν τ᾽ ἀμφέπει<br>μαντήϊον· τῷ καὶ Λακεδαίμονι, ἐν τ᾽ Ἄργει, καὶ<br>ζαθέᾳ Πύλῳ ἔνασσεν ἀλ-<br>κᾶντας Ἡρακλέος<br>ἐκγόνους, Αἰγιμιοῦ τε. τὸ δ᾽ ἐ-<br>μὸν γαρύετ᾽ ἀπὸ Σπάρ-<br>τας ἐπήρατον κλέος. | *qui & grauium morborum remedia viris & mulieribus dat, præbuítque citharœdicam artem: dat quoque Muſicam quibuſcunque voluerit, pacificam in mentes inducens rectam legum conſtitutionem, adytumq́ regit oraculare: per quod & Lacedæmonem, & Argos, & diuinam Pylum tranſportauit ſtrenuos Herculis poſteros, Aegimiiq́. Mea autem narratur è Sparta amabilis gloria.* |

ὃ καὶ βαρειᾶν. Digreſſio ad Apollinis artes, quarum mentionem facit, fortè. vt intelligat eas Cyrenæis ab ipſo collatas. De his artibus totóque Apolline, vide hymnum Homeri. Primò medicinæ authorem facit. q. d. ὃς ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ βαρειᾶν νόσων ἄκεσιν δίδωσι: ſiue dicas eum morbos virorum & mulierum ſuis reſponſis curare, ſiue dicas eum illis medicandi facultatem præbere. Habes ὃ pro ὃς *qui*: ſicuti apud Homerum ſæpe: vnum autem proferam exemplum Iliad. α.

Ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστί.

πόρεν τε κίθαριν. Secundò facit citharœdicæ artis authorem. q. d. καὶ πάρεχε τὴν κιθαριστικὴν ἐμπειρίαν. ſiue vno vocabulo, τὴν κιθαριστικήν.

δίδωσί τε μοῖσαν. Tertiò facit authorem humanitatis literarum q. d. ὃς δωρεῖται τὴν μουσικήν, οἷς ἂν βούληται. Sumo autem Muſam, ſeu Muſicam hoc loco, vt apud veteres, qui μουσικὴν vocabant *humanitatem*, ſeu *doctrinam literarum*.

ἀπόλεμον ἀγαγών. Hoc eſt, ἀστασίαστον ἄγων εἰς τὰς φρένας τῶν ἀνθρώπων τὴν εὐνομίαν. Sic quarto loco Apollinem facit authorem bonarum legum conſtitutionis. Nam quum animum humanis literis excoluit, dat cognitionem rerum quæ ad rectam politiam, & ad ciuitatis concordiam faciunt.

μυχόν τ' ἀμφέπει. Quintò à vaticinio eum commendat. q. d. ὅστις τὸ ἄδυτον αὐτοῦ μαντικὸν ἀμφέπει. Per μυχὸν μαντήϊον intelligit ipſum locum vbi reddebantur oracula. μαντεῖος autem poëticè, pro μαντικὸς, & μαντήϊος per dialyſin τοῦ ει in ηϊ.

τῷ καὶ. Hoc eſt, ᾧ χρησμῷ καὶ τοὺς Ἡρακλείδας, καὶ τοὺς Αἰγιμιοῦ παῖδας κατῴκισεν ἐν Λακεδαίμονι, καὶ Ἄργει, καὶ Πύλῳ. Vide paraphraſin Latinam. Occaſionem autem hinc ſumit redeundi ad maiores Arceſilai, quos cum Heraclidis commiſcet. Per Pylum hîc Scholiaſtes vult Meſenen intelligi.

ἔνασσεν. Eſt Aoriſt. ἔνασσε geminato σ. metri cauſa, tanquam à ναίω: & ἀλκᾶντας eſt accuſat. plural. à recto ſingular. ἀλκήεις comm. & Doricè ἀλκάεις. genit. ἀλκάεντος & per contractionem ἀλκᾶντος, & ſic in obliquis.

τὸ δ' ἐμόν. Hoc eſt, τὸ δ' ἐμὸν κλέος καυχᾶται εἶναι ἀπὸ Σπάρτης. Pindarus Thebanus oſtendit Thebanos cum Lacedæmonijs eandem terram inhabitaſſe. Illud autem ſtudio contendere videtur poëta, vt ſe Lacedæmoniorum & Cyrenæorum, proinde & ipſius victoris Arceſilai cognatum eſſe oſtendat.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ι δ'. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| Quippe maiores noſtri Aegei filij, Thebanorum familia, qui Lacedæmonem cum Do- | ὅθεν γεγενναμένοι ἵκοντο Θήρανδε φῶ-τες Αἰγεΐδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ | *vnde geniti venerunt in Theram viri Aegidæ mei maiores,* |

monienfibus, & Atiftodemo migrarunt, ibi cum tempore propagati, ex illis fuerunt colonis qui in Theram adducti funt. Neque hæc fine diuina prouidentia facta funt. Nam factum Aegidas ad celebranda Carnea, epulum multis victimis inftructum adduxerat, quos Heraclidæ per Bœotiam tranfeuntes, oraculi monitu Thebis acceperunt, & ab illo Apollinis epulo fecum Spartam abduxerunt. Quam ob caufam inftitutis per fucceffionem etiam in Libya, ô Apollo, Carneis hifce facris tuis, in conuiuio honorificè celebramus Cyrenen vrbem ædificijs valdè infignem: quam Troiani quoque hofpites, bellicofa proles Antenoris, incolunt: qui poftquam bellico incendio vaftatam viderunt patriam, cum Menelao Helenam abducente in Libyam vfque venerunt, vbi erroribus feffi confederunt, & eò deducta colonia aduenis nouis iuncti funt.

Θεῶν ἄτερ· ἀλλὰ μοῖρά τις ἄ-
γεν
πολύθυτον ἐς ἔρανον,
ἔνθεν ἀναδεξάμενοι
Ἄπολλον, τεὰ
Καρνεῖα, ἐν δαιτὶ σε-
βί-
ζομεν Κυράνας ἀγα-
κτιμέναν πόλιν, ἔχοντι
ταὶ
χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες Ἀντανορεῖδαι. σὺν Ἑ-
λέ-
νᾳ γὰρ μόλον, καπνωθεῖ-
σαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον

*non abfque Dijs: fed fatum quoddam adduxit ad multarum victimarum epulum. Inde fufcipientes ô Apollo tua Carnea, in conuiuio celebram° Cyrenes valdè infignem ædificijs vrbem, quam incolunt æreis armis gaudentes hofpites Troiani Antenoridæ. Cum Helena enim eò venerunt, fumantem patriam poftquam viderunt*

ὅθεν γεγωναμένοι. Hoc eft, ἐξ ἧς γεγωνημένοι οἱ πρόγονοι ἡμῶν οἱ Αἰγεῖδαι εἰς τὴν Θήραν ἀφίκοντο. Hiftoriā hanc vt fe habet, breuiter attingo in paraphrafi. Apparet autem poëtam innuere velle Aegidas fuiffe Thebanos, qui Lacedæmonem iuerunt, inde in Theram, ex Thera in Libyam migrarunt. Cùm autem Heraclidæ focios fibi adiungerent Aegidas, eos inuenerunt Carneia Apollinis facra celebrantes. Quorum facrorum obferuationem Lacedæmone in Theram, & Libyam per fucceffionem tranftulerunt pofteri.

ἐ Θεῶν ἄτερ. Vide in Chil. Erafm. ἐκ ἄνευ Θεῶ.

ἀλλὰ μοῖρά τις. Diuina prouidentia factum ait, vt fui maiores Spartam iuerint. Nam cùm Carnea celebrarent, inuenti funt, & ab Heraclidis affumpti focij. Appellat πολύθυτον ἔρανον, Epulum in quo multæ victimæ mactantur. Eft autem πολύθυτος, ὁ ἐκ πολλῶν θυσιῶν συνεστὼς, *qui multis conftat ex victimis.* ἔρανος non fignificat hoc loco cœnam collatitiam, fed fimpliciter εἰλαπίνην. Mendæ fufpectus locus. Nam hoc colon abundat fyllaba.

τεὰ Καρνεῖα. Commendatio Cyrenæorum à pietate, quòd Carneia Apollinis facra, à maioribus accepta obferuarent. Ex lib. Paufaniæ 3. de rebus Laconicis apparet à Carno Acarnane quodam inftituta effe facra hæc: vnde & Carneus dictus fit Apollo. Id factum Olympiade 26. colligimus ex Athenæi Dipn. l. 14. c. 4. Vbi autem & quomodo celebrarentur idem oftendit l. 4. c. 9. in quem locum annotat Doctiffimus Cafaubonus, hanc folennitatem quandam conuenientiam habere cum Iudaico illo fefto: quam feu σκηνοπηγίαν,

ſeu σκηνῶν ἑορτὴν appellabant. Multas hîc mactari victimas oſtendit poëta quum dixit, πολύθυτον ἔρανον. Et certè ſi, vt loco citato 4. Dipnoſoph. Athenęi habetur, nouem in locis qui ſimiles erant tentorijs, vbique nouem cœnabant homines, ídque feſtum in nonum diem prorogabatur, multæ victimæ erant neceſſariæ.

σεβίζομεν. A σεβίζω *colo, honoro*, poët. idem ac σεβάζω. ἀγακτιμέναν Doricè pro ἀγακτιμένην. Ἀγακτίμενος eſt ὁ ἄγαν λαμπρῶς κεκτιμένος, *valdè ſplendidè ædificatus*. Fit ab ἄγαν *valdè*, & κτίζω *condo, ædifico*, & ſumitur à partic. præt. paſſ. κεκτισμένος, Aeol. verò neglecto augmento ſyllabab. & reiecto σ. metri cauſa κτίμενος, & cum ἄγαν reiecto ν. euphoniæ cauſa, pro ἀγανκτίμενος, dicitur ἀγακτίμενος. Pro hoc apud Homerum ſæpe legitur ἐυκτιμένη πόλις.

Ἀντανορείδαι, Dor. pro Ἀντηνορείδαι. Digreditur autem in hiſtoriam Antenoris & eius ſociorum, qui exciſa Troia Menelaum ſequuti ſunt, & in Libya ſedes poſuerunt. Hunc nonnulli patriæ ſuæ proditorem fuiſſe putarunt.

καπνωθεῖσαν. Hoc eſt, κατακαυθεῖσαν. Quanquam enim καπνόω, quod eſt verbum poëticum, pro καπνίζω, ſignificat *fumo inficio*, nihilominus à conſequenti antecedens eſt intelligendum. Et ſic metonymicè etiam καπνὸς, ἀντὶ πυρὸς vſurpatur.

παράφρασις.

Porrò hanc Antenoris poſterorum gentem equeſtrem & bellicoſam, magno ſtudio, tanquam diuinos honores meritam, poſt mortem ſacrificijs colunt, doníſque cohoneſtant, Batti (aliàs Ariſtotelis dicti) comites, qui maris viam ipſis aperiens, in eam regionem celeribus nauibus vectos duxit. Idem autem Battus res diuinas auguſtiores reddidit, quum magnos Deorum lucos inſtituit, quum fecit viam nomine Scyrotam: lęuigatis nimirum lapidibus ſtratam, directam & planam, vt equis etiam eſſet peruia, & pompas quæ precibus & ſacrificijs mala ab hominibus propulſant, ad templum Apollinis euntes exciperet: cuius extrema in parte, vbi forum eſt, ſeorſim & pręcipuo in loco defunctus iacet.

ἐπῳδ. κώλ. ιδ.

ἐν ἄρει. τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθ-
νος,
ἐνδυκέως δέχονται
θυσίαισιν ἄνδρες
οἰχνέοντές σφε δωροφόροι,
τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε ναυσὶ
θοαῖς
ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοί-
γων·
κτίσε δ' ἄλσεα μείζονα
θεῶν, εὐθύτομόν τε κατέθη-
κεν
Ἀπολλωνίαις
ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομ-
παῖς
ἔμμεν ἱππόκροτον
σκυρωτὰν ὁδόν. ἔν-
θα πρυμνοῖς ἀγορᾶς
ἔπι δίχα κεῖται θανών.

μετάφρασις.

*in bello. Equorum autē agitatricem gentē propensè excipiunt ſacrificijs viri ad eos accedētes munerum latores, quos Ariſtoteles adduxit nauibus citis, maris profundam viam aperiens. Condidit autem lucos maiores Deorum, fecitq́ue viam* nomine *Scyrotam, directam, ita vt eſſet planities equis perſtrepens* in *Apollineis pompis propulſantibus* mala *ab hominibus, vbi poſtrema in parte fori ſeorſim iacet mortuus.*

ἐν ἄρει. Cohæret cum ſuperioribus: & ἄρης metonymicè dicitur, pro πόλεμος, quare ἐν ἄρει dictum pro ἐν πολέμῳ.

τὸ δ' ἐλάσιππον. Hoc eſt, τοῦτο δὲ τὸ Ἀντηνόρεος ἔθνος πολεμικὸν, σὺν θυσίαις καὶ δώροις ἐρχόμενοι τιμῶσιν, οὓς ὁ Βάττος κατὰ θάλασσαν ἤγαγεν εἰς Λιβύαν. Quibus verbis Antenoridas commendat ab honoribus diuinis quos acceperunt poſt mortem à Cyrenæis, qui periphraſticè innuũtur, quum dicit τὸν Ἀριστοτέλης, &c. ἐλάσιππος. Fit ab ἐλαύνω & ἵππος: & poëticum eſt, pro ἱππικός, ſeu πολεμικός.

ἐνδυκέως δέχονται θυσίαις. Hoc eſt, ἐπιμελῶς δεξιοῦνται θυσίαις. Eſt autem ἐνδυκέως poët. aduerb. quod Magn. Etym. interpretatur φιλοτίμως, ἀξίως, μετ' ἐπιμελείας, ἐπιμελῶς, μετ' ἐπιστροφῆς, *propensè, dignè, cum accuratione, accuratè, cum ſolicitudine.* Hoc deducit Euſtath. ab Ionico δέκω, pro comm. δέχομαι, ε per paragogen in ο mutato, & ο in υ Aeolicè. Alij deducũt ab ἐν & δὺν *cura, ſolicitudo,* inſerto κ. & η in ε. mutato.

ἰχνέω eſt poët. pro εἶμι, πορεύομαι, ἔρχομαι: fit ab ἴχνος *veſtigium.* & ante σφὲ, quod ſignificat αὐτόν, ſubauditur præpoſitio πρὸς.

κτίσε δ' ἄλσεα. Hoc eſt, ἔκτισε δὲ μεγάλα τεμένη. Battum à rebus in Africa geſtis laudat. ἄλση ſunt τεμένη, quæ vocat μείζονα, pro ſimplici, μεγάλα: neque enim πρὸς ἄλλα συγκρίνει: quòd maiores lucos fecerit, quàm qui iam extabant.

εὐθύτομόν τε. Hoc eſt, ἐποίησε δὲ τὴν Σκυρωτὴν ὁδὸν εὐθυτενῆ καὶ λείαν, ἵνα γίνοιτο βάσιμος τοῖς ἵπποις, καὶ ταῖς πομπαῖς ταῖς ἀπαλεξούσαις τὰ τῶν ἀνθρώπων κακὰ, εἰς Ἀπόλλωνος ἰούσαις. Fit εὐθύτομος ab εὐθὺς & τέμνω, à quo τόμος. Legi etiam poteſt εὐθύτονον. ἀλεξίμβροτος, ὁ ἀλέξων ἀπὸ τῶν βροτῶν κακά.

Σκυρωτὰν Dor. pro Σκυρωτήν. Via Scyrota, hoc eſt, λιθόστρωτος. Fit à σκύρον, hoc eſt, λατύπη ἡ ἀπὸ τῆς κατεργασίας τῶν λίθων ἀποπίπτουσα, puluis, & alia quæ in poliendis lapidibus decidunt. Innuit autem aſperum priùs fuiſſe hunc locum, poſtea redditum commodum.

ἔνθα πρυμνοῖς. Batti honor poſt mortem à loco ſepulturæ. q.d. ἔνθα διακεχωρισμένος τῶν ἄλλων βασιλέων ὁ Βάττος τεθνηκὼς τάφον ἔχει ἐπ' ἐσχάτοις τῆς ἀγορᾶς. In conſtructione huius ſententiæ ἐπὶ ante πρυμνοῖς eſt ponendum: & δίχα ſcribendum, non ἐπίδιχα.

παράφρασις.

Qui poſtquam inter homines fœliciter vixit, poſt mortem à populo tanquã Heros cultus eſt. Alij verò reges ſacri minùs honorificum ſepulchrum, ſeorſim ante vrbem ſortiti ſunt. Qui omnes mente ſubterraneis in locis iacente, audiũt chorealem hunc hymnum, quo Arceſilai virtus

στροφὴ δ'. κῶλ. ιδ'.

μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα
ἔναιεν, ἥρως δ' ἔπειτα
λαοσεβής. ἄτερθε δὲ πρὸ δω-
μάτων ἕτεροι λαχόντες αἵ-
δαν,
βασιλέες ἱεροὶ
ἐντί. μεγάλαν δ' ἀρετὰν
δρόσῳ μαλθακᾷ

μετάφρασις.

*Beatus quidem inter homines habitabat, heróſque poſtea à populis cultus: ſeorſum autem ante ædes alij ſortiti orcum reges ſacri ſunt. Magnam autem virtutem molli rore rigatam, hymnorúmque*

ingens, tanquam molli rore & liquore ſubtus affuſo irrigata vireſcit: ſéque hoc nomine fœlices agnoſcũt, cùm ſibi & filio Arceſilao commune putent hoc laudis beneficium, quanquam illi propriè debitum; quem in choro canentium iuuenum decet decantare aureo enſe conſpicuum Apollinem,

ῥανθεῖσαν, κώμων θ᾽ ὑπο-
χεύ-
μασιν ἀκούοντί ποι
χθονίᾳ φρενὶ, σφὸν ὄλβον,
υἱ-
ῷ τε κοινὰν χάριν
ἔνδικόν τ᾽ Ἀρκεσίλᾳ. τὸν ἐν
ἀ-
οιδᾷ νέων πρέπει χρυ-
σάορα Φοῖβον ἀπύειν,

*liquoribus audiunt terreſtri mente, ſuam fœlicitatem, filióque communem gratiam, & iuſtè debitam Arceſilao: quem in cantu iuuenũ decet aureo enſe conſpicuum Phœbum reſonare,*

μάκαρ μὲν. Battum laudat ab honore quo Cyrenæi viuentem ipſum proſequuti ſunt: & ab eo quo defunctum tanquam Heroëm colentes cumularunt. Quare cùm tanto in pretio fuerit ante & poſt mortem, colligere licet quantum alijs à regibus diſcreparit. Paſſim autem in ſcriptis Ethnicorum videre eſt, viros magnos poſt mortem diuinis honoribus exceptos fuiſſe.

λαοσεβὴς. poët. ὁ ὑπὸ τοῦ λαοῦ σεβόμενος, *qui à populo colitur.* πρὸ δωμάτων Schol. exponit πρὸ τῶν τῆς πόλεως πυλῶν, *ante portas vrbis.* Puto ἀΐδαν, quod Doricè dicitur pro ἀΐδην, hîc ſumi pro τάφον.

μεγάλαν δ᾽ ἀρεταν. Epanodus ad laudes Arceſilai: & per ἠθοποιίαν facit defunctos affici honoribus filij Arceſilai. In præcedentibus etiam iterum atque iterum docuit poſteritatis laudem ad defunctos pertinere. Hîc peculiariter magnam virtutem appellat victoriam illam Pythicam Arceſilai.

δρόσῳ μαλθακᾷ. Metaphorica hæc ſunt: nam vt roris & humoris affuſio facit vt planta vireſcat: ſic & carmen quo virtus conſpergitur, eam facit diuturniorem. Nonnulli codices legunt μεγάλαν ἀρεταν ῥανθεισᾶν in genit. plur. quæ lectio ſenſum non corrumpit. Nam ſequentis verbi conſtructio cũ genitiuo eſt recepta. Si μεγάλαν ἀρεταν in accuſ. ſing. legas, erit Dor. pro cõm. μεγάλην ἀρετὴν: ſi verò μεγάλαν ἀρεταν ῥανθεισᾶν erit genit. plur. Dor. pro comm. μεγάλων ἀρετῶν ῥανθεισῶν.

ὑποχεύμασι. Poëticum eſt & Pindaricum vocabulum ὑπόχευμα, ab ὑποχέω *ſuffundo* deductum, q.d. *ſuffuſio*: ſed ſumitur pro comm. χυμὸς *liquor.* ἀκούοντι Dor. pro comm. ἀκούουσι. Dixit χθονίᾳ φρενὶ, hoc eſt, ὑπογείῳ quòd ſub terra iaceant mortui.

σφὸν ὄλβον. Suam fœlicitatem dicit quatenus viuentium laus ad defunctos maiores pertinet. σφὸς Dor. & poët. pro σφέτερος, οἰκεῖος, ἴδιος, *ſuus, domeſticus, proprius.*

τὸν ἐν ἀοιδᾷ. Hoc eſt, ὅν τινα Ἀρκεσίλαον προσήκει ἐν χορῷ νέων ἀειδόντων ἀνυμνεῖν Ἀπόλλωνα. Admonet officij victorem. Nam eum qui Dei ope vicit, decet grato eſſe animo erga illum. χρυσάωρ eſt Apollinis epitheton, qui dicitur aureum enſem ferre, quòd auricolores radios habeat inſtar enſis acutos. Verbum ἀπύειν iam occurrit, 5. Ol. & 2. Pyth.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιδ. | μετάφρασις.

cùm fuerit ipsi author egregiæ victoriæ ex Pythone reportatæ, pro qua venusto carmine decoretur in solatium magnorum sumptuum quos fecit. Virum illum viique laudant viri sapientes, & prudentes. Ego autem laudes eius persequendo, vulgaribus loquendi formulis vtar. Hic iudicio, prudétia, & eloquio præstantior est quàm pro ætatis ipsius ratione. Quod ad fortitudinem, animísque fiduciam attinet, is inter alios viros tantus est, quanta inter alias aues aquila volucrũ regina. In certaminibus tantũ robore valet, quantum in bellis ad defensionem vrbis validum propugnaculum. In adipiscendis

ἔχοντα Πυθωνόθεν
τὸ καλλίνικον λυτήριον δαπανᾶν μέλος χαρίεν.
αὐ-
δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοί.
λεγόμενον ἐρέω.
κρέσσονα μὲ ἁλικίας
νόον φέρβεται,
γλῶσσάν τε, θάρσος τε τανύ-
πτερος ἐν ὄρνιξιν αἰετὸς ἔπλετο. ἀγωνίας
δ', ἕρκος οἷον, σθένος.
ἔν τε μοίσαισι ποτανὸς ἀπὸ
ματρὸς φίλας, πέφανταί
θ' ἁρματηλάτας σοφός.

*cùm habeas ex Pythone carmen venustũ de tua egregia victoria persolutoriũ sumptuũ. Virum illum laudant prudentes. Quod vulgò aiunt dicam. Præstantiorem ætate alit mentem & linguam: at animi magnitudine est velut* expandens *alas inter aues aquila: robore autem in certaminibus est veluti propugnaculum. In Musis autem volatilis ab vsque matre chara, apparuítque currũ agitator scitus.*

& addiscendis disciplinis, celeri promptóque ingenio se ab ipsa pueritia ostendit. Est etiam peritus agitandi currus, cuius suæ industriæ eximium specimen in Pythijs iam edidit.

ἔχοντα Πυθωνόθεν. Cohærent hæc cum superioribus, q. d. ἔχοντα καλλίστην παραμυθίαν τ̃ δαπανῶν, τὴν ἐκ Πυθῶνος νίκην, καὶ τὸ χαρίεν ἐπὶ τῇ νίκῃ μέλος τοῦτο. Ratio est cur debeat Arcesilaus Apollinem laudare. Πυθωνόθεν aduerb. quod significat ἐκ τῆς Πυθῶνος, & sumit ἔχοντα, pro διότι ἔχει.

λυτήριον δαπανᾶν. Sic vocat hoc carmen encomiasticum, quia præmium laudis animum leuat molestijs quę propter sumptus factos eum vexare solent. Itaque λυτήριον est remedium quod aliquo malo nos liberat. χαρίεν μέλος intellige hunc hymnum.

αὐδρα κεῖνον. Amplificat Arcesilai merita eo quòd à sapientibus laudetur. Nam illud arguit ipsum esse verè laude dignum. Neminem enim nisi meritum laudant sapientes: quorum exemplo idem se facturum testatur Pindarus.

κρέσσονα μὲ. Laudat Arcesilaum à senili prudentia qua pollet in ætate iuuenili. Vide in Chil. Eras.

*Ante barbam doces senes.*

Hòc autem sibi vult, ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἔχει τ̃ νοῦ καὶ τὴν εὐγλωττίαν. φέρβεται metaphora sumpta à rebus corporeis quæ aluntur. Et quum addit γλῶσ-

σαί τε laudat eundem ab eloquentia.

θάρσος τε. Laus ab animi magnitudine, quæ quanta ſit in eo, comparatione ab aquilis ſumpta oſtendit: & rectè regē regali aliti cōparat. q.d. κτ' δὲ τὸ θάρσος, καὶ τὴν ἀνδρείαν τοσοῦτος ἐστὶν, ὅσος ὁ ἀετὸς πρὸς τοὺς ἄλλους ὄρνις συγκρινόμενος.

ἀγωνίας δ'. Laus à robore corporis per comparationem propugnaculi. q.d. ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσιν ἔχει τὸ ἑαυτοῦ σθένος ὁποῖον ὀχύρωμα καὶ τειχεῖον. Schol. hæc ſumit θαυμαστικῶς: ſed inane illud puto.

ἔν τε μοίσαισι. Laus ab inſtitutione in bonis literis, in quibus à pueritia eſt educatus. q.d. ἐν δὲ παιδεύσει ὀξὺς καὶ ταχὺς γέγονεν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, muſas intelligit humanitatem literarũ, & ποταινὸς eſt Dor. pro ποτηνὸς *volatilis*. Nonnulli exponunt ἔνδοξος: quaſi dicere velit eum in bonarum literarum ſtudijs adeò profeciſſe, vt clarum nomen ſit adeptus: ſed malim interprerari ὀξὺς καὶ ταχὺς: quaſi dicere velit eum prompto & celeri ingenio fuiſſe à pueritia. ἀπὸ ματρὸς φίλας, hoc eſt, ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας, quia tenera ætate verſamur adhuc cum matribus.

πέφανται δ'. Laus à peritia regendi currus. ἁρματηλάτας Dor. pro ἁρματηλάτης, *agitator currus*.

παράφρασις.

Denique quotquot præclara ſtudia & inſtituta vigent in patria, ea ſectatur accuratè, & fortiter affectat. Vt autem Deus illum hoc tempore beneuolentia proſequens viribus muniuit; ſic & in poſterum ô Dij Saturni filij beati concedite vt ad res gerendas & conſilia animum appellat: nec permittite in vita quicquam detrimenti capiat: ita vt quemadmodum autumnali tempore hyemalium ventorum flatus folia fructúſque arborum in terram decutit, ſic etiam ipſius præclara facinora marceſcant: quin potiùs perpetuò vireat vitæ eius ſplendor, nullo interuallo defrondeſcens. Cæterùm Iouem, cuius prudentia magna charorum virorum fortunam gubernat, oro vt Arceſilao victoriam Olympicam olim concedat, quò magnorum etiam Olympiorum Pythijs maiorum decora & glorioſa victoria Batti generi obtingat.

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ'.

ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων κα-
λῶν ἔσοδοι, τετόλμα-
κε. Θεός τέ οἱ τὸ
νῦν γε πρόφρων τελεῖ δυνα-
σιν,
καὶ τὸ λοιπὸν ὦ Κρονίδαι μάκα-
ρες
διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βου-
λαῖς
ἔχειν. μὴ φθινοπωρὶς ἀ-
νέμων χειμερία καταπνοὰ δα-
μαλίζοι χρόνον.
» Διός τοι νόος μέγας κυβερ-
» νᾷ
» δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.
εὔχομαί νιν Ολυμπί-
ᾳ τοῦτο δόμεν
γέρας, ἐπὶ Βάττου γένει.

μετάφρασις.

*Et quotquot in ſuam regionem inuehuntur præclara* ſtudia *aggreditur. Deuſque illi nunc beneuolus ſuppeditat vires, & in poſterum ô Saturnidæ beati date factis & conſilijs deditum eſſe: ne fructibus exitialis ventorum hybernus flatus profliget tempus vitæ il*lius. *Iouis mens magna gubernat ſortem virorum charorum. Oro igitur eum apud Olympiam hoc dare decus in Batti genere.*

ὅσα τ' εἰσίν. Hoc eſt, ὅσα τ' ἐπιτηδεύματα οἱ ἐπιχώριοι ἄνδρες ἐπιτηδεύουσι, τόσα καὶ αὐτὸς ἐπετήδευσε. Commendat denique Arceſilaum ab omnigenarum virtutum ſtudio. ἔσοδος propriè eſt *ingreſſus*, ſed hîc ſignificat *mores*, *inſtituta*, *res quas quis primùm aggreditur*. Vir ſanè laude digniſſimus, qui nihil intentatum reliquit eorum quæ in patria laudari nouit. τετόλμηκε, hoc eſt, ὑπέμεινε, ἢ κατώρθωσε.

Θεός τέ οἱ. Comprecatio eſt vt Arceſilaum in fœlici vitæ ſtatu conſeruent Dij. q. d. ὡς δ' ὁ Θεὸς αὐτῷ ἐπὶ τοῦ παρόντος τελεῖ τὴν δύναμιν, οὕτω καὶ τὸ λοιπὸν ὦ Κρόνου παῖδες δίδοτε τῷ νοῷ καὶ τοῖς ἔργοις καὶ ταῖς βουλαῖς παρεσχεῖν. vox δυνάσις, pro δύναμις, iam occurrit Oda ſuperiore. In his etiam notatur laus à fauore diuino: quum dicit Deum Arceſilao vires nunc ſuppeditare.

μὴ φθινοπωρὶς. Malorum deprecatio bonorum ſequitur comprecationem. q. d. μὴ ἐάσητε τοιοῦτον ἐλάττωμα περὶ τὸν βίον αὐτοῦ γενέσθαι, ὥστε καθάπερ ὑπὸ φθινοπώρου πνοῆς τὰ φύλλα τῶν δένδρων κεῖται ἐπὶ τὴν γῆν, οὕτω καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ μαρανθῆναι. ἀλλ' ἀειθαλὴς μένοι ὁ βίος αὐτοῦ, μηδέποτε φθίνων, μηδὲ φυλλορροῶν. Sic allegoriam hanc reddit dilucidè Scholiaſtes. φθινοπωρὶς, hoc eſt, τὴν ὀπώραν φθίνουσα. Aliàs eſt oliua conditanea, κολυμβὰς, ſeu νηκτρὶς apud Suidam.

δαμαλίζοι. Eſt optat. modi, verbi δαμαλίζω poët. pro δαμάζω comm. *domo*, *profligo*. Videtur fieri à δαμάλη iuuenca, vt δαμαλίζειν propriè videatur accipi pro τὰς νέας βοῦς δαμᾶν: per tranſlationem autem de alijs dici. δαμάλη fit à δαμάω. & δαμαλίζεσθαι Pyth. 11. eſt *iuuencæ more laſciuire*.

Διός τοι νόος. Generalis ſententia qua docet Deos virorum charorum & bonorum curam genere. Quod cùm perſpectum habeat, ſtatim orat vt & aliquando victoriam Olympiorum Arceſilao concedat. q. d. ὁ Διὸς νοῦς τὴν ἑκάστου τύχην κυβερνᾷ. τοιγαροῦν εὔχομαι αὐτὸν τὴν τιμὴν τὴν ἀπὸ νίκης Ὀλυμπίων δοῦναι τῷ Ἀρκεσιλάῳ, ὅστις ἐστὶ Βάττου γένος. Dixit δόμεν. pro δοῦναι: quod conſtrui poteſt etiam hoc modo, ἐπιδόμεν Βάττου γένει τοῦτο γέρας.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ, ἅρματι.

XENOCRATI AGRIGENtino, curru victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ ϛ.

ODE VI.

# ARGVMENTVM.

*XEnocratem laudat qui curru victoriam est adeptus: eúmque à patria & à Pythiaca victoria commendat. Deinde ad filium Thrasybulum transit, quem laudat à pietate cùm in Deos tum in parentes, à patre, à patruo Therone, à modestia, sapientia, literis, equitatu, à candore, & morum suauitate inter æquales.*

παράφρασις.

Attendite auditores. Etenim Delphos solum amœnissimum & iucundissimum nostro carmine celebramus, euntes ad templum Delphicum, quod mari & fluuijs horrendùm strepentis orbis terrarum est medium (sicuti coniectû est ex eo quòd aquilæ duæ à Ioue pari volatu emissæ, altera ab oriente, altera ab occidente huc concurrerunt) vbi & fœlicibus Emmenidæ posteris, & Agrigento quod eius-

στροφὴ α. κῶλ. θ.

Ἀκούσατ᾽. ἢ γὰρ ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας
ἄρουραν, ἢ Χαρίτων ἀναπολίζομεν,
ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονὸς
ἐς ναὸν προσοιχόμενοι. Πυθιόνικος
ἔνθ᾽ ὀλβίοισιν Ἐμμενίδαις,
ποταμίᾳ τ᾽ Ἀκράγαντι, καὶ μὰν Ξενοκράτει,
ἑτοῖμος ὕμνων
θησαυρὸς ἐν πολυχρύσῳ
Ἀπολλωνίᾳ τετείχισται νάπᾳ.

μετάφρασις.

*Audite: nam nigrioculæ Veneris aruum, aut Gratiarum versamus, vmbilicum horrisonæ terræ ad templum pergentes: vbi de victoria Pythica fœlicibus Emmenidis, fluuialíque Agrigento, atque etiam Xenocrati, paratus hymnorum thesaurus in diuite auri Apollonio luco*

dem nominis fluuio allui-tur, & Xenocrati in Apollinis templo multorum do-nariorum aureorum diui-te, in promptu eft hymno-rum thefaurus, atque hu-iufmodi, vt ita dicam, mu-rorum munimento valla-tus, vt neque fuperueniens imber vehemens, qualis in tempeftate oboritur, ac fi horrifona nubes crudelem in hoftes exercitum im-mittat: neque ventus col-luuie omnia fecum abri-piente tundens, in ma-ris profundi receffus in-timos eum detrufum poffit perdere. Sed potiùs puro lumine fulgentem gerens faciem, celebrem hominum fermonibus victoriam, curru Crifæis Delphorum in vallibus partam, tuo patri, tibíque eius filio communem, Thrafybule, apud pofteros celebratus fit.

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

τὸν οὔτε χειμέριος ὄμβρος ἐπακτὸς
ἐλθὼν
ἐριβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλι-
χος,
οὔτ᾽ ἄνεμος ἐς μυχοὺς ἁλὸς
ἄξει παμφόρῳ χεράδι τυπτόμενος.
φά-
ει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ,
πατρὶ τεῷ Θρασύβουλε, κοινάν τε
γενεᾷ
λόγοισι θνατῶν
εὔδοξον ἁρματινίκαν
Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς ἀπαγγε-
λεῖ.

*reconditus* eft *intra murum. Quem* thefau-rum *neque hybernus imber cum impetu fu-perueniens horrifonæ nubis exercitus impla-cabilis, neque ventus in receſſus maris trudet, omnia rapiente collu-uie tundens, ſed luce faciem* habens *in pura patri tuo Thraſybule, & cõmunem ſtirpi ſer-mone mortalium in-clytam currulem victo-riam Criſæis in vallibus prædicabit.*

Ξενοκράτει. Xenocrates Agrigentinus vicit Pythiade 24. Ex quo Scholiaftes admonet hos hymnos non fuiffe ordine collocatos pro ratione temporum. Nam Xenocrates multo antè tempore vicit quàm Arcefilaus. Porrò cùm paucis hîc laudetur Xenocrates, & multis filius eius Thrafybulus, videtur imperfectus hymni titulus, in quo idcirco fuiffet nominandus Thrafybulus. Præterea nouum eft quod hæc Ode ftropha & antiftropha tantùm conftet, epodo careat.

Ἀκούσατε. Apoftrophe eft vel in perfona chori, vel in perfona Pindari ad auditores, à quibus attentionem petit, cùm fit laudaturus Pythicam Xenocratis victoriam. Eâdẽ autẽ fidelia duos parietes dealbat, vel plures: nam obiter Agrigentum: Pythonem feu Delphos, illud patriam victoris, hanc locum vbi vicit, laudat.

ἢ γᾶ. Hoc eft, καὶ γᾶ ἀναπολοῦμεν τὸ χωρίον εὐοφθάλμου Ἀφροδίτης, ἢ τῶν Χαρίτων, τουτέστιν, ἀνυμνοῦμεν τὴν Πυθῶ γῆν ἐπαφρόδιτον καὶ ἐράσμιον. Ratio attentionis fumitur à loco victoriæ. Nam cum ijs fentio qui his verbis Pythonem denotari putant. Nam folet poëta locum victoriæ laudare, & ex paraphrafi fatis patebit conuenientiffimum effe hunc fenfum. ἢ γᾶ fume pro καὶ γᾶ.

ἑλικώπιδος. Synecdoche eft: nam à parte totam formofam innuit. Eft autem ἑλικῶπις idem ac μελανῶπις. Commendatur autem præcipuè in muliebri fexu niger oculorum color, vnde & 4. Pyth. Alcmenam vocauit ἑλικοβλέφαρον. Porrò ἄρουραν Ἀφροδίτας dicit vt 1. Epod. fuperioris Odæ γλυκὺν κᾶπον Ἀφροδίτας. *terram Veneris*, hoc eft, *amœniſſimam*: fic & *terram Gratiarum* ἐράσμιον καὶ

Eee ij

ἐπιτροπῇ. Quod attinet ad ἀναπολίζομεν poëticum eſt,pro ἀναπολοῦμεν,hoc eſt,ἀναστρεφόμεθα.

ὀμφαλόν.Locus in quo celebranda eſt ἀρετὰ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τῶν Χαρίτων.q.d.εἰς τὸν ναὸν Πυθῶνος παραγινόμενοι,τὸν τῆς ἐριβρόμου γῆς ὄντα ὀμφαλόν.Cur Delphi ſeu Pytho dicatur terræ vmbilicus iam antè fuit commemoratum.

ἐριβρόμου. Terra dicitur *horriſona* propter ſtrepitum præterlabentis fluminis Permeſſi:vel quia quodam cum horrore & ſtrepitu vates ibi dat reſponſa. Vel terra vniuerſa dicitur ἐρίβρομος ob mare & fluuios qui circũſtrepunt agitati.Quod eſt veriſimilius : ſiquidem de orbis terrarum medio fit mentio,& ναὸν intellige τὸν Πύθιον.

Πυθιόνικος.Hoc eſt,ὅπου τοῖς εὐδαίμοσιν Ἐμμενίδαις, καὶ τῇ ποταμίᾳ Ἀκράγαντι, καὶ τῷ Ξενοκράτει, ὁ ὑπὲρ τῆς ἅρματι ἐν Πυθῶνι νίκης ὕμνος πρόχειρος ἀνάκειται ἐν τῇ πολυχρύσῳ τοῦ Ἀπόλλωνος νάπῃ. Laus victoriæ Xenocratis : quæ materia eſt huius hymni. Laudem autem cum maioribus eius & patria pro more communicat. Πυθιόνικος propriè eſt ὁ ἐν τοῖς Πυθίοις νικήσας, *qui vicit in Pythijs*. Hic verò pro *qui de victoria eſt* : vt Πυθιόνικος ὕμνων θησαυρὸς, *theſaurus hymnorum de victoria Pythica*.Sic Pyth. 8. πυθιόνικον τιμὰν dixit *Pythicæ victoriæ honorem*.

Ἐμμενίδαις. Emmenidæ ſunt maiores Xenocratis. Emmenides & Xenodicus Telemachi fuêre filij : Emmenidæ filij Theron & Xenocrates : Xenodici Hippocrates & Capys, qui à Therone in exilium pulſi ſunt.

ποταμίᾳ τ' Ἀκράγαντι. Fluuiale dicitur Agrigentum propter eiuſdem nominis fluuium.

ὕμνων θησαυρός. Hymnorum theſaurus non tam ſignificat copiam amplam carminum in laudem alicuius ſcriptorum,quàm hymnum qui ſeruatur in poſterum,quemadmodum theſaurus ſunt diuitiæ in longum tempus reconditæ. Ac ſanè ſcopus poëtæ præcipuus eſt,vt ſuo carmine virorum quos laudat virtus poſteritati innoteſcat.

ἐν πολυχρύσῳ.Periphraſis Delphorum,vel templi Apollinis: vocat πολύχρυσον, ob multa donaria aurea. Alij Napen dicunt eſſe campum ipſum in quo equeſtria certamina fiebant. Alij Delphos in tres partes diuidunt : quarum vna ſit ſumma,altera media;in qua etiam eſt quæ vocatur Nape.

τὸν οὔτε. Hoc eſt, ὅντινα θησαυρὸν ὕμνων οὔτε ὁ χειμὼν τῆς μεγαλοήχου νεφέλης ἀπαλωνὴς στρατὸς ἐπελθὼν, οὔτε ἄνεμοι ταῖς πνοαῖς τύπτοντες, καὶ φέροντες τῇ πολυφόρῳ χεράδι, ἐμβαλοῦσιν εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης. Amplificatio eſt à perpetuitate ſui carminis. Hunc locum videtur imitatus Horatius Od. 30. lib. 3. Carm.

> *Exegi monumentum ære perennius,*
> *Regaliq; ſitu Pyramidum altius,*
> *Quod non imber edax,non aquilo impotens*
> *Poßit diruere.*

ἄγνωτος. Hoc eſt,σφοδρός.Hanc vocem Od. 10.Olymp.expoſuimus,ſtropha 4.

Porro ἐείβρεμος & βαρύβρεμος idem sunt, ὁ βαρέως βρέμων, vt expositum est Olymp. Od. 11. ἐείβρεμοι λέοντες.

χεράδι. χεραὰς vt definit Schol. ἐστὶν ὁ μετ' ἰλύος καὶ λίθων συρφετός, *colluuies cum cœno & lapidibus mixta.* Ideóque rectè dicitur πάμφορος, quòd quiduis ferat. Exponitur ibidem κοπρώδης φορυτὸς, *sordida fimi congeries*: éstque propriè φορυτὸς, ἡ ἐκ τῆς χαράδρας ἀκαθαρσία *torrentis illuuies.*

φάει δέ. Postquam posuit hymnorum thesaurum non periturum, nunc ponit illustrem futurum. q. d. ἀλλ' ὦ Θρασύβουλε, ἐπιφανὴς ὢν ὁ θησαυρὸς τῶν ὕμνων, καὶ πρόσωπον ἐν καθαρῷ φωτὶ ἔχων, τὴν ἅρματι τυχοῦσαν νίκην, τῷ σῷ πατρὶ, καὶ τῷ αὐτοῦ γενεᾷ κοινὴν, ἀπαγγελεῖ τοῖς τῶν ἀνθρώπων λόγοις εὔδοξον. Hoc quoque Latina paraphrasis declarat.

πρόσωπον. Hic foris assumendum aliquid, vt pote particip. ἔχων. κοιναν Dor. pro κοινὴν. γενεᾷ. Nempe τῷ υἱῷ, qui patris est proles, & qui paternarum virtutum atque honorum est particeps. ἁρματινίκαν Doricè pro ἁρματινίκην. Est ἁρματινίκη Pindaricum vocabulum, & compositum. q. d. νίκη ἅρματι νικηθεῖσα. Quod cum Græca Scholia τοῦ δράματος νίκην exponant, videtur typographi esse error, pro ἅρματος νίκην.

Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς. Periphrasis pro ἐν Δελφοῖς. Nam Crisa vt Schol. ait, τῶν Δελφῶν ἐστι.

παράφρασις.

Tu vtique illum patrem tuum dextra manu tenens, eóque quo teneris honore prosequens, ostendis te fideliter ea obseruare, quorum rectè olim admonitus est à Chirone Philyræ filio robustissimus Pelei filius Achilles, quum semotus à parentibus in Pelei montis antro est educatus. Etenim inter cætera præcepta quibus animum eius fingebat, consuluit vt Iouem in primis summum Deorum, qui tonitruum, fulgurum, fulminúmque est dominus, veneraretur: quinetiam diuinum honorem parentibus imperti-ret, dum fatis concessum vitæ curriculum emetirentur. Hoc & antea fuit animo, talísque pietatis exemplum prębuit fortis Antilochus Nestoris filius, qui pro patre

στροφὴ β. κῶλ. θ.

σύ τοι σχέθων νιν ἐπιδέξια χειρὸς,
ὀρθὰν
ἄγεις ἐφημοσύναν, τάν ποτ' ἐν
ὄρεσι
φαντὶ μεγαλοσθενεῖ Φιλύ-
ρας υἱὸν ὀρφανιζομένῳ Πηλείδᾳ
πα-
ραινεῖν· μάλιστα μὲν Κρονίδαν
βαρυόπαν, στεροπᾶν κεραυνῶν τε
πρύτανιν
Θεῶν σέβεσθαι·
ταύτας δὲ μήποτε τιμᾶς
ἀμείρειν γονέων βίον πεπρω-
μένον.

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

ἔγεντο καὶ πρότερον Αντίλοχος
βιατὰς
νόημα τοῦτο φέρων. ὃς ὑπερέφθι-
το
πατρὸς, ἐναρίμβροτον ἀμμέ-

μετάφρασις.

*Tu vtique tenens ipsum* patrem tuum *dextra manu, rectam reſers admonitionem, quam olim in montibus aiunt Philyræ filium robustißimo Pelidæ consuluiße orbato parentibus:* videlicet *potißimum quidem inter Deos Saturnium grauisonũ fulgurum fulminumq́, dominũ venerari: hoc verò nunquã* honore *priuare parentibus vitã fatis datam. Extitit & antea Antilochus fortis mẽtẽ hanc habens, qui pro patre occubuit; homici-*

mortem oppetiuit inita pugna cum Memnone bellicoſo Aethiopum duce, tum quum verſatus eſt in periculo Neſtor, vulnerato ad mortem Paridis telis equo, ac ideo moram patiente curru. Pylius autem ille ſenex Nelei filius Neſtor, commota mente, metu percitus, quum videret Memnonem haſtam validam vibrantem, filium inclamauit: nimirum ne cum illo Aethiopici exercitus duce congrederetur.

ναὶ στρατάρχον Αἰθιόπων Μέμνονα. Νεστόρειον γὰρ ἵππος ἅρμ᾽ ἐπέδα,
Πάριος ἐκ βελέων δαϊχθείς. ὁ δ᾽ ἔφεπε
κραταιὸν ἔγχος.
Μεσσανίου δ᾽ γέροντος
δοναθεῖσα φρὴν βόασε παῖδα ὄν.

*dam cùm ſuſtinuiſſet ducem exercitus Aethiopum Memnonem: Neſtoreum enim currum equus remorabatur, Paridis telis ſaucius: at ille geſtabat validam haſtam. Meſſenij autem ſenis concitata mens conclamauit filium ſuum.*

σύ τοι χέθων νιν. Laus filij à pietate erga patrem. Dicit enim Xenocratem patrem à Thraſybulo filio dextra manu teneri. Tenere autem aliquem dextra manu, eſt ei præſtò eſſe, ſcipionis vicem præſtare: quod debent liberi parentibus. νιν eſt referendum ad πατρὶ Θεῷ. Et ἐπιδέξια χειρὸς exponendum δεξιᾷ χειρὶ, *manu dextra*. Aliàs ſignificat, πρὸς τὰ μέρη δεξιὰ τῆς χειρός. vt quum ſic loquitur Theocritus Idyll. 25.

Αὖλις δ᾽ σφίσιν ἥδε τεῆς ἐπιδέξια χειρός.

*Stabulum illorum hoc ad dextram tuam manum.*

ὀρθὰν ἄγεις ἐφημοσύναν. Hoc eſt, τηρεῖς ὀρθὴν ἐφημοσύνην. Eodem modo vſurpatur verbum ἄγω. vt quum dicitur ἄγειν ἐκεχειρίαν, σπονδὰς, *obſeruare inducias, fœdera.* ἐφημοσύνα Dor. pro comm. ἐφημοσύνη. hoc eſt, ἐντολὴ, παραίνεσις, *mandatum, admonitio*. Malè habent plerique omnes εὐφημοσύναν. ἐν ὄρεσι, in Pelio antro, quod in monte Pelio erat, & vbi habitabat Chiron Centaurus. μεγαλοσθενεῖ hoc eſt, ἰσχυροτάτῳ. μεγαλοσθενὴς hîc, & Iſthm. Od. 5. μεγασθενὴς, eſt ὁ μέγα σθένος ἔχων. Φιλύρας υἱὸν periphraſticè intelligit Chironem qui initio Pyth. 3. Φιλλυρίδης appellatur. ὀρφανιζόμενος. hoc loco non eſt *orbus parentibus*, (nam tum adhuc viuebant, ſiquidem eos colere docet) ſed χωριζόμενος & μονωθεὶς, *ſeparatus*, & *ſeiunctus*: vt fieri ſolet quum quis præceptori extra domum paternam traditur educandus, quanuis pater non ſit vita functus.

Πηληΐδᾳ. Hoc eſt Achilli, Dor. pro Πηληΐδῃ à Πηληΐδης poët. pro Πηλείδης, τὸ ει. mutato in ηϊ. παραινεῖν hoc eſt, εἰπεῖν. In his manifeſta eſt collatio Achillis & Thraſybuli.

μάλιστα μὲν. Admonitio quæ duo continet capita: nimirum vt Deum colat, deinde parentes. Cùm autem hæc ſint duo prima Decalogi mandata, à quibus cætera pendent, videmus Ethnicorum cordibus à natura ipſa pietatem in Deum & parentes fuiſſe inſculptam. Vide Pythagoræ, Phocylidis, Iſocratis, aliorúmq; ſententias. Ex eo quod Iouis cultum præcipuè commendat, apparet Ethnicos in ſua Deorum multitudine, vnum Iouem reliquis prætuliſſe, quem vnicum ſapientiores credebant colendum.

βαρυόπαν. Dor. pro βαρυόπαν. Βαρυόπας poëticum est vocabulum, pro βαρύφωνος, μεγαλόφωνος: & componitur ex βαρὺς, grauis, & ὂψ vox. q.d. ὄπα βαρεῖαν ἔχων, *grauem habens vocem.* Epitheton Iouis ob tonitruum fragorem & strepitum cuius est author. Hanc sententiam ita rectè declarat Schol. ἐξαιρέτως μὲν τὸν μεγαλόφωνον ἀστραπῶν καὶ κεραυνῶν δεσπότην τὸν Δία, παρὰ τοὺς ἄλλους Θεοὺς τιμᾶν καὶ σέβεσθαι.

ταύτας δὲ μή. Sic & hoc admonitionis membrum explicat Schol. ταύτης δὲ τῆς τιμῆς τῆς πρὸς τοὺς Θεοὺς μὴ στερίσκειν τὸν γεγονηκότων. ταύτας τιμᾶς, nimirum τὰς πρὸς τοὺς Θεούς. Ἀμείρειν est *portione priuare aliquem.*

ἔγεντο καὶ πρότερον. Quia Pindarus Thrasybulum laudare vult potissimùm à pietate in parentes, Antilochi parentum amantis exemplum proponitur. q.d. ἐγένετο καὶ τὸ παλαιὸν γενναῖος Ἀντίλοχος, τὸ φρόνημα τοῦτο φέρων, τὸ περὶ τοὺς γονέας εὐσεβὲς ὅστις ὑπεραπώλετο τοῦ πατρός, τὸν δεινὸν τῶν ἀνθρώπων φονέα ὑπομείνας Αἰθιόπων στρατηγὸν Μέμνονα. Antilochum autem à Memnone fuisse occisum testatur Homerus Odyss. 4. v. 187.

Μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο,
Τόν ῥ' Ἠοῦς ἔκτεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός.

Quod autem ad seruandum patrem oppetiuerit mortem, egregijs versibus declarat Smyrnæus l. 2. v. 243. & sequentibus: vbi & à Memnone cæsum testatur. Nihilominus Penelope apud Ouidium dicit ab Hectore interfectum, his verbis,

*Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum,*
*Antilochus nostri causa doloris erat.*

Εναρίμβροτον. Poëticum vocabulum ἐναρίμβροτος, ab ἐναίρω, τὸ φονεύω τοὺς βροτούς, hoc est, ἀνθρώπους. ἀμμείνας Aeol. & poët. pro ἀναμείνας. Et vt hic Memnonem στράταρχον Αἰθιόπων, sic & Isthm. Od. 5. appellat.

Νεστόρειον γάρ. Hoc est, τὸ γὰρ ἅρμα τοῦ Νέστορος, ὁ ἵππος ἐνεπόδιζε βωθεὶς τοῖς τοῦ Ἀλεξάνδρου βέλεσι. Vulneratum fuisse Nestoris equum à Paride testatur Homerus l. Iliad. 8. v. 81. Sed non dicit tum temporis filium eius Antilochum periclitanti patri succurrisse, verùm Diomedem. Nec huius circunstantiæ meminit Smyrnæus loco citato.

Πάρειος. Hinc apparet flecti nomen Πάρις, Πάριδος & Πάριος. Porrò δαϊχθεὶς, hoc est, βωθεὶς vel φονευθεὶς, est particip. Aor. I. pass. ἐδαΐχθην à verbo poëtico δαΐζω: deducto à δαΐω.

ὁ δ' ἔφερε. Ambiguum est vtrum hoc sit referendum ad Memnonem, an ad Antilochum. Etenim vt ex Smyrnæi versibus apparet, vterque hastam habebat. Sed ad Memnonem referre malo, cuius hastam cùm vidisset Antilocho minantem, ilico Nestor filio metuens eum reuocare à congressu Memnonis conatus est.

Μεσσανίω. Doricè pro Μεσσηνίου. Messenium vocat, quia Pylius erat: illius Pyli dominus, quę vrbs est Messenes. Pylus altera in Elide quam vastauit Hercules. Tertia dicta Τριφυλίακος, ad quam est Amathois fluuius. *Messenius senex*: est periphrasis Nestoris. Messene est Peloponnesi regio.

δονηθεῖσα. Hoc est, ταραχθεῖσα. Doricè pro δονηθεῖσα. Sic autem hæc verba

reddo prosa, ὁ δὲ Νέστωρ ταραχθεὶς τὴν φρένα, ἐβόησε ὃν παῖδα.

παράφρασις.

Verùm irritus fuit identidem repetitus clamor. Neque enim verbis suis Antilochum filium Nestor ab instituto reuocauit. Sed diuinus ille vir, pietatis in parentem studio flagrans, in eius tuitione perseuerauit, quem sua morte à morte liberauit. Quod facinus admirandum cùm patrasset, existimarunt natu iuniores hunc post hominum memoriam pietate erga parentes fuisse supremum & præstantissimum. Atque hoc quidem exemplum ex ijs quæ præterierunt, est desumptum. Nostræ verò ætatis hominum omnium Thrasybulus maximè recta erga patrem mente procedit, eúmque debita beneuolentia prosequitur. Ostendit quoque se patrui Theronis splendorem & magnificentiam in omnibus imitari. Quinetiam diuitijs præclarè vtitur. Non enim eis ad iuuenilem insolentiam & intemperantiam abutitur: sed eas impendit in literarum studijs, quibus in scholis imbuitur. Ad te quoque Neptune terræ quassator, qui equitandi rationem inuenisti, in moribus omnibus animo valdè alacri accedit, & in equestribus exercitijs est versatissimus. Deniq; ea est morum suauitate, vt quando cum coætaneis versatur in conuiuijs, sermones habeat melle quod in fauis apum fingitur, dulciores.

στροφὴ γ. κῶλ. θ.

χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος οὐκ ἀπέρ-
ριψεν αὐτοῦ,
μείνων δ' ὁ θεῖος ἀνὴρ, πρίατο
μὲν θανάτοιο κομιδὰν πατρός. ἐδό-
κη-
σεν δὲ τῶν πάλαι γενεᾷ ὁπλο-
τέροισιν,
ἔργον πελώριον τελέσαις,
ὕπατος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἔμμεν
πρὸς ἀρετάν.
τὰ μὲν παρήκει·
τῶν νῦν δὲ καὶ Θρασύβουλος
πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν
ἔβα,

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

πάτρῳ τ' ἐπερχόμενος ἀγλαΐαν
ἔδειξε·
νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει, ἄδικον
οὔθ' ὑ-
πέροπλον ἥβαν δρέπων, σο-
φίαν
δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων. τίν τ'
ἐλέλιχθον
ὀργαῖς πάσαις, ὃς ἱππείαν
εἴσ-
οδον, μάλ' ἀδόντι νόῳ Ποσειδᾶν
προσέρχεται.
γλυκεῖα δὲ φρὴν
καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν,
μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πό-
νον.

μετάφρασις.

*In terram autem dècidens eius sermo, non abstraxit filium à proposito: sed manens diuinus ille vir, emit morte recuperationem patris. Visus est natu iunioribus, hoc facinus ingen[s] cùm patrasset,* omni[um] *veterũ summus in virtute erga parentes. Hæc quidem prætereunt: at Thrasybulus maximè ex* omnibus *qui nunc sunt, paternam ad regulam graditur. Et ad patruum accedens, magnificentiam ostendit. Cum prudentia autem diuitias gubernat,* neque *iniustam, neque insolentem pubertatem carpens, sed sapientiam in penetralibus Pieridùm. Et ad te terræ concussor Neptune, qui equestrem introitum* inuenisti, *in moribus omnibus valdè alacri mente accedit. Dulcis præterea mens eius, & in conuersando cum conuiuis, apum superat opus cancellatum.*

χαμαιπετὲς. Hoc est, τὸ δ' ἔπος αὐτοῦ Νέστορος μάταιον ὄν, οὐκ ἀπέτρεψεν μάχης υἱόν. Inanem ostendit fuisse patris vocem, cuius etiam στοργὴ apparet, quum ægr fer

fert filium sese morti obijcere pro patre. χαμαιπετὴς est ὁ χαμαὶ πέτων, hoc est, πίπτων *qui cadit humi*, nunc est μάταιος *inanis, vanus*. & Od. 9. Olymp. εὐτελὴς *vilis & humilis*. In terram cadere, vulgo dicunt, verbum quod nihil efficit.

ἔδοκησεν. Ob pietatem hanc Antilochus laudem apud posteros consequitur. q. d. ἔδοξε δὲ τοῖς μετέπειτα γενομένοις, ἐπεὶ τόδε πρᾶγμα θαυμαστὸν ἐξειργάσατο, πάντων τῶν παλαιῶν πρὸς τὸν πατέρα γενέσθαι φιλοστοργότατος.

ὁπλοτέροισιν. ὁπλότεροι dicuntur hic iuniores posteri, quasi ad arma instructiores.

τὰ μὲν παρήκει. Conclusio superioris exempli petiti ex ætate præterita. Hic puto esse enallagen temporis præsentis pro præterito.

τῶν νῦν δέ. Hoc est, τῶν δὲ ἀνθρώπων τῶν καθ' ἡμᾶς ὁ Θρασύβουλος πρὸς τὴν τοῦ πατέρος ἑαυτοῦ στάθμην καὶ ὀρθότητα μάλιστα βαίνει. Hoc est, τὸν πατέρα τιμᾷ. Porrò πατρῴαν στάθμαν hic vt puto, intelligit regulam quæ docet quomodo sit erga parentes agendum: vt series sensus indicat. Ideóque non videntur rectè sentire, qui *paternam ad regulam incedere*, exponunt *patris vestigia & præcepta sequi*. Quanquam non refragabor siquis malit nouam laudem Thrasybuli his verbis afferri. Nimirum eum tanquam rectam regulam, clari patris vestigia sequi. Ego autem, si non sit accommodatio exempli ad Thtasybulum, hęc verba, τὰ μὲν παρήκει. τῶν δὲ νῦν &c. sic explico, *Atque his quidem prætermißis, vt alias virtutes Thrasybuli persequar, ille omnium hominum qui nostra ætate viuunt, rectis & præclaris patris vestigijs insistit*. Interim verò patrem Xenocratem à rectitudine morum commendat.

πάτρωΐ τ' ἐπερχόμενος. Hoc est, ἐπερχόμενος δὲ πρὸς τὴν τοῦ πάτρωος ἀγλαΐαν κατὰ πάντα κόσμον ἀπέδειξεν ἑαυτὸν ἴσον. Alia laus Thrasybuli ab imitatione patrui Theronis. Nam Theron Xenocratis patris Thrasybuli erat frater: ἅπασαν, hic abundat, & remouendum est ob metrum.

νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει. Hoc est, μετὰ λογισμοῦ πλούτῳ χρῆται. Alia laus à bono diuitiarum vsu. Eo autem est laudabilior, quòd ab adolescentia ijs ita vsus sit, οὔτε τὴν ἥβην εἰς ἀκρασίαν, οὔτ' εἰς ἀλαζόνειαν τρεπόμενος, ἀλλὰ καταδεδυκὼς εἰς τοὺς μυχοὺς τῶν μουσῶν εἰς σοφίαν. Appellat σοφίαν *disciplinas, & bonas literas*. & μυχοῖς Πιερίδων, *ipsas scholas*.

τίν τ' ἐλέλιχθον. Alia laus à studijs & exercitijs equestribus, per apostrophen ad Neptunum equitationis authorem, σοὶ δ' ὁ Ποσειδῶν προσοικειοῦται πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν, ὅστις εὗρες ἱππικὰς ἁμίλλας. ἐλελίχθων fit ab ἐλελίζω poëtico, τὸ σείω, τινάσσω, κινῶ, *quatio, concutio, moueo*, & χθὼν *terra*. Quid sit εἴσοδος liquebit Pyth. Od. 5. in his ἱππωρείων ἔσοδοι. Ποσειδᾶν. Dor. pro comm. Ποσειδῶν. μάλ' ἁδόντι νόῳ hoc est, μάλα προθύμως.

γλυκεῖα δὲ φρὴν. Vltima laus à suauitate morum. q. d. ἡ δὲ φρὴν αὐτοῦ, κατὰ τὴν πρὸς τοὺς συμπότας ὁμιλίαν, γλυκεῖα ἐστίν. Ad αὔξησιν autem addita est illius suauitatis comparatio cum melle: quasi addat, ὥστε τὰ κηρία παραβαλλόμενα παραπορεύεσθαι τῇ γλυκύτητι τῶν φρενῶν. τρητὸν πόνον periphrasis est fauorum, quæ sunt cellulæ & domicilium apum: est & metonymia continentis pro contento, nempe melle.

[ ΜΕΓΑΚΛΕΙ ΑΘΗΝΑΙΩ, τεθρίππῳ.

MEGACLI ATHENIensi, quadrigis victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ. Ζ.

ODE. VII.

# ARGVMENTVM.

*MEgaclem Athenienſem ornat encomio à patria, à victorijs Iſthmiacis, Olympiaca, & Pythijs, à maioribus: & concludit conſolatoria ſententia, oſtendens magnæ etiam fœlicitati calamitatem aliquam interuenire.*

παράφρασις.

Pulcherrimum eſt Megaclis Athenienſis, qui genus ad Alcmæonem refert, laudum initium ducere ab Athenis vrbe maxima, multiſque vicis à Theſeo in vnum collectis amplificata: ita vt fundamentum & exordium hymni quo celebramus victoriam ab ipſo quadrigis partam, ducamus à patriæ eius commendatione. Etenim quam ciuitatem, quam familiam ego qui in Græcia habito, nominare queam illuſtriorem quàm Alcmæonidarum?

στροφὴ : κώλ. ζ.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀ-
θᾶναι
προοίμιον Ἀλκμαιονι-
δᾶν
εὐρυσθενεῖ γενεᾷ, κρηπῖδ' ἀοι-
δᾶν
ἵπποισι βαλέσθαι. ἐ-
πεὶ
τίνα πάτραν, τίνα τ' οἶ-
κον
ναίων ὀνυμάξομαι
ἐπιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέ-
σθαι;

μετάφρασις.

*Pulcherrimum grandiurbes Athenæ ſunt proœmium Alcmæonidarum late potenti ſtirpi, fundamentum carminum equis vt iaciatur. Nam quam patriam, quam familiam ego habitans in Græcia nominabo illuſtriorem auditu?*

^f Μεγακλεῖ. Megacles Athenienſis ex Alcmæonidarum ſtirpe fuit, qui 88 Pythiade quadrijugo curru vicit. Hic autem ille eſt, inquit Schol. non qui Olympia vicit, ſed alter. Victoriam tamen illius huic pro more tribuit Pindarus.

κάλλιστον. Quoniam Megacles eſt Athenienſis, ideo encomij exordium ducit ab ipſis Athenis. Proinde victorem à patria laudat. q.d. κάλλιστόν ἐστι προοίμιον τῷ Μεγακλεῖ τῶν εὐρυσθενῶν Αλκμαιονιδῶν ἐν μεγάλῳ, αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθῆναι, ὥστε θεμέλιον ὑποβαλέσθαι τοῦ ἐπαίνου τῆς νικηφορίας, τὸν ἀπὸ τῆς πατρίδος κόσμον.

μεγαλοπόλιες. Epitheton Athenarum, quia multos Atticæ vicos diſperſos in vnam vrbem collegit, vt in Helenæ encomio teſtatur Iſocrates. Sic & Syracuſæ, hymno 2. huius libri, dicuntur μεγαλοπόλιες.

κάλλιστον προοίμιον. Innuere vult poëta, pulcherrimum eſſe laudis genus quod à præclara patria ſumitur. Ideo elegantiſſimum eſſe ordiri Megaclis Athenienſis ciuis laudes ab Athenis. Αλκμαιονιδᾶν genit. Dor. pro com. Αλκμαιονιδῶν. εὐρυσθενεῖ γενεᾷ. periphraſticè Megaclem innuit qui genus ad Alcmæonem refert. Porrò latepotentem ſtirpem vocauit, quia Alcmæon fuit vir fortis & illuſtris à quo oriundi Alcmæonidæ.

Αλκμαιονιδᾶν. Fuit Alcmæon ciuis quidam Atticus, qui cùm Crœſi legatos Delphos euntes benignè ſuſcepiſſet, ab ijs domum reuerſis apud regem eſt laudatus. Quare Crœſus eum accerſiuit, & auri tantum dedit, quantum corpore ſemel efferre poſſet. Itaque tunica ampla indutus, laxato ſinu, ſumptíſque cothurnis calceis Dionyſiacis, regios theſauros adiuit. Ibi cothurnos auro impleuit, ſinum, & os, præterea crinibus aurum illigauit: ita vt ſub pondere vix poſſet incedere. Quod monſtroſum ſpectaculum Crœſo riſum mouit, qui hæc illi non ſolùm reliquit, ſed etiam alia munera inſuper addidit. Hinc ditiſſimus & celeberrimus euaſit Alcmæon, eiúſque poſteri potentia aucti, Piſiſtratidas expulerunt, & patriam ab eorum tyrannide exemerunt. Vide Herodot. l. 6.

κρηπῖδ' ἀοιδᾶν βάλλεσθαι. Eſt ἀρχὴν ἀοιδῶν ποιεῖσθαι. Sicuti Od. 4. huius libri βάλλεσθαι κρηπῖδα σοφῶν ἐπέων. Epod. 6. Metaphora ſumitur ab ædificijs quorum pars prima, ſeu principium eſt fundamentum, vt orationis procœmium.

ἐπεὶ τίνα. Hoc eſt, τίνα γὰρ πατρίδα, τίνα τ' οἶκον, ἐγὼ ἐν τῇ Ἑλλάδι ναίων ἐπιφανέστερον τῶν Αλκμαιονιδῶν εἴπω ἀκηκοέναι; Athenas antè commendauit à granditate, nunc à claritudine. Quod encomium eſſe meritiſſimum nulla demonſtratione opus habet: ſiquidem Athenæ cuiuis ſunt notæ. Huius autem ſententiæ cōſtructionem verſat mille modis Scholiaſtes: ſed quam attuli vnica ſufficit vt omnium clariſſima & commodiſſima.

ὀνυμάξομαι. Fut. 1. med. Aeol. pro ὀνομάσομαι. ab ὀνυμάζω. pro comm. ὀνομάζω. ante Ἑλλάδι ſubaudienda eſt præpoſitio ἐν.

παράφρασις.

Omnes namque Græciæ vrbes vno consensu canunt laudes Atheniensium, quorum fuit princeps Erechtheus, qui authoribus Alcmæonidis Apollo Pythium tuum templum à Pisistratidis incensum instaurarunt. Porrò me impellunt quinque victoriæ quas apud Isthmum, insignis vna quam in Olympia Ioui sacra, duæ quas apud Pythonem,

ἀντιστρ. κῶλ. ζ.

πάσαισι γὰρ πολίεσι λόγος ὁμιλεῖ
Ερεχθέος ἀστῶν ὦ Απόλλων, οἳ τεόν τε δόμον Πυθῶνι δῖα
θαητὸν ἔτευξαν. ἄγοντι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ
νῖκαι, μία δ' ἐκπρεπὴς
Διὸς Ολυμπίας· δύο δ' ἀπὸ Κίρρας,

μετάφρασις.

*Inter omnes enim ciuitates fama versatur Erechthei ciuium: qui ô Apollo tuam ædem apud Pythonem diuinam extruxerunt. Impellunt autem me quinque apud Isthmum victoriæ, vna verò excellens Olympiæ Iouis, duæ etiam à Cirrha.*

πάσαισι γὰρ. Ratio cur adeò illustres sint Athenæ. Nam illustres ij sunt quorum nomen omnium in ore versatur. Poëtica phrasis est, λόγος ὁμιλεῖ Ερεχθέος ἀστῶν, pro ἡ φήμη ἀναστρέφεται περὶ τῶν τοῦ Ερεχθέως πολιτῶν. Erechthei ciues, periphrasticè pro *Athenienses*, quia eorum princeps fuit Erechtheus.

Απόλλων. Nominat. poëticè pro vocatiuo Απολλον, metri causa. Est enim apostrophe ad Apollinem. οἳ τεόν τε. οἵτινες ἐν τῇ ἐξοχωτάτῃ Πυθῶνι τὸν σὸν ναὸν θαυμαστὸν κατεσκεύασαν. Hic præcipuè ad Alcmæonidas respicit qui fuerunt authores instaurandi templi Apollinis. Cùm enim Delphicum templum à Pisistratidis fuisset incensum, Alcmæonidæ qui ab illis eiecti fuerant, nouum à fundamentis templum Apollini promiserunr, si victoriam ijs contra tyrannos daret. Itaq; acceptis pecunijs, & collectis copijs, Pisistratidas aggressi sunt, & vicerunt: tum multa cum gratiarum actione promissam templi instaurationem exequuti sunt. δόμον pro ναὸν.

ἄγοντι Dor. pro ἄγουσι. q. d. προβλέπουσι δέ με ἐπὶ τὸν ὕμνον ὦ Μεγάκλεες αἱ σοῦ νῖκαι καὶ τῶν προγόνων, πέντε μὲν ἐν Ισθμῷ γενόμεναι, μία δ' ἐξοχωτάτη ἐν Ολυμπίᾳ, δύο δ' ἐκ Δελφῶν. Hic Megaclis laudes congerie perstringit. Cùm autem eæ victoriæ quas recenset, eius sint & maiorum, non liquet quot ad Megaclem pertineãt. Scholiastes Olympicam non huius, sed alius Megaclis eiusdem nominis esse asserit. Et saltem constat 88 Pythiadem, quæ huius hymni dedit occasionem, esse huius Megaclis Atheniensis.

Κίρρας. Delphos intelligit vbi celebrabantur Pythia. Nam Cirrha est Phocidis oppidum ad radices montis Parnassi, vbi colebatur Apollo: & ob viciniam alterum pro altero in carmine ponere non dubitat.

παράφρασις.

tu ô Megacles, tuique maiores obtinuistis, vt hoc encomium scribam. Cæte-

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

ὦ Μεγάκλεες ὑμαί τε, καὶ προγόνων.
νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ

μετάφρασις.

*ô Megacles & vestra, & vestrorum progenitorum. Recenti*

rùm gaudeo quòd recens in Pythijs rem prosperè gesseris, & viceris. Sed ægrè fero quòd egregium hoc facinus tuum impetat inuidia. Verùm hoc te consolari debet, quod plerisque omnibus vsuuenit, quódque vulgi sermone circumfertur, videlicet homini etiam constanti prosperitate fruenti varios fortunæ casus obuenire.

χαίρω τι, τὸ δ' ἄχνυμαι,
φθόνον ἀμειβόμενον
τὰ καλὰ ἔργα. φαντί γε μὰν
οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν
θάλλοισαν εὐδαιμονίαν
τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι.

*autem successu gaudeo, sed doleo quòd inuidia compenset præclara facinora. Verùm aiunt homini stabiliter florẽtem fœlicitatem hæc & illa nancisci.*

ὑμαί. ὑμὸς pro ὑμέτερος à poëtis vsurpatur. Sed hîc sumi pro σὸς videtur. Vnum enim Megaclem alloquitur. sic & σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς pro σαῖς. στρ. δ'. Odæ sequentis.

νέα δ'. Congratulatio ob successum in Pythijs recentem. In prosa eleganter adderes ἐπὶ, ante νέα εὐπραγίᾳ.

τὸ δ' ἄχνυμαι. Condolescit vt veri est amici. q. d. λυποῦμαι δ' ὅτι ὁ φθόνος τὰ καλὰ ἔργα ἀμείβεται. Expono φθόνον ἀμειβόμενον inuidiam compensantem præclara facinora, quia cùm laus eorum merces esse deberet, inuidi ea odio, contemptu, & vituperio compensant. Putat Aristarchus his verbis poëtam respicere ad Hippocratem quendam Megaclis amicum, qui tempore vel quo vicit Megacles, vel quo compositus est hic hymnus, excessit è viuis: in quem Threnos composuit Pindarus.

φαντί γε μάν. Consolatoria gnome, qua ostendit nullam esse tam florentem fœlicitatem, quæ aliquo fortunæ casu aduerso non temperetur. παρμονίμαν Dor. pro παρμονίμην. Dicitur poët. παραμόνιμος, & metri causa παρμόνιμος, pro βέβαιος, à παραμένω, *permaneo*. τὰ καὶ τὰ, hoc loco, τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ intellige. Sed Od. 5. Ep. 2. τὰ καὶ τὰ νέμων ratione loci aliter interpretor.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗ, παλαιστῇ.

ARISTOMENI AEGINETAE, palæſtritæ.

ΕΙΔΟΣ η.

ODE VIII.

## ARGVMENTVM.

*ARiſtomenem Aeginetam laudat ab Aegina patria, à maiorum victorijs quos ſua virtute æquauit: à proprijs eius victorijs, à fortitudine. Interea per digreſſionem ipſi accommodat Amphiarai dictum de Alcmane filio. Item interſerit precationem pro Xenarcis patris Ariſtomenis diuitiarum conſeruatione. Sumit etiam occaſionem loquendi de rerum humanarum miſerijs. Tandem ducitur epilogus de præcipuis Aeginæ inſulæ heroibus.*

παράφρασις.

Hunc hymnum, quem in Ariſtomenis Pythiorum victoris honorem cano, accipe ô Tranquillitas, cuius mens in beneuolentiam eſt propenſa, Iuſtitiæ filia quæ vrbes amplificas, reddíſque florentiſſimas: ſiquidem concordia res paruæ creſcunt: quæque tenes pacis, bellíque claues ſupremas: ſiquidem conſilia ſuggeris ad tuendã pacẽ, & ad præcidenda quæ iam imminent, vel compeſcenda quę

ϛροφὴ α. κῶλ. θ.

" Φιλόφρον Ἡσυχία, Δίκας
" ὦ μεγιστόπολι
" θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέ-
" μων
" ἔχοισα κλαῖδας
" ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
" τιμὰν Ἀριστομένει
" δέκευ. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρ-
ξαι
τε καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι
καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.

μετάφρασις.

" *O blanda mente prædita Tranquillitas, Iuſtitiæ filia maximas vrbes reddens, conſiliorum & bellorum habẽs claues ſupremas, honorem Pythiacæ victoriæ Ariſtomenis accipe. Tu enim mollia præſtare, & ijs frui pariter noſti, cum exacta opportunitate.*

iam vigent bella : & nosti apprimè captata opportunitate,cum benignè te gerere erga alios,tum ab alijs viciſſim benignè excepta,ijs vti.

Ἀριστομένει. Ariſtomenes ex Aegina oriundus fuit,& Xenarcis cuiuſdam filius,qui maiores multis victorijs inſignes habuit,vt conſtat ex hoc hymno.De Aegina vide Geographos. & Olymp.Od.8.de voce παλαιστής. 35.Pythiade vicit Ariſtomenes.

φιλόφρον Ἡσυχία. Inſigne ducit exordium ab inuocatione Tranquillitatis,ſeu Pacis,quam fingit eſſe perſonam aliquam,& graphicè depingit , eíque hymnum hunc offert.Huius autem in limine meminit , ſiue quia bella Perſica , à quibus afflicta fuerat tota Græcia, nuper deſierant : ſiue quia fortè aliquid στάσεων acciderat inter Aeginetas,eo tempore quo vicit Ariſtomenes : ſiue quia Aeginetarum reſpub. ſemper fuit bene inſtituta , & pacata. Porrò Ἡσυχία eadem eſt cum Εἰρήνη,quæ φιλόφρων dicitur,quaſi φιλοφρονητικὴ οὖσα , & τὰ φίλια φρονοῦσα : quia ſub Pace amicitia,beneuolentia,humanitas,comitas,aliáque id genus locum habent.

Δίκας, Hoc eſt , δικαιοσύνης. 2. laus quum dicitur Iuſtitiæ filia. Non quia ſub pace eſt iuſtitiæ locus : nam pax iuſtitiæ cauſa eſſet : ſed quia vigente iuſtitia in rep. concordia,pax,& tranquillitas manet inter ciues : facítque iuſtitia vt diuerſos inter populos nulla bella moueantur. Etenim quandiu iuſtitia ſuum cuique tribuit : ac nemo aliena iniuſtè petit , aut retinet , tranquillitas integra manet.

ὦ μεγιστόπολι. 3. laus ab effectu. Nam concordia res paruæ creſcunt,diſcordia maximæ dilabuntur:& quæ vrbes ἀστασίαστοι manent, non ſolùm conſeruantur, ſed etiam amplificantur & augentur.μεγιστόπολις eſt ἡ μεγίστας πόλεις ποιοῦσα,vel μέγα ἐν πόλεσιν ἰσχύουσα.

βουλᾶν τε.4. laus à potentia conſeruandæ pacis,& coërcendi belli. Habet claues conſiliorum,quatenus compoſitis hominum animis conſilia ſuggerit quibus pax continuatur.Habet claues bellorum , quatenus irarum nubes diſpellens imminentia bella præcidit , vel commota compeſcit & claudit. Ergo clauibus vtitur ad aperiendam concordiæ viam,& ad occludendum iter bello. Dor.κλαΐς,pro κλεῖς. Nam monoſyllabi κλεὶς diphthongus ει diſſoluitur in ηϊ Ion.& mutatur Dor.in αϊ.

Πυθιόνικον τιμάν. Vel eſt periphraſis hymni compoſiti in laudem Pythicæ victoriæ:vel ſimpliciter intelligit honorem partum ob victoriam ex Pythijs reportatam.δέκευ Dor.pro δέχου:vbi Ionum more χ in κ mutatur.

τὺ γὰρ. Ratio cur pacis & belli claues habeat. q. d. σὺ γὰρ τὸ πραΰνειν ποιεῖν πάσχειν τε οἶδας συνχαίρως. Vox μαλθακὸν omnia pacis ſeu tranquillitatis bona cõplectitur. Interim eſt quinta eius laus , quòd det & accipiat omnia benigna. ἀτρεκὴς hoc loco exponitur *exactus*,vt ἀτρεκὴς ἀλήθεια. Nem.Od.5.Sic opportunitatem obſeruans benignitati ſtudet ad pacem.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. θ. | μετάφρασις.

contrà verò implacabilem superborum & contumeliosorum hominum irā, aduersarijs hisce tuis te opponens, asperámque præbens, potenter retundis, deles, & opprimis. Nec tamen nota fuisti minaci illi Porphyrioni, qui suscepto iniusto negocio te irritauit, quum Herculi boues eripere, & Iouem regio cœli solio deturbare tentauit, vt in eorum possessionem succederet. Verùm expertus est iucundissimum & vtilissimum esse lucrum quod quis facit, quum à volente rem alienam accipit:

τὺ δ᾽ ὁπόταν τις ἀμείλιχον καρδίᾳ κότον ἐνελάσῃ, τραχεῖα δυσμενέων ὑπαντιάξαισα, κράτει, τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ. τὰν οὐδὲ Πορφυρίων μάθεν παρ᾽ αἶσαν ἐξερεθίζων.
„ κέρδος δὲ φίλτατον γ᾽, ἑκόντος
„ εἴ
„ τις ἐκ δόμων φέροι.

*tu quum aliquis implacabilem iram in co immiserit, aspera occurrens hostium robori, ponis insolentiam eorum in sentina. Quā neque Porphyrion cognouit se præter æquum & honestum irritare. Atqui lucrum sanè gratißimum si quis volentis ex ædibus asportet.*

τὺ δ᾽. Alterum rationis membrum, cur belli claues teneat: nimirum quia asperam se præbet contumeliosis hominibus, eósque opprimit. ἀμείλιχον κότον, h. e. ἀπαραίτητον ὀργήν. & καρδίᾳ ἐνελάσῃ, h. e. ἐνθῇ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, sexta laus Tranquillitatis.

ὑπαντιάξαισα κράτει δυσμενέων, h. e. τοὺς πολεμίους ἀπαντήσασα. Aeol. est partic. ὑπαντιάξαισα, pro ὑπαντιάσασα. Porrò ὕβριν ἐν ἄντλῳ τιθέναι, est ἀλαζόνειαν ἐν ἀφανείᾳ τιθέναι, καὶ ἐν ὕδατι βαπτίζειν. Sic Homerus dixit, Ἄντλῳ δ᾽ ἐνδούπησε πεσοῦσ᾽ ὡς εἰναλίη κήξ. Quare huius membri sensus est, σὺ ὦ Ἡσυχία τοὺς ἀλαζόνας καὶ τοὺς ὑβριστὰς ἀφανίζεις καὶ ἀμαυροῖς. Hactenus laudes Tranquillitatis.

τὰν præposit. artic. pro subiunct. ἣν: qui refertur ad Ἡσυχίαν. q. d. εἰ ἥντινα τὴν Ἡσυχίαν οὐκ ἔγνω ὁ Πορφυρίων, παρὰ τὸ καθῆκον ἐστιν ἐγείρων. Exempla Gigantum aliquot proponit, quos malè habuit Tranquillitatem non coluisse. Inter cæteros nominatur atheus ille Porphyrio: qui inuito Herculi boues rapere, ipsúmque Iouem cœlo deturbare conatus est: & quem cum alijs seditiosis Iupiter occidit.

κέρδος δὲ. Hoc est, ὀνήσιμον ὅτι κέρδος τῶν ἀπὸ τοῦ ἑκόντος δεδομένων. Gnome est qua ostendit vtile esse lucrum illud quod quis facit accepto munere ab eo qui det libenter.

παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις.

sed eum falli, tandémque

βίᾳ δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφα-

*At violentia & super-*

λεν ἐν χρόνῳ. Τυφὼς Κίλιξ πολυκάρα-
νος, ὔ μιν ἄλυξεν.
οὐδὲ μὰν βασιλεὺς γιγάν-
των.
δμᾶθεν δ' κεραυνῷ,
τόξοισί τ' Ἀπόλλω-
νος. ὃς εὐμενεῖ νόῳ
Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίρ-
ῥαθεν, ἐστεφανωμένον
υἱὸν, ποίᾳ Παρνασίᾳ
δωριεῖ τε κώμῳ.

*bum peßundat tandem. Typho Cilix multiceps non eam effugit, neque rex Gigantum: sed domiti fuerunt fulmine, & arcubus Apollinis, qui beneuola mente Xenarcis filium excepit è Cirrha, coronatum herba Parnasia, Doricóque hymno.*

pœnas dare, qui superbo animo impulsus, inuito & per vim aliena rapere conatur. Idem quoque Cilix ille gigas Typhœus multitudine capitum monstrosus sensit, postquam in Iouem insurrexit. Itaq; neuter, neque hic Typhœus, neque Gigantum ille princeps Porphyrion, tuam asperitatem euitarunt: sed illum fulmine deiectũ sub Aetna Iupiter prostrauit, hunc Apollo sagittis confixit, Apollo inquam ille erga Aristomenem Xenarcis filium benignus, quando ita fauit illi vt Pythia, sacrum sibi certamen apud Delphos vicerit, pro qua victoria, lauri apud Parnassum crescentis coronam accepit, hymnúmque hunc meum Doricæ harmoniæ accommodandum.

βία δ' κ. Vt modò dixit vtile esse quod à volente accipitur: ita nunc docet esse noxium quod per vim & seditionem extorquetur, confidendo suis viribus. q. d. σφάλλεται δ' χρόνῳ ὅστις μεγαλαυχήσας, καὶ σώματος ἰσχύι πεποιθὼς, βίᾳ λαμβάνειν ἐπιχειρεῖ. Hanc sententiam expressisse videtur Horatius 4. Od. l. 3. carm. quum ait,

*Vis consili expers mole ruit sua:*
*Vim temperatam Dij quoque prouehunt*
*In maius, ijdem odêre vires*
*Omne nefas animo mouentes.*

Hîc & Porphyrionis, & Typhœi, aliorúmque gigantum facit mentionem.

Τυφὼς Κίλιξ, de hoc dictum Od. 1. Pyth. & 4. Olymp. 2. est seditionis exemplum. πολυκάρανος Dor. pro πολυκάρηνος poët. pro comm. πολυκέφαλος. Dicitur Κίλιξ, quia in Cilicia fingitur educatus, in spelunca Typhonis, vnde Homerus Εἰν Ἀρίμοις ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. Alij tamen in Lydia, inter quos fuit Artemon historicus: alij in Phrygia dixerunt educatum. ὔ μιν ἄλυξεν, prosa dicas, αὐτὴν οὐκ ἐξέφυγεν.

οὐδὲ μὰν βασιλεύς. Quis sit intelligendus rex Gigantum non sat comperio, nisi ex Isacij verbis, ἡ γῆ τὰ τ̃ Τιτάνων ἀγανακτοῦσα, ἐν Φλέγραις τῆς Παλλήνης γεννᾷ δρακοντόποδας, καὶ βαθυγενείους, καὶ βαθυχαίτας γίγαντας, οἳ πέτρας καὶ δρῦς πεπυρακτωμένας ἠκόντιζον πρὸς τ̃ οὐρανόν. ὧν πρῶτοι Πορφυρίων καὶ Ἀλκυονεύς. Hîc principes Gigantum finguntur Porphyrio & Alcyoneus. Puto autem hîc intelligendum Porphyrionem. Nam etsi de eo paulo antè verba fecerit: ibi tantùm agebatur de eius audacia in turbanda tranquillitate: nunc verò agitur de pœna: & verborum sequela id satis euincit, siquidem de duobus tantùm loquitur poëta: & alterum nempe Typhœum Iouis fulmine oppressum: alterum nempe Porphyrionem telis Apollinis confossum fuisse

Ggg

constat. Verùm hæc poëta συλληπτικῶς profert.

δμᾶθεν Dor.& Bœot. 3.pers.Aor.1.pass. negl. augm. pro ἐδμήθησαν. Vnde Bœot. ἔδμηθεν.& reiecto augm. δμῆθεν. Dor. δμᾶθεν. à δαμάω per syncopen δμῶ. Eandem necis Gigantum rationem reddit Euripid. in Helena,

> μισεῖ γὰρ ὁ Θεὸς τὴν βίαν. τὰ κτητὰ δὲ
> Κτᾶσθαι κελεύει πάντας, οὐκ ἐς ἁρπαγάς.
> *Odit Deus vim : poßidendáque imperat*
> *Tenere iure quemque, non inferre vim.*

Quæ sẽtẽtia cõuenit rectè cùm præcedẽtibus verbis poëtæ, κέρδος δὲ φίλτατον &c. ὅς εὐμαρεῖ. Sensim sine sensu, postquam exordium peregit, transit ad laudes sui Aristomenis, quem commendat à beneuolentia Apollinis, cuius fauori tribuit victoriam quam cõsequutus est. ἐκ Θεῶν γὰρ πᾶσαι μηχαναὶ, vt idem ait. Ξεναρκειον υἱὸν Periphrasticè intellige Aristomenem, cuius pater fuit Xenarces, & puta aliam esse commendationem à patre honesto.

Κίρραθεν Dor. pro Κίρρηθεν, hoc est, ἀπὸ τῆς Κίρρας. Cirrha Delphos significat: alia quoque commendatio à loco victoriæ.

ἐστεφανωμένον. Alia præterea commendatio ab honore gemino, nempe laureæ coronæ, & encomij. Herbam Parnassiam periphrasticè laurum appellat, & herbam synecdochicè αὐτὶ φυτοῦ, vt hæc verba citans, annotat Chabotius in 2. Od. l. 2. Carm. Horatij.

Δωριεῖ τε κώμῳ. Doricum encomium putat Scholiastes denotare hymnũ poëtæ quo laudantur Aeginetæ: quia Dores ab Argis in Aeginam commigrarunt. Sed puto Doricum encomium, esse intelligendum hunc Pindari hymnum, qui scribere solet Dorica grauitate & dialecto, lyrámque suam harmoniæ Doricæ accommodauit, vt annotauimus antistropha 1. Od. 1. Olymp. in hæc verba, ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ πασσάλου λάμβανε φόρμιγγα.

παράφρασις.

Insula autem Aegina quę suis in vrbibus iustitiam colit, nunquam Gratijs, quę omnia eximia reddunt, hactenus excidit: sed maiorum suorum Aeaci filiorum, Telamonis, & Pelei, Aiacis, Teucri, Achillis virtutes inclytas sectãs & imitans, inde ab initio perfectam gloriam obtinet. Etenim celebratur quòd multos habuerit victores sacrorum Græciæ certaminum, & generosos heroes ad acria prælia præstantissimos, educarit.

στροφὴ β. κῶλ. θ.

> ἔπεσε δ' οὐ Χαρίτων ἑκὰς
> ἁ δικαιόπολις,
> ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακι-
> δᾶν
> θίγοισα νᾶσος. τε-
> λέαν δ' ἔχει δόξαν ἀπ' ἀρ-
> χᾶς.
> πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀεί-
> δεται νικαφόροις ἐν ἀέ-
> θλοις,
> θρέψαισα καὶ θοαῖς ὑπερτάτους
> ἥρωας ἐν μάχαις.

μετάφρασις.

*Cecidit autem non procul à Gratijs, iustitiam colens in suis vrbibus, virtutes inclytas Aeacidarum attingens insula. Perfectam autẽ habet gloriã ab initio. Decantatur enim quòd educauerit heroas præstantißimos in certaminibus victoriam reportantibus, & velocibus in prælijs:*

ἔπεσι δ' οὐ Χαρίτων. Patriam Ariſtomenis laudat, vt perſonam cohoneſtet. In genere dicit ὅτι οὐκ ἐγένετο χαρίτων ἔξω. Quod etſi nonnulli interpretes tribuere velint humanitatis & beneficentiæ ſtudijs: tamen horum rationem non videtur hoc loco habere poëta, quum illud reſtringit ad virtutes inclytas Aeacidarum. Et certè vt dixit 14 Olymp. à Gratijs hoc pendet, εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ. Vult innuere poëta poſteros non excidiſſe Gratijs, quatenus maiorum Aeacidarum virtutes celebres imitantur, & ſectantur. Et vt ſequentia docent, hæc imitatio ſita eſt in primis in fortitudine, cuius ſpecimen in ſacris certaminibus, & in prælijs editur.

ἁ νᾶσος Dor. pro ἡ νῆσος, Aegina nimirum δικαιόπολις, hoc eſt, ἡ τὴν δικαιοσύνην ἐν ταῖς ἑαυτῆς πόλεσι θεραπεύουσα. Nam Aegina Inſula pluribus vrbibus conſtabat. Interim hoc epitheton ei laudem tribuit à iuſtitia.

ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν θιγοῖσα. Obſeruandum hoc loco, vt & Nem. Od. 4. νομίζω θιγέμεν, τὸ θιγεῖν conſtrui cum datiuo, cùm genitiuum potiùs, interdum & accuſatiuum regat. Similis Gallica videtur conſtructio *Atteindre aux vertus.* Aeacidæ autem ſunt poſteri regis Aeaci, cuius filij fuerunt Telamon & Peleus, Telamonis Aiax & Teucer, Pelei Achilles: vt videre eſt apud Iſocrat. in Euagora. Hìc obſeruanda laus Aeginæ à maiorum virtutibus.

τελέαν δ' ἔχει. Hoc eſt, τελείαν τὴν δόξαν ἐξ ἀρχῆς ἔχει, οὐ νῦν μόνον. Alia laus à gloriæ antiquitate.

πολλοῖσι μὲν γὰρ. Laus à victorum copia, quòd floruerit heroum numero, qui tum in certaminibus ſacris, tum in bellis ſtrenuè ſe geſſerunt. Pleriſque autem Aeginetis hymnos ſcripſit Pindarus. Aliquot victores in ſequentibus nominat.

θρέψαισα καὶ θοαῖς. Hoc eſt, καὶ ἐν ταῖς ὀξείαις μάχαις γνωριμωτάτοις καὶ πολεμικωτάτοις ἥρωας ἀγαγοῦσα. Tales Heroes fuerunt Aiax, & Teucer, Telamonis filij, & Achilles Pelei.

παράφρασις.

Quorum nomine etiam inter homines decus obtinet, & conſpicua eſt Poſſem ſanè multa eius in laudem narrare: ſed non licet mihi per ocium, neque opportunum eſt vt longa oratione omnia perſequar, & carminibus mandem quæ lyra & voce ſuaui canantur, ne copia moleſtam animis ſatietatem inducat. Itaque id quod mihi nunc occurrit, meique in præſentia inſti-

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέ-
πει.
εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ-
ναθέμεν πᾶσαν μακραγορί-
αν,
λύρᾳ τε καὶ φθέγματι
μαλθακῷ. μὴ κόρος ἐλ-
θὼν
κνίσῃ. τὸ δ' ἐν ποσί μοι
ἴτω, τρέχον τεὸν χρέος, ὦ
παῖ,
νεώτατον καλῶν ἐμᾷ ποτα-

μετάφρασις.

*quæ & inter homines decus obtinent. Sed enim non vacat mihi omnem orationis prolixitatem imponere lyraque & voci molli, ne ſatietas veniens offendat. Quod igitur ante pedes mihi currit, procedat tuum opus recentiſsimum, præclarorum facinorum, meam vola-*

tuti eſt, tuum opus recen- νὸν ἀμφὶ μαχανᾷ. tile circum artem. tiſſimum, victoriam videlicet Pythiacam, quam nuperrime conſequutus es fili Ariſtomenes canam, vt pote quæ appetat artis meæ poëticæ beneficio, quæ præclara facinora celebrat, famam huc illuc volantem nanciſci.

τὰ καὶ ἐν. Hoc eſt, ἅτινα καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις διαπρέπει. Artic. præpoſit. τὰ pro ſubiunct. ἅ. & ἀνδράσι, καταχρηστικῶς pro ἀνθρώποις. Reſpicit autem ad ea quæ dixit de Aegina, quæ bellicoſos & ſtrenuos heroas educauit, qui in certaminibus ſacris, & bellis excelluerunt: quæ nomen & decus apud homines non paruum obtinent.

εἰμὶ δ' ἄσχολος. Eſt ἀποδίωξις qua longiorem tractationem de virtutibus Aeginæ inſulæ abrumpit. Hic autem eſt loci ſenſus, οὐκ ἔστι μοι σχολὴ διὰ πολλῶν τὰ ἐγκώμια τῆς Αἰγίνης, καὶ τῶν Αἰακιδῶν λέγειν, ὡς μὴ διὰ μακρολογίας ἐνόχλησιν ποιοῖμι.

τὸ δ' ἐν ποσί μοι. Eſt hæc propoſitio de laudibus Ariſtomenis. q.d. τὸ δὲ σὸν χρέος, Ἀριστόμενες, ἡ νίκη σου πρόσφατος ἐν ποσί μοι οὖσα, νυνὶ ἀνυμνητέα, ἐπειδὴ περ πέταται ἀμφὶ τῇ μου ποιητικῇ τέχνῃ ᾀδούσῃ τὰ καλὰ πράγματα. Itaque τὸ ἐν ποσί di itur *quod præſens eſt*, & τεὸν χρέος, eſt τὸ σὸν πρᾶγμα, ſcilicet ἡ νίκη. Puto ὦ παῖ, hanc compellationem eſſe blandientis poëtæ. καλῶν, ſubaudit poſt ſe πραγμάτων. & Dorica ſunt ἐμᾷ ποταινὸν μαχανᾷ, pro comm. ἐμῇ ποτινὸν μηχανῇ. *Suam machinam*, hoc eſt, *artem poëticam*, dicit μηχανὴν καλῶν: quatenus res præclaras commendat & celebrat.

παράφρασις.

Tu ſanè tuorum auunculorum veſtigijs inſiſtens in luctis, eóſque per omnia imitans, Theognetum qui Olympia, Clytomachum qui Pythia, audaci membrorum robore, puta pancratio vicit, nullo dedecore afficis, imò ipſis es decori. Præterea Midylidis, tuæ tribui gloriam addens, elogiũ illud promereris, quod Oiclei filius Amphiaraus ore ſuo pronuntiauit, quũ videret filios ſeptem ducum ad Thebas, in ea ſeptem portis munita vrbe fortiter pugnantes:

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων μα-
τραδελφεοὺς, Ὀλυμπίᾳ τε Θεό-
γνητον οὐ κατελέγχεις,
οὐδὲ Κλυτομάχοιο νίκαν
Ἰσθμοῖ θρασύγυιον.
αὔξων δὲ πάτραν Μι-
δυλιδᾶν, λόγον φέρεις
τὸν ὄνπερ ποτ' Οἰκλέος
παῖς ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν
υἱοὺς Θήβαις ᾐνίξατο
παρμένοντας αἰχμᾷ.

μετάφρασις.

*Luctis enim per veſtigia ſequens auunculos, & apud Olympiam Theognetum non decoras, neque Clytomachi victoriã in Iſthmo audacimembrem. Promouens autem tribum Midylidarũ, verbã reportas quæ olim Oiclei filius obſcurè ſignificauit, conſpicatus apud ſeptem portis munitas Thebas filios permanentes apud haſtam.*

ἰχνεύων. ab ἰχνεύω poëtico verbo, quod ſignificat κατὰ τὰ ἴχνη βαίνω, ſeu διώκω. Poët. & Dor. eſt ματραδελφεοὺς pro μητραδέλφους, hoc eſt, ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος

*avunculus.* νίκαν metonymicè θρασύγυιον appellat, eíque tribuit quod hominibus propriè conuenit, in quibus membrorum robur, animíque præsentia requiritur, vt aduersarios superent. Itaque θρασύγυιος est ὁ ἔχων θρασέα γυῖα *qui audacia habet membra.* Porrò suum Aristomenem laudat Pindarus ab imitatione, & virtute auunculorum æmula, qua suum genus cohonestat, cùm viro præclaro honestum sit ortum à claris viris ducere, & vicissim. Theognetus & Clytomachus auunculi Aristomenis, ille Olympia, hic Isthmia vicit. Sic autem reddit hanc sententiam Scholiast. τοῖς γὰρ παλαίσμασι τοὺς πρὸς μητρός σου θείους, ὅτε τῇ Ὀλύμπια νικήσαντα Θεόγνητον, ὅτε τὴν Κλυτομάχου ἐν Ἰσθμῷ νίκην κατασχώεις.

αὔξων δὲ πάτραν. Alia laus à præclara tribu, cui sua virtute decus addit. πάτραν sumit pro φατρία, sicuti Homerus Ἠμὰν ἀμφοτέροισιν, ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη. Μιδυλιδᾶν Doricè pro Μιδυλιδῶν à Μιδυλίδης. In Aegina fuit Midylidarum tribus à Midylo primo eius authore: ex qua apparet Aristomenem hunc nostrum fuisse.

λόγον φέρεις. Alia præterea laus à simili encomio, similis aliorum fortitudinis: nam dicit eum meritum esse laudem quam Amphiaraus filijs tribuit aduersus Thebas fortiter pugnantibus. Dictum autem commendat ab authore Amphiarao Oiclei filio, de quo dictum in Olympijs, sexta Oda: vbi similiter Agesiæ tribuit elogium Pindarus, quod Amphiarao Adrastus.

ὅν περ ποτ'. Hoc est, ὃν εἶπέ ποτε Ἀμφιάραος, ἡνίκα ἐθεάσατο ἐν ταῖς ἑπταπύλοις Θήβαις τοὺς υἱοὺς κατὰ τῶν Θηβαίων θαρσαλέως πολεμοῦντας. Dixit παρμένοντας metri causa, pro παραμένοντας, & ellipsis τοῦ ἐν ante αἰχμᾷ, est obseruanda: & sumenda vox αἰχμὴ hoc loco pro μάχη. ἠνίξατο dixit pro ἐφθέγξατο. Nihil enim obscuri effatus est.

παράφρασις.

quum Polynicis posteri ex Argiuo solo profecti secundum bellum Thebanis intulerunt. Illis autem pugnantibus ita effatus est. Quæ innata est, & à parentibus accepta animi magnitudo, quatenus fortes creantur fortibus & bonis, refulget in liberis. Apertè video Alcmanem primum ad portas Thebarum quarum rex fuit Cadmus, quatientem corruscum clypeum sculptura maculosi draconis insignem.

στροφὴ. γ. κῶλ. θ.

ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἤλυ-
θον
δευτέραν ὁδὸν ἐ-
πίγονοι, ὧδ' εἶπε μαρναμέ-
νων·
φυᾷ τὸ γενναῖον
ἐπιπρέπει, ἐκ πατέρων
παι-
σὶν λῆμα. θᾶομαι
σαφὲς δράκοντα ποικίλον αἰ-
θᾶς
Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος νωμῶντα
πρῶ-
τον ἐν Κάδμου πύλαις.

μετάφρασις.

*quando ab Argo venerunt secunda expeditione posteri. Sic autem dixit cùm præliarentur. Natura in liberis eminet ex patribus generosa magnitudo animi. Intueor apertè Alcmanem in clypeo coruscо quatientem draconem versicolorem, primum in Cadmiportis.*

ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος. Temporis circunſtantia, nempe ſecundo bello, quod Polynicis poſteri Thebanis intulerunt propter parentis necem. De Polynice & Eteocle, iam dictum 2. Olymp. Sexta fit mentio huius belli. δευτέραν ὁδὸν ἤλυθον: in proſa dicas, δεύτερον ἐστράτευσαν. Eſt quoque loci circunſtantia quum oſtendit vbi ſit loquutus, nempe Thebis interea dum pugnabant.

φυᾷ τὸ γενναῖον. Hoc eſt, vt rectè exponit Schol. τῇ φύσει τὸ συγγενὲς ἐκ πατέρων προθύμημα, τοῖς παισὶν ἐπιπρέπει. Et exemplum Homeri adducit, vbi τὸ γενναῖον exponitur συγγενικὸν,

Οὐ γάρ μοι γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι.

Iliad. ε.

*Non enim mihi innatum eſt cum fugiente pugnare.*

Θεάομαι. Alcmani filio dictum accommodat Amphiaraus, videns ipſum ποικιλόνωτον ὄφιν δράκοντα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος πρῶτον διακινοῦντα. Innuere videtur clypeum Alcmaonis inſignitum fuiſſe pictura draconis. Quod animal rectè vati conuenit, qui debet eſſe oculatiſſimus ad præuidenda futura: vel quia draco aptus eſt ad auguria, inquit Schol. vel quia ſubit terram, quam & ſubijt vates Amphiaraus vt reſponſa acciperet.

ποικίλον: quaſi *maculis diſtinctum*. αἴθας Dor. pro αἴθης. & αἶθος, η. ον. *niger, a, um.* Ἀλκμᾶνα pro Ἀλκμάονα. Alcmaon Amphiarai filius. Κάδμου πύλας, Thebarum vocat portas, quia Thebis regnauit Cadmus.

παράφρασις.

At verò Adraſtus heros, qui priori ad Thebas expeditione cladem accepit, ſolúſque cæſis reliquis omnibus incolumis euaſit, rem fœliciùs eſt geſturus ſecunda expeditione, cui proſperiorem euentum pollicetur augurium: quanquam eius domui aliquid ſiniſtri accidet. Tum enim eius filius ex Græcorum exercitu ſolus Aegialeus occidetur, cuius mortui collectis oſſibus, diuino munere fortunatus, incolumi ſaluóque reliquo exercitu redibit Argos,

ἀντιστρ. κώλ. θ.

ὁ δὲ καμὼν προτέρᾳ πάθᾳ,
νῦν ἀρείονος ἐνέχεται ὄρνιχος ἀγγελίᾳ
Ἄδραστος ἥρως. τὸ δὲ οἴκοθεν ἀντία πράξει.
μοῦνος γὰρ ἐκ Δαναῶν στρατοῦ, θανόντος ὀστέα λέξαις
υἱοῦ, τύχᾳ Θεῶν ἀφίξεται
λεῷ σὺν ἀβλαβεῖ,

μετάφρασις.

*At afflictus priori clade, nunc proſperioris detinetur augurij nuntio Adraſtus heros: ſed à domo aduerſa fortuna vtetur. Solus enim ex Danaorum exercitu, mortui collectis oſſibus filij, ſorte proſpera Deorum cum exercitu incolumi redibit,*

ὁ δὲ καμών. Prædicit Amphiaraus euentum ſecundæ expeditionis aduerſus Thebanos, qui quàm prioris fortunatior erat futurus. Nam amiſſis ſex ducibus, totóque exercitu ad vnum, vix euaſit Adraſtus primo bello. Verùm

ſecundo, ſeruatis omnibus, excepto Aegialeo filio, Argos rediuit. Hæc ille vates, cùm priori bello intereſſet, vaticinatus eſt, ſ antequam à terra in Oropo Bœotiæ urbe abſorberetur, & interiret. πάθα vox hæc iam occurrit 6. Olymp. vbi & vide quæ de Amphiarao dicuntur.

τὸ δ' οἴκοθεν. Priori Adraſti fortunæ contraria poſterior. Nam in illa nihil ipſe mali patitur, reliquis extinctis: in hac amiſſo filio, ſaluíſque reliquis ſolus affligitur. Sic autem poëtæ verba reddas. ὁ δὲ καμὼν Ἄδραστος ἥρως τῇ προτέρᾳ συμφορᾷ, ἐν τῇ δευτέρᾳ βελτίονος ἔχεται τύχης τῇ τοῦ οἰωνοῦ ἀγγελίᾳ καὶ κληδόνι. τὸ δὲ κατὰ τὸν ἴδιον οἶκον ἐναντίως πράξει. μόνος γὰρ τοῦ Ἑλληνικοῦ στρατοῦ τοῦ Αἰγιαλέως υἱοῦ τελευτήσαντος τὰ ὀστᾶ συλλέξας, Ἄργος ἀφίξεται σὺν πεισωθέντι στρατοπέδῳ. μοῦνος, nimirum Ἄδραστος. ἐκ Δαναῶν hoc eſt, Ἀργείων: Nam à rege Danao Argiui dicti ſunt Danai. & λέξαις ſimplex pro compoſito συλλέξας. ἀφίξεται expono *redibit* ſequens loci ſenſum.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| quod ſpatioſos habet vicos, vrbem Abantis qui fuit Lyncei filius, pater Talai ex quo natus Adraſtus. Atque hæc quidem dixit vates Amphiaraus. Ego autem etiam gaudio perfuſus, coronis Alcmanem redimio, & rore hymni perfundo: quoniam cùm ſit vicinus meus, heroicum monumentum prope meas ędes habens, meorúmq; bonorum cùm ſit cuſtos, occurrit mihi celebrem Pythonem, quod medium eſt orbis terrarum, proficiſcenti: ſuáque arte à patre Amphiarao accepta prædixit me victoriam reportaturum. | Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς.<br>τοιαῦτα μὲν ἐφθέγξατ' Ἀμφιάρηος.<br>χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς<br>Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω,<br>ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ,<br>γείτων ὅτι μοι, καὶ<br>κτεάνων φύλαξ ἐμῶν<br>ὑπαντίασεν, ἰόντι γᾶς<br>ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον·<br>μαντευμάτων τ' ἐφάψατο<br>συγγόνοισι τέχναις. | *ad Abantis ſpatioſos vicos. Talia quidem loquutus eſt Amphiaraus. Gaudens verò & ipſe Alcmanem coronis peto, conſpergo autem & hymno, quoniam vicinus mihi, & poſſeßionum cuſtos mearum occurrit, eunti terræ ad vmbilicum celeberrimum: vaticiniaq; attigit congenitis artibus.* |

Ἄβαντος. Hæc cohærent cum ſuperioribus: & periphraſticè deſcribunt Argos, cuius vici ſunt ſpatioſi, quales ſunt amplarum & rectè digeſtarum vrbium. Quis autem fuerit Abas habet Latina paraphraſis.

τοιαῦτα μὲν. Concluſio vaticinij. Ἀμφιάρηος. Dicitur Ionicè. Ἀμφιάρης, ηος, ηι. poët. pro com. Ἀμφιάραος.

χαίρων δὲ καὶ. Chorus vt vult Schol. hæc in Ariſtomenis perſona dicit, qui videtur ędes ſuas habuiſſe prope Alcmanis heroum: quíque fortè oraculum

confuluit, acceptóque bono refponfo, Pythonem ad facros Appollinis ludos fe contulit, in iífque vicit, vt prædictum fuerat. Vult Aretius vt hæc fint verba poëtæ breuiter laudantis Alcmaonem: quia coronare, & afpergere hymno, non Ariftomenis, fed poëtæ eft officium. Sed quia agitur de profectione ad certamen Pythiorum, & de vaticinio futuræ victoriæ, quæ competunt victori, & chorus eius perfonam imitari poteft: ideo in Schol. fententiam magis inclino.

βάλλω. Fortè fimplex pro compofito ἀμφιβάλλω. ῥαίνω ἢ καὶ ὕμνῳ. metaphora fumpta ab ijs qui plantas irrigant vt crefcant, & virefcant. vno vocabulo dixiffes στεφανόω καὶ αἰνυμνέω. ὑπαντίασεν neglect. augm. vel Dor. pro ὑπηντίασεν. Quid dicatur γαίας ὀμφαλὸς, antè dictum eft. ἀοίδιμον vocat ob celebritatem loci tum ratione oraculi, tum ratione Pythiorum, quorum caufa nomen eius longè latéque diffufum vbique refonabat.

μαντευμάτων τ᾽. Hoc eft, ἐμαντεύσατο ἢ τῇ μαντικῇ τέχνῃ αὐτῷ συγγενεῖ οὔσῃ. Notanda conftructio verbi ἐφάπτομαι cum genitiuo. Idem cum Dat. iungitur Olymp. Od. 1. εὐδ᾽ ἀκράντοις ἐφάψατ᾽ ὦν ἔπεσι. σύγγονος poëtic. pro συγγενὴς: quæ vox iam occurrit huius l. Od. 3. τέχναις dixit plurali numero, quia multiplex eft μαντική.

παράφρασις.

Tu autem fagittas procul iaculans Apollo, qui templum celebre conuenas omnes excipiens, tibi in Pythonis conuallibus facrum gubernas, ibi Ariftomeni fucceffum dedifti, qui parta luctę victoria, gaudiorum quibus vnquam eft perfufus, maximum percepit. Quinetiam antequam ad Pythia fe conferret, in Aegina infula eius patria, ô rex Apollo, quum fefti dies Delphiniorum apud Aeginetas facrorum tibi ludorum celebrarentur, quinquertij victoriam ipfi contulifti, quam tua ope fuáque virtute celeriter arripuit. A te autem confultò, certóque propofito precor.

στροφὴ. δ. κῶλ. θ.

τὺ δ᾽ ἑκαταβόλε πάνδο-
κον
ναὸν εὐκλέα δι-
ανέμων Πυθῶνος ἐν γυά-
λοις,
τὸ μὲν μέγιστον τό-
θι χαρμάτων ὤπασας· οἴ-
κοι
δὲ πρόσθεν ἁρπαλέαν
δόσιν πενταεθλίου σὺν ἑορ-
ταῖς
ὑμαῖς ἐπάγαγες ἄναξ. ἑ-
κόν-
τι δ᾽ εὔχομαι νόῳ

μετάφρασις.

*Tu autem longè iaculans qui templum celebre omnes excipiens gubernas in vallibus Pythonis, maximum quidem tum gaudium præbuisti domi autem antea quinquertij donū quod auidè arripitur, cum feftis tuis attulifti rex. Prompta autem precor mente*

τὺ δ᾽ ἑκαταβόλε. Apoftrophe ad Apollinem: quem poëta κατ᾽ ἐπεμβολὴν inuocat. per antonomafiam Apollo intelligendus quum dicitur ἑκαταβόλος. Dor pro ἑκατηβόλος: quæ vox iam expófita eft Olymp. Od. 9. in hæc, ἑκαταβόλοισιν ἀπὸ τόξων. Tribuitur Apollini hoc epitheton, vel quia fingitur fa-

gittarius

gittarius, & paſſim ἀργυρότοξος, χρυσότοξος à poëtis vocatur : vel quia idem eſt cum Sole, qui ſuos radios ſagittarum inſtar, ex altiſſimo cœlo in terram eiaculatur.

πάνδοκον ναὸν dicit, ſicuti Olymp. 3. πάνδοκον ἄλσος. & 4. χαίροντα ξενίαις πανδόκοις, periphraſticè dixit. Πυθῶνος ἐν γυάλοις, pro ἐν Πυθῶνι. niſi dicamus poëtam loci ſitum indicare.

τὸ μὲν μέγιστον. Pythiacam Ariſtomenis victoriam Apollini fert acceptam: eámque μέγιστον χαρμάτων vocat: quia celeberrimo in loco præſtantiſſimi poſt Olympia certaminis victoriam reportauit, vnde maximum fuit hoc gaudiorum eius. Etſi enim in Aegina vicerat Delphinia, tamen non tantum gaudij inde quãtum hinc percepit. τόθι malim cum Schol. exponere αὐτόθι, quàm cum Latino interprete τότε. Nam videtur eſſe relatiuum ad Πυθῶνος ἐν γυάλοις, vt loci, non temporis habeatur ratio. Et ſæpe Pindarus τόθι pro αὐτόθι, ἐκεῖ, vſurpat. vt Olymp. 7. τόθι λύτρον συμφορᾶς, *illic liberatio calamitatis*. Pyth, 4. τόθι γὰρ σπέρμα (?) Εὐφάμου φυτευθὲν, *ibi enim ſatum Euphemi genus.*

οἴκοι δὲ πρόσθεν. Alteram quoque victoriam quam idem Ariſtomenes in Aegina obtinuit, eidem Apollini acceptam fert. Aeginenſes Apollinem, inquit Scholiaſt. & Dianam præcipuè coluerunt: ac in Apollinis honorem inſtituerunt ludos Delphinia dictos, qui conſtabant ex quinquertio. In his vicit Ariſtomenes priuſquam ad Pythia ſe contuliſſet. Tota autem hæc ſententia ſic proſa reddi poteſt. σὺ δὲ ὦ Ἄπολλον, τὸν πάντας δεχόμενον εὔδοξον ναὸν ἐν Πυθῶνι διανέμων, τοῦτο μὲν μέγιστον τῆς νίκης χάρμα αὐτόθι ἐν τῇ Πυθῶνι πάρεσχες· ἐν Αἰγίνῃ τε πρόσθεν, ἐν ταῖς σου ἑορταῖς τῶν Δελφινίων τὴν τῷ πεντάθλῳ νίκην.

οἴκοι. Hoc eſt, ἐν Αἰγίνῃ. ἁρπαλέαν δόσιν vocat, *donum auidè arreptum*: id eſt, *celerem victoriam*, quam quis ope diuina ſuáque virtute adeptus eſt. πενταέθλιον idem ac πένταθλον. ὑμαῖς enallage numeri, pro σαῖς. ſicuti Od. 7. huius libri, ὦ Μεγάκλεες, ὑμαὶ τε καὶ προγόνων. Ἄναξ, honoris titulus, quo Apollinem compellat.

ἑκόντι δ' εὔχομαι. Poſt apoſtrophen inſtituit precationem, qua rogat vt ſuam poëticen, & fortunas victoris habeat commendatas. ἑκόντι νόῳ dicit pro ἐκ προνοίας, *prudens & conſultus, certoq́, propoſito precor.*

| παραφέρεσθαι. | ἀντιστρ. κώλ. θ. | μεταφέρεσθαι. |
|---|---|---|
| vt benigno oculo reſpicias quæcunque poëmata, ex certis rhythmis conſtantia, de vnoquoque in rerum ab ipſis præclarè geſtarum laudem concinno & concino. Iuſtitia vtique ſuauiſono hymno meo | κατά τιν' ἁρμονίαν βλέπειν ἀμφ' ἕκαστον ὅσα νέομαι. κώμῳ μὲν ἀδυμελεῖ δίκα παρέστακε. | vt reſpicias quæ de vnoquoque certis quibuſdam rhythmis compono. Hymno certè noſtro ſuauiſono iuſtitia aſtat. Deo- |

nihil nisi verum canenti assistit. Porrò à Dijs immortalibus, penes quos solos est diuitiarum donatio, peto ô Xenarces vt fortunarum vestrarum curam gerant. Nam quanuis homines stulti, eum qui bona nullo negotio parta possidet, sapientem esse putent,

Θεῶν δ' ὄπιν ἄφθιτον αἰ-
τέω
Ξείναρκες, ὑμετέραις
» τύχαις. εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπα-
» ται
» μὴ ξὺν μακρῷ πόνῳ, πολλοῖς
» σοφὸς
» δοκεῖ πεδαφρόνων,

*rum autem curam immortalem exposco, ô Xenarces, vestræ sorti. Si quis enim opes posidet, non longo cum labore* partas *multis sapiens videtur stultis,*

κατά τιν' ἁρμονίαν. Prius precationis membrum continet hymnorum poëtæ commendationem. q. d. εὔχομαι ἐφορᾶν ποιήματα ὅσα καθ' ἁρμονίαν τινα γράφω περὶ ἑκάστου. Hoc loco ἁρμονίαν pro ῥυθμῷ sumit: & νέομαι, pro γράφω.

κώμῳ μὲν. Fauorem Apollinis petit, vt quem meritus sit poëta, cuius hymno iustitia astat: hoc est in quo nihil mentiatur, sed meritas laudes prędicet. ἀδυμελὴς iam occurrit Olymp. 7. & 11.

Θεῶν δ' ὄπιν. Posterius membrum precationis, quo petit ab Apolline, omnibúsque Dijs vt fortunam Aristomenis curent. Est autem apostrophe ad Xenarcem huius victoris patrem. q. d. τὴν δ' Θεῶν ἐπιστροφὴν εὔχομαι ὑμετέραις τύχαις.

εἰ γάρ τις. Hoc est, εἰ γάρ τις ἀγαθὰ κέκτηται ῥᾳδίως, πολλοῖς ἄφροσι δοκεῖ σοφὸς ὤν, τὴν πρὸς τὸ βίον ὁσίαν αὔξειν ταῖς ὀρθοβούλοις ἑαυτοῦ ἐπιτεχνήσεσι. Rationem reddit voti pro fortunis Aristomenis, nimirum quia Deorum munere, non hominum prudentia diuitiæ comparantur. Interim facit digressiunculam in vulgi iudicium de diuitijs.

πέπαται. Hoc est, κέκτηται. Est autem 3. perf. sing. præt. perf. πέπαμαι, verbi poëtici πάομαι, τὸ κτάομαι. πεδαφρόνων genit. plur. à recto sing. πεδάφρων q. d. πεπεδημένην ἔχων φρένα, *mentem habens vinctam.* vel quasi πεδινὰ φρονῶν, *humilia sapiens.* vel pro μετάφρων, hoc est, ἄφρων, παράφρων. q. d. μετὰ τὰ πεπραγμένα φρονῶν, *qui re facta sapit*: qualis Epimetheus, imprudeus, improuidus. Et certè πέδα dicitur Aeolicè pro μετά.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. ια. μετάφρασις.

& honestis rationibus rectóque consilio facultates ad vitam necessarias amplificare, grauiter falluntur. Etenim non est positum in hominum facultate vt diuitias acquirant: sed eas suppeditat Deus, qui aliàs alium sublimem aut humilem reddit, aliíque subijcit, bona & mala quibus

» βίον κορυσσέμεν ὀρθοβού-
» λοι-
» σι μαχαναῖς. τὰ δ' οὐκ ἐπ' αὐ-
» δράσι κεῖται.
» δαίμων δ' παρίσχει,
» ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων·
» ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
» μέτρῳ καταβαίνει.

*fortunas augere recta consilia* suppeditantibus *artibus. Atqui illa non penes homines sunt: sed Deus prebet, aliàs alium super extollens, alium autem sub manibus*

vult certa ratione difpenfans. Cæterùm tu Ariftomenes præmium Megaris ex Diocleis reportafti: & in receffu Marathonis Herculea fuperafti: & Hecatombæa à maioribus tuis Argiuis in Aeginam delata in Iunonis honorem, etiam tua in patria vicifti. Partis verò tribus illis victoriis, Megarica, Marathonica, Aeginetica, in quibus alios tua fortitudine deiecifti,

Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας, μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος· Ἥρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον νίκαις τρισσαῖς ὦ 'ρισομένες, δαμάσσας ἔργῳ,

certo modo deprimit. Apud Megara autem habes premium, & in receſſu Marathonis, Iunoniſq, certamen patrium: cum victoriis tribus ô Ariſtomenes ſuperaſti fortitudine:

βίον κορυσσέμεν. Cohæret cum fuperioribus, & cum ijs alia redditum phrafi. Eft autem κορυσσέμεν inf. Ion. & Dor. pro comm. κορύσσειν, quod hîc metaphoricè vfurpatur pro κορυφοῦν καὶ μεγάλως αὔξειν. Fit enim à κόρυς galea quæ eft capitis munimentum. Aliàs fimpliciter fignificat armare. ὀρθοβέλοισι poëticè, pro ὀρθοβέλοις. quæ vox Pyth. 4. iam occurrit μαχαναῖς Dor. pro comm. μηχαναῖς.

τὰ δ' οὐκ. Epanorthofis præpoftere vulgi fententiæ q. d. τὸ δ' ἐκ προνοίας ἀγαθοῖς γενέσθαι οὐκ ἔστιν ἐφ' ἀνθρώποις. In his eft ἄρσις falfæ caufæ.

δαίμων δ'. Iam θέσις veræ caufæ. q. d. ὁ δ' Θεὸς μεμερισμένα ἑκάστῳ τὰ κακὰ, καὶ τὰ ἀγαθὰ παρέχει, ἄλλον ἄλλοτε ὑψηλοῦν, ἢ καταβιβάζων. Pia fententia, qualis eft illa Hefiodi initio ἔργων καὶ ἡμερῶν.

Ὃν τε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε, φατοί τε· &c.

Ideo & Iupiter δώτωρ ἐάων prædicatur à poëtis, & Callimachus, δίδου ἀρετήν τε καὶ ὄλβον, ideo canit.

ὕπερθε βάλλων. Poëtica phrafis ὕπερθε βάλλειν, pro comm: ὑψοῦν, ἐξαίρειν. Verbatim exponas, ſupra alios iacere. Huic opponitur ὑπὸ χειρῶν καταβαίνειν. hoc eft, ταπεινοῦν, & ὑποχείριον, ταπεινὸν, οἰκτρὸν ποιεῖν. Porrò καταβαίνειν eft poët. pro comm. καταβιβάζειν. Addit μέτρῳ: quia id facit Deus certa ratione modóque: ita vt nemo de iniuria poffit meritò conqueri.

Μεγάροις δ' ἔχεις. Epanodus ad Ariftomenis laudes. Megaris Dioclea, Marathonis in folo Herculea, in Aegina Iunonia feu Hecatombæa vicit. De primo vide 13. Olymp. de poftremis duobus 9. Od. Olymp. Megaris etiam Pythia celebrabantur, vt refert Schol. Od. ε. Nem.

νίκαισι. Dat. poët. pro νίκαις, fubaudita præpofit. σὺν. & ὦ 'ρισομένες pro ὦ Ἀριστόμενες, vt ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθέ. ἔργῳ hoc eft, τῇ ἐνεργείᾳ καθυποτάξας σοῦ τε, τέτρασι σώμασι τῶν ἀνταγωνιστῶν ἄνωθεν ἐνέπεσες, ἧττον αὐτῶν φρονῶν.

παράφρασις — στροφὴ. ε. κῶλ. θ. — μετάφρασις

in Pythijs ludis incidifti fuperne in quatuor antagoniftas,

Τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν

quatuorque illapſus es ſupernè corporibus,

illis mala moliens: quibus devictis apud Pythiadem iudicatum est, reditum in patriam non æquè ac tibi fore iucundùm ob dedecus. Quíque reuersi ad parentes, non festiuum illis ex victoria risum, sed pallidum mœrorem ex calamitate sua illis excitarent. Quíque quòd aduersario succubuerint, cor saucium gerentes, eorum conspectum metuunt, procúlq; ab illis per vicos incedentes declinant & fugiunt.

σωμάτεσσι, κακὰ
φρονέων· τοῖς οὔτε νόστος ὁ-
μῶς
ἔπαλπνος ἐν Πυθι-
άδι κρίθη, οὐδὲ μολόντων
πὰρ ματέρ᾽, ἀμφὶ γέ-
λως
γλυκὺς ὦρσεν χάριν· κατὰ
λαύρας
δ᾽ ἐχθρῶν ἀπάοροι πτώσσοντι,
συμ-
φορᾷ δεδαϊγμένοι.

*mala* illis *moliens: quibus neque reditus pariter iucundus apud Pythiadem iudicatus fuit: neque reuersis ad matrem risus dulcis excitauit festiuitatem: sed per vicos ab hostibus procul semoti trepidant: calamitate sauciati.*

πέτρασι δ᾽. Hæc de victoria Pythiaca, vbi docet quatuor antagonistas Aristomeni succubuisse. ἔμπετες 2. pers. Aor. 2. act. poët. & Dor. pro ἐνέπεσες, mutatione literæ σ in τ. & syncope mutato ν in μ. ob sequens π. pro more: vel est imperfect. ab ἐμπέτω, pro ἐμπίπτω.

τοῖς. Depingit dedecus & dolorem eorum qui victi fuerunt. Illis molestus est in patriam reditus, ob illos mœrore afficiuntur parentes: illi per remotos vicos procul ab hospitibus trepidantes declinant. Similiter Od. 8. Olym. ἀντ. 4. ἐν τέτρασι παίδων ἀπεθήκατο γυίοις νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέραν γλῶσσαν, καὶ ἐπίκρυφον οἶμον: cuius loci expositionem cum isto confer.

ὁμῶς. Relatiuè dicitur ad Aristomenem. Neque enim victis & victori pariter iucundus fuit reditus in patriam. Miror autem Leoniceri & Aretij coniecturam, qui ἐν Πυθιάδι κριθῇ scribunt & exponunt *per Pythium hordeum*: quod in reditu hordeaceam vel triticeam coronam haberent: ac si moris fuerit, vt victi hordeo coronarentur, quemadmodum victores laurea: quo monebantur impares adhuc esse rebus tantis. Sed fundamento caret hæc coniectura. Simplicius est & vero consentaneum si dicas, *reditus ad Pythiadem non iucundus iudicatus fuit*. Nam ibi iudicium ferebatur de ignominia victi, & honore victoris. Itaque Πυθιάδα sumes pro loco in quo Pythia celebrabantur.

ἔπαλπνος. A Schol. exponitur. ἡδὺς καὶ προσηνής. Hoc vocabulum est Pindaricum, omnibúsque Lexicis ignotum. Quòd si coniecturæ est locus, liceat dicere hoc tribuendum vento secundo, qui nautis in mari aspirat. q.d. ἐπὶ ἅλα πνέων. Is autem est iucundus. Vel erit syncope dictum ab ἐπιθαλπνος. comp. ex ἐπὶ & θαλπνὸς *splendidus, lucidus, calidus*. μεταφορικῶς *gratus*, vel *lucis*, vel *caloris instar*. à θάλπω *calefacio, foueo*. vnde θαλπωρὴ *tepor, iucunditas, spes nostras fouens cogitationes*. Vel est compos. ex ἐπὶ & ἄλπνος, cuius superlatiuus gradus fit ἄλπνιστος, de quo suo loco Isthm. Od. 5.

οὐδὲ μολόντων. Vt matres præcipuè exultant filiorum honoribus: sic plus doloris capiunt ex eorum ignominia. Sic autem tota sententia reddetur soluta

oratione. οἷσι τοῖς ἡττηθεῖσιν ἐκ τῆς Πυθίας ἀνακομιδὴ, οὐδ' ὁμοίως προσηνὴς ἐν Πυθῶνι ἐκρίθη γενέσθαι. οὔτε ἐπανελθόντων αὐτῶν ἐπὶ τῆς πατρίδα, περὶ τοὺς γονεῖς, μάλιστα περὶ τὴν μητέρα, γέλως γλυκὺς ἐκ τῆς νίκης χάριν, ἀλλὰ λύπην ἐκ τῆς συμφορᾶς ἐκίνησε.

λαύρα dicitur ſubſtantiuè pro λαύρα ὁδὸς. *platea, lata via*. πτώσσοντι Dor. pro πτώσσουσι. ἀπάοροι. hoc eſt, *remotus, ſeparatus*, à re, vel perſona. Fit ab ἀπαείρω. & Ion. dicitur ἀπήοροι. δεδαιγμένοι partic. præt. paſſ. verbi δαίζω: de quo in δαιχθεὶς Od. 6. Pyth. Poſtrema hæc ſic reddas proſa. κατ' πλατείας δὲ τοὺς ἐχθροὺς εὐλαβούμενοι καὶ φεύγουσι τῇ τῆς ἥττης συμφορᾷ δακνόμενοι.

| παράφρασις. | αὐτ. στρ. κώλ. θ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Sed qui recens rem præclarè geſſit, & ſpe ſua non fruſtratus, victoriam veloci & prompta ſtrenuitate eſt adeptus, fœlicitate ſublimis fertur, & ſumma voluptate fruitur, neque diuitias quas ad certamen liberaliter impendit, vllo modo deſiderat, imò victoriæ honorem ijs præfert. Quod & tibi Iuſta victoriam adepte Ariſtomenes nunc vſuuenit: At vide ne nimium ſucceſſu gaudeas ac ſi perpetuò fœlix futurus eſſes. | ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν, ἁβρότατος ἐπὶ μεγάλας, ἐξ ἐλπίδος πέταται ὑποπτέροις ἀνορέαις, ἔχων κρέσσονα πλούτου μέριμναν. ἐν δ' ὀλίγῳ βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται, οὕτω δὲ καὶ πίτνει χαμαὶ, ἀποτρόπῳ γνώμᾳ σεσεισμένον. | At bonum aliquod recens qui nactus eſt, ſplendore ſuper magno, ſecundum ſuam ſpem volat, velocibus ſtrenuitatibus, habens præſtatiorem diuitijs curam. Sed breui mortalium oblectatio creſcit; itidem verò & cadit in terram, infauſto conſilio concuſſa. |

Velim enim ſcias hanc eſſe fragilitatis humanæ ſortem, vt res vel ſplendidiſſimæ & iucundiſſimæ exiguo tempore creſcant, & aliqua calamitate concuſſæ breui dilabantur.

ὁ δὲ καλόν τι. Oppoſitio lætitiæ victoris mœrori deuictorum: per quam tranſit ad generalem gnomen de natura fœlicitatis & ſucceſſus rei propoſitæ, qui mouet gaudium. Poëticam phraſin ſic ſoluta oratione reddas. ὁ δὲ νεωστὶ καλά κατορθωσάμενος, ἐπὶ μεγάλης εὐδαιμονίας κατ' τὴν αὐτοῦ ἐλπίδα μετέωρος φέρεται, ταχείαις ἐπαιρόμενος ἀνδρείαις, τὴν νίκην τοῦ πλούτου προκρίνων. Huius gnomes applicationem habet paraphraſis noſtra.

ἁβρότατος, Dor. pro ἁβρότητος. Hic ἁβρότης à Schol. exponitur εὐδαιμονία. ὑποπτέροις poët. vox. i. πτερόεις, πτερωτὸς. pro ταχὺς hoc loco. ἀνορέα vide Ol. Od. 8. τὴν νίκην appellat μέριμναν πλούτου κρέσσονα. Et certè honos diuitijs eſt potior, pro quo impenduntur & ipſæ.

ἐν δ' ὀλίγῳ. Fragilitatem humanæ ſortis ilicò proponit: ne ſucceſſu victor nimium efferatur. q. d. ὥσπερ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὸ τῶν ἀνθρώπων ἡδὺ καὶ καλὸν εἶναι δοκοῦν, αὔξεται καὶ παραμένει. οὕτω καὶ πάλιν ἀηδεῖ γνώμῃ ἡττηθὲν ἀφανίζεται. Poſt ὀλίγῳ ſubauditur χρόνῳ. verbum πιτνέω in Olymp. expoſuimus Od. 2. ſtroph. 2. ἀπότροπος, hoc eſt ἀηδὴς, ὁ ἀποτροπῆς ἄξιος, *iniucundus, declinatione dignus.*

παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις.

Ecquid de hominum genere in diem viuente sentias? Annon modò dicas hunc esse aliquem, & alicuius pretij, modò nullum esse nulliúsque pretij? Etenim homines sunt vmbra, imò vmbræ somnium, nēpe minus quiddam quàm vmbra quæ nihil est. At verò quum Iouis gratioso munere affulsit fœlicitas, tum stabile splendoris decus humanæ res obtinent, suauémque vitam exigunt homines. Quo rerum statu si frueris Aristomenes, acceptum Deo feras. Cæterùm heroina dilectissima, mater Aegina, vrbem hanc Aristomenis tuā cognominem tuæ curæ commissam suo populo liberam serua, cum reliquis eius patronis, Ioue generis authore, Aeaco insulæ rege, eiúsque posteris, Peleo præstantissimo, Telamone & Achille heroibus magnis.

„ ἐπάμεροι. τί δέ τις; τί δ' οὔτις;
„ σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. ἀλλ' ὅταν
„ αἴγλα
„ διόσδοτος ἔλθῃ,
„ λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀν-
„ δρῶν,
„ καὶ μείλιχος αἰών.
Αἴγινα φίλα μᾶ-
τερ ἐλευθέρῳ στόλῳ
πόλιν τάνδε κόμιζε, Διὶ
καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ,
Πηλεῖ τε, κ' ἀρίστῳ Τελα-
μῶνι, σύν τ' Ἀχιλλεῖ.

*Diei vnius sunt homines: quid enim est aliquis, quid verò nullus? vmbræ somnium homines. Sed quum lux à Ioue data accesserit, splendidum est lumen hominum & suauis vita. Aegina chara mater libero agmini ciuium, vrbem hanc cura habeas cum Ioue & rege Aeaco, Peleóque, & præstantissimo Telamone, cúmque Achille.*

ἐπάμεροι. Pergit in digressione cœpta. q. d. τ' ἐφημέρων ἀνθρώπων τί ἄν τις εἴποι; ὅτι ἐστί τις, καὶ πάλιν ὅτι οὐκ ἔστι. τουτέστι νυνὶ μέγας, νυνὶ δὲ οὐδείς. ἄνθρωποι γὰρ εἰσί, καὶ ἔλαττον τι ἢ σκιά. Huc refer quæ dixit Horat. *Puluis, & vmbra sumus.* quæque Sophocl. in Aiace μαστιγ.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

Porrò ἐπάμερος Dor. & Ion. dicitur pro comm. ἐφήμερος. Ion. mutatur φ in π. & Dor, η in α.

τί δέ τις. Sumo hoc loco τις pro μέγας, aut *qui alicuius est pretij.* vide exempla in Lexicis. σκιᾶς ὄναρ. *Somnium vmbræ,* hoc est, *minus quàm vmbra.*

ἀλλ' ὅταν αἴγλα. Opponit fragilitati humanæ diuinum fauorem, qui res humanas per se in aduersa facilè ruentes, in prospero statu stabilire potest. q. d. ἀλλ' ὅταν ἐκ Θεοῦ φῶς παραγένηται, τότε λαμπρὰ τὰ τ' ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ἡδὺς ὁ βίος. Porrò διόσδοτος dicitur ἐκ Διὸς δεδομένος.

Αἴγινα. Apostrophe ad Aeginam heroinam, seu nympham, cuius cognominem facit vrbem: iámque concludit encomium. q. d. ὦ προσφιλεστάτη μῆτερ Αἴγινα, τὴν ὁμώνυμόν σοι πόλιν τῷ λαῷ ἐλευθέραν φύλαττε, σὺν Διῒ, βασιλεῖ τ' Αἰακῷ, &c. Itaque vrbem commendat Aeginæ Nymphæ, Ioui summo Deo, & heroibus qui hac in Insula ortum ceperunt.

ἐλευθέρῳ στόλῳ. Schol. exponit σὺν ἐλευθερίᾳ. Ego putem στόλον pro *populo* dici, quemadmodum & στρατὸν passim pro *populo* vsurpauit. Nam vtraque vox στρατὸς

& στόλος, *exercitum, copias, expeditionem* significat.

Διί. Ioui Aeginam commendat primùm, quia ex eius nominis Nympha Aeacum Aeginæ Insulæ regem genuit. κρέοντι, hoc est, βασιλεῖ. Malè Aretius Creontem intelligit: ille enim nihil ad Aeginam qui fuit rex Thebanorum. Deinde Aeaco, tertiò filijs eius Telamoni, & Peleo: quartò Achilli Pelei filio commendat, seruato nepotum ordine.

ΤΕΛΕΣΙΚΡΑΤΕΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩ, ὁπλιτοδρόμῳ.

TELESICRATI CYRENæo, armato cursori.

ΕΙΔΟΣ Θ.

ODE IX.

## ARGVMENTVM.

*TElesicratem Cyrenæum laudat à patria quam copiosè commendat, à præsenti victoria, aliquot alijs, à consequentibus victoriam, & à maiorum historia.*

παράφρασις.

Nūc fert animus Telesicratem, qui æneo clypeo instructus graui cum armatura cursum armatum in Pythijs vicit, victorem denunciare, meóque hymno quem Gratiæ bene cultæ venustum reddunt alta voce celebrare virum illum successu beatum, & ornamentum ac decus equestri arti addictæ & insignis Cyrenes vrbis, quæ nomen

στροφὴ α. κῶλ. ιε.

Ἐθέλω χαλκάσπιδα Πυθιονίκαν
σὺν βαθυζώνοισιν ἀγγέλλων Τελεσι-
κράτη Χαρίτεσσι γεγωνεῖν,
ὄλβιον ἄνδρα, διω-
ξίππου στεφάνωμα Κυράνας·
τὰν ὁ χαιτάεις ἀνεμο-
σφαράγων ἐκ Παλίου κόλ-
πων ποτὲ Λατοΐδας

μετάφρασις.

*Volo ærei clypei gestatorem Pythiorum victorem Telesicratem, cum Gratijs profundizonis annuntians sonare; fœlicem virum equestris coronamentum Cyrenes, quam comosus ex Pelei finibus vento perstrepentibus quondam Latoides rapuit,*

mutuata est ab heroide Cyrene, quam coma egregius Latonæ filius Apollo quondam rapuit, & ex mõte Pelio ventorum vehementia perstrepente, cùm esset adhuc virgo & venationi indulgeret aureo in curru abduxit hunc in Libyæ pecorosum & fœcundum locum, vt virescentem & optabilem hanc regionem, quæ orbis terrarum est pars tertia, incoleret, & sua sub ditione ac sceptro domina teneret.

ἅρπασ᾽, ἔνεγκέ τε χρυσέῳ
παρθένον ἀγροτέραν
δίφρῳ. τόθι νιν πολυμήλου
καὶ πολυκαρποτάτας
θῆκε δέσποιναν χθονὸς,
ῥίζαν ἀπείρου τρίταν
εὐήρατον θάλλοισαν οἰκεῖν.

*aduexitque aureo virginem venatricem curru: vbi eam pecorosæ, & maximè fructiferæ fecit dominam terræ, vt florentem habitaret radicẽ continentis* ter- ræ *tertiam, optabilem.*

Τελεσικράτει. Telesicrates Libyus fuit, patria Cyrenæus, cursor insignis: qualiter inter maiores eius Alexidamus. Is armato cursu 28. Pythiade: & stadio 30. vicit. Stat apud Delphos eius statua galeam tenens.

ὁπλιτοδρόμῳ. Cursor armatus is erat qui geminum stadium grauem armaturam gestans decurrebat, vt Iulius Pollux l.3.30 c. testatur.

ἐθέλω. Exordium à propositione sui instituti: nimirum laudandi Telesicratem. Sed vt augustior sit hymnus, id se præstiturum Gratijs iuuantibus dicit: sine quibus nihil eximij, quarum ope egregia fiunt omnia.

χαλκάσπιδα, vocat hunc armatum cursorem, quia æneis scutis instructi ὁπλίτην δρόμον ἔτρεχον. Vocat Πυθιονίκαν Dor. pro Πυθιονίκην, quia vicit Pythia. ὄλβιον ἄνδρα propter opes, & successum istum victoriæ, vnde laudem & gloriam est adeptus. στεφάνωμα Κυράνας, quia egregij viri patriæ sunt ornamentum.

σὺν βαθυζώνοισι. Non intelligendum est poëtam dicere velle se Telesicratem & Gratias simul celebraturum: sed Gratiarum ope Telesicratis laudes persequuturum. Nam id infert præpositio σὺν: vt σὺν Θεῷ dicimus. βαθυζωνος, hoc est, εὔστολος, à consequenti antecedens significando: *venustus, formosus, bellè cultus.* γεγωνεῖν expositum est Olymp. Od. 2. in γεγωνητέον ἔπη.

διωξίππου. Idem est διώξιππος ac ἐλάσιππος. Fit à διώκειν τοὺς ἵππους, *equos agitare* seu *persequi.* Metonymicè tribuitur vrbi, quod eius incolis conuenit. Cyrene tribuit ἱππικὴν, synecdochicè vni ciuitati tribuens quod toti regioni competit, quam ἐλάσιππον ἔθνος vocat. Od. 5. Pyth. Ep. 3. Etenim Libyes equestribus studijs dediti fuêre. Sume metaphoricè & metonymicè στεφάνωμα pro *decore*, seu *ornamento*: quoniam corona est capitis ornamentum.

τὰν. Poëta ad Heroidem, à qua vrbs nomen accepit, sermonem transfert: & docet ex fabula Cyrenes originem patriæ Telesicratis: quæ cùm author nostráque paraphrasis satis declarẽt, inde hauri. Χαιτάεις poët. & Dor. pro χαιτήεις. ὁ χαίταν ἔχων. ἀνεμοσφάραγος est comp. ex ἄνεμος & σφαραγέω. q. d. *vento strepens.* Παλίου Dor. pro Πηλίου. & Λατοΐδας pro Λητοΐδης matronymicum. Latonæ filius Apollo. ἅρπασ᾽, ἔνεγκέ τε sic legendum metri causa, non, vt vulgò, ἅρπασεν, ἐνέγκέ τε.

ἀγροτέραν. Hoc est, ἀγρευτικὴν. θηρευτικὴν. Currum *aureum* vocat h. e. *pulchrum.* Et iam sæpe *aureum* pro *pretioso*, *pulchro*, & *eximio* sumpsit. Sic oratione

ſoluta hæc reddas, ἥνπερ τὴν Κυρήνην ὁ κομήτης Ἀπόλλων ἐκ τοῦ Πηλίου ἔχοις ἀνέμων ψοφούντων κόλπων ἡρπασμένην τὴν θηρευτικὴν παρθένον ἤνεγκε χρυσέῳ δίφρῳ εἰς τὴν Λιβύην.

τόθι νιν. Hoc eſt, ὅπου ἤγουν ἐν τῇ Λιβύῃ αὐτὴν τῆς πολυπροβάτου καὶ εὐκάρπου γῆς ἔθηκε δέσποιναν, τοῦ οἰκεῖν τὸ ἠπείρου γῆς τρίτην μοῖραν ἐπήρατον καὶ θαλερήν. Nunc τόθι ſumit pro ἔνθα, ſeu ὅπου: & νιν pro αὐτήν. Libyam laudat à copia pecoris, & frugum. Nam πολύμηλος eſt ὁ τὰ πολλὰ μῆλα, hoc eſt, πρόβατα ἔχων, *multas pecudes habens*. πολυκαρπότατος, ὁ πλεῖστον καρπὸν ἔχων, *qui plurimum fructus habet*. πολυκαρποτάτας Dor. pro termin. της.

ῥίζαν. Hoc eſt, μοῖραν. Continentis tertia pars eſt Africa, aliæ duæ ſunt Europa, & Aſia. Et quoniam illius regionis potiſſima ciuitas eſt Cyrene, ideo per ſynecdochen parti tribuit quod toti competit. ἀπείρου, Doricè pro ἠπείρου. Pro τριτάταν, legendum videtur τρίταν, ratione metri.

παράφρασις.

Quò cùm perueniſſent, formoſa Venus cuius hic eſt hortus, quæque nuptias curat, ortum in Delo hunc Deũ hoſpitio excepit, currum quo delati fuerant diuinitus fabricatum manu leuiter attingens: & fecit vt cum verecundia quę in nouis nuptis eſt amabilis, dulcem inchoarent concubitum, connubio iungens Deum cum hac filia Hypſei præpotentis, qui tunc Lapitharum ſuperborum rex erat, Heros ab Oceano generatione ſecundus: quandoquidem Oceanus Peneum, Peneus Hypſeum genuit ex Creüſa Naiade Nympha Telluris filia, Penei complexu olim in inclytis Pindi montis vallibus oblectata.

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα
Δάλιον ξεῖνον, θεοδμάτων ὀχέων
ἐφαπτομένα χερὶ κούφᾳ.
καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς
εὐναῖς ἐρατὰν βάλεν αἰδῶ,
ξυνὸν ἁρμόζοισα θεῷ
τε γάμον μιχθέντι, κούρᾳ θ'
Ὑψέος εὐρυβία.
ὃς Λαπιθᾶν ὑπερόπλων
τουτάκις ἦν βασιλεύς,
ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἥρως
δεύτερος, ὅν ποτε Πίνδου κλεενναῖς ἐν πτυχαῖς
Ναῒς εὐφρανθεῖσα Πηνειοῦ λέχει Κρέοισ' ἔτικτε,

μετάφρασις.

*Excepit autem albipes Venus Delium hoſpitem, diuinitus fabricatos currus attingens manu leuiter: & ipſis in dulcibus cubilibus amabilem immiſit verecundiam, communes iungens Deo mixto nuptias, filiæque Hypſei late-potentis: qui Lapitharum ſuperborum tunc erat rex, ab Oceano Heros genere ſecundus, quem quondã Pindi in inclytis vallibus Nais Creuſa delectata lecto Penei peperit.*

ὑπέδεκτο. Pro ὑπεδέδεκτο. Fingit poëta Venerem ſatagere nuptiarum Apollinis & Cyrenes, quia nuptialis eſt Dea, de qua ſic Homerus, Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο. Item quia Libya, vt dixit præcedenti Od. 5. eſt Hortus Veneris: quæ ἀργυρόπεζα à parte tota formoſa dicitur.

Δάλιον ξεῖνον. *Delius* à Delo ἀντονομαστικῶς appellatur Apollo: & *hoſpes*, quia tum primum in Libyam venit. Schol. mendoſè habet δόλιον. Nam etſi tribui poſſet illi hoc epitheton propter raptum virginis quam doloſè cepit, tamen

non constat carminis metrum. θεόδματος iam occurrit Od. 6. Ol. 1. Pyth. ὀχέων pro ἁρμάτων, tanquam ab ὄχεις.

καί σφιν. Hoc est, καὶ γλυκεῖα αὐτῶν κοίτῃ ἔβαλεν αἰδῶ ἐπέρατον, καὶ τῷ μιχθέντι Θεῷ, καὶ τῇ τοῦ Ὑψέος κόρῃ Κυρήνῃ κοινὸν γάμον ἁρμόζουσα. Quanquam autem hic concubitus non est legitimus, vt eius odium tollat, dicit Venerem immisisse verecundiam.

κούρα δ' Ὑψέος. Genealogia nymphæ Cyrenes huiusmodi est, Oceanus Peneum fluuium, Peneus Hypseum ex Creüsa genuit, Hypseus Cyrenes est pater. Testatur Virgil. Cyrenen esse Penei filiam,

*Cyrene soror ipse tibi tua maxima cura*
*Tristis Aristæus Penei genitoris ad vndam.*

Apud Hesiodum prope Peneum habitasse dicitur,

Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

εὐρυβία Genit. Dor. pro εὐρυβίου, ab εὐρυβίας, de quo Ol. 6. *Late-potens* fuit Hypseus, quatenus fuit rex Lapitharum: quos ὑπερόπλοις propter ferociam vocat. Nota autem est Lapitharum & Centaurorum pugna. τουτάκις poët. pro τηνικαῦτα. & τουτάκι pro eodem Od. 4. Pyth.

δεύτερος ἥρως γένος. subaudi κατὰ ante γένος, q. d. *ab Oceano genere secundus*: quod vide in genealogia quam modò descripsimus.

ὅν ποτε. Matrem declarat. q. d. ὅν ποτε Κρέουσα τῆς γῆς θυγάτηρ εὐφρανθεῖσα τῇ τοῦ Πηνειοῦ μίξει ἐν ταῖς κλειναῖς Πίνδου πτυχαῖς ἔτεκε· Acesander tamen ait natum ex Peneo & Philyra. Κρέοισα Dor. pro Κρέουσα. & Ναῒς dicitur quia inter fluminum nymphas recensetur, quæ à νάειν, *fluere*, Ναϊάδες dicuntur.

παράφρασις.

Porrò Hypseus filiam Cyrenen formosam apud se educauit. Sed hæc neque telas texendi, neque iucunda conuiuia cum socijs matribusfamilias agitandi studio tenebatur. Verùm in venatione tota occupabatur, & iaculis ærea cuspide instructis, gladióque feras bestias oppugnabat & conficiebat, vt deletis illis paternæ boues intrepidè & pacatè pascerentur, nihílque detrimenti patris armenta caperent. Totámque per noctem, quo potissimum tempore solent gras-

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

Γαίας θυγάτηρ. ὁ δὲ τὰν εὐώλενον
θρέψατο παῖδα Κυράναν,
ἁ μὲν οὔθ' ἱστῶν παλιμβάμοις ἐφίλασεν ὁδοὺς,
οὔτε δείπνων οἰκουριᾶν
μεθ' ἑταιρᾶν τέρψιας.
ἀλλ' ἀκόντεσσί τε χαλκέοις
φασγάνῳ τε μαρναμένα,
κεραΐζεν ἀγρίους
θῆρας, ἦ πολλάν τε καὶ ἀσύχιον
βουσὶν εἰρήναν παρέχοισα πατρῴαις.
τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν,

μετάφρασις.

*filia Terræ. Ille autem lacertis decoram educauit filiam Cyrenen. Hæc neque telarũ retrogradas amauit vias, neque cœnarum oblectationes inter domesticas socias, sed iaculis æreis, enséque dimicans, conficiebat feras bestias, magnam & tranquillam bobus pacem præbens paternis: exiguum autem somnum concubitorem*

fari feræ, venata, fub auroram, quo tempore fe fua in luftra feræ recipiunt, breui côque fuaui fomno palpebras claudenti in lecto indulgebat: deinde ad ftudia fua redibat.

παῦρον ἐπὶ βλεφάροις ὕπνον ἀναλίσκοισα, ῥέποντα πρὸς ἀῶ.

*fuauē in palpebris impendens, quum aduentaret aurora.*

ὁ δ' παῖ. Educatio apud legitimos parentes vno & altero vocabulo perftringitur, quum breuiter de Hypfeo dicit poëta, ὁ δ' παῖ εὐώλενον θρέψατο, &c. quod fic profa reddas. ὁ δ' Ὑψεὺς τὴν λευκόπηχυν Κυρήνην αὐέθρεψεν. Hanc filiam, *inquit Schol.* fufcepit ex Chlidanope, nec hanc tantùm, fed & Alcæam. εὐώλενος, hoc eft, καλὰς ὠλένας ἔχουσα, & fynecdochicè *pulchra*.

ἁ μ' ὄθ'. Studia & vitæ genus per ἄρσιν ἢ θέσιν proponit. Nam primùm remouet ea quibus non eft delectata, nempe telas, conuiuia, & muliebria opera. Deinde ponit ea quibus eft delectata, nimirum venationem, vnde paulò antè παρθένον ἀγροτέραν eam vocauit.

παλιμβάμους. Dor. pro παλιμβήμους: à παλίμβημος poëtico vocabulo. q.d. ὁ πάλιν βαίνων *retrogradus*. παλίμβαμος ὁδὸς appellatur hìc *iter quod iterum it*. Sed quid hoc eft? Eft itus reditúfque manuum (vt rectè exponit Aemil. Portus, ) & textorij inftrumenti, quo mulieres in texendis telis vtuntur. Illæ vtraque manu opus faciunt, ità vt altera nauiculam, à figura nauis fic dictam, in qua trama eft, per medium fpatium quod eft inter vtrumque ftamen fuperius & inferius tranfmittat ad alteram: illa verò eandem nauiculam remittat ad ipfam, & fæpius ambæ laborem eundem iterent alternis vicibus. Hæc verba fic profa reddas, οὐκ ἐφίλησεν ὑφαίνειν ἱστόν.

οἰκουριᾶν ἑταιρᾶν Dor. pro comm. οἰκουρίων ἑταίρων. Sic appellat, vt docet Schol. οἰκοδεσποίνας, τὰς ἤδη γεγαμημένας καὶ ἀρχούσας οἰκιῶν. *matresfamilias, iam nuptas mulieres, quæ fuis familijs præfunt.* οἰκουρός. q. d. οἴκου οὖρος, hoc eft, φύλαξ, *cuftos*.

'ἠδ' ἀκόντεσσι. Hæc ita exponit Schol. ἀλλὰ χαλκοῖς δόρασι καὶ ξίφει μαχομένη τοὺς ἀγρίους θῆρας ἀνῄρει. Hoc emolumentum ex hoc illius ftudio promanabat, quòd paternæ boues tutò pafcerentur.

τὸν δ' σύγκοιτον. Hoc eft, καὶ τὸν ὀλίγον ὕπνον πρὸς ἠῶ ἡδὺν ἐφερχόμενον βλεφάροις ἀναλίσκουσα ὅλην τὴν νύκτα ἐθήρα. Hæc dicuntur quafi tota nocte venaretur, & fub auroram paulum dormiret. Neque enim abfurdum eft venari noctu: nam tunc feræ graffantur potiffimùm: & fub lunæ luce eas perfequi facile. σύγκοιτος ὕπνος dicitur, quia in lecto nobifcum verfatur fictitius ille Deus Somnus. ἀῶ Dor. pro ἠῶ. Sumendum ἔξωθεν vt rectè monet Schol. ἐθήρα.

παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. ιε. | μετάφρασις.

Quibus intentam, Apollo latæ pharetræ geftator,

κίχε νιν λέοντί ποτ' εὐρυφαρέτρας

*Inuenit eam Apollo iaculator pharetra la-*

eminúſque ſagittas emittens, aliquando inuenit, viditque ſolam & inermem cum impetuoſo leone luctantem. Quod miratus ille, Chironem ex ædibus ilico euocauit, dixítque. O Philyræ fili Chiron ex venerando antro tuo egredere quæſo, & fœminæ præſentem animum, ingénſque robur contemplatus, mirare quàm intrepido capite, quàm audacter cum leone certet puella, gerens animum labore maiorem, vtque nullo metu fluctuant & perturbantur eius præcordia. Quis quæſo eſt pater, quæ mater huiuſmodi puellæ,

ὀβρίμῳ μουνὰν παλαίοισαν ἄ-
τερ
ἐγχέων ἑκάεργος Ἀπόλλων.
αὐτίκα δ᾽ ἐκ μεγάρων
Χείρωνα προσήνεπε φωνᾷ,
σεμνὸν ἄντρον Φιλλυρίδα
προλιπὼν, θυμὸν γυναικὸς,
καὶ μεγάλαν δύνασιν
θαύμασον, οἷον ἀταρβεῖ
νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ,
μόχθου καθύπερθε νεᾶνις
ἦτορ ἔχοισα, φόβῳ
δ᾽ οὐ κεχείμανται φρένες.
τίς νιν ἀνθρώπων τέκεν;
ποίας δ᾽ ἀποσπασθεῖσα φύτλας,

*ta inſtructus, impetuoſo ſolam luctantem cũ leone ſine haſtis. Statim autem ex ædibus Chironem euocauit, ita compellans, O Phillyride nobile antrum relinquens, animos mulieris, & magnum robur admireris, qualiter intrepido capite, certamen ſuſtineat puella ſuper laborem cor habens, nec timore fluctuant præcordia. Quis hominum eam genuit? & à qua auulſa ſtirpe,*

κίχε νιν. Notatur circunſtantia temporis, quo Apollo incidit in Cyrenen, ſcilicet quum ſola cum leone luctaretur. q. d. αὐτὴν δέ ποτε κατέλαβεν Ἀπόλλων μόνην ἰσχυρῷ λέοντι ἄνευ δόρατος διαμαχομένην. Citatur à Schol. Callimachus de ipſa dicens,

ἔνθα λέοντα
Ὑψηῒς κατέπεφνε βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο.

vnde fortaſſis dixit antè, ipſam præbere ἡσύχιον εἰρήνην βουσίν.

εὐρυφαρέτρας. Comp. ex εὐρὺς & φαρέτρα. Et ſic appellatur Apollo, quia cùm ſit venator, ampla opus habet theca ad ſagittas excipiendas. Idem ἑκάεργος, quaſi ἕκαθεν εἴργων, ſeu ἐργαζόμενος *procul arcens*, ſeu *operans*, quòd Solis radij immittantur eminus, & ſua procul effecta edant.

αὐτίκα δ᾽ ἐκ. Apollo puellæ ſtupens fortitudinem, euocat Chironem ex antro, vt eodem ſpectaculo rapiatur in admirationem. Quum vtitur voce μεγάρων, innuit antrum illud Chironis non fuiſſe informem aliquam ſpeluncam, ſed amplam, & magnificam, qualia ſunt μέγαρα. προσήνεπε. Imperf. verbi poëtici προσενέπω.

σεμνὸν ἄντρον. Vocat ita Chironis antrum, ob morum modeſtiam tum eius, tum eorum quos ibi tanquam in ſchola educabat, & propter alias eorundem virtutes. Eſt autem oratio Apollinis Chironem eandem in admirationem trahere volentis. Quod inter homines eſt vſitatiſſimum. Nam ſiquid riſu, vel admiratione, vel miſericordia dignum oculis noſtris obijciatur, dicere ſolemus, *Venite viſum*.

Φιλλυρίδα. Hoc vocabulum 4. Oda eſt explicatum, vt & δύνασις: quum ait, δυνάσῃ Αἰήτας ἀγασθείς. Dicit θυμὸν γυναικὸς, non παρθένου, quia primo obtutu, ſexus, non ætatis, aut virginitatis habet rationem.

οἷον ἀταρβεῖ. Hoc eſt, ὁποίαν ἄγει μάχην ἀταρβὴς οὖσα, τὴν ψυχὴν ὑπέρθε τοῦ μόχθου ἔχουσα, καὶ μὴ κάμνουσα. Exaggeratio fortitudinis Cyrenes puellæ. νεῖκος pro νίκη ſumit Schol. malè profectò. Nam agitur de pugna cum leone nondum deuicto: & νεῖκος ſignificat *concertationem, pugnandi ardorem.* νεᾶνις poëtica vox pro νέα κόρη.

κεχείμανται φρένες. Hoc eſt, ἐταράχθησαν. Metaphora ſumpta à mari quum tempeſtate vexatur.

τίς νιν ἀνθρώπων. Hoc eſt, τίς δὴ ἀνθρώπων αὐτὴν ἐγέννησεν; Interrogat Chironem Apollo de origine parentum Cyrenes, quia cùm eam inueniſſet in mõte Pelio, veriſimile erat, id cognitum eſſe Centauro. & φύτλας Dor. pro φύτλης. Metaphoram obſerua ſumptam à ramis qui trahuntur ex plantis.

παράφρασις.

quæ in opacis, vmbroſorum montium latibulis habitat, támque robuſta eſt vt auſit immenſo robore feram, & animalium robuſtiſſimum aggreſſa, cum eo congredi? Numquid fas eſt ei manus ad raptum inijcere, ex eiúſque iucundo concubitu prolem ſuſcipere? Tum ei venerandus & magnanimus Centaurus Chiron, laxato blando ſupercilio modeſtè ſubridens, ilico quid ſentiret reſpondit. Inquiris an liceat puellam rapere: in more eſt Apollo occultis verbis amorem ſuum patefacere: neque par eſt per raptum violenter, ſed per facultatem perſuadendi callidè concubitum captare, & ſacris Veneris initiari. Atque ea eſt pariter & apud Deos & apud homines verecundia vt non auſint aperto ſermone alter alterius amplexus poſtulare, iiſque frui.

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

ὀρέων κευθμῶνας ἔχει σκιοέντων;
γεύεται δ᾽ ἀλκᾶς ἀπειράντου; ὁσία
κλυταὶ χεῖρα οἱ προσενεγκεῖν;
ἦ ῥα καὶ ἐκ λεχέων
κείρειν μελιηδέα ποίαν;
τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενὴς
ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάσαις
ὀφρύϊ, μῆτιν ἑὰν
εὐθὺς ἀμείβετο. κρυπταὶ
κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς
πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων
Φοῖβε· καὶ ἔν τε θεοῖς
τοῦτο κἀνθρώποις ὁμῶς
αἰδέοντ᾽ ἀμφαδὸν ἁδείας τυχεῖν τὸ πρῶτον εὐνᾶς.

μετάφρασις.

*montium vmbroſorum receſſus latebroſos habitat, & deguſtat infinitum robur? Faſne eſt illuſtrem manum ei admouere? vtrum & ex ſtratis tondere mellitam herbam? Huic autem Centaurus valdè animoſus placido blandè ridens ſupercilio, ſuum conſilium reſponſo protinus expoſuit. Occultæ claues ſunt callidæ ſuadelæ ſacrorum amorum, ô Phœbe: & inter Deos & homines pariter verecundantur apertè* poſtulato *dulci frui primùm cubili.*

ὀρέων κευθμῶνας. Cohæret cum ſuperioribus. q. d. ὀρέων ἀποκρύφοις τόποις σκοτεινῶν κατοικεῖ. Nam intelligit luſtra ferarum, & opacos montium receſſus, in quos vt ſub tecta domorum ſe recipiebat. Tacitè autem generoſum puellæ animum laudat ab habitatione, quàm formidoloſa muliercula horruiſſet.

γεύεται δ' ἀλκᾶς. Hoc eſt, ἐφάπτεται καὶ πεῖραν λαμβάνει ἰσχύος ἀπεράντου. Id dicit non tam vt innuat eam eſſe robuſtiſſimam & fortiſſimam ; quàm vt extollat eam, quòd robuſtiſſimum & ferociſſimum animalium aggreſſa ſit. Nam cùm inciderit in Cyrenen cum leone contendentem, ait illam immenſum deguſtare robur, *hoc eſt*, experiri pugna robuſtiſſimum animal. Quo in ſenſu citatur à Schol. Homerus verbo γεύεσθαι vſus.

Γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν,

*Alter alterius haſtas æneas deguſtabimus*

id eſt, πολεμήσομεν. A conſequenti tamen ἰσχυρὰ dicenda videtur.

ὁσία κλυτάν. Hoc eſt, ἆρά γε ὅσιον ἐστὶ τὴν χεῖρα προσενεγκεῖν, καὶ δρέψαι τὴν παρθενίαν αὐτῆς; Quibus verbis declarat Apollo propenſum animum ad rapiendam & deuirginandam puellam: verecundè tamen de rebus venereis loquitur. κλυτάν, hoc eſt, ἔνδοξον.

κειρέν. Dor. pro κείρειν. Allegoricè ſignificat ſobolem ſuſcipere, κείρειν μελιηδέα ποίαν ἐκ λεχέων.

τὸν δὲ Κένταυρος. Reſponſio Centauri, quam incipit à poſtremo membro interrogationis Apollinis. Centaurus vocatur ζαμενής, hoc eſt, σεμνὸς ſiue ἰσχυρός. ὀφρύϊ ἀγανᾷ dixit, quia homines ſeueri contrahunt ſupercilium, eóque geſtu animum auſterum declarant. χλιαρὸν, hoc eſt, ἡδὺ, προσηνὲς γελάσας. Et ſumitur nomen pro aduerbio χλιαρῶς. *Tepidè ridere*, χλιαρὸν γελᾶν, poët. diciturpro ὑπομειδιᾶν *ſubridere*: vt opponatur modeſtus riſus, effuſo cachinno, qui viros graues non decet. Sic autem loquaris in proſa τὸν δὲ Ἀπόλλωνα Κένταυρος σεμνὸς ἀγανῇ ὀφρύϊ γελάσας, καὶ ὑπομειδιάσας κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν, εὐθὺς ἀντεκρίνατο. Simili phraſi vſus Apoll. 3. νεκταρέον μείδησε. Homer. Odyſſ. ξ. ἁπαλὸν γελάσαι. Sappho γελώσας ἱμερόεν. Horat. *dulce ridere*, Od. 22. 1.

κρυπταὶ κλαΐδες. Rectè locum hunc intellexiſſe mihi videtur Aretius, quum annotat Chironem dehortari Apollinem tecto ſermone à vi aperta, & ſuadere vt blandis ſuadelæ verbis puellam ad amorem pelliciat. Id declaratum fuſiùs in paraphraſi videbis. Sententiam ſic proſa reddo, συνήθές ἐστιν Ἄπολλον κρυπτοῖς λόγοις τὸν ἔρωτα φανεροῦν, καὶ δεῖ οὐ δι' ἁρπαγῆς βιαίως, ἀλλὰ διὰ πειθοῦς δολίως τὴν συνουσίαν θηρεύειν. Itaque per occultas claues, intelligo tectum ſermonem quo aliquid aperitur & declaratur. Vocē κλαΐς vide 8. Od. huius lib. ἐντὶ, & σοφᾶς Dor. pro εἰσὶ, σοφῆς. σοφὸς autem aliquando exponitur *callidus, vafer, aſtutus*. ἱερᾶν φιλοτάτων Dor. pro ἱερῶν φιλοτήτων.

καὶ ἔν τε θεοῖς. Nemo audet de Venereis, quæ teſte carere volunt, audire & dicere apertè. Ideóque Dij & homines ob verecundiam ſolent non apertè poſtulare primum concubitum. ἀμφαδὸν quod & ἀμφαδὰ, & ἀμφαδίην, poëticè dicitur, & ſignificat φανερῶς. Formatur per ſyncopen pro ἀναφανδὸν, & fit ab ἀναφαντὸν reiecto ν. & τ. in δ, verſo: & hoc ab ἀναφαίνω *patefacio*. τὸ πρῶτον addit, quia primi hominum concubitus fiunt maiori cum verecundia. Porrò ἀμφαδὸν oppono ταῖς κρυπταῖς κλαισὶ, vt apertè docet Lat. paraphr.

παράφρασις.

Enimvero morum tuorum comitas & mansuetudo, te quem nemo possit fallere mendo,impulit vt hæc me honoris causa interrogares. Quorsum verò ô rex quæris ex me quinam sint huius puellæ parentes? tu qui rerum omnium quæ in vita geruntur,exitum nosti: tu qui rerum gerendarum vias omnes intelligis, tu qui foliorum vere nascentium scis numerum: tu qui innumeræ arenæ in maris & fluuiorum littoribus iacentis numerum compertum habes:tu qui præsentia & futura rectè cernis? Sed si licet mihi in arte diuinandi vati sapienti & doctissimo æquari,& ostendere mihi æquè atque tibi vatum Deo rei huius euentum esse præcognitum,

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ'.

ϗ γάρ σε, τ̀ ȣ̓ θεμιτ̀ ψεύδει
θιγεῖν,
ἔβαπε μείλιχος ὀργὰ
παρφάμεν τȣ̃τον λόγον. κού-
ρας δ' ὁπόθεν γενεὰν
ἐξερωτᾷς ὦ ἄνα; κύ-
ριον ὃς πάντων τέλος
οἶσθα, ϗ πάσας κελεύθους,
ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλ-
λ' ἀναπέμπει, χ' ὡπόσαι
ἐν θαλάσσᾳ ϗ ποταμοῖς ψάμ-
μαθοι
κύμασι ῥιπαῖς τ' ἀνέμων κλο-
νέονται.
χὤ, τι μέλλει, χὠπόθεν
ἔσσεται, εὖ καθορᾷς;
εἰ δέ γε χρὴ πὰρ σοφὸν ἀντι-
φερίξαι,

μετάφρασις.

*Enimuero te, quem fas non est mendacio tangere, mouerunt blandi mores ad eloquendum hunc sermonem. Tun' verò puellæ genus sciscitaris vnde sit ô rex? qui ratum omnium exitum nosti; & omnes vias,& quot tellus folia verna summittat,& quot in mari & fluuijs arenæ fluctibus impetuq; ventorum voluzentur: & quid euenturum sit,& vnde futurum probè perspicis? Sed si licet etiam cum sapiente me æquare* in arte diuinandi;

ϗ γάρ σε. Existimo istud ϗ γὰρ non esse causalem sed affirmatiuam particulam,quam Latinè vertas, *Enimuero,equidem*. Tribuit eius mansuetudini & comitati quòd is qui vera scit,tamen interroget alium tanquam ignarus. Comitas igitur Apollinis eum impulit vt Chironem interrogaret, licitum-ne esset puellam amplecti, cùm tamen ille sat sciret. τ̀ ȣ̓ θέμιτον, hoc est, ὃν οὐκ ἔξεστι ψεύδει παρελθεῖν. Verbum θίγω vide Od.8 Pyth. ἔβαπε μείλιχος hoc est, προὔβαλεν ὁ προσηνής σου τρόπος ἐρωτᾷν με ταῦτα.. Passim poëta vocem ὀργὴ pro τρόπος vsurpat. παρφάμεν Dor. infinit. pro παραφάναι, à verbo παράφημι.

κούρας δ'. Morata oratio qua ad alteram Apollinis de stirpe Cyrenes interrogationem respondet. q.d. ἐμὲ ἐρωτᾷς δέσποτα Ἄπολλον τίνες οἱ τ̀ κόρας γονεῖς; ὅστις πάντων τ̀ ὑπὸ τ̀ βίον οἶδας τὸ τέλος, ϗ πάσας τὰς ὁδοὺς, καὶ ὅσα ἐν τῷ ἔαρι φύλλα ἀναφύει, καὶ ψαμμάθου ἀναρίθμου ἀριθμὸν, ϗ τὸ μέλλον, ϗ τȣ̃ μέλλοντος ἀρχὴν καλῶς καθορᾷς. In his verbis breuiter Apollinis laudes perstringit, dum se mirari innuit Chiron, quòd Apollo omniscius, hæc ipsum de puella, tanquam veri nescius interroget.

ὦ ἄνα. Vocatiuus nominis ἄναξ. ἠρινὸς per crasin pro ἐαρινὸς, vt ἦρ pro ἔαρ. χ' ὡπόσαι pro ϗ ὁπόσαι. ψάμμαθοι geminato μ. malè legitur pro ψάμαθοι. χ' ὤ, τι pro ϗ ὅ, τι & χὠπόθεν, pro ϗ ὁπόθεν. Mendosè à nonnullis legitur χὤ, τι πόθεν: sed Schol.

videtur attentè conſideranti legiſſe vt nos.

εἰ δέ γε χρή. Procataſceue, ſeu προθεράπεια, qua vaticinium de ſobole Cyrenes præmollit, cùm id apud Deum, eúmque fatidicum ſit habiturus. q. d. εἰ δὲ χρὴ καὶ σοφῷ σοι ὄντι ἐξισωθῆναι, καὶ ὁμοίως μαντεύεσθαι, ἐρῶ. ἀντιφερίξαι poëticè & Dor. pro ἀντιφέρεσθαι.

παράφρασις.

dicam quę pręſentio. Nimirum hanc in Pelij montis vallem veniſti futurus huius nymphæ maritus, & eam per mare tranſportaturus in amœnos Libyę campos vbi colitur Iupiter Ammon. Eò tranſportatam conſtitues ciuitatis dominam, cuius in colle campis vndique cincto extructæ ciues colliges ex colonia quam Battus è Thera inſula adducet. In præſentia autem latis clara pratis Libya propenſo in te animo, illuſtrem hanc nympham pretioſis ędibus excipiet, eíque proprij ſoli partem, in qua reperitur plantarum omnigenos fructus ferentium, & ferarum ad venationem exercendam copia, ſtatim dabit, ita comparandam & componendam vt bonis legibus regatur.

ϛροφὴ γ. κώλ. ιε.

ἐρέω. ταύτᾳ πόσις ἵκεο βᾶσ-
σαν
τάνδε, καὶ μέλλεις ὑπὲρ πόντου,
Διὸς ἔξ-
οχον ποτὶ κᾶπον ἐνεῖκαι,
ἔνθά νιν ἀρχέπολιν
θήσεις, ἐπὶ λαὸν ἀγείρας
νασιώταν ὄχθον ἐς ἀμ-
φίπεδον. νῦν δ' εὐρυλείμων
πότνιά σοι Λιβύα,
δέξεται εὐκλέα νύμφαν
δώμασιν ἐν χρυσέοις
πρόφρων, ἵνα οἱ χθονὸς αἶ-
σαν
αὐτίκα συντελέθειν
ἔννομον δωρήσεται,
οὔτε παγκάρπων φυ-
τῶν
νήποινον, οὔτ' ἀγνῶτα θη-
ρῶν.

μετάφρασις.

*dicam. Huic maritus futurus veniſti in hanc vallem, & eam tranſportaturus es ſuper mare in eximiū Iouis hortum: vbi eam ciuitati imperantem conſtitues, populum inſularem vbi congregaueris in collem campis vtrinque cinctum. Nūc autem lata prata habens venerabilis Libya, excipiet illuſtrem nympham ædibus aureis lubens: vbi ei telluris partē ſtatim donabit,* vt eam *efficiat legum obſeruatricem*, *quæ* pars *neque plantarum omnifructiferarum ſit expers, neque neſcia ferarum.*

ἵκεο. Ion. pro ἵκου. 2. perſ. Aor. 2. ἱκόμην. Diſſoluitur autem ου in εο. Ionum more. Schol. & nonnulli alij imperat. eſſe dicunt. At nihil præcipit, ſed prædicit tantùm Chiron. q. d. ταύτῃ παρθένῳ σύζυξ ἐσόμενος, ἦλθες ἐς τήνδε βῆσσαν.

Διὸς ἔξοχον κᾶπον. Libya *Iouis hortus* appellatur, vel quia Aegypto eſt contermina, quæ Iouis τέμενος dicta fuit: vel propter Iouem Ammonium qui in Libya cultus eſt: vnde illud Feſti qui Macedonica conſcripſit,

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε, κέκλυθι μάντι.

ἀρχέπολιν. Hoc eſt, ἄρχουσαν τῆς πόλεως. νασιώταν Dor. pro νησιώτην. Populum inſularem intelligit coloniam, quam ex inſula Thera monitu oraculi adduxit: vt 4. huius libri Oda videre eſt: ὄχθον ἀμφίπεδον dicit ob ſitum Cyrenes vrbis,

quæ

quæ in colle ſtructa vndiquaque planitie cingebatur. ἀμφίπεδος eſt qui ἀμφὶ πεδία ἔχει.

γυῶ δ' εὐρυλείμων. Monet qua hilaritate Libya Cyrenen ſit exceptura: & locus ab amœnitate, fœcunditate, & ferarum copia commendatur: adeò vt conueniret locus virgini venationis amanti. εὐρυλείμων eſt ὁ πλατεῖς, ſeu εὐρεῖς λειμῶνας ἔχων. Vocat δώματα χρυσᾶ, hoc eſt, τίμια. & πρόφρων i. πρόθυμος, vt animi promptitudinem denotet, qua Libya Cyrenen excepit.

ἵνα οἱ. Hoc eſt, ἔνθα αὐτῇ τὴν μοῖραν τῆς γῆς εὐθέως κατασκευάζειν, καὶ δικαίως οἰκονομεῖν παρέξει, καὶ πολύκαρπον, καὶ πολύθηρον οὖσαν. Itaque αἶσαν expone τὴν μοῖραν, ſeu μοῖραν. Sume συντελέθειν pro συντελεῖν, hoc eſt, ποιεῖν. Imò legi poſſet συντελέειν. Innuere videtur Cyrenes in ditione bonas leges latum iri.

νήποινον. Inquit Schol. propriè ſignificat τὸ ἀνεκδίκητον; ſed nunc τὸ ἄμοιρον καὶ ἄπειρον.

παράφρασις

Ibi Cyrene Nympha, in Cyrene nimirum vrbe filium Ariſtæum tibi pariet, quem à chara matre traditum & acceptum Mercurius feret & tradet Horis pulchras ſedes habentibus, & Telluri, quæ ſuis genibus impoſito puero nectar & ambroſiam in os inſtillabunt: & non ſecus ac Iouem caſtúmque Apollinem reddent immortalem. Hoc eſt, à magiſtris agriculturæ præcepta accipiet, horas anníque tempora obſeruabit, Telluris indolem explorabit & cognoſcet, vnde tam excellens agricola euadet, vt ob eam ſcientiam, quemadmodum ob alia Iupiter & Apollo, nomen immortale conſequuturus ſit, & diuinos honores ab hominibus accepturus, qui artis eius vtilitate gaudebunt, & pecoris proximum agilémque comitem Ariſtæum venatorem & paſtorem nuncupabunt. Sic loquutus Chirō, eo vaticinio compulit Apollinem, vt ſe compararet ad perficiendas nuptias iucundas, quas ſe optare declararat.

ἀντιστρ. κῶλ. ιε.

τόθι παῖδα τέξεται, ὃν κλυτὸς
Ἑρμᾶς
εὐθρόνοις Ὥραισι καὶ Γαίᾳ, ἀνε-
λὼν
φίλας ὑπὸ ματέρος, οἴσει.
ταὶ δ' ἐπιγουνίδιον
θηκάμεναι βρέφος αὐταῖς,
νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμ-
βροσίαν στάξοισι. θήσον-
ταί τέ μιν ἀθάνατον
Ζῆνα, καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλω-
ν', ἀνδράσι χάρμα φί-
λοις
ἄγχιστον ὀπάονα μήλων,
ἀγρέα, καὶ νόμιον
τοῖς δ' Ἀρισταῖον κα-
λεῖν.
ὣς ἄρ' εἰπὼν, ἔντυεν
τερπνὰν γάμου κραίνειν τελευ-
τάν.

μετάφρασις.

*Ibi filium pariet, quē inclytus Mercurius ſublatum à chara matre, afferet ad ſedentes pulchris in thronis Horas & Tellurem. Hæ autem ſuper genua ſua quum infantem poſuerint, nectar labris & ambroſiam inſtillabunt: efficiéntque illum immortalem, ſicut Iouem & ſanctum Apollinem, viris gaudium amicis, proximum pediſſequum pecudum: vt ipſi eum appellent Ariſtæum* cognomento ἀγρέα καὶ νόμιον, id eſt, *venatorem & paſtorem. Sic loquutus impulit ipſum iucundum nuptiarum vt perficeret exitum.*

τόθι παῖδα. Vaticinatur de natiuitate, educatione, ſtudijs & nominibus A-

riſtæi ex Cyrene naſcituri. τόθι pro ἐκεῖ nempe ἐν τῇ Κυρήνῃ. hæc de natiuitate.

ὃν κλυτὸς. Agit iam de educatione. q.d. ὃν ἔνδοξος Ἑρμῆς ἀνελὼν καὶ λαβὼν παρὰ τῆς μητρὸς, οἴσει καὶ δώσει θρέφειν ὥραις καὶ γαίᾳ. His innuit poëta Ariſtæum artem agriculturæ edoctum fuiſſe. Nam temporum miniſtræ & diſpenſatrices Horę, quę cœli portas aperiunt, ſunt obſeruandæ, & cognoſcendæ. Tellus quoque cognoſcenda, quid valeat, quid ferre recuſet: ſiquidem hic ſegetes illic creſcunt fœliciùs vuæ. Ex terra autem genus ducit Ariſtæus. Nam Terra Creuſam Penei vxorem procreauit, Creuſa Hypſeum, Hypſeus Cyrenen, Cyrene Ariſtæum, qui primus docuit terram rectè colere, pecora curare & cuſtodire, pabula illis conſeruare: mella, oleúmque conficere. De quo Virgil. 4. Georg.

ταὶ δ'. Hoc eſt, αἱ δὲ Ὧραι καὶ γῆ ἐπὶ γουνάσι θεῖσαι βρέφος, τοῖς χείλεσι νέκταρ, καὶ ἀμβροσίαν ἐνστάξουσι, καὶ ποιήσουσιν αὐτὸν ἀθάνατον ὥσπερ Ζῆνα καὶ Ἀπόλλωνα. Allegoricè docet poëta Ariſtæum à præceptoribus agriculturam accepturum, in qua tam excellens ſit futurus, vt quemadmodum Iupiter & Apollo, nominis immortalitatem ſit conſequuturus. ἐπιγουνίδιος hoc eſt ἐπὶ τοῖς γουνάσι ſeu γόνασι τιθέμενος καὶ κείμενος. στάξοισι. Dor. pro στάξουσι. 3. perſ. fut. verbi στάζω. ante Ζῆνα ſumendum extrinſecus, vel ὡς, vel ὥσπερ.

ἄγχιστον ὀπάονα. Hoc eſt, ἐγγύτατον καὶ συνκίνητον ἀκόλουθον τῶν προβάτων. Iam hæc de ſtudijs Ariſtæi, qui primus docuit pecudes paſcere: ἄγχιστος ſuperlat. gradus poët. ab ἀγχοῦ poët. pro ἐγγὺς communi.

ἀγρέα καὶ Νόμιον. Hæc de eius cognominibus: quæ ideo ipſi fuerunt impoſita, quòd venationi & paſcendo pecori eſſet addictus. Nam ἀγρεὺς eſt *venator*, & νόμιος à νέμειν *paſcere* dicitur: interpres Apollonij ἀγρέα dictum putat, quòd in agro cum Cyrene eius matre rē habuerit Apollo. Iuſtinus lib. 13. dicit Cyrenes filios præter Ariſtæum fuiſſe, Nomium, Agreum & Autuchum. Sed meliùs Diodorus Siculus hiſtoriam ita narrat. *Cùm Cyrene Hypſei filia apud Peneum educaretur virgo, Apollo eius forma captus raptam in Libyam detulit, vbi poſtea condita eſt vrbs Cyrene. Ex hac natum Ariſtæum Nymphis educandum tradidit, quæ triplici nomine ipſum appellarunt, Nomium, Ariſtæum, & Agrium. Ab his altricibus didicit lactis, mellis, olei confectionem: hinc Deus habitus eſt, quia primus hæc in mortalium vſum contulit. Is Ariſtæus in Bœotia Autonoën vxorem duxit, ex qua habuit Actæonem. Idem Ariſtæus in Cea inſula peſtilentia homines liberauit. Hinc in Sardiniam, inde in Siciliam deuenit: demum in Thraciam ad Dionyſium, à quo Orgia didicit, vbi diſparuit, & pro Deo cultus eſt.* Hæc ille.

ὣς ἄρ' εἰπών. Concluſio orationis Centauri: qua impulſus eſt Apollo ad accelerandum nuptiarum complementum. ἔντυεν negl. augm. pro ἤντυεν. ab ἐντύω ſublato ν pro ἐντυνω hoc eſt *armo, inſtruo, præparo*. à nomine τὰ ἔντεα *arma*: ſic dicta quod ἐντὸς, intus ea ſit corpus. Hîc ſumitur pro comm. ὁρμᾶν, ὀτρύνειν & ſimilia, *incitare, impellere, hortari*. Sic autem iſta reddas. ταῦτα εἰπὼν ὁ Χείρων, παρώρμησε τὸν Ἀπόλλωνα τελειοῦν τὸν γάμον. Itaque Apollo audito Chironis vaticinio præparat ſeſe ad peragendas nuptias.

παράφρασις.

„Itaque ſiquidem feſtinantes Dij rem ſuſceptam ex animi ſententia confeſtim ad finem perducunt, viámque ad res gerendas breuem adinueniunt, eâdem die Apollo vaticinium Chironis peregit, Cyrenen videlicet per mare in Libyam tranſportauit: ibíque pretioſo in lecto congreſſi ſunt, vbi vrbem tutatur pulcherrimam, atque inter cętera certaminum victoribus inſigniter inclytam. Quam etiam nunc Carniadę filius Teleſicrates beatam reddidit apud diuinam Pythonem, vbi victoriam armato curſu adeptus illuſtrauit Cyrenen, quæ ipſum hilari animo excipiet, quoniam patriæ formoſas mulieres habenti gloriam iucundam attulit ex Pythijs quæ apud Delphos celebrantur.

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

„ ὠκεῖα δ' ἐπειγομβύων ἤδη
„ Θεῶν
„ πρᾶξις, ὁδοί τε βραχεῖαι.
κεῖνο κεῖν' ἆμαρ διαίτα-
σεν. θαλάμῳ δ' μίγεν
ἐν πολυχρύσῳ Λιβύας,
ἵνα καλλίσταν πόλιν
ἀμφέπει, κλεινάν τ' ἀέ-
θλοις.
καὶ νυῦ ἐν Πυθῶνί νιν ἀ-
γαθέᾳ Καρνειάδα
υἱὸς εὐθαλεῖ συνέμιξε τύ-
χᾳ·
ἔνθα νικάσαις ἀνέφανε Κυρά-
ναν.
ἅ νιν εὔφρων δέξεται
καλλιγύναικι πάτρᾳ
δόξαν ἱμερτὰν ἀγαγόντ' ἀπὸ
Δελφῶν.

μετάφρασις.

„ Celer autem eſt properantium iam Deorum actio, viæq; breues. Illud illa dies peregit. In thalamo autem Libyæ diuite auri congreſſi ſunt, vbi pulcherrimam vrbem tutatur, inclytámque certaminibus. Et nunc apud Pythonem diuinam Carniadæ filius, ipſam floridæ coniunxit fortunæ: vbi victoria potitus illuſtrauit Cyrenen, quæ eum beneuola accipiet, pulchras mulieres habenti patriæ gloriam amabilem qui attulit ex Delphis.

ὠκεῖα δ'. q. d. ἐπεὶ δ' σπευδόντων τῶν Θεῶν ἡ κατόρθωσις ὠκεῖα γίνεται, καὶ βραχεῖαι ὁδοὶ τῶν πραγμάτων, εὐθέως ἤνεγκεν αὐτὴν εἰς Λιβύην καὶ συνῆλθεν αὐτῇ. Gnome eſt qua ſummam Dei potentiam indicat, nihil illi impoſſibile, omnia facilia.

κεῖνο κεῖν' ἆμαρ. Hæc reduplicatio pronominis non refertur ad idem: ſed ſic eſt exponenda ſententia. ἐν ἐκείνῃ ἡμέρᾳ ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα διετέλεσεν. Itaque primum κεῖνο refertur ad nuptias Apollinis, ſecundum ad diem quo Chiron oraculum eſt effatus. Nam citra procraſtinationem Apollo Cyrenen eodem die in Libyã tranſuexit, & cum ea rem habuit. ἆμαρ Dor. pro ἦμαρ. διαίτασεν. poët. & Dor. negl. augm. pro διῄτησεν, à διαιτάω quod hoc loco ſignificat διατελέω, vel ſumitur pro διοικέω.

θαλάμῳ δ'. Oſtendit vbi copulati fuerint, nempe in Libya, cuius θάλαμος πολύχρυσος appellatur, hoc eſt, τιμιώτατος. μίγεν iam occurrit Od. 4. Pyth. ἵνα pro ὅπου. Interim laudat Teleſicratem à patria, ſenſim à digreſſione ad inſtitutum viam ſibi ſternens.

καὶ νυῦ ἐν. Iam eſt epanodus ad inſtitutum: & Teleſicratis Pythionicæ exemplo probat illam certaminibus claram. q. d. καὶ νυῦ Πύθια νικήσας Τελεσικράτης Καρνειάδου υἱὸς, ἐπιφανῆ ἐποίησεν αὐτὴν τὴν Κυρήνην.

ἀγαθέᾳ. Hoc eſt θείᾳ, ſeu θαυμαστῇ. ἀγάθεος Dor. pro comm. poët. ἠγάθεος. q. d.

ἄγαν θεῖος *valdè diuinus, præstantißimus*. In composit. τὸ α. in η mutatur metri causa: & Doricè vertitur in α longum. Eustath. deriuat ab ἀγῶ, ἀγάζω, τὸ θαυμάζω, & θεῖος. q.d. *admirandus instar rei diuinæ*. Eodem res redit. Porrò dicit ἀγαθέαν Πυθῶνα propter diuinum Phœbi oraculum.

Καρνειάδα Dor. pro Καρνειάδου, à recto Καρνειάδης, qui fuit Telesicratis pater. εὐθαλὴς poët. vox pro εὖ θάλλων. ἀνέφανε. ab ἀναφαίνω quod poëticè vsurpatur pro φανερὸν, λαμπρὸν ποιῶ. *illustro. illustrem reddo*. eâdem significatione vsurpatur προφαίνειν, Isthm. vltima Oda. sectione ς.

ἅ νιν. Gratitudo patriæ, victorem à quo illustratur benignè excipientis. q.d. ἥ τις ἡ Κυρήνη εὐμενὴς αὐτὸν δέξεται, πατρίδι καλὰς γυναῖκας ἐχούσῃ ἀγαγόντα δόξαν ἐπέρατον ἀπὸ Δελφῶν. Obiter laudatur Cyrene à forma & præstantia mulierum. Nam καλλιγύναιξ, est ἡ καλὰς γυναῖκας ἔχουσα.

παράφρασις.

Ob quorum præclaram victoriam meritò eum longo encomio decorarem: siquidem magnæ virtutes copiam verborũ semper suppeditant. Sed longa argumenta paucis eximiè perstringere opportunum est, idque libentius audiunt sapientes quibus verbum sat est. Quemadmodum autem in agendo, sic etiam in dicendo, ac proinde in omni re summum locum obtinet, & pręstantissima est opportunitas Quæ quantum valeat, suo exemplo indicauit Iolaus: ipsæque Thebæ septenis portis insignes testari possunt, illam olim ab ipso non fuisse neglectam. Nam cùm Eurystheus Heraclidas quos perditè oderat, ab Athenienfibus ad quos confugerant, repeteret, ac nisi redderent bellum minaretur. Iolaus Herculis amicus & consanguineus à Ioue petiit vt vel per horam repubescere, iuuenisque vires habere liceret. Quod vbi impetrasset, Eurystheum amputato capite occîdit, ac statim obijt: sepultúsque est prope monumentum Amphitryonis curruum agitatoris, aui eius paterni, qui Thebis est inhumatus olim à Thebanis, qui ex draconis dentibus à Cadmo satis nati creduntur, hospitio exceptus, cùm in eorum vrbem, cuius vici ab equis albis teruntur, commigrasset.

στροφὴ δ΄. κῶλ. ιε.

„ ἀρεταὶ δ᾽ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυ-
„ θοι.
„ βαιὰ δ᾽ ἐν μακροῖσι ποικίλλειν,
„ ἀκοὰ
„ σοφοῖς. ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως
„ παντὸς ἔχει κορυφάν.
ἔγνων ποτὲ καὶ Ἰόλαον
οὐκ ἀτιμάσαντά νιν ἑ-
πτάπυλοι Θῆβαι. τὸν Εὐρυ-
σθῆος ἐπεὶ κεφαλὰν
ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ,
κρύψαν ἔνερθ᾽ ὑπὸ γᾶν,
διφρηλάτα Ἀμφιτρύωνος
σάματι. πατροπάτωρ
ἔνθα οἱ Σπαρτῶν ξένος
κεῖτο, λευκίπποισι Κα-
δμείων μετοικήσαις ἀγυιαῖς.

μετάφρασις.

*Virtutes magnæ multorum semper sunt verborum: at pauca in prolixis argumentis vario artificio sermonis edißerere, auditio sapientibus. Verùm opportunitas eodem modo rei omnis habet caput. Cognouerunt aliquando & Iolaum non aspernatum eam septenis partis illustres Thebæ, quem postquam caput Eurysthei ensis acie amputaßet, occultauerunt infernè sub terra, prope sepulchrũ Amphitryonis curruum agitatoris, vbi ille paternus eius auus hoßpes Spartorum iacebat, quum commigraßet ad Cadmeorum vicos qui teruntur ab equis albis.*

ἀρεταὶ δ' αἰεί. Gnome eſt qua docet magnas virtutes copiam verborum ſemper ſuppeditare ad prolixa encomia. Verùm melius eſſe multa paucis ornatè compleєti,ídque gratius eſſe ſapientibus, quibus intellectu facilis eſt breuis oratio multa paucis concinnè perſtringens: in primis quum id occaſio & opportunitas poſtulat. Ita ſe excuſat quòd non ſit diffuſus & prolixus in laudando Teleſicrate. Porrò ſententiam his verbis reddas: περὶ τῆ μεγάλων ἀρετῆ εἰπεῖν ἔνεστι πολλά. σοφοὶ δ' ἥδιον ἀκούουσιν, εἰ ποικίλως δ' ὀλίγων λέγης τὰ πολλά. δεῖ ᾗ παντὸς πρ ̓ματος εὐκαιρίαν τηρεῖν.

πολυμύθοι. Græcis propriè πολύμυθος, eſt *garrulus, loquax*, *verboſus*, ſed hoc loco eſt περὶ οὗ ἔνεστιν εἰπεῖν πολλά. ἀκοά Dor. pro ἀκοὴ: quæ vox 1. Pyth. occurrit.

ἔγνων ποτε. Dum ſe excuſat, digreditur in laudem occaſionis: cuius rectè captatæ exemplum Iolai proponit, qui tempeſtiuè Heraclidis opem tulit. Hiſtoriam habet paraphraſis. Alij tamen dicunt non ad pubertatem rediјſſe, ſed ad vitam iam extinctam: & peracto negotio ſtatim denuo mortuum eſſe.

τὸ Εὐρυσθῆος. Hoc eſt, ὃν ἔκρυψεν ἡ Θήβη, ἐπεὶ τὸ Εὐρυσθέα ἀπεκεφάλισεν, ἐν τῷ τῆ Ἀμφιτρύωνος σήματι. Vides τὸ articul. præpoſit. pro ſubiunct. ὃν. ἔπερσεν per tranſpoſitionem literarum pro ἔπραθεν. Aor. 2. ἔπραθον verbi πέρθω. ἀκμᾶ, ſic apud Homerum ξυρῶ ἀκμῆ dicitur *ferri acies*. κρύψαν negl. augm. pro ἔκρυψαν. διφρηλάτα Dor. pro διφρηλάτου, à Dorico recto διφρηλάτας, pro της. à δίφρον ἐλαύνειν. Idem eſt ἁρματηλάτης.

πατροπάτωρ. Auus paternus Iolai fuit Amphitryo, Nam hic fuit Iphicli pater, Iphiclus Iolai.

σπαρτῶν Καδμείων γένος. Sic appellantur Thebani, quòd ex draconis dentibus à Cadmo ſatis nati credantur. Quos ideo ἐν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Aeſchylus σπαρτοὺς ἄνδρας, & σπέρμα τὸ σπαρτῶ γένους: & in Εὐμενίσι, σπαρτῷ γένος. Hac de re vide Ouid. Metam. 3.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιε'. | μετάφρασις.

Illi, nimirùm Amphitryoni, & Ioui cum quibus vna eadémque nocte concubuerat prudens Alcmena, gemellos filios robuſtiſſimos in pugnis ſemper victorioſos vno partu edidit. Qui autem Herculem non celebrat, nec Thebarum Dirce fonte inſignium ſemper meminit, vbi gemelli fratres Hercules & Iphicles ſunt educati, ignarus eſt, & præclararum rerum imperitus. Non ſum

τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα δαΐφρων
ἐν μόναις ὠδῖσιν Ἀλκμήνα, διδύμων
κρατησιμάχων σθένος υἱῶν.
κωφὸς ἀνήρ τις ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει,
μηδὲ Διρκαίων ὑδάτων
ἀεὶ μέμναται, τά νιν θρέψαντο, καὶ Ἰφικλέα.
τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ
κωμάσομαί τι παθών

*Peperit cum eo & cũ Ioue congreſſa Alcmena ſolers in vnico partu robur gemellorum filiorum in pugnis victorioſum. Mutus vir* eſt *qui Herculi os non applicat, neque Dircæarum aquarum ſemper meminit, quæ illum educarunt & Iphiclem: quos hymno celebrabo*

autem adeò ineptus, rectíque nescius, vt hos Heroas à quibns pro animi voto beneficio sum affectus, quũ optatam Herculanorum victoriam obtinui, non celebrẽ hymno. Ingratus enim videri nolim beneficiũ acceptũ nõ commemorando, ita vt erga benefactores officio non functus, eorum gratia & fauore in posterum destituar. Porrò dico Telesicratem vna Aeginetica victoria, tribúsque Megaricis, quas in colle vbi sepultus est Nisus luctator insignis, obtinuit, vrbem hanc Cyrenen celebrem reddidisse,

ἐσλόν. Χαρίτων κελαδεν-
ναν
μή με λίποι καθαρὸν
φέγγος. Αἰγίνᾳ τε γὰρ
φαμὶ, Νίσου τ' ἐν λόφῳ,
τρὶς δὴ πόλιν τάνδ' εὐκλεΐ-
ξαι,

*affectus* ab illis *beneficio eximio per preces. Gratiarum illustrium me non deficiat lumen purum. Nam & apud Aeginam, & apud nisi collem dico vrbem hanc ter decoraße,*

τέκέ οἱ. Paulò longiùs digreditur in Herculis & Iphicli natiuitatem, de Amphitryone modò loquutus. q. d. Αλκμήνη οἱ, ἤγουν τῷ Αμφιτρύωνι, καὶ τῷ Ζηνὶ μιγεῖσα, διδύμοις υἱοὺς ἑνὶ τόκῳ ἔτικε. Fabulantur autem ex Ioue Herculem, ex Amphitryone Iphiclum fuisse conceptum.

δαΐφρων. poët. vox, *prudens, mente feruidus in consultando*. q. d. vel δεδαημένος τὸ φρονεῖν, hoc est, ἐπιστάμενος τὴν φρόνησιν, *qui didicit aut nouit prudentiam*. vel δαιόμενος, hoc est, καιόμενος τὰς φρένας ἐν τῷ βουλεύεσθαι, *qui mente feruet in consultatione, ac si vratur.*

ἐν μόναις ὠδῖσιν. Enallage numeri pro ἐν μιᾷ μόνῃ ὠδῖνι, vel pro ἐν ἑνὸς μόνου τόκου ὠδῖσι, vel vno verbo, ἑνὶ τόκῳ. Periphrasticè dicit κρατησίμαχον σθένος υἱῶν, pro υἱοὺς ἰσχυροὺς καὶ κρατησιμάχους, τὸν Ηρακλέα δηλαδὴ, καὶ τὸν Ιφικλέα. Facilè videmus κρατησίμαχον componi à κρατέω *vinco* & μάχη *pugna*, vt sit *qui in pugnis vincit*. Notissima est Herculis strenuitas, & victoriarum copia.

κωφὸς ἀνήρ τις. Hæc sunt ad Heroum denominatorum laudis amplificationem: quos nemo nisi indoctus non in pretio habeat. κωφὸς à Schol. exponitur ἀπαίδευτος: & στόμα παραβάλλειν, est ἐγκωμιάζειν. Vt autem mutus nescit loqui, sic neque indoctus laudare.

Διρκαίων ὑδάτων. Dircææ aquæ περιφραστικῶς sunt Thebæ. Dirce enim fons est huius vrbis. τά νιν, hoc est, ἅτινα αὐτὸν τὸν Ηρακλέα. Articul. præposit. sumitur pro subiunct.

τοῖσι τέλειον. Hoc est, τούτοις πεπονθὼς τι ἐξ αὐτῶν τέλειον ἀγαθὸν, διὰ τοῦ κώμου ὑμνήσω. In his habes enallagen personæ: siquidem poëta hæc in persona victoris Telesicratis dicit: qui gratiam heroibus hisce refert, quòd eorum ope Herculana sacra, fortè & Iolaia vicerit.

Χαρίτων, hoc est, ἵνα μὴ γένοιτό με οὐκ ἔνδοξον γίνεσθαι μὴ γράφοντα τὰ χαριέντα. Non enim potest Gratias habere, hoc est placere, qui quæ debet præstare, omittit: eorúmque gratia destituitur, erga quos officio non fungitur.

Αἰγίνᾳ τε γὰρ. Redit ad laudes Telesicratis, quem ab Aeginensi, & Megarensi victoria commendat. Quænam sacra illis in locis celebrarentur dictum in precedentibus Odis. Hæc autem prosa sic reddas. φημὶ δ' ὅτι καὶ ἐν Αἰγίνῃ καὶ ἐν Νίσου λόφῳ ταύτην πόλιν εὐκλεᾶ κατέστησε τρὶς νικήσας.

Νίσου ἐν λόφῳ. Hoc est, ἐν Μεγάροις. Nisi collis Megarorũ periphrasis. Fortè quia Nisus luctator insignis ibi sepultus est. Hîc Pythios ludos Apollini sacros fuisse tradit Schol. Nem. Od. ε. Item Alcathoia eiusdem Apollinis in honorem instituta fuerunt ibid. vt videre est vltima Isthm. Oda, vltima in sectione. εὐκλεΐξαι Infinit. Dor. Aor. 1. act. pro εὐκλεΐσαι, à verbo εὐκλεΐζω: idem cum simplici poëtico κλεΐζω *laudo, celebro, decoro*, τὸ δοξάζω. Fit à communi κλείω dialysi τοῦ ει, & inserto ζ. κλεΐζω futur. comm. κλεΐσω. & Dor. κλεΐξω.

παράφρασις.

ipsúmque laudem meruisse, quum re præclarè gesta desperabundam illam mœstitiam & dedecus vitauit ob quod victi ne gry quidem dicere ausint. Quare quiuis Cyrenæorum ciuium, siue ipsum beneuolentia prosequitur, siue erga ipsum infenso est animo, probatam in publico spectaculo Telesicratis strenuitatem collaudet, nec marini senis Nerei præceptum ad praxim non reuocatum violet. Præcepit enim ille vt inimicum qui obseruata iustitia præclari quid præstiterit toto animo laudemus. Ego verò te vidi ô Telesicrates sæpenumero parta victoria redeuntem ex Panathenæis Mineruæ sacris quæ singulis lustris aguntur. Vidi etiam vt tacitæ apud se virgines suum amorem effari non audentes, vnaquæque te maritum habere exoptabat, aut mulieres filium,

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών.
ὅυνεκεν εἰ φίλος ἀστῶν,
εἴ τις ἀντάεις, τό γ' ἐν ξυνῷ πεπονάμενον εὖ,
μὴ, λόγον βλάπτων ἁλίοιο γέροντος, κρυπτέτω.
„ κεῖνος αἰνεῖν καὶ τὸν ἐχθρὸν
„ παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ
„ καλὰ ῥέζοντ', ἔννεπε.
πλεῖστα νικάσαντά σε καὶ τελεταῖς
ὡρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον. ἄφωνοί
θ' ὡς ἑκάστα φίλτατον
παρθενικαὶ πόσιν, ἢ
υἱὸν εὔχοντ', ὦ Τελεσίκρατες, ἔμμεν,

μετάφρασις.

*qui factis taciturnã mæstitiam desperabundam effugerit. Quare siquis ex ciuibus amicus* est *ei, siquis inimicus, at certè quod in communi præclarè gestum est, ne celet sermonem marini senis* „ *violans. Ille laudare etiam inimicum toto animo qui præclaras res gerit cum iustitia, præcepit. Sæpenumero vidi te potitum victoria & in solennitatibus Palladis quæ certo tempore recurrunt: tacitæque puellæ vt optarent, ô Telesicrates esse* te sibi *vnaquæque charissimum maritum aut filium,*

σιγαλὸν ἀμαχανίαν. Hæc cohærent cum superioribus. q. d. τὴν ἀπαρρησίαστον αἰσχύνην, καὶ ἀμήχανον σιγὴν τῷ κατορθώματι ἐκφυγών. Ita per circumlocutionem dicitur *non vi.tus.* Nam, vt refert Schol. qui succubuerunt aduersarijs ad consilij inopiam redacti præ pudore tacent, nec liberè cum alijs colloqui audent. σιγαλὸς Dor. & poët. pro comm. poët. σιγηλὸς, à σιγὴ. Citatur à Schol. Pindarus alibi de hac re dicens νικώμενοι γὰρ ἀγρυξίᾳ δέδενται. Sequitur à contrario victores liberè & audacter loqui: qui non vltimus est victoriæ fructus. φυγὼν per antiptosin: nominat. pro accusatiuo.

ὅυνεκεν εἰ φίλος. Alius victoriæ fructus, ab omnibus cùm amicis, tum inimi-

cis laudari. Etenim, vt ait Lucian. in Encom. Demosth. τὰ καλὰ καὶ παρ' ἐχθροῖς καλά. καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς πανταχοῦ τίμιον. αὐτάεις Poët. & Dor. pro comm. poët. αὐτῆεις hoc est ἐναντίος, ἐχθρός. Quod dicit ἐν ξυνῷ significat ἐν τῷ κοινῷ, *in repub.* vel *publico cœtu*, vel tale quid. πεπονάμενον Dor. pro πεπονημένον. ἁλίοιο. Ion. pro ἁλίου. Marinus senex, est Nereus, quem Virg. 4. Georg. *grandæuum*, & in Argon. Orpheus *antiquißimum Deorum*. Oppian. ἁλ. β. παλαίφατον.

πλεῖστα. Schol. dicit hæc esse chori ad victorem verba. Παλλάδος τελετὰς intellige Παναθήναια Lat. *quinquatria*: quas vocat ὡρίας, quòd statis temporibus, singulis nimirum lustris celebrarentur. Etenim ὥριος est vocab. poët. signif. ἐν ὥρᾳ τινὶ, καὶ ὡρισμένῳ χρόνῳ πεποιημένος.

ἄφωνοί θ'. Laus alia quòd eius adhuc cælibis coniugium optarent puellæ: & mulieres eiusmodi filium habere cuperent. ἑκάστα Dor. pro ἑκάστη. Legendum potiùs ἑκάσται, ne durior sit syntaxis hoc pacto, ἄφωνοί τε παρθενικαὶ ἑκάστα εὔχοντο. & παρθενικὴ hic vsurpatur poët. prò παρθένος. In superlat. dixit φίλτατον: sed si φίλος aliquando significat ἴδιον, vt prima Ol. Oda diximus, φίλοις ἄνδρας, in voce φίλος, significare ἰδίους, superlat. erit pro positiuo. ἢ υἱὸν, post se subaudit γυναῖκες.

παράφρασις.

Vidite & in Olympijs, & in Terræ profundum habentis sinum certaminibus, quæ nimirum Athenis celebrantur: & in omnibus ijs quę in tua gente sunt in vsu, vincentem. Cæterùm mihi finem hymno hîc imponere statuenti postquam tuas laudes recensui, autem vellit nescio quis, aliúdque debitum à me exigit: videlicet vt rursus tuorum maiorum gloriam cõmendem & commemorem. Vt illi, maiores tui Irassam Antæi vrbem adierunt, Barcen illius filiam pulchra coma conspicuam, & valdè celebrẽ ambientes, vt Libycam illam puellam Alexidamus, à quo ducis genus, vxorem consequeretur: quam multi viri tum cognati seu gentiles, tum peregrini ambiebant, quoniam mirum in modum formosa erat.

στροφὴ ε. κῶλ. ιε.

ἔν Ολυμπίοισί τε, καὶ βαθυκόλ-
πυ
γᾶς ἀέθλοις, ἔν τε καὶ πᾶσιν ἐπι-
χω-
ρίοις. ἐμὲ δ' οὖν τις ἀοι-
δᾶν
δίψαν ἀκειόμενον
πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖ-
ραι
καὶ παλαιῶν δόξαν τεῶν
προγόνων. οἷοι Λιβύσσας
ἀμφὶ γυναικὸς ἔβαν
Ἴρασαν πρὸς πόλιν Ἀνταί-
ου, μετὰ καλλίκομον
μναστῆρες ἀγακλέα κούραν·
τὰν μάλα πολλοὶ ἀρι-
στῆες ἀνδρῶν αἴτεον
σύγγονοι, πολλοὶ δὲ καὶ
ξείνων. ἐπεὶ θαητὸν εἶδος.

μετάφρασις.

*In Olympijs quoque, & profundè sinuosæ terræ certaminibus, & in omnibus gentilibus. A me quidem carminũ sitim curante aliquis exigit debitum excitandi rursum & veterum gloriam tuorum maiorum: quales Libyſa pro fœmina profecti sint ad vrbem Antæi Irasam, ad pulcherrimam proci valdè celebrem puellam. Quam valdè multi fortitudinis primatum obtinentes viri petebant cognati, multi etiam ex peregrinis, quoniam admiranda forma* eius.

ἐν Ολυμπίοισι. Schol. hic subaudit, ὁρῶσαι, referendo ad præcedens παρθενικαὶ, quasi

quasi Telesicratem in certaminibus conspectum, ob eiúsque in ijs strenuitatem in admiratione habitum amassent. Sed quia ad hæc spectacula hic sexus non solebat admitti, puto hanc poëtæ mentem non esse: & malo ἀπὸ κοινοῦ repetere præcedentia εἶδον νικάσαντα: & cum ἐν Παλλάδος τελεταῖς construere. Porrò Schol. Olympia intelligit non Pisis, sed Athenis acta. Et Didymum obtendit dicentem Terræ certamina, esse ludos qui Athenis in Terræ honorem celebrantur. Dicuntur autem Athenienses omnis ferè generis ludos & spectacula, cùm ciuibus suis, tum exteris exhibuisse.

ἔν τε καὶ πᾶσιν. Interpretatio vulgata habet, *& in omnibus cuiusque regionis*: quasi ἐπιχώρειος significet *cuiusque regionis*. At exponitur *patrius, gentilis*. Constat autem apud Cyrenæos Telesicratis gentiles, & conterraneos, celebrata fuisse nonnulla certamina, ad quæ potest hîc respicere poëta.

ἐμὲ δ' οὖν. Vulgata interpretatio τὸ οὖν exponit *igitur*: at loci sensus nullam hîc postulat conclusionem: quare est exponendum vel *quidem*, vel *tandem*. Vel si malis, erit omnino superfluum, vt sæpe apud poëtas. Cùm autem hactenus absoluisset Telesicratis laudes, hîc finem facturus erat, nisi maiorum eius historiam sibi commemorandam ex officio, debitóque putasset, ne quid omissum quispiam argueret. Verba hæc vsque ad οἷοι sunt præparatio ad locum de maioribus.

ἀοιδᾶν δίψαν ἀκειόμενον. Hoc est θεραπεύοντα τὴν ἀοιδῶν δίψαν. *Sitim carminum curare*, poëtæ est, *dum canendo defessus est & sitibundus, carmini finem imponere*. ἀκειόμενον. partic. à præsenti ἀκείομαι. poët. inserto ι. pro comm. ἀκέομαι, *medeor, curo, sano*. Fit à nomine ἄκος *remedium*.

πράσσει χρέος. Non significat *iniungit munus*, vt vulgata interpretatio habet: sed *debitum exigit*: sicque translatum metaphoræ vim seruat. πράσσοντί με χρέος. *exigunt à me debitum* Olymp. Od. 3.

οἷοι Λιβύσσας. Narratio historiæ quæ sic se habet. Antæus, non is quidem quem Hercules occidit: sed alius posterior (Nam ante Herculem nulla celebrabantur certamina.) Antæus inquam Irasæ rex, filiam formosissimam habuit Barcen, vel Alcein nomine. Hanc præstantissimo cursori futuram vxorem proposuit. Quare & indigenæ & hospites seu peregrini multi, conuenêre. Inter alios Alexidamus quidam, reliquos cursu superauit, & Barcen vxorem accepit.

Λιβύσσας γυναικός. Libyssam fœminam περιφραστικῶς intelligit Barcen. Irasa est vrbs Libyæ, cuius rex Antæus, qui vixit Euphemi temporibus. μετ' sumit pro πρός. vt 1. Ol. μετ' τὸ ταχύποτμον. &c. stroph. 3. καλλίκομον à parte totam formosam innuit. μναστῆρες Dor. pro μνηστῆρες. ταὶ articul. præposit. pro subiunct. ἆπον negl. augm. pro ἦπον. Hîc opponuntur σύγγονοι, hoc est, πατριῶται, & ξένοι. Scribe Ἴρασα cum vno σ. vt apud Herodot. in Melpo. & Steph. de Vrbibus. Id quoque metrum postulat.

ἐπεὶ θαητ. Ratio cur amarent Barcen; nempe quia mirum in modum erat formosa.

παράφρασις.

eiúſque puberis ætatis eximiæ & ſplendidæ fructū efflorеſcentem, & nubiles annos decerpere volebant. Sed Antæus filiæ huic ſuæ illuſtrius coniugium nanciſci tentãs, exemplum Danai regis Argiuorum eſt imitatus, quem audiuerat breuiſſimo tempore, antequam dimidius dies exactus fuiſſet, Argis præclaros coniuges quadraginta & octo filiabus nactum eſſe. Is filias ad metam collocauit, & procis curſus certamen propoſuit, & vnicuique Heroum qui venerant vt eius generi fierent, conceſſit vt quam ex filiabus mallet in vxorem, eam deligeret, quum à carceribus ad metam perueniſſet, & pedum celeritate viciſſet.

ἀντισρ. κῶλ. ιε.

ἔπλετο. χρυσοστεφάνου δέ οἱ ἥ-
βας
καρπὸν ἀνθήσαντ' ἀποδρέψαι ἔθε-
λον.
πατὴρ δὲ θυγατρὶ φυτεύων
κλεινότερον γάμον, ἄ-
κουσεν Δαναόν ποτ' ἐν Ἄρ-
γει
οἷον εὗρεν τεσσαράκον-
τα καὶ ὀκτὼ παρθένοισι,
πρὶν μέσον ἆμαρ ἐλθεῖν,
ὠκύτατον γάμον. ἔστα-
σεν γὰρ ἅπαντα χορὸν
ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος.
σὺν δ' ἀέθλοις ἐκέλευ-
σεν διακρῖναι ποδῶν,
ἅντινα σχήσοι τις ἡ-
ρώων, ὅσοι γαμβροί σφιν ἦλ-
θον.

μετάφρασις.

*erat: & auro coronatæ pubertatis fructum eflorеſcentem decerpere volebant. Sed pater filiæ moliens illuſtrius coniugium, audiuit Danaum apud Argos quondam quale nactus eßet quadraginta & octo virginibus velociſſimum connubiū, priuſquam medius dies veniſſet. Collocauit enim vniuerſum chorum ſtatim in metis certaminis: & in certaminibus pedum iußit dijudicare quam quiſque heroum habiturus eßet, quicunque generi ipſi veniſſent.*

Χρυσοστεφάνου δὲ. Phraſis cognata ei quæ eſt antiſtr.2. ἐκ λεχέων κεῖρεν μελιηδέα ποίαν. hoc eſt, τὴν παρθενίαν αὐτῆς λαβεῖν ἐβούλοντο. Dicitur ἥβη χρυσοστέφανος, hoc eſt, ἔντιμος. ἔθελον negl.augm.pro ἤθελον, metri cauſa.

πατὴρ δὲ. Conſilium Antæi, vt ſine procorum offenſione, filiam honeſtè elocaret: ídque ad imitationem Danai, præter quem & alij idem fecerunt. Sic Oenomaus Hippodamiam, Olymp.1.Oda. Clyſthenes Sicyoniorū rex, vt in Erato refert Herodot. Agariſtam filiam deſpõſat. Ouid. Metam.9. de Oenei filia Deianira: & 10. de Atalanta, & Hippomane, ſimile exemplum habes.

φυτεύων. Vocab. metaphoricum, pro κατασκευάζων: ſic Odyſſ. ξ. κακὰ δυσμενέεσσι φυτεύων, *mala moliens hoſtibus*. Quæritur autem cur poëta, cùm Danaus quinquaginta filias habuerit, nominet duntaxat octo & quadraginta. Ratio eſt, quia eas tantùm numerat quæ iuſſu patris maritos interfecêre. Nam Amymone iam à Neptuno corrupta fuerat, & Hypermneſtra Lynceo pepercit. Has nuptias eſt molitus poſtquam Aegypti filios quibus elocatæ fuerant, filiæ eius interfecerunt.

ἔστασεν Dor. pro ἔστησεν. Modus quo vſus eſt Danaus, filias in meta collocauit vt eas priùs viderent proci. ἅπαντα χορὸν, nempe τῶν παρθένων Δαναοῦ θυγατέρων.

σὺν δ' ἀέθλοις. Sic locus eſt conſtruendus, ἐκέλευσε δὲ σὺν ἀέθλοις ποδῶν διακρῖναι ἅν-

ἵνα ὁπόσοι τις ἡρώων, ὅσοι σφὶν ἦλθον γαμβροί. q.d. ἐκέλευσε δὲ μνηστῆρας δρόμῳ ποδῶν ἀγωνίζεσθαι, ἵνα ἕκαστος ἡρώων τούτῳ προτιμησάμενων ἕληται ἣν ἂν βούλοιτο.

ὅσοι γαμβροὶ σφὶν ἦλθον. Dicit σφὶν de pluribus: fortasse habita ratione Danai vxoris, quanquam de solo Danao loquitur.

παράφρασις.

Sic ergo Libycus ille Antæus filiæ suæ conuenientem maritum dedit & adiunxit. Cursus certamen procis proposuit, & filiam exornatam in meta, quæ stadij linea est extrema, altérque terminus, collocauit, vt esset vltimus laborũ finis, videlicet præmium victoriæ laborioso cursu partæ. In medijs autem stans procis; dixit vt quicunque reliquis antecurrens, primus virginis subtilissimam vestem attigisset, eam futuram coniugem abduceret. Ibi tunc Alexidamus, rapidum cursum omnes prȩcedendo emensus, puellæ nobilis manum manu prehendit, pérque agmẽ equestrium Afrorum, dictorum Nomadum, quòd rei pecuariȩ sint deditι, prehensam duxit. Ac tum spectatores & socij victorem applausu excipientes, multa folia, & coronas in ipsum proiecerunt. At non his tantùm coronis pro hac victoria fuit decoratus, sed ex alijs certaminibus, vbi suæ fortitudinis & industriæ specimina edidit, alias etiam est adeptus.

ἐπῳδ. κῶλ. ιδ.

οὕτω δ' ἐδίδου Λίβυς ἁρμόζων κό-
ρᾳ
νυμφίον ἄνδρα. ποτὶ γραμ-
μᾷ μὲν αὐταὶ στᾶσε κοσμή-
σαις, τέλος ἔμμεν ἄκρον.
εἶπε δ' ἐν μέσσοις, ἀπάγε-
σθαι ὃς ἂν πρῶτος θορὼν
ἀμφί οἱ ψαύσειε πέπλοις.
ἔνθ' Ἀλεξίδαμος, ἐπεὶ
φύγε λαιψηρὸν δρόμον,
παρθένον κεδνὰν χερὶ χειρὸς
ἑλὼν,
ἄγεν ἱππευτᾶν Νομάδων δι' ὅμι-
λον.
πολλὰ μὲν κεῖνοι δίκον
φύλλ' ἔπι, καὶ στεφάνους.
πολλὰ δὲ πρόσθεν πτερὰ δέξατο
νίκας.

μετάφρασις.

*Sic autem dabat Libys copulans filiæ sponsum virum. Ipsam quidem cùm exornasset collocauit ad lineam, terminus vt esset extremus: ac dixit in medijs vt abduceret eam quicunque primus prosiliẽs amictus eius attigisset. Ibi Alexidamus, postquam euasit rapidum cursum, virginis nobilis manum manu prehendẽs, duxit equestrium Nomadum per agmen. Multa in illum ipsi eiaculati sunt folia, & coronas: multas etiam antea alas accepit victoriæ.*

οὕτω δ' ἐδίδου. Narrato exemplo factum Antæi subijcit. q.d. οὕτως ὁ Ἀνταῖος Λίβυς ἁρμόζων θυγατρὶ γάμον, τῷ νικήσαντι αὐτὴν ἔδωκε. Libys est Antæus, Irasæ rex: vt Λιβύσσαν γυναῖκα dixit Barcen eius filiam, stropha 5.

ποτὶ γραμμᾷ. Ostendit modum certaminis. Quid sit γραμμὴ declarat paraphrasis Latina. ποτὶ γραμμᾷ αὐταὶ στᾶσε Dorica sunt, pro πρὸς γραμμῇ αὐτὴν ἔστησε. & κοσμήσαις Aeol. pro κοσμήσας. Paraphrasis Lat. docet quid sit hic τέλος ἄκρον.

εἶπε δ'. Proponit conditiones certaminis. q.d. ὅστις ἂν πρῶτος τῶν πέπλων αὐτῆς ἅψηται, ἐκεῖνος αὐτὴν ἀπαγέσθω.

ἔνθ' Ἀλεξίδαμος. Euentus certaminis. δρόμον φυγεῖν impropriè dixit pro ἀνύειν, vel ἐκτελεῖν δρόμον. Nam fuga innuit persequentem. Nemo autem persequeba-

tur. Sic celeritatem currentis exprimit. ἄγω. Dor. pro ἦγω, vt & ἱππευταῖ pro ἱππευτῶν. Cur Afri Nomades ſint dicti habet paraphraſis.

πολλὰ μιν. Ante μιν eſt conſtruendum ἐπὶ, quod eſt in ſequenti colo. & δίκον negl. augm. pro ἔδικον à δίκω, quod iam occurrit Olymp. Od. 10. Cæterùm hic eſt applauſus congratulantium ſpectatorum.

πολλὰ ἤ. Hæc docent non primam hanc eſſe Alexidami victoriam: ſed eum multas alias obtinuiſſe priores. πτερὰ νίκας periphraſticè *victorias* vel *coronas* vocat. Fortè non incommodè πτερὰ νίκας vocabis encomiaſtica carmina quorum beneficio fama victoris volat. vide ἀέθλων πτερὰ in fine 14. Olymp. Odæ.

ΙΠΠΟΚΛΕΑ ΘΕΣΣΑΛΩ, διαυλδρόμῳ.

ΕΙΔΟΣ Ι.

HIPPOCLEAE THESSALO, diauli curſori.

ODE X.

# ARGVMENTVM.

*Laudatur Hippocleas Theſſalus à victorijs Pythiorum & Olympiorum, à victorijs Phriciæ patris, à præmio victoriæ, ab amicis, præcipuè Thorace, cuius monitu poëta præſentem hymnum compegit, vt ſub finem innui videtur. More autem ſuo Pindarus arreptis occaſionibus in digreſſiones diuagatur.*

παράφρασις.

Quemadmodum beata es ô Lacedæmon, ſic etiam tu fœlix es ô Theſſalia, eo nomine quòd genere & principibus pares eſtis. Nã principes qui regnum ve-

στροφὴ α. κῶλ. ι.

Ολβία Λακεδαίμων,
μάκαιρα Θεσσαλία. πατρὸς
δ' ἀμφοτέραις ἐξ ἑνὸς
ἀριστομάχου γένος Ἡρακλέος βασιλεύει.

μετάφρασις.

*Fœlix Lacedæmon, beata Theßalia: ambarum enim regnum obtinet genus Herculis ſtrenuißimi pugnatoris*

τί κομπέω παρὰ καιρόν;
ἀλλά με Πυθώ τε, καὶ τὸ
Πελινναῖον ἀπύει,
Αλεύα τε παῖδες, Ἱππο-
κλέα
θέλοντες ἀγαγεῖν ἐπικωμί-
αν
ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα.

*ex vno patre. Quid glorior intempeſtiuè? Sed me Pytho & Pelinnæum, & Aleuæ poſteri Hippocleam hortantur ſonare, volentes me afferre inclytã vocem laudatricem virorum per choreales hymnos.*

ſtrum obtinent, ex vno eodẽq; patre, nimirũ Herculę præſtantiſſimo in pugnis heroë, vobis ambabus ſunt oriundi. Sed quid, vtriuſque genus extollens, intempeſtiuè glorior? Imò verò tempeſtiuè huius honorificam mentionem facio: ſiquidem patrię laus in ciues redundat, & virum Theſſalum laudare volo: ad quod me hortantur & Pytho certaminis locus celebris, & Pelinnæum Theſſaliæ oppidum victoris patria, & Theſſali Aleuæ ſubditi, efflagitantes vt encomiaſtico hymno, qui in inclytis virorum choreis voce canatur, Hippocleam decorem.

Ἱπποκλέᾳ. Hippocleas Theſſalus fuit, Phriciæ cuiuſdam filius, patria Pelinnęenſis, qui videtur nomen ab equeſtri gloria ſortitus. De Theſſalia, & hoc eius oppido vide geographos.

διαυλοδρόμῳ. Διαυλοδρόμος ſtadij gemini ſeu reflexi curſor. Eſt enim δίαυλος ex Vitruuio, duorum ſtadiorum ambulationis circuitio: quod ſic Suidas, ὁ διπὸν ἔχων τὸ δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ, τὸ πληρῶσαι τὸ ϛάδιον καὶ ὑποϛρέψαι. Deriuatur ab αὐλὸς, quod aliquando ſignificat πᾶν τὸ διαπεπταμένον εἰς εὐθύτητος σχῆμα, ὥσπερ τὸ ϛάδιον. Breuiter δίαυλος eſt τόπος διϛάδιος: ſiue διϛάδιον. *curriculum duplex*, quod decurrebant & recurrebant curſores hoc modo, vt quum ad metam perueniſſent, flectentes eò recurrerent vnde curſum inierant. Hic diaulodromus Hippocleas vicit 22. Pythiade: & in Olympijs 72. ac inde 73. vt Schol. annotat.

Ολβία Λακεδαίμων. Exordium ducit à laude patriæ: quam, vt rectè mihi videtur obſeruare Aretius, commendat à pari, & maiorum origine. Par eſt quum Lacedæmona Theſſaliæ confert, & alteram ὀλβίαν, alteram μάκαιραν nuncupat: quæ ſunt ſynonyma. Maiorum origo quum vtraque id commune habet, quòd ab Heraclidis ortum ducit, in quo itidem ſunt pares. Porrò eſt in his apoſtrophe: nam ſermonem conuertit ad Lacedæmonem & Theſſaliam: & elliptica eſt oratio, quæ ſic reſtitui poteſt, ὦ Λακεδαῖμον ὀλβία εἶς, καὶ σὺ Θεσσαλία μάκαιρα.

πατρὸς δ'. Hoc eſt, ἐν ἀμφοτέραις γὰρ βασιλεύει γένος ἐξ ἑνὸς πατρὸς Ηρακλέους τοῦ κατὰ τὰς μάχας ἀρίστου. Eſt veluti ratio beatitudinis & fœlicitatis cum Lacedæmonis tum Theſſaliæ. Nam cùm vtriuſque principes eſſent Heraclidæ, & beati ſint qui generoſos habent, quales erant iſti, ideo rectè vtraque beata dicitur. In hac ſententia videtur eſſe ellipſis præpoſitionis ἐν: & δ' loco τοῦ γὰρ vſurpari, ſicuti in expoſitione ſuppleuimus.

ἀριϛομάχου. Hoc eſt, γενναιοτάτου. Eſt autem ἀριϛόμαχος, ὁ ἐν ταῖς μάχαις, ſeu κατὰ τὰς μάχας ἄριϛος. Herculis epitheton meritiſſimum, ſiquidem fuit optimus & fortiſſimus bellator, ſuſtulit monſtra, liberauit oppreſſos, & ſic mortalium generi plurimum profuit.

τί κομπέω. Eſt ὑποφορά, qua defendit hoc exordium aduerſus obiectionem

eius qui quærere potuiſſet cui bono ab his regionibus duceret exordium:cùm earum mentio intempeſtiua videretur.

ἀλλά με. Ανθυπόφορα, qua reſpondet obiectioni quam ſibi facit, & oſtendit ſe non gloriari παρὰ καιρόν:quia viri Theſſali victoria apud Pythonem parta ſibi nunc laudanda eſt:vnde fit vt appoſitè meminerit originis gentis iſtius.Porrò cauſæ proponuntur cur encomium hoc ſuſceperit,ſumptæ à loco, & perſonis,quæ ſunt Pytho vbi Hippocleas diaulo vicit, & Pelinnæum Theſſaliæ oppidum eius patria:item Aleuadæ à quibus omnibus ad hoc impellitur.

Πελινναῖον. Oppidum Theſſaliæ,victoris patria,ex cuius nomine mons etiam in Chio dictus eſt,omnium eius Inſulæ altiſſimus.Strabo lib.14.

ἀπύειν. Hoc verbum iam occurrit Olymp.1.quum dixit ἄπυεν βαρύκτυπον,&c. ſumitur hîc pro ὑμνεῖν:& ſubauditum habet poſt ſe, τὸ παρακελεύονται: ſic plena erit ſententia,hoc modo intellecta, παρακελεύονται ὑμνεῖν Ιπποκλέα.Niſi potiùs legendum eſt ἀπύει.vt conijcere eſt ex Schol. exponente hoc, βοᾷ, καὶ προσκαλεῖται.

Αλεύα τε παῖδες. Nonnulli legunt Αλευάδαι παῖδες ſed malè:neque enim id patitur metrum, & obſcurior eſſet locus deficiente coniunctione. Αλευάδαι autem & Αλεύα παῖδες ſunt Theſſali,ab Aleua rege dicti, vt Corinthij à Siſypho Siſyphidæ.Vel hîc Aleuæ filij ſunt aliqui Hippocleę amici,qui hoc à poëta efflagitarint.

ἐπικωμίαν ὄπα. Interpretamur *vocem laudatoriam*, ſeu *laudatricem per choreales hymnos*. Sic carmen hoc ſuum appellat Pindarus,quòd in laudem victoris voce caneretur,dum choreæ agitarentur. ἐγκωμιαστικῶς ſignificat *vocem quæ laudes alicuius canit*. ἐπικώμιος poët.& Pindar.vocabulum,pro quo & ἐγκώμιος & communiter ἐγκωμιαστικός.Hæc ſententia,addito με quod deficit, ita declaranda eſt, θέλοντές με τὴν ἔνδοξον καὶ ἐγκωμιαστικὴν τῶν χορευτῶν φωνὴν ἄγειν ἐπ' αὐτόν. Antequam autem vlterius progrediar,non celabo lectorem, Leonicerum huius poëtæ interpretem, & cum eo Chabotium in 7. Oden lib. 1. Carm. Horatij hoc in exordio locum dare figuræ συγχωρήσει ficuti apud Flaccum in his,

*Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenen*,&c.

Nam vt ille hoc dicere voluit. *Laudĕt alij ſuam quiſque regionem:ego laudabo Tiburtinam.* ſic & Pindarum dicentem faciunt. *Celebrent alij Lacedæmonis & Theßaliæ fœlicitatem, ob Herculis præclaram poſteritatem: ego inſtinctu Apollinis & Aleuadarum, Pelinnæum propter Hippocleam victorem laudabo.*Ego ſanè obſeruationem Aretij allatam huic longè præfero,meliúſque ex ea ſonat Latina paraphraſis.Non obſto tamen quominus lector eligat quam commodiorem comperiet.

| παράφρασις. | ἀντισρ. κῶλ. α. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Nam certamen Pythiacum aggreſſus,ſuæ virtutis | γεύεται γὰρ ἀέθλων. <br> ςρατῷ τ' Αμφικτυόνων ὁ Παρ- | *Guſtat enim certamina,& in cœtu Am-* |

periculum fecit, & specimen edidit: eúmque in Parnassi recessu qui est Pytho, in numeroso Amphictyonum de victoria iudicantium cœtu, inter iuuenes præstantissimum diauli cursorem præco promulgauit. Et cùm quicquid prosperè aggrediuntur, quicquid fœlicem ad finē perducunt homines, id Deo acceptum ferre debeant, ô Apollo hic Hippocleas rē prosperè gessit, quòd hunc illi certaminis exitum tuo consilio præstituisses. Quòd autem certaminum studio tenetur, hoc à natura insitum habet, & à patre accepit, cuius vestigijs insistit.

νάσσιος ἀυτ̃ μυχὸς
διαυλοδρομᾶν ὕπατον παίδων ἀνέ-
ειπεν.
„ Ἄπολλον (γλυκὺ δ' ἀν-
„ θρώ-
„ πων τέλος, ἀρχά τε, δαί-
„ μο-
„ νος ὀρνύντος αὔξεται)
ὁ μὲν που τοῖσι μήδεσι
τ8-
τ' ἔπραξε. τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέ-
βα-
κεν ἴχνεσι πατρὸς

*phictyonum Parnaßius eū inter iuuenes diauli cursores summum promulgauit. O Apollo (iucūdus hominib⁹ exitus principiúmque Deo impellente crescit) hic certè tuo consilio hoc fecit: sed congenita* indoles eum *fecit insistere vestigijs patris*

γίνεται. Ratio propositionis, nimirum laudandum esse Hippocleam, quia strenuè se gessit in Pythijs. γίνεται, hoc est, μεταλαμβάνει. Huiusmodi verbi vsum Ode 9. superiore docuimus, in hæc verba, γίνεται ἀλκᾶς ἀπειράντου, stroph. 2. vtitur præsenti γίνεται, vel quia recens in certamen descenderat, vel vt continuum eius certaminum studium innuat. Alioqui si agatur de iam parta victoria, erit enallage temporis præsentis pro Aoristo, ἐγένετο.

ςρατῷ τ'. Obserua ellipsin præpositionis ἐν. Et Parnassium recessum sume pro Pythone: vnde sic ista verba reddo, ἐν συνόδῳ δὲ τ̃ Ἀμφικτυόνων ἡ Πυθὼ ἀυτ̃ ἄριςον τῶν διαυλοδρόμων παίδων ἀνηγόρευσε. Amphictyonum cœtum dicit ςρατ̃, ob numerosum conuentum. Constabat enim consilium illud Amphictyonicum ex septem Græciæ vrbibus, vt refert Strabo l. 9. cui consilio qui præerant, Amphictyones vocabantur.

διαυλοδρομᾶν Genit. Dor. pro διαυλοδρόμων. Cuius rectum singularem Schol. facit διαυλοδρόμης: quæ formatio videtur non legitima: sed διαυλοδρόμος, sicuti aliæ id genus, δολιχοδρόμος, ςαδιοδρόμος, ὁπλιτοδρόμος, &c.

Ἄπολλον. Apostrophe ad Apollinem, in qua victoriæ causam efficientem facit Deum illū, cui sacra erant, & curæ hæc certamina. Vbique sanè poëta Ethnicè pius Deum aliquem rerum præclarè gestarum causam facit. ὁ μ̃. Nempe Hippocleas.

τὸ δὲ συγγενὲς. Adiuuans causa victoriæ, nempe virtus congenita, natiua fortitudo. q. d. τὸ δὲ ἀπὸ γένους ἔμφυτον, ἐπιβῆναι πεποίηκε τοῖς ἴχνεσι τ8 Ὀλυμπιονίκου πατρὸς ἀυτ8. Doricè dixit ἐμβέβακεν pro ἐμβέβηκεν. præt. perf. act. verbi ἐμβαίνω, quod transitiuè sumit pro ἐμβιβάζω, seu ἐμβαίνειν ποιῶ.

παράφρασις. ἑρμηνεία. κώλ. ις. μετάφρασις.

Etenim Phricias eius pater Ὀλυμπιονίκας *Olympionica bis in-*

certamina coluit, Olympiaca in quibus vicit bis armato curſu, quem in ſtadio exegit in graui armatura currens, quali in bello vtuntur. Item Pythiaca, quæ apud Pythonem ſub monte Parnaſſo ſitam vbi profunda ſunt prata, celebrantur, in quibus curſu victor euaſit. Quemadmodũ autem antehac rerum ſucceſſu hi Phricias & Hippocleas fortunati fuerunt: vtinam & in poſterum tam proſpera ſorte fruantur ambo, vt quæ ſuperbos homines reddere ſolent, diuitijs florentibus potiantur.

δὶς ἐν πολεμαδόκοις ἄρεος ὅ-
πλοις.
Θῆκεν ϗ βαθυλείμωνα
ἀγὼν ὑπὸ Κίῤῥας
πέτραν κρατησίποδα Φρι-
κίαν.
ἕσποιτο μοῖρα καὶ ὑστέραι-
σιν
ἐν ἁμέραις ἀγάνορα
πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσι.

*excipientibus bellum Martis armis. Certamen etiã ſub rupe Cirrhæ profunda habente prata effecit Phriciam victorem pedum curſu. Sequatur ſors & poſterioribus in diebus, adeò vt ipſis ſuperbifica diuitiæ floreant.*

Ὀλυμπιονίκα. Dor. pro Ὀλυμπιονίκου. Cohæret cum ſuperioribus. Nunc autem paternas virtutes in laudem filij profert. Patris autem recenſet duas victorias Olympicas, vnam Pythicam. Bis vicit in Olympijs ὁπλίτης, ſeu ὁπλιτοδρόμος. Arma vocat πολεμαδόκα: quoniam certatores iſti æquè feriò in armis currebant, ac ſi fuiſſet ſibi pugnandum. Porrò πολεμαδόκος, hoc eſt, ὁ πόλεμον δεχόμενος, *bellum excipiens*, exponitur. In compoſito χ in κ, mutatur, vt in multis à δέχομαι deriuatis. Porrò πολεμαδόκος eſt Dor. pro πολεμηδόκος, quod in Epigr. legitur. Et hoc requirit metrum, nam μα erit longum, vt debet.

θῆκεν. Hoc eſt, ἐν τῷ Πυθικῷ δὲ ἀγῶνι ποδωκείᾳ ἐκράτησεν ὁ Φρικίας. Cirrhæ petram, Parnaſſum intellige, ſub quo ſita Pytho, locus certaminis, pro quo Cirrham iam ſæpius aſſumpſit ob proximitatem. κρατησίποις eſt ὁ τοῖς ποσὶ κρατήσας. Phricias Hippocleæ pater.

ἕσποιτο μοῖρα. Votum quo commendat Deo cùm Phriciæ, tum Hippocleæ fortunas. q. d. ἐπακολουθοίη δὲ αὐτοῖς, καὶ τῷ μετὰ ταῦτα χρόνον, ἡ εὐτυχία. ὥστε αὔξειν αὐτοῖς τὸν ἀγήνορα πλοῦτον.

παράφρασις.

Et cùm à Dijs non exiguo munere donati ſint, quòd certaminum victorias, quibus nihil iucũdius, nihil illuſtrius eſt in Græcia, ſortiti ſint: vtinam & diuino beneficio ijs contingat, vt in aduerſos caſus, numine ſuccenſente animúmque mutante non incidant: ſed Deus inoffenſo & pacato erga eos animo

στροφὴ. β. κῶλ. ι.

τῶν δ᾽ ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν
λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δό-
σιν,
μὴ φθονεραῖς ἐκ θεῶν
„ μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν. Θεὸς
„ εἴη
„ ἀπήμων κέαρ. εὐδαί-
„ μων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος
„ ἀνὴρ γίνεται σοφοῖς,
„ ὃς ἂν χερσὶν, ἢ ποδῶν ἀρετᾷ

μετάφρασις.

*Cúmque rerum quæ in Græcia ſunt iucundæ ſortiti ſint non exiguam donationem, non incidant diuinitus in inuidas mutationes. Deus ſit erga eos corde alieno à nocendo. Fortunatus autem eſt hic vir, & à doctis celebratur,* ſemper

semper maneat. Porrò fœlix est,&dign⁹ qui à doctis & sapientibus viris celebretur, quicunque vel lucta, quæ manuum, vel cursu qui pedum strenuitate peragitur victoriam adeptus, cùm audacia tum robore maxima præmia obtinuerit:

„ κράτησε, τὰ μέγιστ' ἀέθλων
„ ἕλων
„ τόλμα τε καὶ σθένει.

*brandus, qui manibus aut pedum strenuitate vicerit maxima præmia adeptus, audacia pariter, & robore.*

τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι. Voti reliquum, quo petit à Deo constantem vtriusque, Hippocleæ filij, & Phriciæ patris fœlicitatem. τὰ ἐν Ἑλλάδι τερπνὰ, intelligo certamina illa in Græcia celeberrima, quibus nihil clarius, nihil iucundius erat. τῶν τερπνῶν δόσιν intelligo victoriam à Deo concessam. φθονεραῖς ἐκ Θεῶν μετατροπίαις intelligo mutationes quæ fiunt φθονούντων Θεῶν, hoc est, μεγαιρόντων, & ob aliquã offensionem succensentibus. Idque sic se habere colligo ex sequentibus, Θεὸς εἴη ἀπήμων κέαρ. Hoc autem sibi vult poëta, μὴ ἐναντίαις μεταστροφαῖς συντύχωσι παρὰ τῶν Θεῶν νεμεσώντων καὶ μεγαιρόντων. ἀλλ' ἀβλαβὴς καὶ ἀόργητος ἐπὶ τοῖς αὐτῶν κατορθώμασιν εἴη ὁ Θεός.

μετατροπίαις. Poëticum est μετατροπία, pro μετατροπὴ, hoc est, μεταβολή. κέαρ & contractè κῆρ. vt ἔαρ, ἦρ. *ver.*

εὐδαίμων δ'. Laudum αὔξησις, eo quòd beatus sit, & à doctis celebrandus Phricias duplici nomine, primùm quòd ipse victor fuerit, deinde quòd filium etiam victoria potitum viderit; quod multis contrà euenit. Nam vt plurimum patres vita defunguntur antequam à liberis quicquam præclari gestum viderint. Dixit χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ: nimirum per disiunctiuam ἢ *aut*: non per καὶ copulatiuam, quia cursu tantùm vicisse videtur Phricias.

κράτησε. Sic rectè Schmidius restituit: quum legeretur antè κρατήσας ἕλῃ. τόλμα τε. Videtur cum eodem legendum θράσει τε, vt seruetur metrum.

παράφρασις

quique cùm adhuc viueret, filium iuuenem viderit coronas ob Pythiacam victoriam decenter consequutum. Quod vtrumque tibi cùm obuenerit, beatus es Phricia: iámque nihil deest ad perfectissimam fœlicitatem, qualis capaces sunt mortales homines. Vnum desiderare possis, vt socius Deorum fias: sed nulli sanè mortalium Deo fieri, cœlúmque solidum

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

καὶ ζώων ἔτι, νεαρὸν
κατ' αἶσαν υἱὸν ἴδεν τυ-
χόν-
τα στεφάνων Πυθίων.
ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔποτ' ἀμβατὸς
αὐτοῖς,
ὅσαις δὲ βροτεῖον ἔθνος
ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα,
περαίνει πρὸς ἔσχατον
πλόον. ναυσὶ δ' οὔτε πεζὸς
ἰὼν,
εὕροις ἂν ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶ-

μετάφρασις

*viuénsque adhuc iuuenem filium viderit coronas Pythiacas decẽter consequutũ. Aereum cœlum nunquam conscendendum ipsis. At splendores quoscũque nos mortale genus attingimus, perducit vsque ad vltimũ nauigationis cursum.* Neque *autem nauibus,*

conſcendere conceditur. Diuitiæ,& victoriæ cùm propriæ, tum liberorum ſunt fœlicitatis humanæ modus:& hic eſt veluri noſtræ ad beatitudinem nauigationis terminus:ita vt vlterius progredi non liceat:vt neque in mari Gades præternauigare, & vel maritimo vel pedeſtri itinere populos Hyperboreos adire,quorum ad certamen,hoc eſt,conuentum admirabilis eſt via.

να θαυμαστὰν ὁδόν.

*neque pedes iter faciens inuenias ad Hyperboreorum certamen admirandam viam.*

ϗ ζώων. Altera pars ob quam fœlix eſt Phricias. Et certè ad vitæ fœlicitatem non parum facit,ſi filios bonos pater habeat, eóſque dum viuit virtutis ſpecimen edentes videat,κατ' αἶσ. hoc eſt κτ' τὸ πρέπον. 

ἴδεν.Lego ſic potiùs,quàm ἰδὼν cum Schmidio,vt hæc ſibi reſpondeant κράτησα ἑλὼν,& ζώων ἴδεν.

ὁ χαλκεὸς οὐρανὸς.Iis qui victorijs ſacrorum certaminum ſunt fœlices,vnum ſupereſſet vt in cœlum aſcenderent,& ἀποθέωσιν conſequerentur. Sed id mortalibus non conceditur. χαλκεὸς,hoc eſt,στερεὸς οὐρανὸς *firmum cœlum.* Niſi ex philoſophorum ſententia loquatur,qui ſtellas & ſidera ex ferro ſeu ære conflata volunt: vnde quidam Solem appellauit *ferrum candens.* Iliad. ε. Homerus οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον dicit eâdem metaphora. χάλκεος ὕπνος periphraſticè,*mors* appellatur. ἀμβατὸς poët.per ſyncopen pro.ἀναβατός.

ὅσαις δ᾽.Conſtruit verbum ἐφάπτεσθαι cum datiuo, vt Ol.1. οὐδ' ἀκράντοις ἐφάψατ' ὦν ἔπεσι.At comm.regit genitiuum.Allegoricè autem ſummam fœlicitatem denotat,vltra quam non datur vlterior progreſſus.Veteribus ad Gades erat extrema nauigatio.Inde prouerbio dictum, *Ad Gades vſque*, vt extremum & remotiſſimum quiddam ſignificaretur. Itaque his verbis innuit poëta Phriciam ſummè fœlicem eſſe. q. d. ὅσων δὲ καλῶν οἱ ἄνθρωποι ἐφάπτεσθαι δυνάμεθα, τόσων τέλος ἔχει ὁ Φρικίας, νικήσας αὐτὸς, υἱόν τε ἰδὼν νικήσαντα,τοιγαροῦν ἐστιν εὐδαιμονέστατος.

ναυσὶ δ᾽. Beatiores eſſe alios mortales, ſed aditum ad eos non patere dicit. Vel vtitur comparatione,quæ in paraphraſi declaratur. ἀγῶνα Schol. ἄθροισμα exponit.De Hyperboreis vide Ol.3.

παράφρασις.

Ad quos tamen,ſed duce Minerua,deuenit dux Perſeus,eorũq; ædes ingr[illegible] inuenit inclytas aſinorũ hecatombas Apollini immolantes, cúmque ijs eſt epulatus. Horum autem feſtis dapibus,lætíſque acclamationibus ſummopere de-

ἐπῳδ. κῶλ. α.

παρ' οἷς ποτε Περσεὺς
ἐδαίσατο λαγέτας δώματ' ἐσελ-
θών,
κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας
ἐπιτόσσαις Θεῷ
ῥέζοντας. ὧν θαλίαις ἔμπεδον
εὐφαμίαις τε μάλιστ' Ἀπόλλων

μετάφρασις.

*Apud quos olim dux Perſeus epulatus eſt, ædes ingreßus, inclytas aſinorum hecatombas, quum inueniſſet Deo ſacrificantes: quorum feſtis dapibus lætíſque*

lectatur Apollo, ridétque intuens procerorum illorũ animalium saltationem, qua, quum cęduntur, in occisores insolenter insurgũt,

χαίρει, γελᾷ θ' ὁρῶν ὕβριν ὀρθιᾶν κνωδάλων.

*acclamationibus gaudet maximè Apollo, ridétque videns insolentiam procerorum animalium.*

παρ' οἷς ποτε. Quia dixerat iter neque terra neque mari ad Hyperboreos patere, poterátque Persei, qui eò peruenerat, exemplum obijci, hoc diluit: quum dicit eum duce Minerua iter illud peregisse: cum Dijs autem homini nihil tam mirum est, vt impossibile credatur.

ἐδαίσατο. Hoc est, εὐωχήθη. vox λαχέτας occurrit 1. Ol. ὄνων ἑκατόμβας, h.e. θυσίας. Testatur autem Callimachus, vt refert Schol. Hyperboreos Apollini immolare asinos, hoc in versu.

Τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι.

Porrò ἐπιτύχοις Aeol. pro ἐπιτύχοις Pindaricè dictum pro ἐπιτυχών. quasi à verbo ἐπιτύχω. cuius Aor. 2. ἐπέτυχε 3. pers. sing. est stro. 2. 4. Pyth. Vox ἔμπεδον significat φιλυενικῶς. ὕβριν intellige τὴν σκίρτησιν τῶν θυομένων ὄνων, ὡς τοὺς θύοντας ὑβρίζειν θελόντων.

ὀρθιᾶν. Dor. pro ὀρθίων. *Procera animalia* vocat asinos, ob eorum eo in solo proceram staturam. κνώδαλα impropiè dici testatut Schol. quoniam sunt propriè quæ in mari degunt, quasi dicantur παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κνώσσειν, *à dormiendo in mari*. Sed vsus huius vocabuli frequens apud alios satis indicat χερσαῖα sic quoque appellari, quasi ἀπὸ τοῦ ἁλίσκεσθαι κυσίν, *quòd à canibus capiantur*. vide Eustath.

παράφρασις. στροφὴ. γ. κῶλ. ι. μετάφρασις.

Tanta autem vitę iucunditate fruuntur, vt Musices studio sese recreent Hyperborei, choreas cum virginibus celebrent, in quibus citharœdi lyras pulsát, tibicines tibias inspirant dulcissimã excitantes harmoniam: præterea fronte comísque laurea corona redimitis hilaria inter se conuiuia agitent. Ea verò corporis temperie est sacra gẽs illa, vt neq; morbis affictẽtur, neque molesta ac perniciosa senectute attentantur. Porrò à laboribus

Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ τρόποις ἐπὶ σφετέροισι. παν-
τᾷ δὲ χοροὶ παρθένων,
λυρᾶν τε βοαὶ, καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται.
δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κό-
μας ἀναδήσαντες, εἰλαπινάζοισιν εὐφρόνως.
νόσοι δ', οὔτε γῆρας οὐλόμενον
κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ. πόνων
δὲ καὶ μαχᾶν ἄτερ

*Musa autem non abest à moribus ipsorum: sed circumquaque chori virginum, lyrarúmque clamores, & strepitus tibiarũ voluũtur: lauróque aurea comas redimientes epulantur hilariter.* Nec *autem morbi, nec senectus perniciosa permixta sunt sacræ genti, sed absque laboribus, & pugnis*

immunes permanent, perpetuámque pacem fouentes, & sine contentionibus conuersantes vnà habitant.

μοῖσα δ' οὐκ. Fœlicem omnino Hyperboreorum vitam describit: de qua Plinius l.4.c.12. Talis autem propemodum fingitur, qualis aurei sæculi, & fortunatarum insularum. Breuiter dicas, οὐκ εἰσὶν ἄμουσοι. Dor. est ἀποδαμεῖ pro comm. ἀποδημεῖ. q.d. οὐκ ἔστιν ἀπόδημος ἀπὸ τῶν τρόπων αὐτῶν. Doricum quoque est παντᾶ, pro πάντη.

λυρᾶν. Dor. pro λυρῶν. & καναχαὶ, hoc est, ἦχοι. Fit καναχὴ tanquam ἀπὸ τοῦ κενὸν ἀχεῖν, τὸ ἠχεῖν. *inaniter sonare.* Hinc καναχηδὸν *cum strepitu*, & καναχέω, τὸ ψοφῶ, κτυπῶ, ἠχῶ. *strepo, sono.*

εἰλαπινάζοισιν, hoc est, εὐωχοῦνται. Nam εἰλαπινάζω poët. est, pro εὐωχοῦμαι. Fítque à nomine εἰλαπίνη: de quo Eustath. & Magn. Etymol. εὐφρόνως, hoc est, ἱλαρῶς, καὶ ἡδέως: non autem σωφρόνως, seu συνετῶς, vt vult Schol. Neque enim de prudentia, sed de lætitia agitur: cuius argumenta sunt, lyræ, cantus, serta, conuiuia. Hunc autem locum Ouid. videtur sic expressisse l.4. Metamor.

*Sertáque dependent tectis, & vbique lyræque,*
*Tibiáque, & cantus animi fœlicia læti*
*Argumenta sonant.*

νόσοι δ', οὔτε. Hoc est. οὔτε δὲ νόσοι, οὔτε τὸ ὀλέθριον γῆρας τῇ ἱερᾷ γενεᾷ μέμικται. μόχθων δὲ καὶ μάχης ἐν ἀλλήλοις, καὶ ξένοις μακραί εἰσι.

παράφρασις.

Et sic iniuriarum vltricem Nemesin non irritant, sed euitant. Ad hunc inquã beatorum hominum conuentum, Perseus Danaes filius audaciam corde spirans, olim duce Minerua se cõtulit, & Gorgonem Medusam interemit, & caput eius variegatum iubis serpentum attulit, quod Polydectę Seriphi insulæ regi in cœna promiserat, cùm alij aliud in eam contulissent, ipse verò nihil. Quo allato, & Seriphiorum cõspectui obiecto, insulares illi omnes enecati sunt, & in saxum commutati. At sanè mirari possit aliquis quòd cùm impossibilem esse dixerim ad Hyperboreos profectionem, Perseum tamen iuisse dico.

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

οἰκέοισι, φυγόντες
ὑπέρδικον Νέμεσιν· θρασεί-
α δὲ πνέων καρδίᾳ
μόλεν Δανάας ποτὲ παῖς (ἁγεῖτο δ' Ἀθάνα)
ἐς ἀνδρῶν μακάρων ὅμιλον, ἔπεφνέν τε Γοργόνα, καὶ ποικίλον κάρα
δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε να-
σιώταις λίθινον θάνατον φέρων.
ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι

μετάφρασις.

*habitant, euitantes vltricem Nemesin. Audaci autem spirãs corde venit Danaes quondam filius (dux autem viæ erat Minerua) ad* hunc *virorum beatorum cœtum, interfecitque Gorgonem, & caput variegatum draconum iubis, rediit insularibus afferens lapideam mortem. Mihi autem in admirando*

οἰκέοισι. Cohæret cum superioribus: & Dor. dicitur pro οἰκέουσι. Porrò φυγεῖν

ὑπέρδικον Νέμεσιν, est ἐκ ἄδικα πράττειν, καὶ διὰ τοῦτο μέμψιν ὑφίστασθαι παρὰ τῶν Θεῶν. Nemesis autem Dea est scelerum vltrix. Hic igitur ὑπέρδικος est *vltor*, vel *vltrix*, Aliàs est, *supra modum iustus*. vt in Aiace Soph.

τὰ σκληρὰ γάρ τοι κἂν ὑπέρδικ' ᾖ, δάκνει.

Hoc est, *Res duræ quanuis valdè sint iustæ, mordent tamen animum nostrum.*

θρασείᾳ δὲ. Redit ad Persei fabulam, eámque absoluit. q.d. γενναίᾳ δὲ ψυχῇ πνέων, ὁ Περσεὺς ἡγουμένης Ἀθήνης, ἦλθεν εἰς τὸ τῶν Ὑπερβορέων μακάρων ἀνδρῶν ἔθνος. Sic autem se res ex Schol. habet. *Acrisius Danaën iam enixam vnà cum infante Perseo arca conclusam in pelagus proiecit. Delata est illa in Seriphum insulam, cuius tum rex erat Polydectes, ibiq; mater & filius seruati sunt. Ibi educatus Perseus, cùm aliquando vnà cum rege cœnaret, alijs alia ad cœnam afferentibus, se Gorgonis caput allaturum promisit. Quare à rege compulsus vt promißum præstaret, abijt ad Hyperboreos, & caput Gorgonis attulit, cuius tetro conspectu omnes Seriphij in lapides sunt commutati.* Vide hac de re Ouid. in Metamorph. l. 4. & 4. Argon. Apollonij.

φόβαισι. Ion. & poët. pro φόβαις. Est autem φόβη in animalibus, equo, leone, iuba qua φοβερὰ φαίνον). Iubis draconum variegatum caput dicit, non quòd iubas habeant dracones: sed quòd hoc caput dracones pro iubis haberet, & ex hoc capite dracones iubarum instar penderent.

ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι. Anthypophora est, seu præoccupatio qua occurrit obiectioni quæ fieri potuisset, eámque diluit, vt sat declarat paraphrasis. Sic autem clariùs prosa loquaris, ἐμοὶ δὲ τὸ θαυμάσιον ὄν, οὐ δοκεῖ ἀδύνατον, οὔτε ἄπιστον, Θεῶν καταπραξαμένων. Etenim, vt canit Homerus,

Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.

Et superiori hymno, ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων Θεῶν πρᾶξις.

παράφρασις.

Certè id mirum quidem videatur: at impossibile & incredibile nō putem: quia duce Dea iuit Perseus. Dijs autem adiuuantibus nihil non perficitur. Sed quò tēdis anime mi digrediens ad aliena à re? Luxuriantem materiam præcide, & stylū cohibe: & quemadmodum anchora è prora nauis in terra proiecta, nauim aduersus tempestatis periculā firmat, ne per mare iactata in scopulos latentes impingat: sic ab instituti encomij argumento non longiùs recedens, periculosūm orationi, vitiosúmque prolixio-

ἐπῳδ. κῶλ. η.

„ Θεῶν τελεσάντων,
„ οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπι-
„ στον.
κώπαν σχάσον· ταχὺ δ' ἄγκυ-
ραν ἔρεισον χθονὶ
πρῴραθε, χοιράδος ἄλκαρ πέ-
τρας·
ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὕ-
μνων
ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον, ὥς τε μέ-
λισσα, θύει λόγον.

μετάφρασις.

" *Si Dij exequuti sint, nihil videtur esse incredibile. Remum inhibe, subitóque anchoram firmato in terram è prora, munimentum aduersus scopulos in mari latentes. Laudatoriorum enim flos hymnorum, aliàs ad alium, sicut apis festinat sermonem.*

rum digressionum genus remoue. Etenim vt apis vni flori non insistit diu: sed ex diuersis idonea conficiendo melli festinanter colligit: sic poëta encomiasticum hymnum contexens, vna in re non debet immorari, sed cuiusque flores tantùm, ornatus causa breuiter decerpere.

κάππαυ χάσον. Allegoria à naui sumpta, seipsum obiurgat poëta quòd longioribus vtatur digressionibus. Dilucidè sensum habes in paraphrasi.

ἄγκυραν ἔρεισον. Hoc est κατέρεισον τῇ γῇ, καὶ κατάθες: addit πρῴραθε, Dor. pro πρῴρηθεν, hoc est, ἐκ τῆς πρῴρας. Nam *Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.* Anchoræ vsum docet, dicens, χοιράδος ἄλκαρ πέτρας. Nauim præseruare debet ne in scopulos sub mari latentes impingat. χοιράδες sunt ὕφαλοι πέτραι: sic dictæ quòd aliquantùm emineant, vt porco nanti similes videantur.

ἐγκωμίων γὰρ. Ratio est cur poëta debeat in digressione esse contractior: quod eleganti comparatione illustrat, quam declarat paraphrasis. Vox ἐγκώμιος iam occurrit Ol. 2. Od. θύειν autem poët. est pro σπεύδειν *festinare.*

παράφρασις.

Porrò, Thessalis Ephyræis, aliàs Cranonijs ciuibus, meum carmen circum Peneum Thessaliæ fluuium dulci voce canentibus, spero fore vt illo meo encomiastico hymno in gratiã Pythionicæ Hippocleæ cõposito, efficiam illum inter coætaneos, & ætate prouectiores spectabiliorem, vtque curæ sit puellis, & ab ijs colatur, vt quæ cantilenis gaudeant, sicuti ille delectatur certaminibus. Etenim alij alia amplectuntur & amant.

στροφὴ δ. κῶλ. ι.

ἔλπομαι δ', Ἐφυραίων
ὄπ' ἀμφὶ Πηνειὸν γλυ-
κεῖ-
αν προχεόντων ἐμὰν,
τὸν Ἱπποκλέαν ἔτι καὶ μᾶλλον σὺν ἀ-
οιδαῖς
ἔκατι στεφάνων, θα-
ητὸν ἐν ἄλιξι θησέ-
μεν, ἔν τε παλαιοτέροισι,
νέαισί τε παρθένοισι μέλη-
μα.
" καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔ-
" ρως
" ἔκνιξε γε φρένας.

μετάφρασις.

*Spero autem, Ephyræis circa Peneum vocem dulcem fundentibus meam, me effecturum vt Hippocleas adhuc magis per carmina, ob coronas mirum in modum, coætaneis, & senioribus, & iuuenibus virginibus sit curæ. Nam alijs aliarum rerum cupido pectora pungit.*

ἔλπομαι δ'. Publicæ laudis promissio, qua spem Hippocleæ facit, fore vt à coætaneis, adultioribúsque viris, item à puellis in Thessalia publico cantu celebretur. q. d. ἐλπίζω δ' ὅτι τῶν Κρανωνίων ἡδεῖαν μου φωνὴν, ἤγουν ᾠδὴν ἀμφὶ τὸν Πηνειὸν ποταμὸν ᾀδόντων θήσω Ἱπποκλέαν διὰ τοὺς στεφάνους σὺν ἀοιδαῖς ἐπιδοξότερον, ἐν ὁμήλιξι πρεσβυτέροις τε ἀνδράσι, καὶ ἐν νεωτέραις παρθένοις φροντίδα καὶ μέριμναν.

Ἐφυραίων. Intellige ex Schol. Κρανωνίων. Nam illi Ephyra Cranon est; cui hoc nomen est inditum à Cranone rege, quem Oenomaus, filiæ suæ Hippoda-

miæ procum, interfecit. Hæc vrbs in Theſſalia eſt, vt apparet ex eo quòd Penei fluminis mentionem facit, & hæc dicit de viro Theſſalo Pythionica, Alia eſt Ephyra, poſtea Corinthus appellata, de qua Homerus,

Ἐστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο.

Qui de hac Ephyra intelligunt, putant poëtam prædicere Hippocleæ Iſthmiacam victoriam. Sed cur non optaſſet ei potiùs celebriorem illam Olympiacam? Aliæ ſunt Ephyræ de quibus vide Geographos.

ὄπα γλυκεῖαν ἐμάν. Periphraſis hymni. Porrò legendum Ἱπποκλέαν, tum quia rectus eſt Ἱπποκλέας, ſicut Πυθέας, & metri ratio non refragatur.

καὶ γὰρ. Αἰτιολογία ſuaui cum gnome, rationem reddens cur Hippocleas certandi, puellæ canendi ſtudio teneantur. Nimirum quia alius alia re delectatur. Similem ſententiam alibi poëta tradit. μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελέτα. Et Horat. Epiſt. l. 2. Ep. 2. v. 58.

*Denique non omnes eadem mirantur, amantque.*

In proſa dicas ἄλλος γὰρ ἄλλων ἐπιθυμεῖ, Metaphora eſt in ἔκνιξε, ſumpta à rebus corporeis, pro ὑπεκίνησε.

παράφρασις.

Sed prudentis eſt, quum optatis potitur, bona illa præſentia tanquam certa diligere, in iíſque ſtudium & curam collocare: nec tam ſolicitũ eſſe rerum futurarum, quarum incertus eſt euentus, & quem nullo argumento prouidere poſſis. Porrò externus amicus Thorax, cuius blandæ amicitiæ confido, me ſui amantem amans, iámque vltro euntem & properantem incitans, efflagitauit vt Hippocleam mei carminis beneficio cohoneſtarem: mihique tãquam author fuit, vt præſtabilem hunc hymnum à Muſis inſpiratum contexerem, quo tanquam quadrijugo curru, illius victoriȩ fama huc illuc celeriter perferatur.

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

" τῶν δ' ἕκαστος ὀρούει,
" τυχών κεν, ἁρπαλέαν σχέ-
" θει
" φροντίδα τὰν πὰρ ποδός.
τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέκμαρτον προ-
νοῆσαι.
πέποιθα ξενίᾳ προσ-
ανεῖ Θώρακος, ὅσπερ
ἐμὰν ποιπνύων χάριν,
τόδ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερί-
δων
τετράορον, φιλέων φιλέοντ', ἄ-
γων
ἄγοντα προφρόνως.

μετάφρασις.

*Quorum autem quiſque deſiderio rapitur, ea conſequutus, cogitationem habet auidè arreptam quæ eſt ante pedes. At poſt annum* euẽtura *ſignis carent quibus queant proſpici. Fretus autẽ ſum amicitia blanda hoſpitis Thoracis, qui meum expetens beneficium, hunc iunxit currum Pieridũ quadrijugum, amans amantem, ducens euntem vltro.*

τῶν δ' ἕκαστος. Poſtquam docuit alios alia deamare, oſtendit quænam potiſſimùm amari debeant, præſentia nimirum, quorum amor eſt optimus, ſiquidem ea certa ſunt, futura verò incerta: prudentis autem non eſt neglectis certis, animi ſtudium ad incerta transferre. Ad hanc Pindari ſententiam facit illa

Theognidis, Πρᾶγμα τερπνότατον οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

ἁρπαλέαν φροντίδα. Sic appellat τὴν παροῦσαν μέριμναν τῆς τυχούσης ἐπιθυμίας, ἣν τις ὡς ἁρπάζων λαμβάνει, καὶ ἔχει. Hoc eſt, *præſentem curam rei optatæ quæ contigit, quam quis tanquam rapiens auidè capit, & tenet.* Sic itaque proſa ſententiam hanc declares. ἕκαστος δὲ ὧν ἐπιθυμεῖ τυχὼν, περὶ τούτων παρόντων φροντίζει, ὡς βεβαίων, καὶ οὐ περὶ μελλόντων, ὡς ἀβεβαίων ὄντων, καὶ ἀδήλων.

τὰ δ' εἰς. Hic ſubaudi μέλλοντα. Et ἀτέκμαρτον προνοῆσαι, Hoc eſt, ἀδύνατον τεκμηρίοις προγνῶναι. Similes ſententias vide in Chil. Eraſ. tit. *Incerti euentus.*

πέποιθα. Laudis locus ab amicis. Thorax autem, vt refert Schol. Aleuadarum fuit vnus, qui amicitiæ aliqua neceſſitudine cum poëta coniunctus, ab eo efflagitauit hymnum hunc in amici Hippocleę gratiam. Eſt autem ξενία *amicitia cum peregrinis contracta.* προσανεῖ Dor. pro προσηνεῖ.

ποιπνύων. Verbum ποιπνύω eſt poët. pro ἐπιθυμῶ. Exponit illud Euſtath. τὸ μετὰ συνέσεως ποιεῖσθαι: à πνόω, vnde πεπνυμένος *prudens*, ſæpe apud Homerum. Dicit quoque ποιπνύειν eſſe ἁπλῶς τὸ πονεῖν, ἐνεργεῖν, παρὰ τὸ πονῶ, πονύω, ſyncope πνύω, & reduplicatione τοῦ πο, & interpo ι. ποιπνύω.

τόδ' ἔζευξεν. Hoc eſt, ἔπεισε γράφειν τοῦτον ὕμνον. Dicitur enim Thorax currum Pieridum iunxiſſe: quia obtinuit epinicium à poëta. Illud epinicium, ſiue illum hymnum appellat currum Pieridum, quo denotatur poëſis & metrica oratio. Addit *quadriiugum*, hoc eſt, perfectiſſimum, omnibúſque numeris abſolutum. Currus enim quadrijugus, bijugo perfectior & præſtantior eſt exiſtimatus. Poteſt etiam carmen ſuū Pindarus appellare currum Pieridum, quòd encomium, inſtar celeris currus, victoris famam huc illuc vehat.

φιλέων φιλέοντα, Latet ambiguitas iſt ſententia. Nam & ad Thoracem, & ad Hippocleam referri poteſt: quaſi ille huic amoris ergò curarit, vt Pindarus epinicium ſcriberet. Vel ad Pindarum poteſt referri, quem hac occaſione Thorax in Hippocleæ amicitiam perduxerit. Malim ad Thoracem & Pindarum referre, qui mutuo amore teneantur, & alter carmen exigat, alter lubens ſcribat: vnde cum Schol. non malè ἄγοντα, pro ἀγόμενον ſumas. Sic videbitur etiam poëta non rogatus decreuiſſe hoc præſtare. Poteris etiam ἄγοντα ſumere pro πορευόμενον. In qua ſignificatione Heſychius teſtatur Homerum ſumere. Sic 26. Matth. Euang. ἐγείρεσθε, ἄγωμεν. *ſurgite, eamus.* Quæ verba etiam habet Nazianzenus in εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα.

| παράφρασις. | ἐπωδ. κώλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quomodo autem non ſim viri illius boni amicitia fretus, quam factis exploraui? Etenim vt Lydius lapis aurum ita probat, vt attritum magis refulgeat: ſic veri amici rectus | „ πειρῶντι δὲ καὶ χρυ-<br>„ σὸς ἐν βασάνῳ πρέπει, καὶ νόος<br>„ ὀρθός.<br>ἀδελφεοὺς τ' ἐπαινήσο-<br>μεν ἐσλοὺς, ὅτι<br>ὑψοῦ φέροντι νόμον Θεσσαλῶν | Exploranti autem etiam aurum in Lydio lapide refulget, pariterq́; mens recta. Fratresq́; laudabimus probos, quòd in altum ferimus, |

animus, vbi ope illius opus est, clariùs cernitur. Cæterùm & fratres eius, bonos viros non præteribo illaudatos. Thessalicam enim regionem sua iustitia, rectáque administratione amplificant, euectámque in sublime illustrant. Tum autem fœlices sunt respublicæ, quum viri boni, quales hi sunt, gubernacula soli natalis accipiunt.

αὔξοντες. ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται
πατρῷαι κεδναὶ πολίων κυβερνάσιες.

*rant regionem, quæ est sub ditione Theßalorum, augentes. Penes probos enim sunt patriæ ciuitatum nobiles gubernationes.*

πειρῶντι. Comparatio qua Thoracis amicitiam illustrat, & officio exploratam testatur. Nisi malis poëtam his verbis innuere suam amicitiam à Thorace exploratam, qui postulatum epinicium facilè obtinuerit. Quę posterior sententia videtur præferenda. Nam ille Thorax quid erga Pindarum fecerit non constat, verùm quid erga Thoracem Pindarus, qui postulatum carmen non denegauit. Et hunc sensum sequerer, nisi poëta priùs dixisset, πέποιθα ξενίᾳ Θώρακος. Quomodo autem ea fretus esset, nisi beneuolentiæ eius periculum fecisset? Sic autem reddi potest comparatio: ὥσπερ γὰρ ὁ χρυσὸς διὰ τῆς Λυδίας λίθου δοκιμάζεται, οὕτω πείρᾳ καὶ ἔργῳ ὁ τῶν φίλων τρόπος.

ἐν βασάνῳ. Auri βάσανος est, vel Lydius lapis, in quo sit-ne bonum an malum exploratur: vel ignis, in quo spectatur & purum redditur. Quum autem ad Lydium lapidem teritur, vel in igne eximuntur sordes eius, magis relucet.

ἀδελφεοὺς τε. Obiter in Thoracis honorem fratres eius laudat, vt viros bonos, patriæque columina. φέροντι Dor. pro φέρουσι. ὑψοῦ φέρειν est εἰς ὕψος ἐπαίρειν. Schol. νόμον exponit νόμους *leges*: sed commodiùs *regionem* interpreteris: ídque meliùs. Nam magis propriè dices *regionem in altum ferre*, hoc est, *promouere*, quàm *legem.*

ἐν δ' ἀγαθοῖσι. Hoc est, οἱ ἀγαθοὶ γὰρ ἄνδρες καὶ αὐτόχθονες κυβερνῶντες τὰς αὐτῶν πατρίδας ποιοῦσιν ἐνδόξους. Et certè quum boni ciues indigenæ, non aduenæ remp. gubernant, meliùs se habet: siquidem illi maiori patriæ salutis studio tenentur, quàm hi. Gnome aurea quæ innuit indigenis, iísque viris bonis esse committenda reip. gubernacula, vt sit fœlix eius status. κυβερνάσιες Dor. pro κυβερνήσιες.

ΘΡΑΣΥΔΑΙΩ ΘΗΒΑΙΩ, παιδὶ, σαδιεῖ.

THRASYDAEO THEBANO, puero, ſtadij curſori.

## ΕΙΔΟΣ ΙΑ.

## ODE XI.

## ARGVMENTVM.

*THraſydæus Thebanus adoleſcens curſu ſtadij victoriam adeptus, laudatur à patris victorijs quæ cum illo ei fuêre communes, à vitæ etiam genere, vnde digreditur in vitæ priuatæ laudes. Alias quoque digreſſiones habet, quas ſuo loco videbimus.*

παράφρασις.

O Cadmi filiæ, tu quidem Semele Dearum cœleſtium facta contubernalis, poſtquam fulmine Iupiter te extinxit: túque communi cum marinis Nereidibus thalamo vtẽs Ino, facta Leucothea Matuta Dea, poſtquam in mare præcipitem te dediſti, ite cum Alcmena Herculis matre præſtantiſſimorum filiorum genitrice, ite ad Meliam Oceani filiam, Iſmeni ſororem, apud quam eſt oraculum vocatum ab Apolline Iſmenium, in quo aureorum tripodum à Thebanis conſecratorum eſt copia,

στροφὴ α. κῶλ. θ.

Κάδμου κόραι, Σεμέλα
μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶ-
τις,
Ἰνὼ δὲ Λευκοθέα ποντι-
ᾶν
ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων,
ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογό-
νῳ
ματρὶ παρὰ Μελίαν, χρυ-
σέων
εἰς ἄδυτον τριπόδων
θησαυρὸν, ὃν περίαλλ᾽
ἐτί-
μασε Λοξίας,

μετάφρασις.

*Cadmi filiæ, Semele quidem Olympiadum contubernalis, Ino autem Leucothea eoſdem cum marinis Nereidibus thalamos incolens, ite cum Herculis generoſa matre ad Meliam, ad adytum, aureorum tripodum theſaurum, quem eximiè proſequutus eſt honore Apollo,*

Θρασυδαίῳ. Thrafydæus ifte Thebanus athleta fuit, vt conftat ex hoc encomio. Vicit 28 Pythiade, cùm effet adolefcens: iterum 33, ftadio, vel diaulo, iam ætate prouectior. Is patrem habuit victorijs etiam infignem. Quum autem priuatam vitam tyrannidi anteponit, videtur hinc colligendum, eum hominem priuatum fuiffe.

Κάδμου κόραι. Exordium ab apoftrophe, qua compellat Thebanas Heroinas, Thebanum ciuem laudans: eáfque inuitat ad laudes Apollinis canendas, cuius facris in ludis victoriam obtinuit. De his Cadmi filiabus iam facta mentio in Olympijs.

Σεμέλα. Doricè pro Σεμέλη. Hæc quia in cœlum tranflata eft, vocatur Ὀλυμπιάδων ἀγυᾶτις, hoc eft, τῶν Ὀλυμπίων Θεῶν σύνοικος, *Dearum cœleftium contubernalis.* Ino verò, quia cùm fe præcipitem in mare dediffet, Dea marina facta eft, vocatur ὁμοθάλαμος Νηρηΐδων: quæ Nerei filiæ, Deæque maris putatæ funt.

ἀγυᾶτις. Exponitur à Schol. σύνοικος: fortè deriuato nomine ab ἀγυιὰ, fignificante aliquando, *vicinia,* γειτονία, tefte Hefychio. ὁμοθάλαμος, eft ὁ ὁμοῦ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ θαλάμῳ οἰκῶν. *qui fimul eodémque in thalamo habitat.* πονηᾶν Dor. pro πονηρῶν.

ἴτε σὺν. Sequitur tertia Heroine, ad quam fermonem conuertit, Alcmena nimirum, quam per periphrafin denotat, matrem Herculis appellando, ídque ἀριστόγονον, quia ἀρίστους υἱοὺς ἔτεκεν ἐν ἑνὶ τόκῳ, *præftantisfimos filios edidit vno partu.*

παρὰ Μελίαν. Locus ad quem Heroinas hafce conuocat, nimirum ad adytum, hoc eft, facellum, in quo tanquam thefauro apud Meliam aurei tripodes ponebantur: & in quo Thebani tripodas confecrabant. Melia autem eft Ifmeni foror, quæ Apollini Tenerum genuit, à quo Thebis dictum Tenericum folum. Eadem fuit Oceani filia, eiúfque filius vates, qui prope Ifmenum fluuium, Ifmenium oraculum habebat, vbi refponfa dabat. Præterea fons eft Meliæ cognominis. Hæc annotat Schol. Verùm Paufanias in Bœot. ait Ifmenum effe collem ad dextram Thebarum portam, in quo Apollinis fuit facellum, ad cuius ingreffum erat Mercurius & Minerua, Phidiæ & Scopæ opera. Huc poëtæ verba potiùs quàm ad ea quæ Schol. annotat, puto referenda. Citatur à Luciano in Demofthenis encomio Pindari verfus vbi χρυσαλάκατον Μελίαν appellat.

εἰς ἄδυτον Neutrius generis vocabulum ἄδυτον, fæpe (vt annotat Scholiaft.) mafculinum facit Pindarus: quod hîc accidit. Verùm puto ἄδυτον, effe adiectiuum, & conftruendum cum θησαυρὸν: & templum Ifmenium vocari θησαυρὸν ἄδυτον τριπόδων, quia eò non dabatur ingredi religionis caufa. Tripodas autem aureos nominat poëta fortè ob præftantiam pietatis, qua donabantur. Nam Paufanias in Bœoticis, æneos fuiffe dicit. τίμαλφα, hoc eft, ἐξόχως. Apollinem, Λοξίαν antonomafticè appellat.

παράφρασις.

in quo, ab Apolline eximiè honorato, vera responsa dantur. O filiæ Harmoniæ, Semele, inquam, & Ino, nunc Melia illa congregatarũ heroidum indigenarum cœtum huc vocat, ad conueniendum, vt Themin sacram, quæ prima Delphis regnauit, & responsa dedit: & vt Pythonẽ vrbem Delphósque, qui terræ est vmbilicus, seu medium, vbi veridicum est oraculum, ineunte vespera celebretis.

ἀντιστρ. κώλ. θ.

Ἰσμήνιον δ' ὀνύμα-
ξεν, ἀλαθέα μαντείων θῶ-
κον.
ὦ παῖδες Ἁρμονίας, ἔνθα
καὶ
νῦν ἐπίνομον ἡρωΐδων
στρατὸν ὁμηγυρέα καλεῖ συνί-
μεν,
ὄφρα Θέμιν ἱερὰν, Πυθῶ-
νά τε καὶ ὀρθοδίκαν
γᾶς ὀμφαλὸν κελαδῆτε,
ἄ-
κρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ.

μετάφρασις.

*Ismeniúmque nominauit, veram vaticiniorum sedem. O filiæ Harmoniæ, huc & nunc consortem Heroidum cœtum simul congregatum vocat ad conueniendum, vt Themin sacram, Pythonémque, & recta iudicia dantẽ vmbilicum terræ resonetis, prima cum vespera.*

Ἰσμήνιον. Secundum Schol. videtur Ismenium adytum, in quo vaticinabatur Tenerus Meliæ ex Apolline filius, ab Ismeno fluuio dictum, vel potiùs à colle, si Pausaniæ credimus, prope quem erat collocatum. ὀνύμαξεν. Negl. augm. metri causa, Aeol mutato secundo ο. in υ. & Dor. formato Aoristo pro ὠνόμασε ab ὀνομάζω. & μαντείων θῶκον, hoc est, τὴν μαντευμάτων καθέδραν. Si placet Pausaniæ obseruatio, dicetur ab Ismeno colle.

ὦ παῖδες Ἁρμονίας. Compellationem iterat, à materno genere. Nam Cadmus fuit earum pater, Harmonia mater.

ἔνθα καὶ. Hoc est, καὶ νῦν ἐνταῦθα τὸ ἐντοπίων ἡρωΐδων πλῆθος συνηθροισμένον προσκαλεῖται προσελθεῖν. Quæritur quis vocet, an victor, an Apollo, an Melia: verùm Melia potiùs fœmina fœminas conuocat: Heroidum nimirum cœtum. Et cùm tres illæ, Semele, Ino, & Alcmena non possit dici στρατὸς, hoc est, *multitudo*, putem hoc & de alijs Thebanis intelligendum, quarum cœtui poëta velit, vt hæ tres quoque intersint.

ἐπίνομον. Hoc est, ἐντόπιον, ἐπιχώριον, & similia. Nam ἐπίνομος poëtica vox, significat idem ac σύννομος. q. d. ὁ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ νομοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς αὐτῆς νομῆς ὤν: *qui in eâdem regione, & ijsdem pascuis versatur.*

ὁμηγυρέα. Hoc est, συνηθροισμένον. Fit enim à recto ὁμηγυρὴς, έος. οῦς. poët. & Aeol. pro comm. poëtico ὁμηγερὴς, *congregatus*. Iliad. α. Homer. ὁμηγερέες ἐγένοντο, hoc est, ἤγερθεν, *congregati sunt*. Hoc adiectiuum fit ab ὁμοῦ ἀγείρω. Occurret substant. ὁμάγυρις *cœtus*, Isthm. 7. συνίμεν Dor. & Ion. pro συνεῖναι, hoc est, συνέρχεσθαι.

ὄφρα Θέμιν. Finis in quem Heroides conuocantur, vt Themin, Pythonem, & vmbilicum terræ celebrent. Hæc autem omnia de eodem dicuntur loco. Nam

Delphi, ſeu Pytho, terræ eſt vmbilicus ; qua de re iam antè dictum, cur ſic vocêtur Delphi. Hîc Themidis fit mentio, quia hæc Dea dicitur prima hominibus oracula, idque Delphis dediſſe, vbi ante Apollinem regnauit. Terra Themidis mater primùm huic oraculo præfuit, deinde Neptunus, tertiò Themis, tandem Apollo, vt teſtatur Orpheus in Themidis hymno. à Themide θεμιστεύειν dictum.

ὀρθοδίκαν Dor. pro ὀρθοδίκην. ὀρθοδίκης poët. vocab. *recta iudicia*, ſeu *reſponſa dans*, vno verbo *veridicus*. γᾶς Dor. pro γῆς. Porrò ἄκρα ἑσπέρα, vnde compoſitum ἀκρέσπερος, eſt *incipiens veſpera*. Obſeruanda temporis in quod conuocantur, circunſtantia.

παράφρασις. ἐπῳδ. κώλ. ϛ'. *μετάφρασις.*

Quo facto eritis benemeritæ de Thebis ſeptem portas habentibus, & de certamine Pythiaco prope Cirrham celebrari ſolito: in quo Thraſydæus Thebanus victoriam adeptus reuocauit in memoriam Pythiacas duas patris victorias, prima hac ſua tertiam familiæ numerandam afferens coronam, qua decoratus fuit in hac vrbe Phocidis regionis, cuius rex fuit Pylades Strophij filius, & Lacedæmonij Oreſtis intimus amicus.

ἑπταπύλοισι Θήβαις
χάριν, ἀγῶνί τε Κίῤῥας·
ἐν τῷ Θρασυδαῖος ἔμνασεν ἑ-
στίαν
τρίτος ἐπὶ στέφανον πατρῴαν βα-
λών,
ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νι-
κῶν,
ξένου Λάκωνος Ὀρέστα.

*Thebis ſeptem portas habentibus beneficium, certaminíque Cirrhæ: in quo Thraſydæus memoriam renouauit paterni laris, tertius ei coronam iniiciens, quum in opulentis aruis Pyladæ vinceret, hoſpitis Oreſtæ Laconis.*

Θήβαις χάριν. Subaudi καταπιθέμεναι. Etenim beneficium in ciuem collatum, redundat in patriam. Cirrham, vt ſubinde, pro Pythone dicit.

ἐν τῷ. Artic. præpoſit. pro ſubiunct. ᾧ. q. d. ἐν ᾧ ἀγῶνι Θρασυδαῖος ἀνέμνησεν τὸ πατρικὸν οἶκον τρίτος στέφανον αὐτῷ ἐπιβαλών, ὅτι ἐπέτυχε νίκης ἐν τῇ πλουσίᾳ χώρᾳ τοῦ Πυλάδου, τοῦ φίλου τοῦ Λάκωνος Ὀρέστου. Dixit Dor. & ſimplex ἔμνασε, pro compoſito ἀνέμνησε, hoc eſt, μνήμην ἤγαγε. dicit ἑστίαν πατρῴαν, τὸ πατρικὸν οἶκον: vt Hieronis ἑστίαν *domum* in Olymp.

τρίτος. Innuit poëta vel Thraſydæum huius familiæ tertium eſſe qui Pythia vicerit : vel hanc eius familiæ tertiam victoriam, ipſiuſmet autem primam.

ἐν ἀφνεαῖς. Periphraſis loci victoriæ : qui in Phocide eſt. Phocidis autem rex fuit Strophius Pyladis pater : Pylades autem Oreſtis fuit intimus amicus : ad cuius hiſtoriam ſibi ſternit viam. Πυλάδα, & Ὀρέστα Dor. pro Πυλάδου & Ὀρέστου.

παράφρασις.

Quem Arſinoë nutrix eripuit, & clam ſubduxit matri Clytæmneſtræ, ne in eum crudelibus manibus ſęuiret, quum ferro interficiebat eius patrem, videlicet maritum Agamemnonem, eadémque opera Caſſandram Priami ex Dardano oriundi filiam.

ϛροφὴ β. κῶλ. θ.

τὸν δὴ, φονευομένου
πατρὸς, Ἀρσινόα Κλυταιμνή-
στρας
χειρῶν ὑπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου
τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος·
ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριά-
μου
Κασσάνδραν πολιῷ χαλκῷ
σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
ψυχᾷ πόρευ' Ἀχέροντος ἀ-
κτὰν παρ' εὔσκιον

μετάφρασις.

*Quem, dum interficeretur pater, validis Clytæmneſtræ manibus, Arſinoë nutrix è dolo eripuit luctuoſo, quando Dardanidæ filiam Priami Caßandram coruſco ære cum Agamemnonia anima mittebat Acherontis ad ripam vmbroſam*

τὸν δὴ. Artic.præp.pro ſubiunct. ὃν. Obſerua παρέκβασιν eſſe à re propoſita, eámque ſatis intempeſtiuam, vt monet Schol. Sed hoc Pindaro conſuetum. Hîc digreditur in hiſtoriam Oreſtis, & eius parentum. De qua vide Senecam in Agamemnone: Euripidem in Oreſte: Sophoclem in Electra: Homerum Od. 4.

Ἀρσινόα Dor.pro Ἀρσινόη, quæ nutrix fuit Oreſtis (quam tamen Laodamiam appellat Pherecydes) & cuius filium Aegiſthus occîdit, nanciſci putans Oreſtem, quem tum temporis trimum eripuit occidere quærenti. κρατερᾶν Dor.pro κρατερῶν, & ἄνελε negl.augm.pro ἀνεῖλε. Δαρδανίδα Dor.pro Δαρδανίδου. Nam ex Dardano fuit oriundus Priamus. σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ ψυχᾷ. Periphraſticè pro σὺν Ἀγαμέμνονι. πόρευε. negl.augm.pro ἐπόρευε, à πορεύω ſignificante ποιῶ πορεύεσθαι, πέμπω, *ire facio, mitto*. Poëticè & periphraſticè dicitur πορεύειν Ἀχέροντος ἀκτὰν παρ' εὔσκιον, pro κτείνειν. Porrò ἀκτὰν Dor.pro ἀκτήν. Vide πορεύειν Od. 3. Olymp.

παράφρασις.

Vtrum iram crudelis illius mulieris in virum accẽdit, dolor ſuſceptus quòd Iphigenia filia in Aulidis Euripo procul à patria pro ſalute exercitus immolata fuiſſet, ita vt cædem ipſi cõciuerit? An verò illam alieno in lecto libidinantem, & iuuencæ more laſciuientẽ, metus ne reduci marito

ἀντιϛρ. κῶλ. θ.

νηλὴς γυνά. πότερόν
νιν ἄρ' Ἰφιγένεια ἐπ' Εὐρί-
πῳ
σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας, ἔκνι-
σε
βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον,
ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομέ-
ναν
ἐννύχιοι πάραγον κοῖται;

μετάφρασις.

*immiſericors mulier. Vtrum eam Iphigenia apud Euripum mactata procul à patria, ſtimulauit ad ſuſcipiendũ iram grauia molientẽ: an alieno in cubili laſciuientem more iuuẽcæ nocturni trãſuer-*

pœnas daret, ad hoc parricidium compulit? cùm sciret nouæ nuptę adulterium viro esse crimen intolerabile.

τὸ δὴ νέαις ἀλόχοις ἔχθιστον ἀμπλάκιον, καὶ ἀλλοτρίαισι κρύψαι τ' ἀμήχανον

*sā egerunt concubitus? Quod vtrique iuuenibus in nuptis odiosissimum* est *delictum, occultaréque impoßibile*

πότερόν νιν. Seipsum interrogans poëta quærit tanti sceleris causam. Nimirum vtrum quia filiam Iphigeniam pro salute nauium Dianæ Agamemnon immolauit: an verò quia adultera erat, ac metuebat ne marito pœnas daret.

ἔκνισε βαρυπάλαμον. Hoc est, αὐτὴν ὑπὸ τῆς λύπης ἐκίνησεν, ὥστε τὴν ὀργὴν ταύτην ἔχουσαν βαρύτατον τὸ ἐπιχείρημα ἀράσθαι. Dicit immolatam in Euripo, hoc est in Chalcide, in qua est Aulis, vbi fuit statio nauium. De Euripo vide Strab. 9. & Melam 2. lib. βαρυπάλαμος est ὁ βαρύ τι παλαμώμενος.

ἢ ἑτέρῳ λέχει. Altera causa. q.d. ἢ ἑτέρῳ ἀνδρὶ μισγομένην αἱ νυκτεριναὶ τῆς μοιχείας συνουσίαι παρήγαγον κατὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὥστε σὺν δόλῳ αὐτὸν φονεῦσαι; Dor. est δαμαλιζομέναν pro δαμαλιζομένην, hoc est, δαμάλεως δίκην ἀσελγοῦσαν. Verbum δαμαλίζειν alia significatione occurrit Pyth. 5. δαμαλίζεσθαι passiuum est, *iuuencæ more lasciuire.* παρᾶγον augm. neglecto legendum pro comm. & Attico παρήγαγον vel Dor. παρᾶγον pro comm. παρῆγον. sed metri ratio Dorismum non fert hoc loco.

τὸ δὴ νέαις. Amplificatio criminis à circunstantia temporis. Nam viro est intolerabilius si noua nupta committat adulterium: quàm si post longum tempus id scelus perpetret: ideóque magis iram viri reformidabat. ἀμπλάκιον. poët. vox pro ἁμάρτημα, pro quo ἀμπλακία etiam dicitur.

παράφρασις. — ἐπῳδ. κῶλ. ς. — μετάφρασις.

nec fieri posse vt ei ignotum maneret, cùm vulgus, cui sat notum erat, linguā compescere non posset: & ciues maledicentia gaudeant, iisque quorum splēdida est fortuna, grauiter inuideant: contrà verò humilis conditionis homines non explorent. Ergo cùm tandem post decennium inclytas ad Amyclas redijsset Heros Agamemnon Atrei filius, est interfectus,

γλώσσαις.
κακολόγοι δὲ πολῖται.
ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον.
„ ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει.
„ θανε μὲν αὐτὸς ἥρως Ἀτρείδας ἱκὼν
χρόνῳ κλυταῖς ἐν Ἀμύκλαις,

*alienis linguis: maledici enim* sunt *ciues: sustinétque opulentia nō minorem inuidiam. Qui autem humilia spirat, obscurè fremit. Interfectus est* igitur *ipse Heros Atrides reuersus tandem celebres ad Amyclas,*

κακολόγοι δὲ πολῖται. Digressiuncula in vulgi loquacitatem & maledicentiam: cuius causa est inuidia, quæ gaudet alienos mores carpere: præsertim verò eorum qui excelsiore fortunæ in loco versantur.

*ἴσχει τε γὰρ.* Reddit rationem cur populares sint maledici. *καὶ γὰρ ἡ εὐτυχία οὐ μικρὸν ἔχει φθόνον.* Sumit *μείονα* comparat. pro positiuo *μικρὸν* vt in Olymp. *μείων ἕπεται μῶμος.*

*ὁ δὲ χαμηλά.* A contrario. q.d. *ὁ δὲ ταπεινὰ πνέων, ἤγουν ὁ εὐτελὴς καὶ πένης, ἀφώνως ἠχεῖ, ἤγουν ἀφανής ἐστιν.* Vox *χαμηλὸς* est poët. pro *ταπεινὸς, εὐτελής.* & fit à *χαμαὶ* *humi.*

*θανὲ μὲν.* Itaque Agamemnon cùm post decennalem Troiæ obsidionem, ea tandem subuersa domum repeteret, ibíque otio & quiete fruiturum se speraret, & tuto in locó futurum, miserè ex insidijs trucidatus est.

*Ατρείδας* Dor. pro *Ατρείδης.* patronymicum pro nomine proprio, Agamemnon. Amyclæ autem vna est ex centum Laconicæ regionis vrbibus: de qua vide prouerbium, *Amyclas silentium perdidit.*

*παράφρασις.*

&amisit virginem vatem, postquam propter Helenã, quam Paris rapuerat, nec reddere voluerant Troiani, eorum ciuitatem ferro flammísque vastauit, subuersásque domos opulento luxu spoliauit. Porrò ille Orestes cùm adhuc iuuenis esset, contulit se ad senem Strophium, cuius hospitio est exceptus in Phocide, regione sita sub Parnassi radicibus, & cum Pylade liberalissimè educatus. Postea ætate prouectior, Agamemnonis patris cædem vlciscens, matrem Clytæmnestram, adulterúmque Ægisthum neci dedit,

*στροφὴ γ. κῶλ. θ.*

μάντιν τ' ὄλεσσε κόραν,
ἐπεὶ ἀμφ' Ἑλένᾳ πυρωθέν-
των
Τρώων ἔλυσε δόμους ἁβρό-
τα-
τος. ὁ δ' ἄρα ξένον γέροντα
Στρόφιον ἐξίκετο νέᾳ κεφα-
λᾷ
Παρνάσσου πόδα ναίοντ'.
ἀλ-
λά γε χρόνῳ σὺν ἄρει
ἔπεφνε μητέρα, θῆκέ τ'
Αἴ-
γισθον ἐν φοναῖς.

*μετάφρασις.*

*vatémque amisit virginem, postquam propter Helenam incensis Troianis spoliauit domos opulentó luxu. Ille autem* Orestes *iuuenili capite accessit ad Strophium hospitẽ senem, qui Parnassi pedẽ incolebat: sed tandem ferro matrem occidit, posuítque Aegisthum in cædibus.*

*μάντιν τ'.* Cassandra vates & innupta, Agamemnonem post Troiæ excidium in Græciam est sequuta, & occisa à Clytęmnestra. *ὄλεσσε* metri causa negl. augm. & redupl. σ. pro *ὤλεσε. ἀμφ' Ἑλένᾳ* subaudi *μαχόμενος.* Porrò *ἔλυσε δόμους ἁβρότατος,* expone, *διέλυσεν εὐδαιμονίας τοὺς οἴκους, ἤγουν τοὺς πλουσίους οἴκους κατεστρέψατο.* Dicitur Dor. *ἁβρότας* pro comm. *ἁβρότης.*

*ὁ δ' ἄρα.* Nimirum Orestes. qui *νέᾳ κεφαλᾷ,* hoc est, *ἔτι νέος ὢν* Strophium adijt Pyladis patrem, incolentem *Παρνάσσου πόδα,* scil. Phocidem sub Parnasso sitam. Porrò *χρόνῳ,* scil. *ἡβήσας,* seu *πρέσβυς ὤν,* matrem interfecit, *σὺν ἄρει,* hoc est, *ξίφει.* (Quod autem matrem, interfecit laudatur à Luciano in Nerone, vt & Alcmæon) posuítque Aegisthum *ἐν φοναῖς, in locis defunctorum,* periphrasticè, pro *ἐφόνευσε. φοναὶ,* vt monet Schol. ipse, *καλοῦνται οἱ τόποι εἰς οὓς φονεύονται.* Re-

πα.Refert Lucianus in Philopatr. p. 1002 c. quid ipsi Aegistho prædixerit Iupiter.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κώλ. ϑ. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| Equidem amici diuagatus sum & circumactus per triuium in quo pedes ad progrediendum alternis mouentur, relicta via quam priùs insistebam: videlicet extra propositum argumentum erraui, alióque digrediens deflexi. An quemadmodum nauis impetu ventorum in errores abijcitur, sic ego obuiæ materiæ vi abreptus in aliena ab encomio feror? At verò ô Musa, siquidem reuera operam tuam, vt victorem Thrasydæum laudes, pacta | ἦ ῥ᾽ ὦ φίλοι κατ᾽ ἀμευσίπορον τρίοδον ἐδινάθην, ὀρθὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν. ἤ μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου ἔβαλεν, ὡς ὅτ᾽ ἄκατον ἐναλίαν; Μοῖσα, τὸ δ᾽ ἐτεὸν εἰ μισθῷ συνέθευ παρέχειν φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ᾽ ἄλλα χρὴ ταρασσέμεν, | *Certè ô amici per triuium greßus alternans circumactus sum, rectam quum antea insisterem viam. An me aliquis ventus extra nauigationis cursum expulit, vt marinam scapham? Quòd si verè ô Musa mercede pacta es præbere vocem argento se summittentem, aliàs alia oportet commiscere,* |

mercede locasti, debes nunc encomio tota incumbens modò hoc, modò illud ei inserere,

ἦ ῥ᾽ ὦ φίλοι. Επανόρθωσις qua tædium longioris digressionis leuare conatur. q.d. ναὶ δὴ ὦ φίλοι κατὰ τρίοδον ἐπλανήθην, τὸ πρότερον εὐθεῖαν πορευόμενος. Porrò ἀμευσίπορος dicitur τρίοδος, ab ἀμεύεσθαι, pro ἀμείβεσθαι, & πόρος, hoc est, βάδισις, ὁδός. q. d. *mutans, alternans greßus.* Depingit autem quid sit ire, seu iter facere. Neque enim aliud est quàm alternis pedes mouere, & gressum cum gressu, pedem cum pede progrediendo commutare, vide Pyth. Od. 1. ἀμεύσασθ᾽ ἀντίους. Per apostrophen autem sermonem ad amicos conuertit. ἐδινάθην Dor. pro ἐδινήθην.

ἤ μέ τις. Hoc est, μῶν ἄνεμός μέ τις ἐξέρριψε τοῦ δέοντος πλοῦ, ὡς ἐν θαλάσσῃ ναῦν; Elegans collatio à marinis erroribus sumpta.

Μοῖσα. Apostrophe ad Musam qua eam ad officium reuocat. q. d. εἰ δ᾽ ἀληθῶς ὦ μοῦσα, μισθοῦ καὶ ἀργυρίου τὴν σὴν φωνὴν ὑπέσχου παρασχεῖν, ἄλλοτ᾽ ἄλλα ὀφείλεις ἀνακινεῖν ἐγκώμια, ἐν παρόντι δήπου τῷ πατρὶ Θρασυδαίου, ἢ τῷ αὐτῷ Θρασυδαίῳ. Et certè, siquidem mercede suæ Musæ operam locauerat, debebat in Thrasydæi laudes totus incumbere.

συνέθευ Dor. pro συνέθου. 2. pers. Aor. 2. συνεθέμην. συνέθεσο comm. συνέθεο Ion. συνέθου Atticè. & συνέθευ. Dor. à συντίθεμαι *paciscor.* παρέχεν Dor. pro comm. παρέχειν. φωνὴ ὑπάργυρος, hoc est, ἔμμισθος, ὑπόμισθος. Apud Eurip. ὑπάργυρος χθών, *terra subargentea*, propter metalla. ὑπάργυρον, Polluci lib. 7. est τὸ κίβδηλον χρυσίον. ταρασσέμεν Ion. & Dor. pro ταράσσειν.

παράφρασις.

vel in patris Thrasydæci Pythiorum victoris, vel in ipsius Thrasydæi laudem:quorum gloria, indéque promanans lætitia resplendet:quatenus cùm in Olympijs pulchræ victoriæ curribus quadrijugis compotes olim facti sunt, celerémque nominis fulgorem ex celeberrimis illis certaminibus reportarunt vnà cum equis:

ἐπῳδ. κῶλ. ς'.

ἢ πατρὶ Πυθιονίκῳ
τό γε νῦν, ἢ Θρασυ-
δαίῳ,
τῶν εὐφροσύνα τε καὶ δόξ' ἐπι-
φλέγει.
τὰ μὲν ἅρμασι καλλίνικοι πά-
λαι,
Ὀλυμπίᾳ τ' ἀγώνων πολυφάτων
ἔσχον,
θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπ-
ποις.

μετάφρασις.

*aut patri ipsius Pythionicæ nunc, aut Thrasydæo: quorum lætitia & gloria resplendet: qui quidem quondam, tum curribus pulchræ victoriæ compotes, & apud Olympiam certaminũ multum decantatorum adepti sunt celerem fulgorem cum equis:*

ἢ πατρί. Proponit quænam esse debeat hymni materia, nempe vel Thrasydæi, vel patris eius victoriæ cùm Olympicæ, tum Pythicæ.

τῶν Artic. præposit. pro subiunct. ὧν εὐφροσύνα, καὶ δόξα, nimirum τῆς νίκης. Nam victoria decus & lætitiam parit. ἐπιφλέγει, hoc est, διαλάμπει. Occurrit alia significatione Ode 9. Olymp. pro λαμπρύνειν.

τὰ μὲν ἅρμασι. Ostendit disertis verbis, & per distributionem quibus insignes sint victorijs. Huic τὰ μὲν deberet respondere τὰ δὲ Πυθοῖ initio sequentis strophes: sed id poëtica licentia omittit poëta. Sic autem hanc sententiam declares, τὰ μὲν τεθρίππῳ πάλαι ἐν Ὀλυμπίᾳ καλῶς νικήσαντες, τῶν πολυθρυλλήτων ἀγώνων λαμπηδόνα ταχεῖαν σὺν ἵπποις ἔσχον.

ἀκτῖνα. Effectum pro efficiente ponit. Nam radius est splendoris & luminis consequens. Quum autem dicit ἔσχον ἀκτῖνα σὺν ἵπποις: in gratiam equorum loquitur, quorum strenuitas laudis communicationem meretur.

παράφρασις.

tum in Pythijs nudũ stadium armis carentes ingressi, pedum celeritate soli claruerunt, reliquámque Græcorum antagonistarum turbam deuictam dedecore affecerunt. Quanquam autem vos ab opulentia, & insigni dignitate extol-

στροφὴ δ. κῶλ. θ.

" Πυθοῖ τε γυμνοὶ ἐπὶ
" στάδιον καταβάντες, ἤλεγ-
" ξαν
" Ἑλλανίδα στρατιὰν ὠκύ-
" τα-
" τι. θεόθεν ἐραίμαν κα-
λῶν,
δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.

μετάφρασις.

*& apud Pythonem nudi quum in stadium descendissent dedecorarunt Græcanicam turbam* sua *velocitate. Diuinitus optarim bona, possibilia affectans per ætatem. Cùm enim ex ciuilibus*

τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρί-
σκων
τὰ μέσα μακροτέρῳ σὺν
ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶ-
σαν τυραννίδων.

bonis *comperiam* ea quæ ſunt *mediocria, diuturniore cum fœlicitate florere, queror de ſorte principatuum.*

ſere non poſſum, quia vitam viuitis priuatam: eo tamen nomine beatos vos prædico, quòd veſtra conditio ſit mediocris. Et certè ſi mihi detur optio, priuatã vitã publicę anteponã: & optarim vt Dij bona mihi dent mediocria per totum vitæ curriculum: nihílque niſi meis viribus æquum affectem. Etenim obſeruatione comperi medium in ciuitate ſtatum diuturniore fœlicitate potiri. Ideóque magnatum ſortem vt labiliorem non probo.

Πυθοῖ τε γυμνοί. Altera pars diſtributionis ſic reddenda. τὰ δὲ Πυθοῖ ἐπὶ τὸ ςάδιον γυμνοὶ κατελθόντες, τὸν Ελληνικὸν ὄχλον τῇ τῶν ποδῶν ταχύτητι ἤλεγξαν, παρὰ πάντας εὐδοκιμήσαντες μόνοι. Obſerua priorem laudem Olympiorum propriam eſſe Thraſydæi maiorum, poſteriorem Pyhiorum Thraſydæi propriam: verùm poëtam συλληπτικῶς à ſingulis geſta, ſimul omnibus tribuere.

γυμνοί. Nimirum ὅπλων: non autem ἐσθῆτος. Idque ad differentiam τῶν ὁπλιτοδρόμων, qui ſtadium armati decurrebant. Ελλανίδα ςρατιάν, hoc eſt, Ελληνικὸν ὄχλον: ſicut & ςρατὸν eâdem ſignificatione paſſim vſurpat. Ελλανίδα, & ὠκύτατι ſunt Dor. pro Ελληνίδα, & ὠκύτητι.

Θεόθεν ἐραίμαν. Thraſydæum, eiúſque patrem, ambos ciues Thebanos, à vitæ genere, ſtatu, & conditione prædicat beatos: mediocrem priuatorum hominum fortunam, ſummis principum diuitijs anteponens. Suum autem exemplum proponit, ita ſubmonens, vt contenti illi ſua conditione mediocritatem auream affectent. ἐραίμαν Dor. pro comm. ἐραίμην, verbi ἔραμαι, τὸ ἐπιθυμῶ. Sic autem oratione ſoluta loquaris, τῶν δ' ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν ἐπιθυμοίην, ἀγαπῶν ἐν τῇ παρούσῃ ἀεὶ ἡλικίᾳ τὰ δυνατὰ, ἤγουν τὰ κατὰ δύναμιν. Appellat τὰ δυνατὰ, bona quæ quis ferre poſſit, ac proinde mediocria: medium ſtatum, qui quoniam ab inuidia omnium eſt remotiſſimus, tutior eſt, ac proinde in eo firmiùs manent homines. ἁλικίᾳ. Elliptica eſt oratio, pro ἐν πάσῃ τοῦ βίου ἡλικίᾳ: hoc eſt, διὰ παντὸς βίου, καὶ αἰῶνος.

τῶν γὰρ ἀνά. Ratio cur mediocris fortuna ſit optabilior magna: quia diuturnior eſt: optabilius autem eſt quod conſtantius. Ideo dixit ille, λάθε βιώσας. Sic autem proſa declares iſta. ἐγὼ γὰρ εὑρίσκων ὅτι τὰ μέτρια ἀγαθὰ πλείονα χρόνον διατελοῦσιν εὐδαίμονα, μέμφομαι τοὺς τῆς τυραννίδος τύχης ἐπιθυμοῦντας. Doricè dixit τεθαλότα pro τεθηλότα.

τὰ μέσα μακροτέρῳ. In hanc ſententiam dixit quiſpiam,

Τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον.
Καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον κυρεῖ.
Η δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα.

παράφρασις. — ἀντισρ. κῶλ. θ. — μετάφρασις.

ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς

*communéſque circa vir-*

Quare in communium vir-

rutum studium intentus sum, & mediocrem amo fortunam inuidorum metu vacuam: qui proprio vitio offenduntur, quum inuiso summæ fœlicitatis gradum adepto, & vitæ curriculum cum tranquillitate emenso, conceptam animis maleuolis iniuriam inferre non potuerunt. Et cùm illi proprio dolore confecti pereant, hic superata inuidia supremum diem obit honestiorem, bonámque famam omniũ possessionum præstantissimam dulcissimæ soboli in hæreditatem relinquit.

„ τέταμαι. φθονεροὶ δ' ἀμύνονται
„ ἄ-
τᾳ, εἴ τις ἄκρον ἑλὼν, ἡσυχᾷ τε
νεμόμενος, αἰνὰν ὕβριν
ἀπέφυγεν. μέλανος ἂν ἐσχατιὰν,
καλλίονα θανάτου ἔχειν,
γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
εὐώνυμον κτεάνων κρατίσταν χάριν πορών.

*tutis distentus sum. Inuidi autem* proprio *dolore læduntur, siquis fastigium fœlicitatis* adeptus, *& in tranquillitate degens, grauem insolentiam effugerit. At* ille *nigræ* mortis *in vltimis finibus pulchriorẽ mortem consequitur, dulcissimæ soboli nominatissimum donum præbens, possessionum præstantissimam.*

ξυνᾶισι δ'. Conclusio superioris sententiæ, qua statuit poëta medium tenere, cognita illustrioris fortunæ inconstantia. q.d. περὶ κοιναῖς δὲ καὶ συμμέτροις ἀρεταῖς καὶ εὐτυχίαις τὴν ἐπιθυμίαν τεταμένην ἔχω.

φθονεροὶ δέ. Digreditur in locum communem de inuidia: qui quomodo cohæreat cum superioribus, ostendit paraphrasis. φθονεροὶ, non sumitur passiuè pro ijs qui sustinent inuidiam, vt putauit Aretius, sed actiuè pro ijs qui inuidia flagrant. q.d. poëta, οἱ δὲ βασκαίνοντες καὶ φθονοῦντες, τῇ αὐτῶν ἄτῃ, ἤγουν βασκανίᾳ βλάπτονται. Et certè

*Inuidus alterius rebus macrescit opimis:* estque
*Liuor tabificum malis venenum.*

& Menander,

ὁ φθονερὸς αὐτῷ πολέμιος καθίσταται.

εἴ τις ἄκρον ἑλών. Hîc etiam mihi videtur errare Aretius, quum in his verbis inuenit epiphonema in vitam beatam. Etenim simplicissimè hoc intelligendum de materia doloris inuidiosi hominis; quod satis declarat paraphrasis: vbi miseram mortem inuidentis oppono fœlici morti eius qui inuidetur.

ἄκρον, subaudi τῆς εὐδαιμονίας. ἡσυχᾷ τε νεμόμενος, hoc est, ἐν ἡσυχίᾳ διάγων. alij legunt ἡσυχίᾳ τε. ὕβριν ἀπέφυγεν, nimirum quam inuidus meditabatur. Nihil enim ei grauius est quàm non potuisse lædere.

μέλανος. Hoc est, ἐν δ' ἐσχατιᾷ μέλανος ᾅδου, καλλίονα τὸν θάνατον αὐτῷ περιποιησάμενος, πάντων κτημάτων τὸ βέλτιστον τῇ αὐτοῦ γενεᾷ τὴν εὐφημίαν ἀπολείπει. Per circumlocutionem χάριν εὐώνυμον appellat τὴν εὐφημίαν. Nam εὐώνυμος est, *boni nominis, clarus*: vt εὐωνύμων πατέρων, *clarorum progenitorum*, Od. 2. Olymp. Bonam famam semper magno in pretio habet Pindarus, vnde dicit εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρα: & hîc præstantissimam possessionum nuncupat.

παράφρασις.

Quæ bona & honesta fama hymnis decantati Iolai Iphicli filij, nomen celebre circũfert, vestrúmque ô fortis Castor, & rex Pollux Iouis & Ledæ filij, qui diebus alternis apud superos, & apud inferos versamini, quatenus vestræ stellæ alternis vicibus apparent & delitescunt.

ἐπῳδ. κῶλ. ς.

ἅ τε τὸν Ἰφικλείδαν
διαφέρει Ἰόλαον,
ὑμνητὸν ἐόντα, καὶ Κάστορος
βίαν,
σέ τ᾽ ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ
Θεῶν,
τὸ μὲν παρ᾽ ἆμαρ ἕδραισι Θεράπνας, τὸ δ᾽ οἰκέοντας ἔνδον Ὀλύμπου.

μετάφρασις.

*Quæ Iphiclidem Iolaum circumfert celebrem existentem, & Castorem fortem, & te rex Pollux, filij Deorum, alternis diebus sedes Therapnes, & intra Olympum habitantes.*

ἅ τε Dor. pro ἥ τε: & hoc refertur ad εὐώνυμον χάειν, hoc est, εὐφημίαν: de qua quod dixit, exemplis confirmat. Ἰφικλείδαν Dor. pro Ἰφικλείδην. De Iolao Od. 9. huius libri dictum est. διαφέρει. Hoc est, πανταχοῦ διάγει.

Κάστορος βίαν. Per circumlocutionem, pro Κάστορα. emphasis tamen est in his, quasi dicere velit Κάστορα βιαστὴν, hoc est, ἰσχυρόν.

σέ τε ἄναξ. Apostrophe ad Pollucem. Dicuntur filij Deorum Castor & Pollux: quia Διόσκουροι erant. De his Nemeor. 10. plura Pindarus.

τὸ μὲν παρ᾽. Hoc est, ποτὲ μὲν παρ᾽ ἡμέραν ἐν ταῖς Λακωνικαῖς ὄντας καθέδραις, ποτὲ δ᾽ ἐν τοῖς τοῦ Διὸς οἰκοῦντας. Hoc illud Homericum exponit,

Ἄλλοτε μὲν ζώουσ᾽ ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ᾽ αὖ τε
Τεθνᾶσιν.

Dicit poëta eos apud Therapnen versari, quod alij dicunt apud inferos. periphrasticè, ἕδραισι Θεράπνας. pro ἐν Θεράπνῃ: quæ Castoris & Pollucis est patria: vnde Therapnæi dicuntur, vt in Theb. Statij,

*cùm iam damnata sororis*
*Igne, Therapnæi fugerunt carbasa fratres.*

Hanc epodum Latino metro reddidit Nicolaus Sudorius in suprema Parlam. Paris. curia Consil. regius.

*Hæc vna Iphicli progeniem plagas*
*Differt per omnes cantibus & modis.*
*Hæc Castorem commendat orbi*
*Cæstibus in domitum cruentis:*
*Fratrémque gyris mobilem equestribus,*
*Vtrumque summo cælicolûm satu*
*Prognatum, & alternis colentem*
*Aethera, frugiferásque terras.*

ΜΙΔΑ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝῼ, αὐλητῇ.

ΕΙΔΟΣ ΙΒ.

MIDAE AGRIGENTINO, tibicini.

ODE XII.

# ARGVMENTVM.

*VNico nomine commendatur Midas tibicen, videlicet ob victoriam Musico certamine partam. Indéque digreditur poëta ad tibiarum inuentionem, de qua fusiùs disserit: item ad Persei fabulam: & tandem eleganti gnomologia de fortunæ inconstantia concludit.*

παράφρασις.

O pulchritudinis & elegantiæ amans vrbium interitui obnoxiarum, earum quas mortales incolunt pulcherrima, sedes inferorum Deæ Proserpinæ, cui Iupiter Siciliam dono dedit, quæ sita es in colle ædificijs eximio, imminésque ripis Agragantis fluuij circum te fluentis, & pascua pecudum alluentis, ô Agrigentum regionis domina vrbs, & metropolis, quæso te propitia esto, cúmque Deorum atque hominum beneuolentia, hũc hymnum accipe, quem in præclari Midæ laudem contexui, quòd pro tibiæ cantu coronam ex Pythone re-

στροφὴ α. κῶλ. ιδ.

Αἰτέω σε φιλάγλαε, καλ-
λίστα βροτεᾶν πολίων
Φερσεφόνας ἕδος, ἅ
τ' ὄχθαις ἔπι μηλοβότου
ναίεις Ακράγαντος ἐυ-
δματον κολώναν· ὦ ἄνα
ἵλαος, ἀθανάτων
ἀνδρῶν τε σὺν ἐυμε-
νείᾳ,
δέξαι στεφάνωμα τόδ'
ἐκ
Πυθῶνος ἐυδόξῳ Μίδα.
ἀυτόν τέ νιν, Ελλάδα νι-
κά-
σαντα τέχνᾳ, τάν ποτε
Παλλὰς ἐφεῦρε θρασειᾶν Γοργό-
νων

μετάφρασις.

*Peto à te splendoris amica, pulcherrima mortalium vrbium, Proserpinæ sedes, quæ in collibus pecudes alētis Agrigenti habitas bene structam molem, ô regina propitia immortalium & hominũ cum beneuolentia, accipe coronam hanc celebris Midæ ex Pythone: atque illum ipsum, qui Græciam superauit arte quam olim Minerua vibratrix* hastæ *excogitauit, audacium*

| | | |
|---|---|---|
| portarit:reducémque hunc tuum ciuem tuo gremio excipe, læta quòd omnes | ὄλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀ-θάνα, | *Gorgonū gemitum perniciosum contexens,* |

antagoniſtas,quotquot ad certamen ex Grecia confluxerant,ea vicit arte quam olim Minerua adinuenit,quum audacium Gorgonum gemitum eſt imitata,

Μίδα. Midas Agrigentinus tibijs vicit 24.& 25 Pythiade. Vicit etiam Panathenaicis ludis. Aiunt autem huic peculiare iſtud accidiſſe,vt dum certaret, inuito fracta ſit lingula,& palato adhæſerit:ita vt ſola arundine tanquam fiſtula cecinerit.Qua ſoni nouitate obſtupefacti ſpectatores,adeò delectati ſunt,vt eum victorem declararint,vt refert Schol.

αὐλητῇ.Genus victoriæ.Refert autem Natalis Comes,cùm cœpti eſſent celebrari ludi Pythici,antiquiſſimum omnium fuiſſe certamen, vt hymni in Apollinem cum tibijs ad citharam canerentur,& ab ipſis aulœdis.Poſtea monet 48 Olympiade omnem artem aulœdorum fuiſſe repudiatam ab Amphictyonibus,ídque ſecunda Pythiade,quia neſcio quid triſte & inſuaue auditu, minimeque iucundi ominis canerent:nam elegi & funebres cantus magis hiſce tibijs conueniebant.

αἰτέω σε. Exordium ab inuocatione ducit poëta,quam inſtituit vel ad Heroidem Agrigenti Nympham:vel ad ipſam vrbem patriam, nempe Agrigentum, cui Midæ laudes, eiúſque artem commendat. Referre malim ad patriam vrbem.

φιλάγλαε. Conſideranda epithetorum congeries, quibus vtitur in laudem Agrigenti.Primò φιλάγλαος dicitur, hoc eſt, ἡ ἀγλαΐας καὶ λαμπρότητος φίλη. vno vocab. φιλόκαλος, *ſplendoris*, ſiue *pulchritudinis amans*,ob elegantiam & comitatem ciuium.Deinde καλλίστα *vrbium pulcherrima*, ob ædificiorum pulchritudinem. βροτεᾶν Dor.pro βροτεῶν: à recto ſing.poët. βρότεος. Tribuit hoc epitheton vrbi, metonymicè,quod conuenit propriè incolis. Niſi & exitio ipſam vrbem obnoxiam eſſe moneat. Id quod docet experientia : cùm poſt hominum memoriam tam multæ vrbes perierint.Ideo Lucianus in Contemplant. ſub finem, Ἀποθνήσκουσι γὰρ ὦ Πορθμεῦ καὶ πόλεις,ὥσπερ ἄνθρωποι.

Φερσεφόνας Dor. pro Φερσεφόνης. Item Aeol.pro comm.Περσεφόνης.Tertiò Proſerpinæ ſedem appellat:ídque per ſynecdochen.Nam non ſolùm Agrigentum, ſed tota Sicilia Proſerpinæ ob fertilitatem à Ioue data eſt.

ἅ τε ὄχθαις. Deſcribit loci ſitum : nimirum in eminenti colle prope fluuium Agragantem:à quo denominata eſt vrbs.Id dilucidè verborum ſeries in paraphraſi oſtendet.Sic Græca verba conſtrue, ἣ τε ἐπὶ μηλοβότου Ἀκράγαντος ὄχθαις ναίεις ἐΰδματον κολώναν. Niſi fortè intelligendum ſit aliud Siciliæ oppidum. Etenim Agragas etiam eſt mons Siciliæ,haud procul à Gela, olim muro cinctus,habens in ſummitate oppidum eiuſdem nominis, alio nomine Agrigentum:vbi veteres optimos equos alebant, indéque ad Græciæ certamina tranſmittebant.Porrò ſi de priore Agrigento hæc intelligas, verba hæc ἅ τε ὄχθαις ἐπὶ μηλοβότου Ἀκράγαντος ναίεις ἐΰδματον κολώναν, explicabo ſic: *quæ ſupra ripas*

*pecorosi Agragantis, collem pulchrè structum incolis.* Sin de posteriore, *quæ supra præruptos locos pecorosi Agrigenti pulchrè structum montem incolis.* Etenim ὄχθη est *ripa*, item *locus præruptus*: & κολώνη *mons, collis, tumulus.* Alterum autem Agrigentum circa se fluuium cognominem habet. Alterum verò super ipso monte est structum, cui quidem μηλοβότος epitheton videtur meliùs conuenire: siquidem mons habet pascua, nôn autem fluuius. Verùm figuratè tribui potest fluuio propter vicina prata & pascua loca. Electio penes lectorem esto. Putem tamen intelligendum esse nobilius illud Agrigentum à fluuio denominatum: quia statim subjicitur, ὦ ἄνα. Et certè hæc fuit tyrannorum aliquando regia: ac proinde rectè domina vocatur. Cæterùm ἄνα in mascul. genere habes pro ἄνασσα fœmin.

ὦ ἄνα. Scholiastes putat nouam esse inuocationem, eámque ad Proserpinā. Sed videtur esse potiùs continuatio inuocationis ad vrbem patriam, quæ erat ἄναξ, siue δέσποινα, ob dictam paulò antè causam. Præterea paulò pôst rogat vt & hoc carmen, & ipsum victorem excipiat, quod rectè conuenit patriæ, cui ob victoriam Midas honori fuit.

ἄνα. Vocat. à recto ἄναξ quasi sit comm. generis. στεφάνωμα τόδ'. hoc est, *hunc hymnum*, quo tanquam coronæ præmio decoratur. εὐδόξῳ Μίδᾳ Dor. genit. pro εὐδόξου Μίδου. αὐτόν τέ νιν. Nimirum Midam.

Ἑλλάδα νικάσαντα. Causa ob quam patria rogatur vt suum ciuem, eiúsque encomium accipiat: nempe quia victor redit. Græciam autem vicisse dicitur, ὑπερβολικῶς. Eos enim tantùm ex Græcis superauit, qui eius fuerunt antagonistæ in Musicis.

τάν ποτε Παλλάς. Digressio ad inuentionem tibiarum, quas ex sibilo anguiū Medusæ capitis à Minerua repertas fabulatur, quorum luctum & gemitus est imitata. In Græc. Epigr. εἰς αὐλητάς, eidem videtur tribui hæc inuentio, contra Marsyam.

Μαρσύη, ἐψεύσω τεὸν εὕρεμα. τοὺς γὰρ Ἀθήνης
Αὐλοὺς ἐκ Φρυγίης οὗτος ἐληΐσατο.

Verum in hoc versu Terpsichore tribuitur,

Τερψιχόρη χαρίεσσα πόρεν τεχνήμονας αὐλούς.

παράφρασις.

quem illa ex inaccessis virginum illarum capitibus, ex quo serpentes sibilabāt, manantem, ob lugubrem ærumnam & dolorem occisæ sororis, adinuenit: tum temporis quum vnam ex tribus sororibus Gorgonibus è medio sustulit Per-

ἀντιστρ. κώλ. ιδ.

τὸν παρθενίοις ὑπό τ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς
ἄϊε λειβόμενον
δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ·
Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄϋσεν κασιγνητᾶν μέρος,
εἰναλίᾳ Σερίφῳ

μετάφρασις.

*quem audiuit dum funderetur sub virginalibus & inaccessis serpentum capitibus luctuosa cum ærumna, quum Perseus tertiam debellauit sororū par-*

o

seus,

ſeus, Inſulæ Seripho, Seriphijſque inſularibus exitium moliens. Et certè Gorgones illas, diuinam Phorcynis ſobolem deleuit, quatenus Meduſam mortalem extinxit, & reliquas duas immortales excæcauit, cùm tres vno tantùm oculo vterentur. Præterea collatitiam illam cœnam Polydectæ, qui iuſſerat vt ſuum quiſque ſymbolum afferret, funeſtam reddidit: firmam quoque matris ſeruitutem & coactas nuptias illi lugubres effecit, rapto & allato in matris offenſæ vltionem formoſæ Meduſæ capite.

λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων.
ἤτοι τό, τε θεσπέσιον
Φόρκοι' ἀμαύρωσεν γένος,
λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ
θῆκε, ματρός τ' ἔμπεδον
δουλοσύναν, τό, τ' ἀναγκαῖον λέχος,
εὐπαράου κρᾶτα συλάσαις Μεδοίσας,

*tem marinæ Seripho, populíſque exitium afferens. Certè diuinum Phorci deleuit genus, & acerbum ſymbolum Polydectæ perſoluit, matríſque ſtabilē ſeruitutem, & coactum connubium, pulchras genas habentis caput cùm rapuiſſet Meduſæ,*

τῷ παρθενίοις. Notatur occaſio qua repertæ ſunt tibiæ: nimirum ex ſibilo anguium, & luctu ſororum Meduſæ, ad quorum imitationem auleticen Minerua adinuenit: κεφαλὰς vocat παρθενίους, quòd Gorgones eſſent virgines, ἀπλάτους, hoc eſt ἀπλησιάστοις, *inacceſſa capita*, quòd ad eas Gorgonas accedere minimè tutum eſſet, ſiquidem qui eas conſpiciebant, in lapides mutabantur. ἄϋε. Nimirũ Minerua: non Perſeus. Sic reddas hæc verba, ὅν τινα θρῆνον Ἀθάνη ἄϋε σὺν διαπευθεῖ καμάτῳ ὑπὸ παρθενίοις καὶ ἀπλησιάστοις Γοργόνων κεφαλαῖς καταστενόμενον.

Περσεὺς ὁπότε. Circunſtantia temporis repertarum tibiarum, ὁπόταν ὁ Περσεὺς μίαν τῶν τριῶν ἀδελφῶν Γοργόνων τὴν Μέδουσαν κατεπολέμησε. Dicit τρίτον μέρος, hoc eſt, *vnam*, quia Meduſam tantùm, quæ morti erat obnoxia, interfecit, cùm reliquæ duæ eſſent immortales. κασιγνητᾶν Dor. pro κασιγνητῶν. Porrò ἄϋσε, eſt Aor. pri. ἄϋσα negl. augm. vel Dor. pro ἤϋσα. ab ἀΰω. quod hoc loco ſignif. καταπολεμέω, ἀπὸ τοῦ ἀϋτῆς inquit Schol. τουτέστι μάχης. Alias lectiones habet Schol. ſed eas omitto, vt alienas à ſtructura huius ſententiæ, quanquam à ſenſu loci non abhorrentes. Quomodo Meduſæ capite amputato ſit vſus, ſequentia docent, ídque iam dictum Od. 10. huius libri, in hæc verba, λίθινον θάνατον φέρων.

Φόρκοιο Ion. pro Φόρκου. Genus Phorci, ſunt tres Gorgones, quas ἀμαύρωσεν *deleuit*, quatenus Meduſam amputato capite occîdit, & reliquas duas eâdem opera excæcauit, ſiquidem tres illæ vnico oculo vtebantur. Fuerunt autem Stheno, Euryale, & Meduſa.

ἔρανον. Hîc propria in ſignificatione vſurpatur ἔρανος. Nam in ea cœna ad quam reſpicit poëta, quiſque collatitium munus habebat: vt 10 Oda vidimus. λυγρὸν ἔρανον vocat, ob funeſtum euentum.

ματρός τ' ἔμπεδον. Repete ἀπὸ κοινοῦ, ἔθηκε. Conſequentia facti Perſei ſunt quòd Gorgonas deleuit, Polydectæ conuiuium lugubre fecit, quando omnes conuiuas in lapides mutauit, matrem Danaën ex ſeruitute eripuit. Hoc enim in matris vltionem fecit, quòd Seriphijs adiutoribus, eam ad nuptias adigere conſtitüiſſet. δουλοσύναν ματρὸς vocat ἔμπεδον, hoc eſt, ἀσφαλῆ: niſi malis dicere ἔμπεδον *ſtabilem* vocari ſeruitutem, ratione Polydectæ, qui ſibi in perpetuum addictam

putabat Danaën:& λέχος ἀναγκαῖον eiuſdem ratione, qui inuitam volebat vxorem ducere. Quare velim ἀπὸ κοινοῦ repetere vocem λυγρὸς, & ἔθηκε, hoc pacto, λυγρὰν τ᾽ ἔθηκε ματρὸς ἔμπεδον δουλοσύναν, λυγρόν τ᾽ ἀναγκαῖον λέχος. Nam propter iſta, pœnas de Polydecte & Seriphijs ſumpſit Perſeus. Et certè ipſe Perſeus nõ ἔθηκε δουλοσύναν ἔμπεδον, & ἀναγκαῖον λέχος ματρὸς: ſed ἔθηκε λυγρὸν, *funeſtum* reddidit Polydectæ, quòd matrem in ſeruitutem perpetuam, coactáſque nuptias redigere ſtatuiſſet.

εὐπαράου. Genit. Dor. à nomin. εὐπάραος ſublato ι. ſubſcripto ex penultima ſyllaba, & formato vocabulo ab Attico εὐπάρηος pro comm. poët. εὐπάρειος, hoc eſt, καλὰς παρειὰς ἔχων, *pulchras habens genas. Formoſam* ſynecdochicè intellige, Talis autem, inquit Schol. natura non erat Meduſa, ſed talem eſſe ſe putabat, ideóque de forma cum Minerua contendebat. Præter Pindari morem, hæc Ode caret epodo.

παράφρασις.

filius ille Danaes, quem verſo in aurum Ioue, pérque turris aheneæ impluuium illapſo, ab ea conceptum natúmque fama fert: Poſtquam igitur virgo Pallas virum hunc ſibi charum, ab his aduerſus Gorgonas laboribus ſaluum & incolumem reddidit, tibiarum varios concentus efficientium melos excogitauit & fecit, vt cum hoc Muſico organo imitaretur valdè ſonorum luctum, qui ex validis Euryales genis profundebatur, & alterius eius ſororis Sthenonis. Tibiam, inquam inuenit Minerua Dea, cámq; in mortalium hominum vſum inuentam, vocauit multorum capitum harmoniam, ob multiplicem illius ſonum, qua ludunt vt athletas ad certãdum congregatos, certaminis ineundi moneant, ad ídque ipſos cõcitent.

στροφὴ β. κῶλ. ιδ΄.

υἱὸς Δανάας, τὸν ἀπὸ
χρυσοῦ φαμὲν αὐτοῤῥύτου
ἔμμεναι. ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἐκ
τούτων φίλον ἄνδρα πόνων
ἐῤῥύσατο παρθένος, αὐ-
λῶν τεῦχεν πάμφωνον μέλος·
ὄφρα τὸν Εὐρυάλας
ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων
χριμφθέντα σὺν ἔντεσι μι-
μήσαιτ᾽ ἐρικλάγκταν γόον.
εὗρεν Θεός. ἀλλά νιν εὑροῖ-
σ᾽ ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον,
εὐκλέα λαοσσόων μναστῆρ᾽ ἀγώνων,

μετάφρασις.

*filius Danaës, quem ex auro dicimus ſponte fluente natum eſſe. Sed cùm his charum virum laboribus liberaſſet virgo* Pallas, *tibiarum fabricata eſt omniſonũ melos, vt Euryalæ ex rapacibus genis profuſum luctum perſtreperum imitaretur cum Organis. Inuenit*, inquam, *Dea* tibiam: *ſed eam cùm inueniſſet vt haberent viri mortales, nominauit capitum multorum harmoniam, illuſtrem admonitricem certaminum populum cientium,*

υἱὸς Δανάας. Periphraſis Perſei, cuius originem fabuloſam obiter attingit: de qua Ouid. l. 4. Metam. Horat. l. 3. Carm. Δανάας Dor. pro Δανάης. αὐτόῤῥυτος poët. vox, pro comm. αὐτομάτως ῥέων, formata ex αὐτόῤῥευτος ſublato ε. Sic autem oratione ſoluta loquaris, υἱὸς Δανάης Περσεὺς, ὅν τινα γενέσθαι φαμὲν ἀπὸ χρυσοῦ αὐτομάτως ῥέοντος.

ἀλλ᾽ ἐπεὶ. Sequitur liberatio Perſei beneficio Mineruæ. Etenim Meduſa Perſeum ad Bœotiam vſque perſequuta eſt: is autem ope Mineruæ euaſit incolumis. Minerua dicitur παρθένος, ob caſtitatem, cælibémque vitam quam coluit.

Athenis Minerua παρθένος in ara culta eſt. Ibidem templum eius Parthenium. Hinc parthenium herba, quam Minerua Pericli in ſomnis monſtrauit, vt ex charum ſibi vernulam curaret, teſte Plinio.

ἀυλᾶν, legitur. Genit. Dor. pro comm. ἀυλῶν. μέλος πάμφωνον, hoc eſt, πολύφωνον, ob diuerſum, & multiplicē concentū. Sed Pindarus πάμφωνον hyperbolicè dixit.

ὄφρα τ̃ Ευρυάλας. Apertè oſtendit tibiæ cantum ad imitationem luctus Gorgonum, & quanuis de vna tantùm loquatur, ſynecdochicè de omnihus intelligendum. Dor. Ευρυάλας pro Ευρυάλης. & καρπαλιμᾶν pro καρπαλίμων. Dor. etiam eſt ἐρικλάγκτας pro comm. poët. ἐρικλάγκτης, hoc eſt, vt exponit Schol. μεγαλόηχος, μεγαλόκρακτος, ὁ σφόδρα κλάγγων. Nam ἐρι in compoſit. eſt ἐπιτατικόν. Porrò hæc verba ſic declares, ὅπως σὺν τοῖς ὀργάνοις τῆς ἀυλητικῆς τ̃ ἐκ τ̃ ἰσχυρῶν γνύων Ευρυάλης ἐκδοθέντα θρῆνον μιμήσαιτο τ̃ μεγαλόκρακτον.

ἀλλά νιν. Tibias inuentas Minerua tradidit mortalibus. q. d. ἀλλὰ τὸ τ̃ ἀυλ̃ μέλος εὑροῦσα μετέδωκε τοῖς ἀνθρώποις ἔχειν.

ὠνόμασεν. Imponit nomen cantui tibiæ, vocátque νόμον πολυκέφαλον: quia multiplex, & quaſi diuerſorum corporum tibijs eſt ſonus: vel quia ſibilus vnus ex multorum ſerpentum capitibus manabat: vel quia chorus ad tibias ſaltantium ex multis conſtat: vel quia organicæ Muſicæ præludia diuerſa ſunt. Prima ratio omnium optima.

λαοσσόος. Hoc eſt, ὁ τοὺς λαοὺς σόων, σεύων, παρορμῶν, *qui populos ciet ad aliquid faciendum.* Metonymicè poëta certaminibus tribuit, quod tibiæ conuenit, vel tubæ, aut tibicinibus, tubicinibuſ-ve, qui tibiæ, tubæ-ve ſono homines ad arma incitant, & certaminum admonent. μναστὴρ Dor. pro μνηστήρ. Tibia ſic appellatur ab effectu, quòd in memoriam reuocet certamina, ὁ ὑπομιμνήσκων τ̃ ἀγώνων. Nem. Od. I. μνηστὴρ dicitur ὁ μιμνησκόμενος, in his λαὸν πολέμου μναστῆρα *populum belli memorem & ſtudioſum.*

παράφρασις.

quæq; harmonia excitatur ſpiritu tenui tranſeunte per æs & calamos vnde cōflata eſt: qui quidem calami fideles veríq; ſaltatorū teſtes, abundè naſcuntur in Cephiſi fluuij luco propè Orchomenum ſacram Gratijs vrbem, pulchróque in loco ſitam. Cęterùm ſiqua fœlicitate homines fruuntur, eam ab illis non ſine labore partam cernimus. Eā autem Deus vel in pręſentia, vel poſtea perducit ad exitum. Et certè penes Deū eſt ineuitabile fati decretū.

ἀντισρ. κῶλ. ιδ.

λεπτοῦ διανισσόμενον
χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκων,
τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ
ναίοισι πόλει Χαρίτων,
Καφισίδος ἐν τεμέ-
νει, πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.
" εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν-
" θρώποισιν, ἄνευ καμάτου
" οὐ φαίνεται· ἐκ δ̓ τελευ-
" τάσει νιν ἤτοι σάμερον
" δαίμων. τό γε μόρσιμον οὐ παρ-
" φυκτόν. ἀλλ' ἔσται χρόνος
" οὗτος ὃ καί τιν' ἀελπτίᾳ βα-
λὼν,

μετάφρασις.

*tenue tranſeuntem per æs, pariter & calamos, qui extant apud vrbem Charitū pulchro in loco fundatā Cepheſidis in luco, fideles teſtes ducentiū choros. Quod ſiqua fœlicitas inter homines* eſt, *nō ſine labore exiſtit: ſed eā ad exitum perducet aut hodie,* aut poſtea *Deus. Certè fatale decretū nō euitabile: ſed erit id tempus quod alicui deſperā-*

Enimuero tẽpus illud nonnunquã oritur, quod postquam in desperationẽ impulerit quempiam, prꝫter spem & expectationem illi hoc quidem dabit, illud verò quod sperauerit, non dabit. Quod tibi accidit Mida, qui quoniam erat in fatis, vicisti tibia, quanquam rupta lingula de victoria desperabas.

ἔμπαλιν γνώμας, τὸ μὲν δώσει, τὸ δ' οὔπω.

*tionem quum immiserit, contra opinionem hoc quidem dabit, illud autem nondum.*

λεπτοῦ διανισσόμενον. Construendum hoc cum præcedenti νόμον. Interim nõ solùm notabimus materiam doceri ex qua tibiæ componuntur: sed etiam metonymiã his verbis inesse, sumpta materia pro forma. Nomine χαλκοῦ metallorum genus omne comprehendit, aurum, argentum, aliáque id genus. Præcipuè verò comparantur ex calamis, quos à natali solo describit. Hoc instrumentum Musicum in Epigramm. tribuitur Euterpe. Εὐτέρπη δονάκεσσι πολυτρήτοισι λιγαίνει. Fiunt etiam tibiæ ex loto, buxo, cornu, osse ceruino. Dixit poëta διανισσόμενον χαλκοῦ, pro διὰ χαλκοῦ νισσόμενον, seu διανισσόμενον, τὸ διαπορευόμενον.

τοί. Nimirum calami. ναίοισι dixit, inquit Schol. σκληρῶς & διθυραμβωδῶς: & certè id sumit pro φύονται. Orchomenum his verbis circumloquitur, καλλιχόρῳ πόλει Χαρίτων. De illa vrbe vide 14. Olymp. & de Cephiso ibidem. χορευτᾶν μάρτυρες. In vsu fuerunt tibiæ ad choros & lætitiam, in conuiuijs, nuptijs, sacris certaminibus, bello quoque adhibitæ sunt.

εἰ δέ τις. Epilogus ex consolatoria gnomologia compositus. Etenim consolatione opus habebat, quòd tibiæ fractæ fuissent, vnde meritò metuerat ne victoria frustraretur. Attamen præter expectationem, solis calamis sine lingula vsus pro tibijs, victor est declaratus. Sic autem declaranda videtur sententia, Οὐδεὶς ὄλβος ἐν ἀνθρώποις ἄνευ καμάτου φαίνεται. ὁ δὲ Θεὸς ἢ σήμερον, ἢ ὕστερον ἐπὶ τέλος ἄξει αὐτοῦ. τὸ γὰρ εἱμαρμένον ἐστὶν ἄφυκτον. ἀλλ' ἔσται οὗτος ὁ χρόνος, ὅστις καὶ τὰ ἐν ἀνελπιστίᾳ καταστήσας τὸ ἀνάπαλιν τῆς γνώμης καὶ ἐλπίδος, τὸ μὲν δώσει, ὅπερ οὐκ ἤλπιζε, τὸ δ' οὐ δώσει, ὅπερ προσεδόκησε. Vide similem ferè sententiam Pyth. 8. ep. 4. ἐκ δὲ τελευτάσει. Per tmesin, & Dor. pro ἐκτελευτήσει δέ. Post σάμερον, supplendum necessariò est, ἤτοι ὕστερον.

τό γε μόρσιμον. Ratio propositionis, quia diuinum decretum est ineuitabile. πάρφυκτον poët. pro comm. παράφευκτον. Itaque alia præter spem contingunt: alia quæ speraueris, non eueniunt. ἀελπτίᾳ poët. à poët. ἄελπτος pro ἀνελπιστία, ἀνέλπιστος. ἔμπαλιν γνώμας. Confer cum ἔμπαλιν τέρψιος Od. 12. Olymp. vbi sententiam huic respondentem inuenies. Porrò quod paucis & obscurè dicit hîc Pindarus, pluribus & dilucidè proponit Eurip. in Alcestide sub finem, cuius meminit Lexicon Pindaricum: hæc sunt illius verba.

Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων.
Πολλὰ τ' ἀέλπτως κραίνουσι Θεοί.
Καὶ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη.
Τῶν δ' ἀδοκήτων πόρον εὗρε Θεός.

Hunc locum citat Lucianus in fine Symposij, seu Lapitharum.

*Pindari Pythiorum finis.*

# DE PINDARI
## NEMEORVM TITVLO.

NEMEA, ſeu Nemeonicæ inſcribitur hic tertius Pindaricæ periodi liber, quia in eo celebrat varios Nemeæorum ludorum victores. Nemeęi ludi dicti ſunt à Nemeą ſylua, vel regione, quam Nemea Aſopi filia ſic à ſe denominauit. Eorum authorem fuiſſe fabulantur Herculem, quòd ibi Nemeæum leonem occidiſſet. Alij referunt ad duces Thebanos illos ſeptem, qui Polynici ad Thebas militarunt: & ſic hiſtoriam contexunt. Septem duces Argiui cùm Thebas Polynici militatum iuiſſent, in via ſiti correpti, in Hypſipylen Lemniam inciderunt, quæ Lycurgi ſacerdotis Iouis, & Eurydices filium Opheltam ferebat. Hæc rogata, tanquam perita regionis eius, vt aquam oſtenderet, alumno inter herbas relicto, ducibus illis ad fontem viæ dux fuit. Interim Opheltes abſente nutrice, morſu venenati ſerpentis enectus eſt. Duces autem cum Hypſipyle reuerſi in eum locum, re viſa puerum ſepelierunt, & occiſo ſerpente in nutricis ſolatium certamen funebre tertio quoque anno celebrandum inſtituerunt. Quæritur autem quo pacto in Lemniam mulierem inciderint; ſed huic quæſtioni hoc modo ſatisfaciunt ex Theagene in rebusÆgineticis. Lemniades mulieres cùm ex pacto omnes ſuos occidiſſent viros: ſola Hypſipyle Thoanti patri illius jnſulæ regi pepercit. Quam ob cauſam Lemniades eam ream fecerunt, & capite mulctare decreuerunt. Sed his auditis aufugit Hypſipyle, & in latrones incidit, à quibus Lycurgo diuendita eſt: qui ſiue Nemeorum rex, ſiue Iouis ſacerdos, illi filium Opheltam nutriendum dedit. Itaque hâc tranſeuntes illi duces in eam facilè inciderunt. Pauſanias in Phocicis ait Adraſtum authorem eſſe: & eos qui dicti ſunt Epigoni, inſtauratores fuiſſe Nemeorum. In honorem Opheltæ igitur inſtitutum eſt hoc certamen funebre. Is autem alio nomine dictus eſt Archemorus: quoniam Amphiaraus vates mortem eius ab initio vitæ prædixit: & ἀρχὴ *principium*, μόρος *mortem* ſignificat: Sed hîc à quibuſdam dicitur fuiſſe non Lycurgi & Eurydices, ſed Euphetæ, & Creuſæ filius: ab alijs Talai filius, & Adraſti frater. Poſtea autẽ Hercules hos ludos illuſtrauit, & occiſo leone Nemeæo, Ioui Nemeæo dedicauit. Et, ſi credendũ Pauſaniæ, lib. 2. ſacra Ioui Nemeæo Argiui in Nemea faciunt, eíque certũ ſacerdotẽ deligunt: & armatis viris curſus certami-

na proponunt in ipſo Nemeorum conuentu, qui per brumæ dies celebratur. Aelianus l.4.c.5.variæ hiſtoriæ, ob Pronactem inſtituta à ſeptem Thebanis ducibus teſtatur, his verbis. Καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Πρώνακτι, καὶ ἐκεῖνοι χάριτας ἀπέδοσαν. Διὰ γὰρ αὐτοὺς ὑπολυομένου τοῦ Πρώνακτος, τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἐπ' αὐτοῦ, ὃν οἱ πολλοὶ οἴονται ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τεθῆναι ἐξ ἀρχῆς. Celebrari ſolebant in Nemea regione, tertio quoque anno (vnde appellatus ἀγὼν τριετὴς ſeu τριετηρικὸς) menſe qui Πάνεμος à Corinthijs & Macedonibus, βοηδρομιὼν ab Atticis dicebatur. Quoniam autem à militibus Thebas euntibus inſtitutum eſt hoc ſpectaculum, ſoli milites, aut militum filij primùm certabant: ſed poſtea etiam populus fuit admiſſus. His ludis præerant Argiui judices, primi Decelæonei, inde Corinthij, & Cleonæi: qui nigris & lugubribus induti veſtibus iudicabant, vt ſacrorum originem à luctu promanaſſe declararent. Victoribus dabatur primùm corona ex olea: quod ad bella vſque Medica factum ferunt. Nam ob cladem à Medis captam, in honorem cæſorum apio funebri planta coronari cœptum eſt. Alij verò dicunt victores apio coronari ſolitos ad perpetuam Archemori memoriam. Et huic certaminum generi apium iure conuenire cenſebant, cùm ex occiſi à ſerpente pueri ſanguine, herbam illam prognatam crederent. Plinius ait in Achaia ſacri certaminis victores apio coronari ſolitos. Et Lucianus in Gymnaſijs, Ὀλυμπιάσι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δ' ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ Θεοῦ. Hoc certamen primitus fuit equeſtre, & gymnicum funebre, ſiue Archemori, ſiue Pronactis in gratiam eſt inſtitutum. Admiſſa ſunt tamen omnium certaminum genera, pentathlon, ſtadium, diſcus, ſaltus, lucta, pugilatus.

ΠΙΝΔΑΡΟ

# ΠΙΝΔΑΡΟΥ

## ΝΕΜΕΑ.

ΧΡΟΜΙῼ ΑΙΤΝΑΙῼ. — CHROMIO AETNAEO.

ΕΙΔΟΣ Α. — ODE I.

## ARGVMENTVM.

*Chromium Aetnæum laudat à victoria Nemeæa quam curru adeptus est: à patria, ab hospitalitate, à virtute, quæ in dotibus cùm animi tum corporis refulget: à diuitiarum vsu & contemptu. Postea digreditur ad Herculis exemplum, vt Chromium ad herois tanti imitationem excitet, qui ob labores immortalitatem est promeritus.*

παράφρασις.

O Insula Sicilię Ortygia, ad quam vsque Alpheus Dianam vel Arethusam, cuius amore flagrabat, insequutus, nec tamen ea potitus, respirauit & substitit, ibique pòst longum per varios terræ cuniculos cursum, quietem castam inuiolata amatæ pudicitia car-

στροφὴ α. κῶλ. ι.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος, Ὀρτυγία,
δέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα, σέθεν ἁδυεπὴς
ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν
αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,

μετάφρασις.

*Respiramen magnificum Alphei, inclytarum Syracusarum germen, Ortygia, cubile Artemidis, Deli soror, à te suauiloquus hymnus aggreditur exponere laudem procelli-*

Ζλωὸς Αἰτναίυ χάειν.
ἅρμα δ᾽ ὀτρυώει Χρομίυ, Νεμέα
θ᾽ ἔργμασιν νικαφόροις
ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος.

*pedum magnam equorum, Iouis Aetnai in gratiam. Currus etiam Chromij incitat, Nemeáque ad contexendum laudatorium melos factis victorialibus.*

psit : ô & celebrium Syracusarum germen atque ornamentum, quatenus inde propagata & exornata es: lectus Dianæ, & Deli soror, quatenus Ortygiæ Cycladum insulæ, quæ & Delus dicta est, atque vbi Latona Dianam peperit, es cognominis: primum laudis studium à te ducit hymnus meus suauibus manans verbis, vt magna laude prosequatur equos instar procellæ veloces, ídque in Iouis Aetnæi gratiam. Hunc autem victoriæ laudatiuum hymnum canendi ansam præbet eximius Chromij currus, & Nemea celebris certaminis locus.

Χρομίῳ. Chromius filius Agesidami Siculi, auriga Hieronis, qui cùm opibus auctus fuisset, cœpit ipse equos alere, & relicta aula vicit ludis Nemeęis, ídque curru : quanuis in titulo non dicatur. Etenim ex contextu id colligitur : quum sub initium dicit poëta, ἅρμα δ᾽ ὀτρυώει Χρομίου, Νεμέα θ᾽. &c.

Αἰτναίῳ. Aetnæus Chromius à patria vocatur, videlicet Aetna, quæ priùs Catane dicebatur, antequam ab Hierone instaurata fuisset : de qua suprà, prima Pyth. Hinc non Catanæus, sed Aetnæus dici voluit Hieron in certaminibus, vbi victor proclamabatur. Quod & à Chromio factum tradit Didymus, qui cùm Hierone perquam familiariter vteretur, obtinuit vt itidem Aetnæus nuncuparetur.

ἄμπνευμα. Exordium per apostrophen ad Ortygiam, quam laudum συναθροισμῷ prosequitur. Primùm vocat σεμνοῦ Ἀλφεοῦ ἄμπνευμα *respiramen*, hoc est, *requiem casti Alphei*, quoniam fluuius Alpheus cursum videtur permagno labore, nũc in terram sese occultando, nunc è cauernis in lucem erumpendo, peragere ad Ortygiam vsque, vbi fontem Arethusam efficit, & substitisse dicitur, quum Dianam, cuius amore flagrabat, insequeretur. Dicitur autem ἄμπνευμα per syncopen, pro ἀνάπνευμα poët. pro comm. ἀναπνοή, hoc est, *respiratio, quies*, vt Olymp. Od.8. τῶν μόχθων ἀναπνοή, *respiratio*, seu *quies à laboribus*. Etenim ibi, vt ita dicam, quiescit post varios labores Alpheus. σεμνοῦ, hoc est, καθαροῦ: quia fluuius Alpheus Dianam insequens, ea non est potitus, sed ad fontem Arethusam substitit : vel quia Alpheus Arethusam quidem amauit: sed eam non vitiauit. σεμνοῦ lego metri causa, & quia σεμνὸς Ἀλφεὸς rectiùs dici videtur.

κλεινᾶν Συρακοσσᾶν. Dor. pro comm. κλεινῶν Συρακουσῶν. Iam secundo loco vocat Syracusarum germen : vel quia Syracusis, totíque Siciliæ erat ornamento: vel quasi ab ea nata, vt pote minor à maiori insula.

δέμνιον Ἀρτέμιδος. Tertiò *cubile Dianæ* : vel quòd ibi præstolata sit Alpheum fluuium : vel quòd ibi genita sit. Etenim Pindaro familiare est à locis eiusdem nominis ad alia loca transferre fabulas. In Ortygia autem genitam testatur Dianam Homerus in hymnis,

Χαῖρε μάκαιρ᾽ ὦ Λητοῖ ἐπεὶ τέκες ἀγλαὰ τέκνα,
Ἀπόλλωνά τ᾽ ἄνακτα, καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν,

Τλὼ μ̃ ἐν Ορτυγίῃ, τ̃ ʒ̃ κρανάῃ ἐν Δήλῳ.

vel quia, (quod magis placet) fluuialis Diana aram ad Alphei oſtium habet, vbi mare ſubit: & Diana in Sicilia culta eſt. Porrò Αρταμις Dor. pro Αρτεμις dicitur.

Δάλυ κασιγνήτα. Quartò *ſororem Deli* nuncupat: ſiue quòd Ortygia dicta eſt Delus, tum quum emerſit ex aquis: ſiue quòd vtraque nomen Ortygiæ habuit: & Deam vtraque excepit.

σέθεν ἁδυεπὴς. Exordij propoſitio. q. d. ἀπὸ σοῦ ὁ ἡδυεπὴς ὕμνος τὴν ὁρμὴν ἔχει, ὥστε θεῖναι μέγαν ἔπαινον τ̃ ὀξυτάτων ἵππων. Dixit σέθεν pro σοῦ per ellipſin præpoſitionis ἐκ, vel ἀπὸ. Hîc ἀελλόποδας ἵπποις vocat ταχυτάτοις. q. d. ἀέλλης δίκην πόδας ταχεῖς ἔχοντας: ſicuti Pyth. 4. dixit δίφροις ἀελλόποδας.

Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν. Cauſæ impellentes recenſentur. Iupiter, dictus Aetnæus, quia in Aetna cultus eſt: cuius beneficio, cùm ei ſacri eſſent hi ludi, Chromius victoriam obtinuit. 2. victoria Chromij curru parta. 3. Nemea, locus certaminis. Porrò ἔργματα νικαφόρα labores certaminum vocat, qui ad victoriam obtinendam exantlantur. Et ἐγκώμιον, hoc eſt, ἐγκωμιαστικὸν: vt in libris ſuperioribus docuimus.

παράφρασις.

Prima vtique certaminũ fundamenta vir ille iecit, Dijs virtutes eius diuinas ac præclaras adiuuantibus: eóque fuit fœlix. Quicunque autem fœlicitate, præſertim in ſacris ludis fruitur, is ſummum omnis ſplẽdoris & gloriæ faſtigium conſcendit: quandoquidem Muſa res magnis illis Græciæ in certaminibus præclarè geſtas memoriæ tradere, & celebrare ſolet. Iam verò, ô Muſa, ſplendido carmine illuſtra inſulam illam, quam Iupiter Olympi dominus in dotem dedit Proſerpinę: eíque nutu capitis & capillorum annuit ſe Siciliam quę primas tenere fertur frugum præſtantia,

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

ἀρχαὶ ʒ̃ βέβληνται Θεῶν
κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.
ἔστι δ' ἐν εὐτυχίᾳ
πανδοξίας ἄκρον. μεγάλων δ' ἀέθλων
Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.
νῦν ἔγειρ' ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ,
τὰν Ὀλύμπου δεσπότας
Ζεὺς ἔδωκεν Περσεφόνᾳ, κατένευσέν τέ οἱ χαίταις, ἀριστεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς,

μετάφρασις.

*Proœmia enim ſumpta à Dijs poſita ſunt cum illius viri admirandi virtutibus. Eſt autem in fœlicitate omnis gloriæ ſummum. Magnorum verò certaminum Muſa meminiße ſolet. Nunc excita ſplendorem aliquem inſulæ, quam Olympi dominus Iupiter dedit Proſerpinæ, & annuit capillis, principatum tenentem fertilis ſoli,*

ἀρχαὶ ʒ̃. Hoc eſt, ἀρχαὶ ʒ̃ τ̃ ἀγωνισμάτων βέβληνται ὑπὸ τῶν Θεῶν, σὺν θείαις ἀρεταῖς ἐκείνου ἀνδρός. ἤγουν ἐκ τῆς πρώτης τῶν ἀέθλων καταβολῆς ἡ τύχη τούτῳ συνέβαλε. Obſcurus ſanè eſt hic locus. Etenim incertum eſt, vtrum cum Scholiaſte referas ad προοίμια τῆς ᾠδῆς: an verò ad primum certamen. Intelligo cum

Aretio ἀρχαῖς ἀέθλων. Nam vt monet Schol. primum hoc certamen fuit, cui ſeſe commiſit Chromius, & in quo vicit: ídque diuino auxilio. Etenim ad Deos referre ſolet Pindarus quicquid elaborant homines, illóſque primariam, hos adiuuantes cauſas conſtituere.

ἔστι δ' ἐν. Hoc eſt, ἔστι δ' ἐξ εὐτυχίας, εἰς ἄκρον εὐδοξίας ἀφικέσθαι. Et certè qui fœlix eſt, per omnes vitæ partes ſumma claritudine fruitur, ac bene audit quaſi bonus: vnde Euripides, τὸ εὐτυχοῦντα, καὶ φρονεῖν νομίζομεν. Sententia iſta commendat nominis ſplendorem qui à fœlicitate conciliatur. Πανδοξία Pindarica vox, h.e. πᾶσα δόξα.

μεγάλων δ'. Renouatio propoſitionis, docens Pindaricæ Muſæ ſtudium, quod in laude inſignium athletarum verſatur.

νῦν ἔγειρε. Apoſtrophe ad Muſam, quam hortatur vt Siciliæ laudes perſequatur. q.d. ἔκπεμπε τοίνυν ὦ μοῦσα λαμπρότητά τινα τῇ νήσῳ, τῇ Σικελίᾳ. Commendatur eo quòd à Ioue in dotem data ſit Proſerpinæ, quódque ſit fœcunda, & frugum excellat præſtantia. Hac de re vide quæ 4. Verrin. dicit Cicero. Porrò τὰν Artic. præp. pro ſubiunct. ἥν. His verbis Siciliæ continetur periphraſis. Eam enim terram pro dote Proſerpinæ dedit Iupiter, vbi ad nuptialem thalamum in Aetna monte errans, à Plutone rapta fuiſſet.

κατένευσεν δέ οἱ χαίταις. Synecdochicè dicit *capillis ei annuit*, pro *capite ei annuit*. Nam in capite ſunt capilli. Sic autem Homerus Il. 1.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,
Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| & ſoli pinguedine, magnificis, excelſis, ac opulẽtis ciuitatibus conſpicuam & inſignem redditurum. Præterea regionis illius viros ille Saturni filius reddidit belli ſtudioſos, quod æneis armis inſtructi, haſtáque ex equo pugnantes ſtrenuè gerunt. Iiſdem quoque dedit eſſe athletis: vndè Olympia plerique vicerunt, ac precioſis oleaſtri folijs coronati fuerunt. Equidem in hoc de quo agitur viro multa laudanda | Σικελίαν πίειραν ὀρθώσειν κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς.<br>ὤπασε δὲ Κρονίων<br>πολέμου μναστῆρά οἱ χαλκεντέος<br>λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμπιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν<br>χρυσέοις μιχθέντα. πολλῶν ἐπέβαν,<br>καιρὸν οὐ ψεύδει βαλών. | *Siciliam pinguem ſe exaltaturum cacuminibus ciuitatum opulẽtis. Præbuítque ei Saturnius belli ſtudioſum populum, aereis inſtrumentis haſta ex equo pugnantem: qui ſæpe etiã folijs aureis Olympiacarum oliuarum ſe immiſcuit. Multa ingreſſus ſum, non iacto in tempus mendacio.* |

mihi propoſui: nec ſanè temporis huius opportunitate ad mentiendum vtor.

ὀρθώσειν κορυφαῖς. Siciliæ laus ab vrbium magnificentia: de quibus vide Vo-

laterr. l. 6. Geographiæ. Sententiam autem ſic reddas, ϰ̀ ἔνευσε κεφαλῆ Σικελίαν πίειραν, εὐκάρπου γῆς ἀριστεύουσαν, ὑψώσειν πλουσίων πόλεων ἐνοικήσεσι ταῖς ὑπ' αὐτὴν ἐσομέναις. Itaque regionis alicuius magnificentia in eo conſiſtit, vt excelſas & diuites ciuitates habeat.

ὤπασε δ'. Alia Siciliæ laus à ſtudio rei militaris. q. d. πάρεσχε δὲ ϰ̀ αὐτῇ ὁ Ζεὺς γενναίων, ϰ̀ πολεμικῶν ἀνδρῶν πλῆθος, πολέμου, ἐν ᾧ χαλκοῖς ὅπλοις χρῶνται, μνήμονα ϰ̀ ἐπιστήμονα, ϰ̀ ἱππαιχμίαις εὐδοκιμοῦντα. In his obſerua λαὸν dici πολέμου μναστῆρα, hoc eſt, μνήμονα: quod vno vocabulo dicas πολεμικὸν, γενναῖον, ἀνδρεῖον. Deducitur à phraſi illa Homeri, μνήσασθαι θούριδος ἀλκῆς, hoc eſt, ἀνδρίζεσθαι, *fortem ſe præſtare*: cui opponitur, ἀλκῆς ἐπιλαθέσθαι, hoc eſt, *ignauum eſſe*. Alia ſignificatione μναστὴρ occurrit ſtr. 2. Od. 12. Pyth.

οἱ. pro αὐτῇ. χαλκεντὴς, ὁ χαλκοῖς ἔντεσι, τουτέστιν ὅπλοις χρώμενος, *qui æneis armis vtitur*. ἱππαιχμος eſt, ὁ ἐκ τοῦ ἵππου τῇ αἰχμῇ, τουτέστιν ἔγχει, ἤγουν δόρατι μαχόμενος, *qui ex equo haſta pugnat*. Putem autem poëtam his verbis innuere Siculos cùm pedeſtri tum equeſtri exercitu præſtantes eſſe.

θαμὰ δὴ ϰ̀. Eiuſdem Siciliæ laus à certaminum ſtudio, & victorijs Olympicis: q. d. ϰ̀ πολλάκις ἐπ' Ολυμπίας νικήσαντα, ϰ̀ στεφάνοις ἐκ κοτίνου τιμίοις λαβόντα. Appellat *aurea* oleaſtri folia, vel ob colorem flauum, vel ob dignitatem coronarum, quas auro pretioſiores cenſebant.

πολλῶν ἐπέβαν. Præoccupatio, qua, dum redire vult ad perſonæ laudes, fidem ſuo encomio facit, ac teſtatur ſe hac victoriæ Chromij occaſione non abuſurū, ad eum falſis laudibus exornandum. q. d. πολλῶν ἐγκωμίων ἡψάμην, οὐδαμοῦ τῷ καιρῷ πρὸς ψεῦδος χρησάμενος, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ ἀληθεύσας.

παράφρασις.

Nunc igitur ſto ad veſtibulum domus viri hoſpitū amantis, ibi rem ab ipſo in Nemea præclarè geſtā carmine celebrans, vbi cœna conueniens olim adornata eſt mihi: & quibus ædibus peregrini plerumque hoſpitio excipiuntur. Hoc autē obtinuit, vir ille bonus, vt beneficentia etiam inimicos ſibi amicos reddiderit, & liberalitate tanquā aqua obtrectatorum maledicentiā bonos inſtar ignis vrentem extinxerit. Porrò cùm illi ingenitum eſſet certaminum ſtudium, ijs operam dedit: idque rectè

στροφὴ. β. κῶλ. ι.

ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύ-
ραις
ἀνδρὸς φιλοξένου, καλὰ μελπό-
μενος,
ἔνθα μοι ἁρμόδιον
δεῖπνον κεκόσμηται. θαμὰ δ' ἀλλο-
δαπῶν
οὐκ ἀπείρατοι δόμοι
ἐντί. λέλογχε δὲ μεμφομένοις
ἐσ-
λὼς ὕδωρ καπνῷ φέ-
ρειν
11 αἴτιον. τέχναι δ' ἑτέρων ἕτε-
ραι.
χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
στείχοντα, μάρνασθαι φυᾷ.

μετάφρασις.

*Steti autem in veſtibulo viri hoſpitum amantis*, *egregia* facinora *celebrans*, *vbi mihi conueniens cœna adornata eſt. Frequenter autem peregrinorum non ignaræ ſunt ædes* eius. *Eſt autem ſors* hæc *eius vt probos vituperantibus aquā igni ferat contrariā. Artes autē aliorū aliæ. Oportet autē in rectis vijs ambulantem anniti naturæ* viribus.

fecit:quandoquidem alij ad alias artes capeſſendas & exercendas ſunt idonei: & oportet vt quiſque naturam ducem ſequatur, & ad ea ſtrenuè contendat, ad quæ natura inclinat.

ἔστιν δ᾽ ἐπ᾽. Chromium poëta commendat ab hoſpitalitate, qua non ipſe ſolùm: ſed etiam plerique alij peregrini vſi ſunt, & quotidie vtuntur. Exiſtimo autem ἔστιν per temporis enallagen ſumendum eſſe: vt poſtulare videtur filum orationis, quod ex paraphraſi liquet. ἔσταν autem Dor. eſt pro ἔστην. αὔλειος ſiue αὔλεια θύρα, & αὔλειος, item αὔλειον ſumitur pro *veſtibulo*, hoc eſt, *ianua* τῆς αὐλῆς *cortis*, ſiue *atrij*. Horum exempla videbis in Lexicis. ἁρμόδιον δεῖπνον, appellatur *cœna loco & perſonæ conueniens*. Fingit autem poëta ſe ſtare ad veſtibulum ædium Chromij, & eius victoriam ibi iam canere, vbi olim exceptus fuit hoſpitio, quia ſciebat fore vt ibi caneretur à choro hic hymnus.

θαμὰ δ᾽ ἐκ. Hoc eſt, πολλάκις ὁ ὁ τοῦ Χρομίου οἶκος, τοὺς ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς γῆς εἰσδέχεται. Eâdem in ſignificatione ἀπείρατος occurrit 11. Olymp.

λέλογχε δ᾽. Hoc eſt, λέλογχε δ᾽ καπνῷ, ἤγουν περὶ αὐτίον ὕδωρ φέρειν ἐσλοὺς μεμφομένοις. Multum ſe torquet Schol. in ſenſu horum verborum inueniẽdo: ſed quia mihi non ſatisfacit, omiſſis ijs quæ ibi afferuntur, meæ expoſitionis rationem reddam. Exiſtimo hæc verba eſſe allegorica, & poëtam, cùm modò de Chromij φιλοξενίᾳ loquutus eſſet, qua ſibi conciliabat amicos, nunc de eiuſdem liberalitate & beneficentia agere, qua etiam inimicorum beneuolentiam captaret, ita vt quemadmodum aquâ ignem extinguit, ſic huius viri beneficentia obtrectatorum linguas compeſceret. Ac ſanè ſic ſe gerebat Alexander Seuerus, qui muneribus amicos retinere, & inimicos beneficijs ambire, & reconciliare ſolebat: vt colligere eſt ex Serm. 9. Maximi de Magiſtratu. Ageſilaus quoque, vt refert Plutarch. in Laconicis, ijs qui clanculum aduerſarentur, palam quidem non exhibebat negotium, ſed efficiebat vt ipſum in militiam ſequerentur: atque ex his nonnullos duces exercitus ac magiſtratus factos euehebat. Qui cùm ſe in magiſtratu improbè & auarè geſſiſſent, eóque in ius vocati periclitarentur, rurſus Ageſilaus illis patrocinabatur, & ab ipſis ſtabat, atque hac arte reddebat eos ex clancularijs hoſtibus amicos, & ad ſe reuocabat. Quoniam autem ἐσλὸς exponitur etiam *ſtrenuus*, ſuſpicari poſſit aliquis, poëtam innuere velle, fuiſſe aliquos qui ipſi tanquam ignauo obtrectarent, ſed eum iſtam calumniam abundè diluiſſe, quum ſuæ ſtrenuitatis ſpecimen in Nemeis edidit: ſic iſta non cohæreant cum præcedentibus, ſed à ſequentibus pendeant, vbi Chromium hunc à fortitudine laudat. Penes lectorem eſto alterutrius opinionis electio. Quod ad me attinet vtramque eo quo dixi ſenſu, optimam eſſe puto. Porrò metri & ſenſus ratio vult vt legamus ἐσλὼς Dor. pro ἐσλοὺς: & certè ſchol. exponit ἀγαθούς.

καπνῷ. A conſequenti antecedens intelligendum relinquit, à fumo ignem, cui reuera contraria eſt aqua. vnde Nazianz. σβεστήριον πυρὸς ὕδωρ appellat.

τέχναι δ᾽. Laus à certaminum ſtudio, ad quæ cùm ſe natum intelligeret, ſeſe contulit, naturam, vt prudentis eſt, ducem ſequens. Hinc gnomen proponit

dè varijs hominum ſtudijs: Item quòd ſit eundum quò natura vocat. Sic autem hæc poëtæ verba rectè redduntur proſa oratione. Ἄλλοι δ' ἄλλας τέχνας φιλοῦσι· χρὴ δὲ πρὸς ἃ πέφυκέ τις, πρὸς ταῦτα ἀκολουθοῦντα τῇ φύσει, ἰέναι καὶ περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖν. Poëticum loquendi genus, μάρνασθαι φυᾷ. Hoc eſt, τῇ φύσει, ἤγουν περὶ φύσεως μάχεσθαι. vt Homerus dixit: σοὶ πάντες μαχόμεσθα, pro περὶ σοῦ, vel διὰ σέ. Porrò στείχειν εὐθείαις ὁδοῖς, *rectam viam ſequi*, nec ab ea deflectere.

παράφρασις.

Opitulatur autem fortitudo ad res agendas, mentis ſolertia ad conſilia capienda. Has virtutes comitatur innata ſagacitas ad futura proſpicienda: quarũ quidem alius aliam poſſidet. Sed ô Chromie Agesidami fili, ita comparatus es, vt has omnes vtendas habeas, nimirum fortitudinem, mentis ſolertiam, & futuri prouiſionem, ſiue prudentiam. Prӕterea diues es, non tamen auarus, ſiquidem opes tuas ad propriũ vſum reuocas, déque ijs amicis impertis. Præclarè illud. Neque enim ego diuitijs abundare cupiam, vt eas domi reconditas aſſeruem: ſed vt ijs vtens, cùm mihi benefaciam, tum amicis ſubueniendo, bene audiam. Etenim homines cùm ſint multis laboribus & calamitatibus obnoxij, beneficos præbere ſe debent, communi quadam ſpe compulſi, fore nimirum aliquando referendi beneficij occaſionem, & mutuò accipiendæ gratiæ opportunitatem.

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
βουλαῖσι δὲ φρήν, ἐσσόμενον προϊδεῖν
συγγενὲς οἷς ἕπεται.
Ἁγησιδάμου παῖ. σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες.
" οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-
" τον κατακρύψαις ἔχειν,
" ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦ-
" σαι, φίλοις ἐξαρκέων.
κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες

μετάφρασις.

*Auxiliatur enim operi quidem robur, conſilijs autem mens, quæ comitatur à natura inſita futurorum proſpicientia. Tuis autem in moribus Ageſidami fili horum & illorum vſus. Non cupio multas in ædibus diuitias abſconditas habere, ſed ex ijs quæ adſunt, bona percipere, & bene audire, amicis ſubueniens. Communes enim veniunt ſpes*

πράσσει γάρ. Naturales aliquot virtutes recenſet, quas Chromio ineſſe teſtatur. σθένος, hoc eſt, ἀνδρεία robur corporis & fortitudo neceſſaria ad certamina. φρήν, hoc eſt, νοῦς ἐν βουλαῖς *ratio*, & *ſolertia mentis in conſilijs*, quibus it comes συγγενὴς τοῦ μέλλοντος πρόνοια, *innata futuri prouiſio*, ſeu *prudentia qua res futuras præſentimus*. Simplex πράσσει, pro συμπράσσει, hoc eſt, συνεργεῖ. Sic autem declaranda hæc ſententia. συνεργεῖ γὰρ τοῖς μὲν ἔργοις ἀνδρεία, τοῖς δὲ βουλεύμασι νοῦς. οἷς ἀκολουθεῖ συμφυὴς τοῦ μέλλοντος πρόνοια.

Ἁγησιδάμου παῖ. Aſſumptio, qua quæ modò dixit, Chromio competere profitetur. q. d. ὦ Χρόμιε τοῦ Ἁγησιδάμου παῖ περὶ τὸν σὸν βίον καὶ τρόπον ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις ὑπάρχει, καὶ ἔργων καὶ λόγων. ἀνδρεῖος γὰρ εἶ καὶ συνετός. Verba hæc τῶν τε καὶ τῶν ſunt diſtributiua, & omnia enumerata complectuntur.

οὐκ ἔραμαι. Poſtquam poëta Chromium ab hoſpitalitate laudauit, & à benefi-

centia, qua ipsos inimicos demereri consueuerat: nunc eū à diuitijs, earúmque recto vsu commendat, id sub sua persona agens. Loci autem sensum, & connexionem pete ex paraphrasi. Cæterùm eâdem opera docet poëta quis sit vsus, & abusus diuitiarum. Abusus, quum intus inutiles recōduntur: vsus, quum ijs cùm nobis, tum amicis benefacimus. Vnde rectè Horat. Od. 2. l. 2.

*Nullus argento color est auaris*
*Abdito terris, inimice lamnæ*
*Crispe Sallusti, nisi temperato*
*Splendeat vsu.*

& Theocrit.

Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσὸς
Κείμενος, οὐχ ἅδε πλούτου φρονέοισιν ὄνασις.
Αλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινὶ δοῦναι ἀοιδῶν,
Πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι πάων, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
Ανθρώπων, αἰεὶ δὲ Θεοῖς ἐπιβώμια ῥέζειν.

καταχρύψαις Aeol. pro καταχρύψας. & ἐόντων Ion. pro ὄντων. Οντα autem & ὑπάρχοντα sunt *bona* & *facultates*. Porrò hanc sententiam sic declares, οὐκ ἐπιθυμῶ θησαυρὸν οἴκοι καταχρύψαι, καὶ τηρεῖν ἀνωφελῆ πλοῦτον, ἀλλὰ τῶν ἀπ' αὐτῶν παρόντων εὖ παθεῖν, καὶ εὖ ἀκοῦσαι δωρητικὸς γιγνόμενος.

κοιναὶ γὰρ. Sententiosa ratio superioris sententiæ: qua docet quare, prout dixit, vtendum sit diuitijs. Explanatam vide in paraphrasi.

παράφρασις. — ἐπῳδ. κῶλ. η. — μετάφρασις.

Cæterùm cûm tibi bene cesserit primum certamen, boni ominis id esse puto: & hanc victoriam aliarum in posterum, vnde no.nen immortale consequaris, esse prænunciam. Quemadmodum & occisis ab Hercule infante anguibus, inde Tiresias collegit, & coniecit eum fore semper victoriosum, eiúsque nomen sine fine gloriosum. Quare libenter Herculis assumo & vsurpo exemplum, prisci alicuius herois præstantissimas virtutes, cum Chromij præclaro facinore comparaturus. Et dicam quod antiqua fert fama, quo pacto postquam recens natus, & cum Iphicle gemello fratre, ex vtero materno, vitato puerperij periculo, eductus est, & in lucem solis admirabilem editus ille Iouis filius:

πολυπόνων ἀνδρῶν. ἐγὼ
δ' Η-
ρακλέος ἀντέχομαι προφρό-
νως,
ἐν κορυφαῖς ἀρεταῖν
μεγάλαις ἀρχαῖον ὀτρύνων λό-
γον·
ὡς, ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέ-
ρος αὐ-
τίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
παῖς Διὸς, ὠδῖνα φεύγων, διδύ-
μῳ
σὺν κασιγνήτῳ μόλεν·

*valdè ærumnosorum hominum. Ego autem Herculem amplector libenter, in cacuminibus virtutum maximis antiquum accelerans sermonem, quo pacto postquam ex visceribus matris statim admirabilē in fulgorem filius Iouis, ex partu euadens, gemello cum fratre venerit:*

ἐγὼ δ' Ηρακλέος. Digreditur poëta ad ea quæ recens nato Herculi in cunis contigêre,

contigêre, quum ſerpentes compreſſos occîdit. Et comparationem quandam inſtituit Chromij cum Hercule, in hoc tantùm facto : & hoc innuere vult: quemadmodum Hercules hoc primo labore, quum ſuffocauit angues, Tireſiæ dedit anſam vaticinandi, futurum vt nunquam non vinceret, & præclarè factis immortale nomen obtineret : ſic cùm Chromius hoc primo certamine vicerit, ſpem concipio, eum aliàs quoque victoriam reportaturum : ac rerum maiorum ſibi fundamenta ieciſſe. Et huc redire videtur Didymi ſententia apud Scholiaſten, apud quem aliæ cùm Chæridis tum Chryſippi proponuntur. Chæris ob eam cauſam adductum putat Herculis exemplum, quòd Chromius non parum laborum pertulerit & ærumnarum ſub Hierone, tandem tamen ad id faſtigij prouectus ſit vt equos proprijs ſumptibus aluerit. Vnde Chromius poſt laborum tolerantiam ad claritudinem, perinde ac Hercules poſt exhauſtos ſuæ fortunæ labores, ad immortalem ſplendorem peruenit. Chryſippus ob Nemeæum leonem productum arbitratur, quòd ſit Nemeæus hic victor. Sed cùm leonis illius nihil meminerit, ſtare nequit Chryſippi ſententia: paulò veriſimiliora dixit Chæris : ſed veriſimillimum Didymus, quem ego ſequor.

Ἡρακλέος ἀντέχομαι. Hoc eſt, ἀντιλαμβάνομαι, *ſimile aßumo : ex oppoſito confero.* κορυφαῖς μεγάλαις ἀρεταῖς appellat *initia virtutum*, & τὸ ἄκρον. Nam κορυφὴ ſignificat τὸ ἄκρον *ſummum*, & *extremum*, quod in magnitudine eſt: vt montis κορυφὴ, quæ vt aſcendenti eſt vltima & deſcendenti prima : ſic figuratè virtutis κορυφὴ primum ſpecimen virtutis appellatur.

ἀρχαῖον λόγον. Scholiaſtes interpretatur, τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον. Ita ſuæ narrationi fidem facit Pindarus, quum nihil noui, ſed quod ab initio dictum eſt, de Hercule ſit recitaturus.

ὡς ἐπεὶ σπλάγχνων: Narrationem orditur ab Herculis infantia, σπλάγχνα ματέρος, appellat τὴν μητρικὴν νηδύν, & θαητὰν αἴγλαν, quod Dor. pro comm. θαητὴν αἴγλην, interpretamur, τὰς ἡλιακὰς αὐγάς: ſeu τὴν λαμπρὰν καὶ θαυμαστὴν ἡμέραν, vno vocabulo, τὸ φῶς. Iouis filius dicitur in lucem veniſſe διδύμῳ σὺν κασιγνήτῳ, quem, in Heracliſco Theocritus, Iphicle νυκτὶ νεώτερον facit.

παράφρασις.

quo pacto etiam, poſtquam non inſcia Iunone quæ aureo ſolio inſidet, faſcijs inuolutus in croceas cunas ingreſſus eſt, illa Deorum regina grauiter animo indignata, quòd prolem ex mortali muliere ſuſcepiſſet Iupiter, protinus ſerpentes immiſit, qui portis apertis in

στροφὴ γ. κῶλ. ι.

ὥς τ' οὐ λαθὼν χρυσόθρο-
νον
Ἥραν, κροκωτὸν σπάργανον ἐγκα-
τέβα.
ἀλλὰ Θεῶν βασίλεια
σπερχθεῖσα θυμῷ, πέμπε δ' ἐράκον-
τας ἄφαρ.
τοὶ μὲν οἰχθεισᾶν πυλᾶν
ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέ-

μετάφρασις.

*& vt non latens aureo throno inſidentem Iunonem, croceas cunas ingreßus eſt : ſed Deorum regina irritata animo miſerit ſerpentes ſtatim, qui apertis portis in thalami penetralia lata venerũt,*

thalami lata penetralia se intruserunt, cupientes suis spiris inuoluere puerulos, celeribúsque maxillis manducare. Ille autem infans Hercules erecto ex puluinari, extensóque capite, primum pugnæ specimen edidit.

κνοισιν ὠκείας γνάθοις ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. ὁ δ᾽ ὀρθὸν μὲν ἄντεινεν κάρα, πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

*puerulis celeres malis circumplicare cupientes. Ille autem rectum extendit caput, & specimen edidit primum pugnæ.*

ὥς τ᾽ οὐ λαθών. De cunis Herculis, & Iunone infensa quæ illi angues immisit, hæc dicuntur. q. d. διηγήσομαι καὶ ὅπως μὴ δυνηθεὶς διαλαθεῖν τὴν Ἥραν, εἰς κροκοβαφὲς ὕφασμα ἐπετέθη σπαργανωθείς, ἡ δὲ Θεῶν βασίλεια τῷ θυμῷ ὀργιζομένη, ταχέως ἔπεμψε δράκοντας. Iuno dicitur χρυσόθρονος quia cùm sit regina Deorum, splendido insidet throno. κροκωτὸν σπάργανον est κροκοβαφὲς ὕφασμα, seu κροκοειδὲς, *croco tinctæ fasciæ*, vel κροκωτὸν, ἀπὸ τῆς κρόκης ὑφαντὸν, à *trama & textura* textiles fasciæ. Nisi σπάργανον sumamus pro *cunis*, & κροκωτὸν pro κροκοειδὲς, vt *cunæ* à colore *croceæ* dicantur, vt apud Homerum ἠὼς κροκόπεπλος.

ἀλλά. Hæc coniunctio pro δὲ sumenda, vt vult Schol. Iam ostendit quis Herculi fuerit author primi periculi. Id Iuno fecit, Iouis cum Alcmena concubitum, iniquo ferens animo: ideóque Herculem ex eo natum implacabili odio prosequuta, vt poëtæ passim canunt. Ἥρα dicitur Θεῶν βασίλεια, quia regis Deorum Iouis & soror & coniux est credita. σπέρχεσθαι, hîc est θυμοῦσθαι, χαλεπαίνειν. vide Lexica.

τοὶ μέν. Artic. præposit. pro subiunct. οἱ. οἰχθεισᾶν πυλᾶν Dor. pro comm. οἰχθεισῶν πυλῶν. & ἔβαν pro ἔβησαν. ἀμφελίξασθαι *circundare*: vt ab antecedenti consequens μασᾶσθαι, καταφαγεῖν intelligatur.

ὁ δ᾽ ὀρθόν. Infantis animosi virtus & alacritas. q. d. ὁ δ᾽ Ἡρακλῆς ὀρθώσας ἑαυτὸν καὶ τὴν κεφαλὴν ἀνατείνας, τῆς δὲ πρώτης μάχης πεῖραν ἐλάμβανε. Hic Iunoni tribuitur serpentum immissio. At Pherecydes author est eos serpentes ab Amphitryone fuisse immissos, vt experiretur vter duorum infantium Iouis esset filius, ac Iphiclum visis bestijs statim fugisse: sed Herculem mansisse, eósque compressisse. Hoc fuisse primum certamen Herculis testatur noster Pindarus, eiúsque tantùm meminit, vt cum primo Chromij certamine conferat, & hoc quemadmodum illud bene ominari contendat.

ἄντεινεν metri causa pro ἀνέτεινεν: & πειρᾶτο negl. augm. pro ἐπειρᾶτο, μάχας pro μάχης.

παράφρασις. | ἀντισρ. κώλ. ι. | μετάφρασις.

Ambabus manibus geminos serpentes ceruicibus correptos constrinxit, ita vt effugere non potuerint. Tum illi strangulati & suffocati ex corpore magni-

δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας. ἀγχομένοις δὲ, χρόνῳ ψυχὰς ἀπέπνευσαν μελέων ἀφάτων.

*duabus manibus suis effugium non dantibus, duos ceruicibus corripiens serpentes: strangulatique taudē anis-*

tudinis inuſitatæ & ineffabilis, animam tandem emiſerunt, corpúſque ingens mortuum reliquerũt. Tum metus intolerabilis mulieres perculit, quotquot Alcmenæ puerperæ miniſtrabant. Quinetiam Alcmena, quanquam recens enixa, tamen abiecto peplo pedibus è lecto deſilijt, vt liberis opem ferret, & beſtiarũ illatum iniuriam propulſaret.

ἐκ δ' ἄρ' ἄτλατον δέος
πλᾶξε γυναῖκας ὅσαι τύχον Ἀλκμή-
νας ἀρήγοισαι λέχει.
καὶ γὰρ αὐτὰ ποσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σαισ' ἀπὸ στρωμνᾶς, ὅμως
ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

*mas exhalarũt è membris ineffabilibus: & intolerabilis metus perterrefecit mulieres quotquot fuerũt Alcmenes inſeruientes cubili. Quinetiam ipſa ſine veſtibus proſiliens pedibus è lecto, tamen propulſabat iniuriam beſtiarum.*

διαταῖσι Ion. & poët. pro διαταῖς. & μάρψαις Aeol. pro μάρψας. Et hæc cohærent cum ſuperioribus: quæ ſic reddas oratione ſoluta, ταῖς δύο χερσὶν ἑαυτοῦ, τοὺς δύο θῆρας ἐκ τῶν αὐχένων σφίγξας ἀφύκτως κατεῖχε.

ἀγχομένοις δὲ. Hoc eſt, τούτοις δὲ πνιγομένοις αἱ ψυχαὶ ἀπέλιπον, καὶ νεκρὸν εἴασαν τὸ παμμέγεθες σῶμα. Hic eſt euentus pugnæ Hetculis, nempe mors ſerpentum: quorum vnum dextra, alterum ſiniſtra manu comprehenſum ſuffocauit. ἄφατα μέλεα dicuntur propter inuſitatã magnitudinẽ, q.d. ἄρρητα, οὐκ ἐπιδεχόμενα φανῆναι διὰ τὸ μέγεθος, *ineffabilia, propter magnitudinem.* vel ἄφατα h.e. ἄγαν φθαρτικὰ, tanquam ab α. extenſiuo: & φάσαι idem quod φθεῖραι *corrumpere*: quod eos ſuffocare facile fuerit Herculi. Dicitur autem animas exhalaſſe tempore, quia fortè diu obſtiterunt morti huic ineuitabili, & tandem extincti ſunt. Porrò ſuſpicor hæc ita legenda eſſe, ἀγχόμενοι δὲ, χρόνῳ ψυχὰς ἀπέπνευσαν μελέων ἀφάτων. h.e. *& ſtrangulati tandem animas exhalarunt è membris ineffabilibus*, ſic metrũ, & phraſeos proprietas ſeruatur.

ἐκ δ' ἄρ'. Narrat quæ conſequuta ſunt rem iſtam. Terrore perculſæ ſunt Alcmenes ancillæ. q.d. τότε μέγας φόβος ἐξέπληξε τὰς ἐκείνης γυναῖκας, ὅσαι ἔτυχον περὶ τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν κοίτην Ἀλκμήνης. Dor. eſt ἄτλατον pro comm. ἄτλητον, & πλᾶξε negl. augm. & Dor. pro ἔπληξε. Item Ἀλκμήνας & ἀρήγοισαι, pro Ἀλκμήνης, ἀρήγουσαι.

καὶ γὰρ. Alterum ἑπόμενον: quòd mater etiam deterrita deſilierit è lecto nuda. Hoc loco, καὶ γὰρ, non eſt cauſale: ſed ſignificat *quinetiam*. vt 1. Od. Pyth. καὶ γὰρ βιατὰς Ἄρης. Dicitur ἄπεπλος ὀρούσαισα, non quòd peplo careret in lecto, ſed quòd ſubitò commota peplum abieciſſet. Nec ἄπεπλος γυμνὴν ſonat: neque enim decorum ſeruaretur: ſed intelligendum eam ſolo induſio tectam deſilijſſe cùm recens peperiſſet.

ἄμυνεν. Hoc eſt, ἐπὶ βοήθειαν ἠπείγετο πρὸς τὴν τῶν θηρίων βλάβην. Porrò Dor. dixit ἄμυνεν pro ἤμυνεν. Et ſerpentes vocauit impropriè κνώδαλα. Nam hæc ſunt propriè τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ θηρία, παρὰ τῷ ἐν ἁλὶ κινεῖσθαι. Sed καταχρηστικῶς καὶ πᾶν θηρίον, vt quum Homerus dicit, Κνώδαλον ὅττι δίοιτο καὶ ἴχνεσι γὰρ περιῄδει. Obſerua matris στοργὴν, quæ vt liberos periclitantes defendat, periculo ſeipſam committit: quatenus non ſolùm recens enixæ mulieri periculoſum eſt è lecto ſine veſtibus

ſurgere, ſed etiam illi ſexui, vt pote infirmiori, non tam facilis eſt defenſio aduerſus tam dirum animal.

ὅμως. Legere malo ſic quàm ὁμῶς *ſimul*. q.d. *Quinetiam ipſa mater, quanuis è lecto deſilijſſet nuda, tamen iniuriam beſtiarum illarum propulſare conabatur.* vel, vt habet paraphraſis.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Ilico etiam Thebanorum Cadmi ſubditorum duces æneis armis inſtructi confertim accurrerunt. Ipſe etiam putatitius Herculis pater Amphitryo, eductum è vagina enſem concutiens aduenit, ipſemet acuto dolore concuſſus, vt cuius res agebatur, quum liberi periclitarentur. Etenim omnem hominem pariter propria calamitas affligit: ſed quiuis alieno malo leuiter tangitur, quémque dolorem cor noſtrum inde concepit, ſtatim delet & relinquit. | ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-<br>κέοις σὺν ὅπλοις ἀθρόοι ἔδρα-<br>μον,<br>ἐν χειρὶ δ' Ἀμφιτρύων<br>κολεοῦ γυμνὸν ἐκτινάσσων ξί-<br>φος,<br>ἵκετ', ὀξείαις ἀνίαισι τυ-<br>πείς.<br>τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει<br>πάνθ' ὁμῶς. εὐθὺς δ' ἀπήμων<br>καρδία<br>κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον. | *Confeſtim autem Cadmeornm duces æreis cum armis confertim accurrerunt. Amphitryo quoque manu nudum vagina enſem quatiens venit, acutis doloribus ſaucius. Nam proprium* infortunium *premit omnem pariter: at ſtatim afflictionis expers cor ob luctũ alienum.* |

ταχὺ δέ. Poſt famulas hera, poſt heram Cadmei duces, & Amphitryonis aula, tandem ipſe Amphitryo properant ad infantum defenſionem. Καδμείων ἀγοὶ dicuntur ipſi Thebanorum duces; Thebani enim rectè cognominãtur Cadmei ab eorum rege Cadmo.

τὸ γὰρ οἰκεῖον. Ratio cur perturbatio Amphitryonis videatur maior: q. d. τὸ γὰρ οἰκεῖον καὶ ἴδιον κακὸν, ὁμοίως λυπεῖ τοὺς οἰκείους πάντας. περὶ δὲ τὰ ἀλλότρια συμπτώματα καὶ κακὰ, ἀβλαβὴς καὶ ἄλυπος ἡ καρδία παραχρῆμα γίνεται. Gnome elegans & memorabilis, cui reſpondet illud Ciceronis, *Statim areſcit lacryma, præſertim in malis alienis.* & prouerbiale illud, οὐκ ἐς ἐμὸν τὸ πρᾶγμα, πολλὰ χαιρέτω. *Non eſt meum negotium, multum valeat.*

κᾶδος Dor. pro κῆδος. Hoc eſt, λύπη. Vt & Iſthm. 8. μήτε κάδεα θεράπευε: *neque mœrores foue.* Sed Ol. 7. ſignificat *affinitatem.*

| παράφρασις. | στροφὴ δ. κῶλ. ι. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quum autem adueniſſet, conſtitit, & in ſtuporem | ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ<br>τερπνῷ τε μιχθείς. εἶδε γὰρ ἐκνόμιον | *Conſtitit autem ſtupore acerbo, delectabi-* |

λῆμά τε καὶ δύναμιν
υἱοῦ. παλίγγλωσσον δέ οἱ ἀθάνατοι
ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
γείτονα δ' ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψί-
στου προφάταν ἔξοχον
ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν. ὁ δὲ οἱ
φράζε, καὶ παντὶ στρατῷ
ποίαις ὁμιλήσει τύχαις.

*líque permixtus. Vidit enim inusitatam generositatem & fortitudinem filij. Diuersilinguem igitur immortales nuntiorum sermonem reddiderunt. Vicinum itaque aduocauit Iouis altißimi prophetam eximium rectè vaticinantem Tiresiam. Ille autem ei dixit, totíque turbæ, in quibus versaturus eßet fortunis.*

acerbitate & iucunditate temperatum raptus est: siquidem cùm de liberorum salute desperasset, eos tamē deprehendit incolumes, quum dracones vidit interemptos ab Hercule putatitio filio, qui inusitatam huic ætati tenerrimæ generositatis & roboris præstantiam exhibuit spectandam. Itaque Dij immortales effecerunt, vt quod à nuncijs diuulgatum fuerat, nimirum extinctos esse infantes, in contrarium cesserit: & non illi, sed dracones perijsse visi sint. Hoc miratus Amphitryo, veridicum supremi Iouis vatem præstantissimum Tiresiam vicinum accersiuit, & quid hoc portenderet ipsum interrogauit. Tum Tiresias Amphitryoni, & vniuersæ Thebanorum turbæ circunstanti prędixit quibus in fortunis Hercules esset versaturus, quásque res gesturus.

ἔστα δὲ θάμβει. Contrarios effectus ex rei nouitate ostēdit fuisse in Amphitryone. θάμβος δύσφρον, hoc est, δυσυπομονητόν: quia filios audiuerat fuisse interemptos: τὸ τερπνόν: quia præter opinionem incolumes inuenit: contrà verò occisos dracones. Sic Homerus τὴν δ' ἅμα χάρμα καὶ ἄλγος ἕλε φρένα.

εἶδε γάρ. Ratio pugnantis affectus. Terrorem expulit lætitia: quia vidit filij præclarum facinus. ἐκνόμιον dicit τὸ ἔξω τοῦ νόμου, ἤγουν ἔθους ὄν. *quod est insuetum & inusitatum.* υἱοῦ. Intellige Herculis filij putatitij.

παλίγγλωσσον. Hoc est, οἱ δὲ Θεοὶ τὸν λόγον τῶν ἀγγέλων τοῖς προσηγγελμένοις ἐναντίον ἔθεσαν. Itaque ῥῆσιν παλίγγλωσσον, vocat τὸν ἐναντίοφημον λόγον. In compositione πάλιν *contrarium* significat, vt παλινῳδία, & id genus. Od. 6. Isthm. dicitur παλίγγλωσσος πόλις, *quæ lingua Græca contraria vel diuersa vtitur.*

γείτονα δ' ἐκκάλεσεν. Amphitryo Tiresiam vocat, vt rei nouitatem explicet. Eius attributa hæc sunt; quòd sit Iouis ἔξοχος προφήτης. Dixit autem προφάταν Dor. pro προφήτην. Item quòd sit ὀρθόμαντις, hoc est, ἀληθὴς μάντις, ὁ τἀληθῆ καὶ ὀρθὰ μαντευόμενος, *vera rectáque vaticinans.* Dicit γείτονα, quia Thebanus erat, ac proinde in vicinia habitabat. Vide Idyll. 25. Theocriti, vbi hæc Alcmenæ tribuūtur.

Τειρεσίαν τόκα μάντιν ἀλαθέα πάντα λέγοντα
Ἀλκμήνα καλέουσα, χρέος κατέλεξε νεοχμόν.

Neque istud obstat quominus etiam Amphitryo vatem accersiuerit. Nam mater re, priusquam pater aduenisset, cognita, deinde pater potuit vatem accersere. Aldi editio habet ἐκκάλεσεν ídque meliùs, ratione metri.

ὁ δέ οἱ. Tiresiæ vatis explicatio: qua quid istud portenderet, ostendit, οἱ, hoc est, αὐτῷ, nempe Amphitryoni. φράζε negl. augm. imperf. pro ἔφραζε. Propriè autem dixit παντὶ στρατῷ: quia duces armati aduenerant, & si opus fuisset, aduersus monstra pugnaturi.

περίφρασις.

Quot in terris, quot in mari perniciosas hominum generi bestias esset interfecturus: vti aprum Erymanthium, Nemeæum & Citheroneum leonem, Stymphalides aues, & balænam, aliáque multa. Dixit etiam quemuis qui ipsum odio prosequeretur, séque insolentem & iniuriosum præberet, morte ab ipso mulctatum iri, vt mactatorem hospitum Busirin, & Antæum Gigantem. Quinetiā hoc addidit dictis, fore vt quum Dij in Phlegra, qui pagus est Thraciæ, cum Gigantibus prælio concurrerent, Ioui ferens opem, eos sagittis suis confoderet, vnde humi prostrati eximiam cęsariem puluere fœdarent.

ἀντιστρ. κῶλ. ι.

ὅσσοις μὲν ἐν χέρσῳ κτανὼν,
ὅσσους δὲ πόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας.
καί τινα σὺν πλαγίῳ
ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα τὸν ἐχθρότατον
φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.
καὶ γὰρ ὅταν Θεοὶ ἐν πεδίῳ Φλέγρας γιγάντεσσιν μάχαν
ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥιπαῖσι κείνου φαιδίμαν
γαίᾳ πεφύρσεσθαι κόμαν,

μετάφρασις.

*Quot in terra interfecturus, quot & in mari belluas perniciosas, & quempiam cum obliqua insolentia incedentem hominum inimicissimum dixit ei daturū* pœnas *morte. Quinetiam cùm Dij in campo Phlegræ cum Gigantibus prælio concurrerent, telorum illius impetu præclaram puluere commixtum iri comam* illorum.

ὅσσοις μὲν. Generatim labores Herculis perstringuntur distributione, terra maríque. Hos ab historijs haurire licet. Nonnullos in paraphrasi attigimus: peculiariter occisam ab eo balænam annotauimus. Idque ex Homero Scholiastes hausisse se testatur, in his

τό ῥα οἱ Τρῶες, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
Ποίεον, ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκφυγὼν ἀλέοιτο.

Quod si ita se habet, balænam in Troade occîdit.

ἀϊδροδίκας. Est accusat. plur. à recto sing. ἀϊδροδίκης. Hoc est, τῆς δίκης ἀΐδρεις, τῶν δικαίων ἀνεπιστήμων, *iustitiæ nescius, iuris ignarus*: ac proinde *crudelis, perniciosus*. ἀΐδρεις fit ex α. priuat. & εἰδέω *scio*.

καί τινα. Speciatim aliquem notat quem occisurus esset Hercules. Id Scholia referunt ad Busirin, qui hospites mactare solebat, & ad Antæum. In genere tamen hoc intelligere possis de omnibus improbis quos deleuit. φᾶσε. Negl. aug. & Dor. pro ἔφησε. Aor. primi, verbi φημί. πλαγίῳ κόρῳ, hoc est, οὐ κατ' εὐθὺ ὄντι. Translatum à malè agentibus, qui non regia, sed obliqua via incedunt. In hac sententia Schol. ἀντιάζωσιν obseruat, & accusatiuum pro datiuo positum putat, vt sit, καί τινι ἀδίκῳ ἀνδρὶ αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα ἔφασκε δώσειν μόρον, ἀντὶ, τοὺς ἀδίκους ἀνελεῖν, *& dixit ipsum Herculem alicui iniusto viro necem daturum*, pro, *iniustos sublaturum è medio*. Hac in constructione νιν sumetur pro αὐτόν. Sed si citra ἀντιάζωσιν construamus, νιν sumetur pro αὐτῷ: & subaudietur accusat. plur. δίκας. & μόρον, pro κατὰ μόρον accipies, hoc est, μόρῳ καὶ θανάτῳ.

καὶ γὰρ. Hoc quoque sumimus non pro causali particula: sed exponimus *quinetiam*, sicut antistr. 3. καὶ γὰρ αὐτὰ ποσίν. Amplificat autem Tiresias laudes Herculeæ

fortitudinis, quum dicit eum Dijs opem laturum aduersus Gigantes. Pugnæ locus Phlegra, Thraciæ vicus. Ibi Terra oraculum reddidit deleri non posse Gigantes, ni duo semidei Dijs opem ferrent. Quare Hercules & Bacchus admissi, deleuêre Gigantes. Dicta autẽ est Phlegra, à φλέγεσθαι, quòd igni, & calidarum fluxu abundaret. Eadem Pallene vocata est, teste Eustathio: qui pugnam inde originem traxisse ostendit, quòd loci illius homines barbarè vixerint.

γαίαν πεσόντων Ion. & poët. pro γαίᾳ: & ante μάχαν, supple εἰς vel πρὸς. Sic & φαιδίμαν κόμαν, pro φαιδίμην κόμην. & πεφύρσεσθαι est infinit. paulo post futuri πεφύρσομαι. Dicitur γαίᾳ φύρεσθαι, hoc loco, quod vno vocabulo efferas, κονίζεσθαι. Vt Homerus loquutus est, ὡς τοῦ μὲν κεκόνιτο χάρη. Porrò à cõsequenti antecedẽs intelligendum, nempe Gigantes sagittis Herculis saucios cecidisse, tum humi prostratos puluere sese fœdasse.

πυρὸς φέρουσι. ἐπῳδ. κώλ. η. μετάφρασις.

Quibus peractis demum ac deinceps futurum erat, vt magnorum laborũ, quos exantlarat, præmium excellens reportaret. Primùm tranquillitatem qua in perpetuum frueretur: deinde florentem Heben, quam beatis ædibus vxorem exciperet, celebrato apud Saturni filium Iouem nuptiali conuiuio: denique & vitam immortalem, & cum Dijs immortalibus conuersationem, in quam receptus, augustum Iouis domicilium admiraretur & collaudaret.

ἔνεπεν. αὐτὸν μὰν ἐν εἰρήνᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον σχερῷ
ἡσυχίαν καμάτων
μεγάλων ποινὰν λαχόντ' ἐξαίρετον,
ὀλβίοις ἐν δώμασι δεξάμενον
θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν,
καὶ γάμον δαίσαντα πὰρ Δὶ Κρονίδᾳ,
σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

*dixit: ipsum verò in pace omne tempus deinceps tranquillitatem laborum magnorũ præmium eximium consequutũ, recepta in beatas ædes Hebe coniuge florente, & nuptijs celebratis apud Iouem Saturnium, augustam laudaturum domum.*

ἔνεπεν. Cohæret cum superioribus. Sequentia autem faciunt mentionem præmiorum quibus ob labores exantlatos Hercules donatur. Primũ est εἰρήνη καὶ ἡσυχία. 2. γάμος Ἥβης. 3. receptio in σεμνὸν δόμον, in quo cum Dijs conuersaretur.

σχερῷ poët. aduerb. pro ἐφεξῆς. Fit tanquam à datiuo σχεδίῳ nominis σχέδιος. reiecto ι. & mutato δ. in ρ. at hoc mihi non placet. Et error est in metro manifestus, deest enim syllaba. Itaque putarem legendum δυσχερῶν: esséťque adiectiuũ substantiui καμάτων. h.e. *arduorum laborum*: nisi metrum obstaret itidem. Enimuero σ. quandoque dissimulatur ab authore nostro, vt ἔχεν plerumque dicit pro ἔσχεν. ποινὰν καμάτων. dicit vt Pyth. I. ποινὰ τεθρίππων. γάμον δαίσαντα, h.e. τελευτήσας τῆς ἑορτῆς τοῦ γάμου.

ΤΙΜΟΔΗΜΩ ΑΘΗΝΑΙΩ, παγκρατιαστῇ.

TIMODEMO ATHENIENSI pancratiastæ.

ΕΙΔΟΣ Β.

ODE II.

## ARGVMENTVM.

*Timodemus laudatur à Nemeæa victoria, qua patriam illustriorem reddidit: deinde sumpta occasione ad maiores eius transit poëta, quorum plurimas victorias recenset.*

παράφρασις.

Quemadmodum Homeridæ qui consutilia Homeri carmina recitant, aliíque poëtæ quum poësin inchoant, initium ducunt à Iouis inuocatione. Sic etiã vir hic præclarus Timodemus Atheniensis, victorias suas exorsus est à Nemeis sacris certaminibus, quæ in Iouis Nemeæi honorem, in celeberrimo Nemeę luco celebrantur.

ὀγδὰς α.

Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι
ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ
ἄρχονται, Διὸς ἐκ προοιμίου. καὶ ὅδ' ἀνὴρ
καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων
νικαφορίας δέδεκται
πρῶτον Νεμεαίου
ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

μετάφρασις.

*Vnde & Homeridæ consutilium carminum plerumque poëtæ auspicantur, à Ioue procemium, hic quoque vir fundamentum sacrorum certaminum victoriæ sumpsit primum in Nemeæi Iouis multum decantato luco.*

Τιμοδήμῳ. Timodemus patria Atheniensis, pancratio Nemea vicit. De quo certaminis genere iam dictum est in Olympijs. Ode η. Ep.3.

ὀγδὰς. Quinque sectionibus constat hic hymnus, quæ vocantur ὀγδάδες, non alia de causa, quàm quòd singulæ constent ex octo colis.

ὅθεν περ. Ducitur exordium à pari. Nam ostendit poëta Timodemum suæ certamina rectè à Nemeis incepisse, quæ Ioui sunt sacra, sicut Homericorum carminum

carminum recitatores & poëtæ initium ducunt à Ioue. Aduerbium ὅθεν eſt loco relatiui, ἐξ οὗ: ei reſpondet ἐντεῦθεν redditionis particula. Et ſic locus hic à pari explicandus. ὅθεν δὴ καὶ οἱ Ὁμηρίδαι λεγόμενοι ἀοιδοὶ, τὴν ἀρχὴν τοῦ λέγειν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ποιοῦνται ἐκ Διὸς προοιμιαζόμενοι. ἐντεῦθεν καὶ οὗτος ὁ ἀνὴρ, τὸ θεμέλιον τῶν ἱερῶν ἀγώνων ἀπὸ τοῦ Διὸς πεποίηται, διὰ ἀνακείμενα Νέμεα πρῶτον νικήσας.

Ὁμηρίδαι. Homeridæ propriè ſunt Homeri poſteri, qui genus ad Homerum referentes, poëſin eius per ſucceſſionem canebant. Poſtea dici cœperunt Homeridæ, non qui genus ad Homerum referebant, ſed qui eius carmina populo recitare poterant: & hos Homeriſtas quoque appellatos teſtatur Athenæus l. 14. c. 3. quos Demetrius Phalereus primùm in theatra produxit. Demum Homeridæ dicti in genere rhapſodi, qui licèt præcipuè Homerica recitarent, tamen aliorum etiam canebant, vt Heſiodi, Archilochi, Phocylidis, Simonidis, vt conſtat ex Athenæi loco, vbi Cleomenem rhapſodũ Empedoclis in Olympijs fuiſſe ait, & Hegeſiam Comicum Herodoti hiſtoriam in Alexandria frequenti theatro egiſſe. Præclaros rhapſodos qui Homeridæ dicerentur, tempore Cynæthi Chij fuiſſe teſtatur Schol. qui Homero inſeruerunt verſus quos ipſi fecerunt. Author eſt Hippoſtratus Cynæthum primum Syracuſis Homerica carmina conſuiſſe circiter Olymp. 69. Hic quoque hymni in Apollinem, qui Homero tribuitur, author eſſe fertur.

ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδοί. Periphraſticè dictum, pro ῥαψῳδοί. Hinc videmus Pindaro ῥαψῳδοὺς dici παρὰ τὸ ῥάπτειν τὴν ᾠδήν: quòd ex toto opere Homerico hinc inde colligerent verſus ſuo inſtituto accommodandos, ſiue de nuptijs, ſiue de monomachijs, dolo, virtute, iudicio acturi eſſent. Hanc etymologiam etiam ex Heſiodi carmine colligere eſt, quum ait,

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλπομεν, ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν:

vnde apparet eundem eſſe ῥαψῳδὸν, & poëtam. Alij ῥαψῳδοὺς dici volunt veluti ῥαβδῳδοὺς, ſequuti hoc Callimachi,

Καὶ τὸ ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον,
Ἠνεκὲς ἀείδω ποπιδεγμένος.

Erátque laurea virga, quam tenentes iſtiuſmodi carmina faciebant. Eoſdem Menæchmus στιχῳδοὺς appellari dixit, eo quòd στίχοι quibuſdam ῥάβδοι dicantur. Sunt qui dicant Homeri poëſin primùm non fuiſſe in vnum collectam, ſed per partes diſperſam: vnde ſiquando eam canerent rhapſodi, eam certa iunctura in vnum redigerent: & cùm cantoribus agnus proponeretur in præmium, ἀρνῳδοὶ ſalutabantur. Vide Iliad. initio Euſtathium.

Διὸς ἐκ προοιμίου. Hoc in prouerbium abijt. Non ſolùm autem Homericorum carminum recitatores à Ioue auſpicabantur, ſed & alij poëtæ vt Theocritus,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῦσαι.

Sic à Ioue incipit Heſiodus opera & dies. Verùm plerique à Muſarum inuocatione, omiſſo Ioue, exordiuntur. Citatur locus hic in adagio, *Deo præeunte nullus officit obex*. Porrò ſic conſtrue, προοιμίου ἄρχονται ἐκ Διὸς, h. e. *proœmium à*

*Ioue ducunt*. Etenim ἐκ pendet à Διὸς præcedente, non à προοιμίου, quod regitur ab ἄρχονται.

καὶ ὅδ' ἀνὴρ. Emphaticè ita loquitur; éstque redditio comparationis, in qua supplendum τὸ ἐντεῦθεν. καταβολαὶ Dor. pro καταβολὴν, hoc est ἀρχὴν: metaphora sumpta ab architectis, qui fundamenta primùm iaciunt, deinde ædificium superstruunt. Iupiter Nemeæus dicitur quòd in Nemea coleretur, & Nemeæi ludi ipsi essent sacri, sacrúmque nemus. Periphrasticè victoriam Nemeæi certaminis significat ijsdem verbis.

παράφρασις.

Præterea, siquidem ætas eum rectà deducens per vestigia paterna, quatenus certaminum studio tenetur quemadmodum maiores, dedit magnis Athenis, vt ornamento sit ijs, necesse est Timodemum Timonoi filium Isthmia pulcherrima & Pythia vincere, quemadmodum maiores ipsius. Quemadmodum autem videmus in astrorum cursu.

ὀγδοὰς β.

ὀφείλει δ' ἔτι, πατρίαν
εἴπερ καθ' ὁδόν νιν εὐθύπομ-
πος
αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκε
κόσμον Ἀθάναις,
θαμὰ μὲν Ἰσθμιάδων δρέπε-
σθαι
κάλλιστον ἄωτον, ἐν Πυ-
θιοισί τε νικᾶν
Τιμονόου παῖδ'. ἔστι δ' ἐοικὸς,

μετάφρασις.

*Oportet autem (siquidem paternam per semitam eum rectà deducens æuum magnis dedit Athenis ad ornamentum) frequenter Isthmiadum decerpere pulcherrimum florem, in Pythiisque victorem esse Timonoi filium. Est autem consentaneum,*

ὀφείλει δ'. Laudat victorem Timodemum à virtute maiorum, quam ipsi proponit imitandam: vt quemadmodum illi, sic & ipse Isthmia & Pythia vincat; quæ quoties Timodemidæ vicerint, refert octonario quarto. Series autem verborum indicat Leonicerum & Aretium falli, qui putant Timodemum laudari ob iam reportatas victorias illas: quas tamen poëta satis perspicuè dicit illi reportandas, vt paterna sequatur vestigia.

πατρίαν καθ' ὁδόν. Non solùm patris, sed aliorum quoque progenitorum viam intelligit. Non enim solus Timonous, sed alij quoque qui octonario 4. Timodemidæ vocantur, quíque Timodemi maiores videntur intelligendi, certaminibus hisce claruerunt.

εὐθύπομπος αἰών. Hæc verba sic expone. *Aeuum quod homines aliquò rectà deducit*, vt ad præclarum aliquod vitæ institutum, aut ad beatum aliquem finem. Fit εὐθύπομπος ab εὐθὺς *rectà*, & πέμπω *mitto*. Vocat hîc μεγάλας Athenas, quas Pyth. 7. μεγαλοπόλιας. Porrò ante κόσμον supple εἰς. Cæterùm totam sententiam sic declaro. ἔστι δ' ἀναγκαῖον αὐτὸν καὶ Πύθια καὶ Ἴσθμια νικᾶν, ὡς οἱ πατέρες αὐτῶν ἐνίκησαν αὐτά. εἴπερ ὁ εὐθύπομπος αἰὼν Τιμονόου παῖδα δέδωκεν εἰς κόσμον μεγάλαις Ἀθήναις, κατ' ἴχνη τῶν πατέρων στείχοντα.

ἔστι δ' ἐοικός. Illustrat argumentum ab imitatione paternarum virtutum, per collationem, q. d. ὥσπερ εἰκός ἐστι τὸν Ὠρίωνα μὴ μακρὰν, ἀλλ' ἐγγὺς τῶν

Πληιάδων πορεύεσθαι. οὕτω δεῖ καὶ τὸν Τιμόδημον Τιμονόῳ πατρὶ ἕπεσθαι, καὶ τοῖς προγόνοις.

παράφρασις.

Orionis ſidus Pleiadas perpetuò ſequi, nec ab ijs vnquam declinare: ſic & veriſimile eſt Timodemum à patrum virtute non deflexurum, ſed eam diligenter ſectaturum. Quinetiam decori erit Inſulæ Salamini vbi eſt educatus, quanquam Athenis natus: ita vt virum fortem & bellicoſū educare poſſe dicatur Salamis. Quod apud Troiam in Aiace Telamonio expertus eſt Hector, ſingulari certamine cum ipſo congreſſus. Quódque in te nunc eſt comprobatum, quum laudibus auctus es ob fortitudinem, cuius ſpecimen edidiſti pancratio, téque animoſum & laborum tolerantem eſſe oſtendiſti.

ὠδαὶ γ.

ὀρειᾶν γε Πελειάδων
μὴ τηλόθεν Ὠρίωνα νεῖ-
σθαι.
καὶ μὰν ἁ Σαλαμίς γε θρέ-
ψαι
φῶτα μαχατὰν
δυνατός. ἐν Τρωΐᾳ μὲν Ἕκ-
τωρ
Αἴαντος ἄκουσεν, ὦ Τι-
μόδημε. σὲ δ᾽ ἀλκὰ
παγκρατίου τλάθυμος ἀέ-
ξει.

μετάφρασις.

*montanis à Pleiadibus non procul Orionem incedere. Quinetiam Salamis poteſt educare virum bellicoſum. Apud Troiam quidem Hector Aiacem audiuit: te vero Timodeme fortitudo pancratij laborioſa promouet.*

ὀρειᾶν Dor. pro ὀρειῶν. Sic vocantur Pleiades, quaſi πρὸς τὸν Ὠρίωνα κεκλιμένας, *quòd ad Orionem inclinent*: vel quoniam filiæ feruntur Atlantis, Atlas autem eſt ὄρος, montis nomen. Itaque ludendo in homonymia Pindarus ὀρειάς facit Pleïadas, quaſi montis filias. Vel quia Maia vna ex Pleïadibus in monte Cyllene peperit Mercurium. Vel quia Πελειάδας dixit, quæ ſunt περιστεραὶ, & ὄρειαι ſunt, ſiquidem in montibus verſantur. Crates vt refert Schol. legit θερειᾶν quod æſtate oriantur, ſintque meſſis indices: de quo Heſiodus lib. 2. ἔρ. καὶ ἡμ.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων.

Quæ lectio mihi arridet.

Πελειάδων Metatheſi literarum, pro Πελειάδων. Vel dicuntur Πελειάδες, quia cùm eas Orion per Bœotiam inſequeretur, in columbas mutatæ fuerunt. Vel Πλειάδες à Pleione matre. Vel quia πλησίον ἀλλήλων κεῖνται. Sidus hoc ex ſeptem ſtellis conſtat, quarum nomina ſic recenſet Aratus,

Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ᾽, Ἠλέκτρη τε,
Καὶ Στερόπη, καὶ Τηϋγέτη, καὶ πότνια Μαῖα.

ex quibus ſex tantùm apparere ibidem dicit.

καὶ μάν. Alia comparatio Aiacis & Timodemi. In hoc ſunt pares quòd ambo Salaminij: ambo ſpecimen edidêre fortitudinis, ille in Troia cum Hectore congreſſus: hic victoriā pancratio adeptus. Porrò hinc apparet Timodemū apud Salaminem Inſulam fuiſſe educatum, quanquam Athenis erat natus. Obiter quoque laudat illam Inſulam à fortibus viris quos educauit.

Αἴαντος ἀκοῦσαν. Hoc eſt, ἤσθοντο. Sicut & Homerus vſurpat verbum ἀίω. Τοὶ δ' πληγῆς ἀίοντες, hoc eſt, αἰσθόμενοι. Ergo expertus Aiacis vires Hector, cognouit viros fortes apud Salaminem educari. ἄκουσαν negl. augm. pro ἤκουσαν. τλάθυμος Dor. pro comm. τλήθυμος, à τλάω, ſeu τλῆμι, & θυμὸς, idem ac ταλαιπωρότατος, *laborum, ærumnarum, moleſtiarum patiens*.

παράφρασις.

Acharnas autem Atticæ vicum vnde ſunt tui maiores, quòd iam inde ab initio fortes viros habuerunt, vt fama eſt, illaudatas non prætereibo. O quoties Timodemidæ maiores tui, excellentiſſimi viri, in certaminibus priores ac præſtantiores aliis fuiſſe feruntur! cùm in Pythijs, quę prope Parnaſſum Phocidis excelſum montem celebrantur, vbi quatuor victorias conſequuti ſunt: tum in Iſthmijs, quæ in Peloponneſiaco Iſthmo agitantur,

ὀγδόας δ'.

Ἀχάρναι δ' παλαίφατον
εὐάνορες. ὅσα δ' ἀμφ' ἀέθλοις
Τιμοδημίδαι ἐξοχώτατοι προλέγονται,
παρὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρνασῷ τέσσαρας ἐξ ἀέθλων
νίκας ἐκόμισαν.
ἀλλὰ Κορινθίων ὑπὸ φωτῶν,

μετάφρασις.

*Acharnæ autem ſecundum priſcam famam ſtrenuæ ſunt. O quoties in certaminibus Timodemidæ recenſentur primi! Apud Parnaßum enim altè regnatorem, quatuor victorias ex certaminibus reportarunt: at Corinthijs à viris,*

Ἀχάρναι δ'. Ad laudes maiorum tranſit, & à virorum præſtantia laudat Acharnas Atticæ vicum, Oenopidis tribus. Vnde apparet Timodemum eſſe à maioribus Acharnenſem. Sic autem hæc verba reddas, καὶ αἱ Ἀχάρναι ὅθεν ὑπάρχεις, ἀπ' ἀρχῆς ὡς εὔανδροι ὑμνοῦνται. Fit παλαίφατος ex πάλαι & φατὸς. q. d. *antiquitus celebratus*.

ὅσα δ' ἀμφ'. Hæc per admirationem proferuntur, citra quam dixiſſet, πλειστάκις οἱ πρόγονοί σου Τιμοδημίδαι ἐν τοῖς ἀέθλοις προεκρίθησαν. Maiores Timodemi, dicuntur Timodemidæ, à Timodemo quopiam, qui hoc nomen familiæ reliquit: ex qua viri præclari ſemper orti ſunt. Vel ſi mauis, etiam Timodemi maiores, dicuntur Timodemidæ, quanquam poſteri ſic propriè vocari ſolent patronymicè.

προλέγονται. Hoc eſt, πρὸ τῶν ἄλλων λέγονται. i. προκέκρινται. vt apud Homerum, Οἳ μὲν Ἀθηναίων προλελεγμένοι: vel dicitur pro ἐν τοῖς πρὸ τούτου χρόνοις λέγονται.

παρὰ μὲν. Recenſet Timodemidarum victorias, & Pythia per circumlocutionem indicat. Nam Parnaſſus mons eſt Phocidis, prope quem Pythia celebrabantur. Is ὑψιμέδων propter ὕψος dicitur, idque καταχρηστικῶς pro ὑψηλός. Niſi *altè regnantem* dicere malis propter Apollinem & Muſas, quæ ibi eſſe feruntur.

ἀλλὰ Κορινθίων. Coniunctio ἀλλὰ, pro δὲ ſumenda: & ſic ὑπὸ, pro παρὰ. Iſthmia

autem circumloquitur, quæ in Peloponnefiaco Ifthmo celebrabātur, & curæ erant viris Corinthijs,qui vt pefte liberarentur, propter infepultum Melicertam,in Ifthmo graffante,oraculi monitu exequias & funebre certamen in Melicertæ honorem inftituerunt.Quæ cùm ita fint exiftimo Leonicerum & Aretium malè iftud de Olympijs intellexiffe: præcipuè quum dixerit poëta in fuperioribus,neceffe effe vt Timodemus,patrum veftigia fequens,reportata Nemeæa victoria, frequenter etiam Pythia & Ifthmia vincat.

παρά φρασις — ὀγδοὰς. ε. — μετάφρασις

vbi victores proclamati Corinthiis à viris iam octo coronis ornati funt:necnō in Nemeis, ob quæ fepties coronati rediuerunt. Præterquam quòd in patria, vbi minora celebrantur Olympia,in Iouis honorē, toties vicerunt, vt has victorias numerare nemo poffit. Cæterùm hunc, nempeIouem,ô ciues hymno choreali celebrate, vnà cum Timodemi gloriofo ob victoriam reditu in patriam, & choreas à fuaui vocis cantu aufpicamini.

ἐν ἐσλοῦ Πέλοπος πτυχαῖς,
ὀκτὼ στεφάνοις ἔμιχθεν ἤδη.
ἑπτὰ δ᾽ ἐν Νεμέᾳ. τὰ δ᾽ οἴ-
κοι,
μάσσον᾽ ἀριθμῶ,
Διὸς ἀγῶνι. τὸν ὦ πολῖ-
ται
κωμάξατε, Τιμοδήμῳ
σὺν εὐκλεῖ νόστῳ.
ἀδυμελεῖ δ᾽ ἐξάρχετε φω-
νᾷ.

*in boni Pelopis receffibus,octo coronis fe immifcuerunt iam:feptem autem apud Nemeam. Domi autem in Iouis certamine*, præclarè geftæ res *maiores* funt *numero: quem ô ciues choreali hymno celebrate cum Timodemi gloriofo reditu, fuauifonáque aufpicamini voce.*

ἐν ἐσλοῦ. Periphrafis Peloponnefiaci Ifthmi. Nam Peloponnefus nobiliffima totius Europæ peninfula,olim Apia & Pelafgia appellata,poftea Peloponnefus à Pelope Tantali filio,qui deuicti Oenomai filiam, & regnum obtinuit: Ifthmo anguftiffimo Græciæ annexa, inter duo maria, Aegeum & Ionium, platani folio fimilis, angulofis receffibus duos efficit finus, ab ortu Saronicum, ab occafu Criffæum feu Corinthiacum; fex millium anguftijs diremptos. Eft autem verifimile poëtam loqui de receffu qui finum facit Corinthiacum.

ὀκτὼ στεφάνοις. A confequente corona, præcedentem intellige victoriam: vt idem valeat,ac fi dixiffet, ὀκτὼ νίκας ἔλαβον. Porrò ἔμιχθεν. Aeol.pro comm. 3.perf. plur. ἐμίχθησαν.

ἑπτὰ δ᾽ ἐν. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, verbum ἔμιχθεν, & nomen στεφάνοις: vt fit huiufmodi fenfus, ἑπτὰ δὲ στεφάνοις ἔμιχθεν ἐν Νεμέᾳ. Hactenus enumerauit publicas Timodemidarum victorias.

τὰ δ᾽ οἴκοι. Sequuntur victoriæ priuatæ & domefticæ. q. d. τὰ δ᾽ οἴκοι ἐν ταῖς Ἀθήναις μείζονά ἐστιν ἢ ἀειθμεῖσθαι, καὶ ὑπερβαίνει πάντα ἀριθμόν. Doricus genit. ἀριθμῶ pro ἀριθμοῦ. Porrò Athenis celebrabatur certamen in Iouis honorem, ídque Olym-

pia vocabant, ad magnorum illorum imitationem instituta.

τ῍ ὦ πολῖται. Epilogus quo ciues Athenienses prouocat ad Iouis modò nominati, & ad Timodemi Nemeonicæ laudes. τ῍ pro ὃν: quod refertur vel ad Διὸς, vel ad ἀγῶνι præcedens: sed ad illud potiùs, quàm ad hoc. κωμάξατε Dor. pro κωμάσατε. & Τιμοδήμω Dor. genit. pro comm. Τιμοδήμου.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΗ ΑΙΓΙΝΗΤΗ, παγκρατιαστῇ.

ΕΙΔΟΣ Γ.

ARISTOCLIDAE AEGINEtæ, pancratiastæ.

ODE III.

## ARGVMENTVM.

*Laudat Aristoclidem à patria, à pancratij victoria, ab Æginæ insignibus heroibus, eius maioribus Peleo, Telamone, Achille: à mansuetudine. Quibus peractis concludit, de se suisque carminibus loquens, eáque longè alijs præferens.*

παράφρασις.

O veneranda Musa mater nostra, tibi supplico vt in Æginam insulam, Doriensium coloniam, & hospitalitate gaudentem te conferas hoc sacro mense, qui totus est festus, & quo durante Nemea celebrantur. Nam poëtæ iuuenes qui pangendis mellisonis hymnis incumbunt, tuam vocem & inspirationem perquirentes, prope fluuiũ

στροφὴ α. κῶλ. ιγ.

Ω πότνια μοῖσα, μᾶτερ
ἁμετέρα λίσσομαι,
τὰν πολυξέναν ἐν
ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι
ἵκεο Δωρίδα νᾶσον Αἴγι-
ναν. ὕδατι γὰρ μένοντ' ἐπ' Ασω-
πίῳ
μελιγαρύων τέκτονες
κώμων νεανίαι, σέ-
θεν ὄπα μαιόμενοι.
διψῆ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλου.

μετάφρασις.

*O veneranda Musa, mater nostra supplex oro, venias in Æginam insulam Doricam multihospitem, in sacro mense Nemeadis. Aquã enim apud Asopicam expectant iuuenes mellisonorum fabri hymnorum, tuam vocem perquirentes. Desiderat*

Asopum Aeginæ patrem expectant. Sanè variorum laborũ varium est præmiũ: alius pecunias & munera, alius laudem pro mercede laboris exoptat. Sed illustris certaminum victoria carminibus potissimum gaudet,& poëtico encomio decorari amat:quo certè nullus est coronarum pro virtute acceptarum aptior comes : quandoquidem etsi quiduis aliud magni pretij pro virtutis præmio acceperis:tamen si chartæ sileant,quod bene feceris,mercedem non tuleris.

ἀεθλονικία δ' μάλιςʼ ἀοιδὰν
φιλεῖ,ςεφάνων ἀρετᾶν τε
δεξιωτάταν ὀπαδόν.

*autem alia res aliud: sed certaminum victoria maximè cantum amat , coronarum & strenuitatum aptißimum comitem.*

Αρισοκλείδη. Aristoclides Aristophanis cuiusdam filius,patria Aeginensis,pancratij victor.De Aegina,& pancratio iam antè dictum est.

ὦ πότνια.Exordium ab inuocatione Musæ, quam Cleionem vocat Epodo 4. & hîc matrem vocat, quoniam à Musis natos poëtas fabulantur, vnde Hesiodus,

Ἐκ γάρ τοι μουσάων, καὶ ἑκηβόλε Ἀπόλλωνος
Ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν.

Addit ἁμετέρα, non ἐμά: quoniam Musa communis omnium poëtarum est parens, eámque non solùm suo nomine,sed & aliorum poëtarum inuitat.

ταὶ πολυξέναν. Locus notatur ad quem vocat Musam,item tempus. Aeginam insulam ab hospitalitate laudat,& Δωρίδα vocat,quia Dores eam incoluêre: vt videre est Od. 8. Ol. antistr.2.in hæc verba,Δωριεῖ λαῷ:

ἱερομηνία. Hoc est,εὐωχία,scilicet victorum solenni conuiuio, quod præsentibus amicis præbebatur,& in quo epinicia celebrabantur. Volunt Scholia vocem hanc ἱερομηνία per συγκοπὴν efferri,pro ἱερονεομηνία:quoniam Apollini sacræ sunt mensium Calendæ,quatenus idem cum Sole putatur esse.Porrò poëta sic appellat ipsum sacrum mensis diem festum, qui in honorem Apollinis præcipuè celebrabatur.A nonnullis etiam ἱερομηνία vocatur totus mensis,in quo Nemea celebrabantur:vel omnes illi mensis dies festi,qui Dijs erant sacri,& quibus durantibus Nemeęi ludi fiebant.Quamobrem nulla erit συγκοπὴ, sed simpliciter compositum dices ex ἱερὸς *sacer*,& μὴν *mensis*. Philochorus etiam tradit mensem Δημητριῶνα totum ex Atheniensium decreto nominatum ἱερομηνίαν, quòd totus esset diebus festis celebrandis destinatus:& Cereri sacer,quæ Δημήτηρ Græcis dicitur:idémque mensis Δημήτειος etiam nominatur.Sed quem inter cæteros menses ordinem obtineret,non constat.

ὕδατι γὰρ. Ratio ob quam inuocat Musam, quia nimirum eius inspiratio desideratur à poëtis omnibus Aeginensibus, qui sui ciuis Aristoclidæ laudes celebrare exoptant.Aquam Asopiam,intellige fluuium illum qui Thebas pręterfluit,& Aeginæ mater creditur: quò se Thebanum, alióſque poëtas Aeginenses esse innuit.Periphrasticè poëtas vocat μελιγαρύων κώμων τέκτονας: eósque νεανίας, ac proinde non comparandos sibi per ætatem exercitatiori.μένοντι.Dor. pro μένουσι. Vox μελίγαρυς iam occurrit Olymp.Od.11.

διψῆ δ' πρᾶγος. Rationis confirmatio à desiderio victoris. Quiuis autem victor, inter cætera præmia, laudis præconium efflagitat: siquidem laus virtuti debetur. διψᾶν metaphoricè vsurpat pro ἐπιθυμεῖν. Porrò ἀεθλονικία Pindaricum vocabulum, est ἡ ἀπὸ τῶν ἀέθλων, τουτέστιν ἀγώνων ἀποφερομένη νίκη. *victoria quæ ex certaminibus reportatur.* Virtus laudis præconio gaudet, quia

*Dignum laude virum Musa vetat mori,*
*Cælo Musa beat.*

Ideo carmina Censorino dat Horatius, non alia munera, quemadmodum alij, dicítque illi,

*Non tibi talium,*
*Res est aut animus deliciarum egens,*
*Gaudes carminibus.*

vide integram Odam 8. lib. 4. Carm.

παράφρασις.

Proinde ô Musa Iouis, qui cœli nubibus referti rex est, filia, copiam argumentorum mihi suggere, quibus hymnum encomiasticum componam, quem ipsa probet & accipiat. Ego verò iuuenibus illis poëtis & cantoribus, voce & lyra canendum postea communicabo. Tum elaborato à me carmine suauiter fruetur Aegina insula, quæ circumiacentis regionis est ornamentum, quam primi Myrmidones incoluerunt, qui nunc Aeginetæ dicuntur, quorum iam olim celebratum populum ignauiæ probro non dedecorauit Aristoclides, quòd in præpotenti pancratij impetu subactus succubuerit, sed decore strenuitatis amplificauit, ídque tuo beneficio, quum officiosè victoriam eius decantes, vnde patriæ fit laudis accessio, & decoris incrementum.

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε
μήτιος ἀμᾶς ἄπο.
ἄρχε δ' οὐρανῶ πο-
λυνεφέλα κρέοντι θύγα-
τερ,
δόκιμον ὕμνον. ἐγὼ δ' ἐκεί-
νων
τέ μιν ὀάροις λύρα τε κοινώσο-
μαι.
χαρίεντα δ' ἕξει πόνον
χώρας ἄγαλμα, Μυρμι-
δόνες ἵνα πρότεροι
ᾤκησαν, ὧν παλαίφατον ἀγο-
ρὰν
οὐκ ἐλεγχέεσσιν Ἀριστοκλεί-
δας,
τεὰν ἐμίανε κατ' αἶσαν,
ἐν περισθενεῖ μαλαχθεὶς

μετάφρασις.

*cuius abundantiam præbe ex mea solertia: & exordire hymnum probatum ei qui est potens cœli multinubis ô eius filia. Ego autem cum illorum sermonibus & lyra communicabo: festiuúmque habebit laborem regionis ornamentum: in qua Myrmidones prisci habitarunt: quorum iam olim celebratum forum Aristoclides non contaminauit dedecoribus, tuum per officium, in præpotenti subactus*

τᾶς ἀφθονίαν. Hæc ad præcedens ἀοιδὰν referuntur. q.d. ἧς εὐπορίαν δίδου ἀπὸ τῆς ἐμῆς διανοίας. Quibus verbis peculiarem sibi facit inuocationem, totámque ad se trahit. ἀμᾶς. Dor. pro ἐμῆς. ἀμὸς Dor. dicitur pro ἐμὸς, vt Ol. 10 & Pyth. 3.

ἀρχε ϑ.Iteratur inuocatio cum exhortatione. q. d. κάπαρχε ϑ' αὐτῇ ὦ Διὸς θύγατερ, δεκτὸ ὕμνον τῷ βασιλεῖ ὀρανοῦ πολυνεφέλε τῷ πατρί σε. Ita nulla erit ἀντίπτωσις in κρέοντι, pro κρέοντος. *Regem cœli nubili*, periphrasticè dicit *Iouem*. Cuius & Mnemosynes filiæ sunt Musæ: vt auhor est in Theog. Hesiodus. Porrò ὀρανῷ πολυνεφέλα sunt Dor. genit. pro ὀρανοῦ πολυνεφέλου.

ἐγὼ ϑ.Musæ partes sunt, vt argumenta laudum, & carmen suggerant poëtæ, vt carmen curet canendũ. Ideo dicit poëta, ἐγὼ ϑ' τ' νεανίσκων ἐκείνων φωναῖς ϰ λύραις κοινώσομαι αὐτ', ἵνα μετ' ᾠδῆς ϰ λύρας ἀπάγγελλωσι. Etenim voce, lyráque caneban- tur epinicia à choro: & quoniam Pindarus ipse ἰσχνόφωνος erat, per alios sua carmina canebat.

χαρίεντα ϑ. Ad quem referatur carmen nunc ostendit, nempe ad Aeginam: quam vocat χώρας ἄγαλμα, hoc est, καλλώπισμα, *decus* & *ornamentum*. Est enim ἄγαλμα, πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει: quiuis autem ijs delectatur & gaudet, vnde ornamentum capit. Puto vulgatam interpretationem malè hoc vocabulum ἄγαλμα interpretari *simulachrum*: non enim video quis ita sit loci sensus. Porrò *hymnum* vocat χαρίεντα πόνον. Nam etsi non sine labore carmen egregium scribitur, tamen amabilis est ille labor, & gratiosus, tum laudanti, tum laudato.

Μυρμιδόνες ἵνα. Hoc est, ὅπου Μυρμιδόνες πρότεροι ᾤκησαν. Sic Aeginam circumloquitur. Ea enim est in qua primi Myrmidones habitarunt. Nam sub Aeaco sic appellati fuerunt Aeginetæ. Quoniam cùm Aeacus angustum ob ὀλιγανθρωπίαν haberet regnũ, & homines à Ioue petijsset, is proximas formicas in homines mutauit, vt fabulatur Hesiodus, Lycophron, aliíque poëtæ: vide Eustath. in 2. Iliad. & Ouid. 7. Metamorph. Verùm ita res se habet. Antiquitus illius regionis incolæ lustra & antra formicarum instar inhabitabant, ínque subterraneos cuniculos fruges ferebant & recondebant, ideóque ἀπὸ τ' μυρμήκων, Μυρμιδόνες appellati dicuntur. Sed cùm ex Peloponneso in Aeginam cum aliquot socijs venisset Aeacus, eos homines legibus poliuerunt, & mansuefecerunt, vnde rumor increbruit, visúmque est homines ex formicis factos fuisse.

ὧν παλαίφατον. Laus Aristoclidæ, quòd patriam ornet. Interim & Aegineticum populum laudat, quum dicit παλαίφατον, τὸ πάλαι πεφατισμένον καὶ ὑμνημένον. & dicit τεὰν κατ' αἶσαν *secundum tuam sortem*. Nam videtur innuere velle fatale esse Aeginæ vt habeat victores sacrorum certaminum incolas: qui quidem erit sensus, si sit apostrophe ad Aeginam. At puto commodiùs referri ad θύγατερ præcedens: vt sit significatio κτ' τὸ σὸν καθῆκον, *per tuũ officiũ*. Etenim cùm Musa ex officio celebret victores, illi suo populo decus afferunt. Porrò ἀγορὰν intellige τ' λαόν, seu τ' δῆμον. Etenim & ἀγορά, est propriè, *populi congregatio*.

ἐκ ἐμίανε. A remotione dedecoris, necessariò est intelligenda positio decoris. Hoc dilucidè exponet paraphrasis.

ἐν περιθενεῖ. Laus Aristoclidæ à magnitudine roboris, cuius specimen edidit in pancratio. μαλαχθεὶς à Schol. exponitur, ἱκανῶς γυμνασθεὶς. q. d. *abundè exercitatus*. Mirum autem μαλάσσεσθαι hac significatione vsurpari, quum *emolliri*, sit propriè *debilitari*. Sed puto poëtam aliò respicere, nempe ad magnam totius

Ttt

corporis agitationem,& commotionem,quæ fit ab aduerſario, quaſi ſubigente,& pinſente corpus ſui aduerſarij,& vndique experiente quo pacto ſuperare poſſit. Vel metaphora ſumitur, ab ijs quę poſtquam emollita ſunt,ductilia fiũt: vt innuat poëta,præmiſſa exercitatione faciliorem fuiſſe victoriam. At horum verborum videtur hęc potiùs eſſe conſtructio , ὧν παλαίφατον ἀγορὰν Ἀριστοκλείδας ἐν περισθενεῖ παγκρατίου στόλῳ μαλαχθεὶς, οὐκ ἐμίανε ἐλεγχέεσσιν τεὰν κατ' αἶσαν. Et à remotione vnius contrarii, ad poſitionem alterius eſt tranſeundum , vt declarat paraphraſis. Hac ratione μαλάττεσθαι erit ſimpliciter ſumendum pro *ſubigi* , & clarus erit locus.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Ac quanquam à valido aduerſario ipſum pene ſubigente , moleſtas plagas acceperit , eas tamen non ſenſit,adeò animum exhilarauit eximia victoria in fertili Nemea parta. Ac ſanè ictus quantumuis graues victoria tanquam præſentiſſimum remedium ſanare conſueuit. Quandoquidem autem etiam in rebus præclaris tenendus eſt modus, huic Ariſtophanis filio ſufficere debet, quòd non ſolùm eſt formoſus , ſed & formæ ſuæ conuenientia | παγκρατίου στόλῳ. καματωδέων δὲ πλαγᾶν<br>ἄκος ὑγιηρὸν, ἐν βαθυπεδίῳ Νεμέᾳ,<br>τὸ καλλίνικον φέρει.<br>εἰ δ' ὢν καλὸς, ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ,<br>ἀνορέαις ὑπερτάταις ἐπέβα<br>παῖς Ἀριστοφάνεος, οὐκ ἔτι πρόσσω<br>ἀβάταν ἅλα κιόνων<br>ὑπὲρ Ἡρακλέος περᾶν εὐμαρές. | *pancratij impetu: laborioſarum autem plagarum remedium ſalubre apud Nemeam profundos campos habentem , pulchra victoria affert. Quòd ſi formoſus exiſtens,& faciens conſentanea formæ,ſtrenuitates ſupremas conſcendit Ariſtophanis filius: non iam vlterius inuiũ mare columnas vltra Herculis trayсere facile.* |

præſtitit , quando ſummæ ſtrenuitatis ſpecimen in pancratio edidit. Non enim vlterius in virtute progredi licet,vt neque facile eſt in mari vltra columnas Herculis nauigare.

παγκρατίου. Cohæret cum ſuperioribus,& στόλῳ exponitur ὁρμῇ. Propriè tamen στόλος eſt, *claßis,copia,expeditio.*

καματωδέων δὲ. Conſolatio & refrigerium laboris , victoria. q. d. εἰ δὲ πληγὰς ἐπιπόνους ἔλαβε, τούτων ἴαμα ὑγιεινὸν τὴν νίκην ἀπηνέγκε. Etenim adeò dulcis eſt & iucunda victoria,vt qui eam adepti ſunt, vulnera non ſentiant. πλαγᾶν Dor. pro comm. πληγῶν. Nemeam βαθυπέδιον vocat,quia βαθὺ πεδίον *profundam planitiem* habet,ac proinde eſt ferax. τὸ καλλίνικον poët. pro comm. καλὴ νίκη.

εἰ δ' ὢν καλὸς. Laus Ariſtoclidæ à forma, cui conuenientem victoriam obtinuit. Aliorũ quoque formam & fortitudinem ſimul cõmendauit in Olymp. vt Od.8.ep.1. Porrò gnomen egregiam affert,qua docet modum etiam eſſe tenendum in rebus honeſtis. Ideóque Ariſtoclidem cùm ſit formoſus , formámque victoria cohoneſtarit,non debere maiora affectare , præſertim cùm nihil maius queat aſſequi,quàm quod iam aſſequutus eſt.

μορφᾶ Dor.pro μορφῆ:& ἀνορέαις pro ἠνορέαις. ἐπέβα pro ἐπέβη. Ἀειστοφάνεις pro Ἀειστοφάνοις. Filius Ariſtophanis, periphraſticè, Ariſtoclides dicitur: ἀβάταν Dor.pro ἀβάτην. Vide ſimilem comparationem in fine 3. Olymp. & lege quod de Columnis Herculis annotauimus.

οὐχ οἱ ἔτι. Sic lego quia deeſt colo ſyllaba, & τὸ οἱ quod addo cum Schmidio, relatiuum eſt ad παῖς Ἀειστοφάνεις, & ſic conſtruitur οὐκέτι οἱ εὐμαρὲς πρᾶν, &c.

παράφρασις. | ςροφὴ β. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις.

ἥρως Θεὸς ἃς ἔθηκε,
ναυτιλίας ἐσχάτας
μάρτυρας κλυτάς. δά-
μασε δὲ θῆρας ἐν πελάγει
ὑπερόχως. ἰδίᾳ τ' ἐρεύνα-
σε τεναγέων ῥοάς, ὅπα πόμπι-
μον
κατέβαινε νόστου τέλος,
καὶ γᾶν φράδασε. θυμέ,
τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν
ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμεί-
βῃ;
Αἰακῷ σε φαμὶ γένει τε μοῖ-
σαν
φέρειν. ἕπεται δὲ λόγῳ δί-
κας ἄωτος, ἐσλὸς αἰνεῖν.

*quas Deus heros ſtatuit nauigationis peniti-ßimæ teſtes inclytos: domuit autem beluas in pelago ingentes, & per ſe ſcrutatus eſt ſtagnorum fluxus, vbi reductorium deſcendit ad reditus finem, & terram indicauit. Anime ad quod peregrinum promontorium meam nauigationem præteruehis? Aeaco te iubeo, & generi Muſam ferre. Sequitur autem rationem flos iuſtitiæ, probos laudare.*

Quas heros ille inter Deos relatus, poſuit vt apud poſteros eſſent celebres teſtes ipſum viam vt nauigaret vlterius, inuenire non potuiſſe. Id autem fecit poſtquam ingentes beluas in mari domuit, vt cete apud Ilium: & ſuopte motu; non Euryſthei iuſſu pleroſq; labores ſuſcipiens, ſtagnorũ fluxus & maris inueſtigauit, ſuáque peregrinatione mortalibus oſtendit, quò vſque in orbe terrarum progredi, ad quas metas tutò meare, vnde tutò remeare daretur. Quid agis anime mi: cur à propoſito ſcopo auocaris, & nunc Herculis Thebani miracula recenſes? Nonne quum Aeginenſem virum laudas, eum ab Aeacidis potiùs laudare conuenit? Age Muſam tuam ad Aeacum, eiúſque genus conuerte. Nihil vtique tam iuſtum eſt, támque rationi conueniens, quàm bonos fortéſque viros, qualis fuit Hercules, laudibus proſequi.

ἥρως Θεὸς ἃς. Rationem reddit cur Hercules columnas fecerit, nimirum vt eſſent κλυταὶ μάρτυρες ἐσχάτης ναυτιλίας. Columnarũ alterã in Libya: alterã ad alterum clima poſuiſſe fertur. Schol. docet cur Hercules Heros Deus appelletur. Hellas, inquit, cùm ad Apollinem acceſſiſſet, interrogauit quomodo colendus eſſet Hercules poſtquam inter Deos relatus eſſet. Reſpondit Deus: nunc quidem vt heros, poſtera die vt Deus.

ὑπερόχως, Dor.pro ὑπερόχους. Hoc eſt, ὑπερέχοντας, μεγίστους. Reſpicit autem ad cete quod in Ilio interfecit: de quo dictum Oda ſuperiore, prima antiſtr. 4.

ἰδίᾳ δ' ἐρεύνασε. Duodecim labores iubente Euryſtheo, reliquos ſuopte motu exantlauit, vt quos nunc recenſet Pindarus. Ideóque Schol. Callimachi diſtichon hoc citat.

Χαῖρε βαρυσκίπων ὀπτακτὰ μὲ ἑξάκι δοιά,
Ἐκ δ' αὖ τ' ἀγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

Dor.& negl.augm. ἐρέωασε pro ἠρέωνησε.

τενάγεων. Propriè τενάγη dicuntur αἱ δίυγροι καὶ παραποτάμιοι ὀφρύες, vel παρατεταμένη πῖς, καὶ ὑπερέχουσα γῆ ὕδατι. Vide in lexicis. fit à τέγγεσθαι, τὸ βρέχεσθαι.

ὅπα πόμπιμον. Obſerua Hyperbaton, & ſic locum conſtrue, καὶ γᾶν φράδασε, ὅπα κατέβαινε πόμπιμον νόστου τέλος. i. *& terram indicauit vbi ſecundus ac proſper deſcendit reditus finis.* Clariùs hæc habes in paraphraſi: in quibus lubens ſequor Aemilij Porti ſententiam. τέλος νόστου, periphraſis pro νόστος. vt apud Homer. τέλος θανάτου pro θάνατος: vt & τέλος γάμου, pro γάμος. ὅπα Dor. pro ὅπη. Porrò πόμπιμος, *proſper, ſecundus*: ſic πομπίμοις πνοαῖς, *ſecundos flatus* appellat Euripid.

φράδασε. Negl.augm.& gemin. σ. pro ἐφράδασε, à φραδάζω, τὸ δηλόω *indico.* vnde Schol. expoſuit φραδητὴν καὶ δήλην ἐποίησε. Fit à φράζω addita in medio ſyllaba δα: & propriè ſignificare videtur, *verbis indico.* Sed antequam vlterius progrediar, addam τέλος νόστου vocari, quia locus quem Hercules poſitis columnis manifeſtè indicauit mortalibus, erat nauigationis terminus, ad quem tutò nauigare, & vnde tutò redire dabatur. Dicit πόμπιμον: quia priſcis illis temporibus ἐξωκεανίζειν periculoſiſſimum eſſe credebatur. Porrò κατέβαινε dicitur propter mare quod eſt altum, & quòd qui ex alto venit, is deſcendere ad littus videtur. Metonymicè tribuitur τῷ τέλει, quod marinis aquis propriè conuenit, quæ dum ex alto mari ad littus deuoluuntur, in inferiora deferuntur ac delabuntur.

θυμὲ τίνα πρὸς. Apoſtrophe ad animum, qua ſemetipſum à digreſſione reuocat, & oſtendit ſe παρέργως tantùm Herculis laborum meminiſſe: magíſque ad rem futurum, ſi poſteros Aeaci laudet, non alienos, ſed indigenas heroas ſumendo prædicandos. Interim manet in metaphora nauigantium, qui ſæpenumero alia ad promontoria, quàm ad propoſita feruntur, & aliò deflectunt, cùm rectà nauigandum eſſet. παραμείβεσθαι poët. ſumit pro παρέρχεσθαι. *prateruehere, praterire.*

Αἰακῷ σε. Hoc eſt, κελεύω σε ὕμνον Αἰακῷ φέρειν, καὶ τῷ γένει αὐτοῦ. Vel, λέγε μᾶλλον περὶ τοῦ Αἰακοῦ καὶ τοῦ γένους.

ἕπεται δ' λόγῳ. Hoc eſt, δίκαιόν ἐστι τοὺς ἀγαθοὺς ἐπαινεῖν. Hîc ἐσλὸς patitur ſyſtolen pro ἐσλῶς, quod ſumitur Doricè pro cōm. ἐσλοὺς: & ſic metri cauſa legendū. Eſt autem ſententia qua docet laudandos eſſe viros bonos, eámque orationis eſſe virtutem præcipuam. Et ſic poëtæ verba obſcura conſtrues, ἄωτος δ' δίκας, τὸ τοὺς ἐσλοὺς ἐπαινεῖν λόγῳ ἕπεται καὶ ἀκόλουθον φαίνεται. Genuinum ſenſum, & connexionem ſententiæ pete ex paraphraſi.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Sed Thebani illius herois laudes, nihil faciunt ad | οὐδ' ἀλλοτρίων ἔρωτες<br>ἀνδρὶ φέρειν κρέσσονες. | *Nec deſideria bona ſunt*, aliquid *ex alie-* |

decus Ariſtoclidæ viri Aeginenſis. Neque enim quiſquam à peregrinis, ſed à ſuæ gentis hominibus eſt laudandus. Ideóque à proprio illius genere encomij argumenta deprome. Inde ad ornandum illũ,& ad dulce aliquid canendum accommodam materiam accipere poſſis. Commemora Pelei regis virtutes haſta ſibi ſecta præſtitas, quarũ ob laudem olim gaudio eſt perfuſus, qui nimirum ſolùs, ſine exercitu Iolcum Theſſaliæ oppidum cepit, quíque marinam Deam Thetin, cùm ſe in mille formas Protei inſtar mutaret, mortalis hominis nuptias fugiens, magno labore prehenſam, in vxorem duxit. Commemora etiã Telamonem potẽtiſſimum, qui cum Hercule, Iolao eius aurigæ aſtans, Ilium euertit, in quo tum regnabat Laomedon.

οἴκοθεν μάτευε.
ποτίφορον δ' κόσμον ἔλαβες,
γλυκύ τι γαρυέμεν. παλαιαῖσι δ' ἐν ἀρεταῖς γέγαθε Πηλεὺς ἄναξ,
ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμών.
ὃς καὶ Ἰωλκὸν εἷλε
μόνος ἄνευ στρατιᾶς,
καὶ ποντίαν Θέτιν κατέμαρψεν
ἐγκονητί. Λαομέδοντα δ' εὐρυσθενὴς Τελαμὼν, Ἰόλα παραστάτας ἐὼν, ἔπερσεν.

*nis cuipiam afferre. E domo inueſtiga. Accommodum ornamentum ſumpſiſti ad aliquid dulce canendum. Antiquis autem in virtutibus gauiſus eſt Peleus rex, eximiam haſtam quum ſecuiſſet, qui Iolcum expugnauit ſolus ſine exercitu, & marinam Thetin corripuit cum labore. Laomedontem autem præpotens Telamon proſtrauit Iolæ adſtans in prælio.*

οὐδ' ἀλλοτρίων. Hoc eſt, οὐδὲ καλή ἐστιν ἐπιθυμία τὸ, αἰδεὶ προσάπτειν ἔπαινον ἐξ ἀλλοτρίων ἐγκωμίων, καὶ μὴ ἰδίων. Quibus verbis innuit, non eſſe cuiquam aſciſcendas laudes ex peregrinis, ſed ex indigenis. Ideóque cùm ſibi ſit laudandus Aeginenſis Ariſtoclides, non Herculem Thebanum, ſed præſtantem aliquem Aeginetam eſſe prædicandum.

ποτίφορον Dor. pro comm. πρόσφορον. Hoc eſt, ἁρμόδιον, ἐπιτήδειον, quæ vox occurrit Nem. 7. κόσμον intellige τὸ ὑποκείμενον πρὸς τὸ κοσμεῖν. His verbis docet ſatis amplam laudum ſegetem in Aeginetis eſſe, vt aliunde petitis laudibus non ſit opus, ac ne Herculis quidem ipſius hiſtoria.

παλαιαῖσι δ' ἐν. Hoc eſt, ὁ Πηλεὺς διὰ τὰς ἀρετὰς ἐπαινούμενος πάλαι γέγηθε. Primum exemplum magni viri, Peleum proponit, qui fuit ex Ariſtoclidæ maioribus, & eximijs factis claruit, ex quibus duo notatu digna recenſet. Nempe quòd Iolcum cepit, & fugientem Thetin, nuptiáſque mortalis hominis auerſantem, & vt euaderet, in varias figuras inſtar Protej ſeſe immutantem, omni labore ſuperato in vxorem accepit.

γέγαθε Dor. pro comm. γέγηθε. ὑπέραλλον hoc eſt, ἔξοχον, ἐξαίρετον. ὑπερβάλλουσαν. Eſt autem ὑπέραλλος poët. idem ac πέριαλλος. i. ὑπὲρ τὰ ἄλλα ὤν. αἰχμὰν, intelligit τὸ ἔγχος, ſeu τὴν Πηλιάδα μελίην: de qua ſic Homerus Iliad. π.

Ἔγχος δ' οὐχ ἕλετ' οἶον ἀμύμονος Αἰακίδαο,
Βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, τὸ μὲν οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεὺς,
Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ πόρε Χείρων
Πηλίου ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμεναι ἡρώεσσιν.

Apparet autem Pindarum ab Homero diſſentire. Nam Homerus à Chirone ſectam, & Peleo datam haſtam tradit. Ab ipſo Peleo ſectam ait Pindarus. Hanc à Pallade decorticatam & politam, à Vulcano cuſpidatam fuiſſe ferunt.

ὃς καὶ Ἰωλκόν. Iolcus Theſſaliæ oppidum, quod Peleus cepit, non tamen ſolus, nec ſine exercitu. Nam Iaſonem & Tyndaridas commilitones habuit, authore Pherecyde. Tum verò Iolcum cepit, quum Acaſto Peliæ filio bellum intulit. Quum ſoli Peleo tribuit Iolci ἅλωσιν, hoc facit vt Peleo propter Aeginetam Ariſtoclidem gratificetur.

καὶ ποντίαν. Thetis marina Dea Pelei nuptias fugiens, in varias formas ſeſe mutabat, in feras, ignem, aquam: tamen à Peleo tandem capta eſt: ídque ἐγκονιτὶ, *cum puluere*, hoc eſt ἐπιπόνως, *cum labore*. Citatur à Schol. Sophocles in Troilo, de metamorphoſi Thetidos hæc canens.

Ἔγημεν, ὡς ἔγημεν ἀφθόγγοις γάμοις,
Τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακεὶς ποτέ.

Et in Achillis ἐρασταῖς.

Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει. λέων,
Δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

Λαομέδοντα δ᾽. Secundum exemplum præclari viri Aeginenſis. Ille eſt Telamon Pelei frater, qui cum Hercule Ilium, regnante ibi Laomedonte, euertit. Nam per Laomedontem ſignificat Ilij excidium, & per Iolaum Iphicli filium, Herculis militiam. Is enim eius auriga fuit. παραστάτας Dor. pro comm. παραστάτης.

παράφρασις.

quíque eundem Herculem aduerſus Amazonas æreo arcu inſtrui ſolitas, ob Hippolytes balteum militantem ſequutus eſt. Quo in bello primus omnium occiſa Melanippa reginæ ſorore, claruit: intrepidúſque pugnauit, ita vt timor qui viros conſternit, eum animi magnitudine non priuarit. Ita autem inclaruit ob innatam virtutem, quæ magnum in rebus gerendis pondus obtinet, ſempérque ſui ſpecimina præbens, gloriam procurat: cùm cõtrà qui virtutes extrinſecus, & diſciplina partas habet, obſcurus maneat: ſiquidem is ad nihil certi à natura propenſus, aliàs aliud affectat, nec in vnius rei ſtudio conſtanter permanet, ſed ſexcentas virtutes deguſtat, adeò vt cùm ſenſus pluribus intentus, ad ſingula ſit minor, nihil perfectè teneat & calleat.

ἐπῳδ. κῶλ. η.

καί ποτε χαλκοτόξων Ἀμαζόνων
μετ᾽ ἀλκὰν
ἕπετό οἱ. οὐδέ μιν ποτὲ φόβος ἀνδροδάμας
ἔπαυσεν ἀκμὰν φρενῶν.
συγγενεῖ δέ τις εὐδοξίᾳ μέγα βρίθει.
ὃς δ᾽ διδάκτ᾽ ἔχει, ψεφεννὸς ἀνὴρ,
ἄλλοτ᾽ ἄλλα πνέων, οὔ ποτ᾽ ἀτρεκεῖ
κατέβα ποδί. μυριᾶν
δ᾽ ἀρεταῖν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται.

μετάφρασις.

*Et quondam ad ſtrenuum exercitum æreos arcus habentium Amazonum ſequutus eſt eũ: neque ei vnquam timor virorum domitor extinxit fortitudinem animi. Sic ex ingenita virtute illuſtri quiſque magnum pondus obtinet. At qui ex diſciplina accepit ea quæ habet obſcurus vir, aliàs alia ſpirans, nunquam pede exactè ſtabili incedit, ſed infinitas virtutes non ſufficiente mente deguſtat.*

καὶ ποτε. Telamon Herculem in expeditione aduerfus Amazonas eft comitatus, tum quum contra Hippolyten propter balteum iuit. Is tam præclarè fe geffit, vt de illo extent hæ laudes apud Schol.

Τελαμὼν ἀκόρητος ἀϋτῆς
Ημετέρας ἑτάροισι φόως πρώτιστος ἔθηκε,
Κτείνας ἀνδρολέτειραν ἀμώμητον Μελανίππην,
Αὐτοκασιγνήτην χρυσοζώνοιο ἀνάσσης.

μετ' ἀλκάν. Hoc eft, πρὸς ἀλκίμους καὶ πολεμικὰς Ἀμαζόνας. Præpofitio μετ' Od. 1. Olymp. expofita eft, in μετ' ταχύποτμον &c. Porrò φόβος dicitur ἀνδροδάμας, hoc eft, ἄνδρας δαμάζων: quia vires adimit quum fe vel in fortiffima pectora infinuat. Notanda conftructio verbi παύω cum gemino accufatiuo, οὐδέ μιν ἔπαυσεν ἀλκὰν φρενῶν. Nam φρενῶν regitur à voce ἀλκάν. Aliàs παύω iungitur cum accufatiuo perfonæ, & genitiuo rei, & vice verfa. vide in Lexicis. Interim obferua Telamonem à fortitudine laudari: qui in Amazonum conflictu intrepidus ftetit. Sunt autem qui dicant Peleum quoque & Argonautas interfuiffe huic expeditioni.

συγγενεῖ δὲ. Confert Difciplinam cum Natura, vt oftendat Telamonem ob infitam animi magnitudinem, intrepidum manfiffe, cùm natus effet ad Heroicas virtutes. Rem vide dilucidè in paraphrafi explicatam. Aliàs autem naturam cum arte comparauit in Olympijs.

διδάκτ' ἔχει. Integra vox eft διδακτά: fed ob fequentem vocalem metri caufa eliditur α· & accentus in præcedentem fyllabam de more retrahitur. Subaudiendum poft διδακτά, vel πράγματα, vel μαθήματα.

ψεφηνὸς & ψεφενός. Hoc eft, σκοτεινὸς, οὐκ ἐπιφανὴς *obfcurus*, Fit à ψέφος, hoc eft σκότος.

ἄλλοτ' ἄλλα. Vide hoc loquendi genus in Chil. Erafmi, in hoc prouerbio, *Aliud ftans, aliud fedens*. Quod in vfu eft, quum fummam alicuius inconftantiam denotamus. Vide locum. μυρίαν ἀρεταν Dor. pro comm. μυρίων ἀρετῶν. Virtutes autem tantùm γεύεται. Non enim perfectè eas callet. Sed quod aiunt per iocum, *De omnibus aliquid, de toto nihil*.

| παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ιγ'. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Præterea commemora flauo capillitio decorum, & formofum Achillem, qui cùm adhuc puer in Philyrę ædibus apud Chironem præceptorē habitaret, crebrò in magnorū operū molimine manibus lufitabat: & vibrans iaculum breui cufpide ferrea munitum, & velocitate par ventis, fero- | ξανθὸς δ' Ἀχιλεὺς τὰ μὲν μένων Φιλύρας ἐν δόμοις,<br>παῖς ἐὼν, ἄθυρε<br>μεγάλα ἔργα χερσὶ θαμινά,<br>βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων,<br>ἶσον ἀνέμοις, μάχᾳ λεόντεσσιν ἀ- | *Flauus autem Achilles commorans in Philyræ ædibus puer exiftens, lufitabat magna opera manibus crebrò: breuis ferri iaculum vibrans par ventis, præliando leonibus agreftibus moliebatur* |

ces leones pugnando conficiebat, & apros occidebat. Quorum ingentia corpora paulum à lethali vulnere palpitantia, tum temporis sextum duntaxat ætatis annum agens, humeris iam validis ad Chironem Saturno patre natum ferebat. Eum etiã deinceps per reliquam ętatem, cùm Diana, tum Minerua audax admirabanrur,

χροτέροις ἔπρασσεν φόνον,
κάπροις τ' ἔναιρε. σώματα δὲ παρὰ Κρονίδαν
Κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν
ἑξέτης τὸ πρῶτον. ὅλον δ' ἔπειτ' αὖ
χρόνον τὸν ἐθάμβεεν Ἄρτεμίς τε καὶ θρασεῖ' Ἀθάνα,

*cædem, aprósque interficiebat. Corpora autem ad Saturnium Centaurum palpitantia portabat sexennis tunc primùm. Toto deinde tempore obstupescebant, cùm Diana, tum audax Minerua,*

ξανθὸς δ' Ἀχιλεύς. Tertium exemplum proponit Achillem Pelei filium, cuius virtutem à prima pueritia eluxisse ostendit. Commendatur autem à colore flauo, erat enim Græcorum formosissimus: à præceptore Chirone, quum dicitur in Philyræ, quæ Chironis erat mater, domo commoratus: à stupendis factis, quæ fortitudinis erant, quum leones, apros, aliásque feras venaretur: à robore, quum solus illas cæsas humeris ad Chironem ferret. Quæ omnia anno ætatis sexto faciebat.

Φιλύρας. De Philyra & Chirone, eiúsque antro dictum in Pythijs. Dicitur Achilles, ἀθύρειν. Hoc est παίζειν, ratione ætatis. Nam pueri, siquid agunt, ludunt tantùm, non autem seriò ei dant operam. Alioqui cum feris contendere, eásque venari, non est ludere.

βραχυσίδαρον. Dor. pro βραχυσίδηρον. Est autem vocabulum poëticum βραχυσίδηρος, hoc est, ὁ βραχὺ σίδηρον, seu βραχεῖαν σιδηρᾶν ἀκωκὴν ἔχων, *qui breue ferrum*, seu *breuem cuspidem ferream habet*. Porrò breue ferrum dicitur ratione oblongi ligni hastæ: vel ratione ætatis puerilis, breue iaculum, puερóque conueniens, est intelligendum. Cæterùm vt suprà dixit Iolcum à solo Peleo sine exercitu captam, cùm tamen Iason & Tyndaridæ eum iuuerint: sic & fortè hęc supra fidem hominum de Achille apud Aeginetas fabulatur.

ἶσον ἀνέμοις. Hoc tribuitur iaculo ob velocitatem, & impetum quo fertur.

Κρονίδαν. Periphrasis Chironis, *Saturnius Centaurus*. Nam teste Apollonio, l. 2. Chiron fuit Saturni & Philyræ filius.

ὅλον τ' ἔπειτα. Amplificatio ab admiratione Mineruæ, & Dianæ: & à prouectioris ætatis studijs, quatenus ea procedente auctum est robur, aucta fortitudo.

παράφρασις.   ἀντιστρ. κώλ. ιγ.   *μετάφρασις.*

quòd venãdo sine canibus, & sine retib⁹, quib⁹ fere dolo capi solent, ceruos asse-

κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυνῶν, δολίων θ' ἑρκέων·
ποσὶ γὰρ κράτεσκεν.

*interficientem ceruos sine canibus, dolosísque septis: pedum enim*
quutus

quûtus occideret, cùm velocitate pedum sufficienti eos superaret. Hæc autem quæ dico non comminiscor, sed vt olim dicebãtur, accepta propono. Porrò Chiron vir consultissimus, in domo lapidea, Pelio nimirum antro, Iasonẽ educauit: item Aesculapium, quem discipulorum omniũ reddidit medicinæ chirurgicæ peritissimum, & docuit quomodo molliter contrectãdo morbida mẽbra, ijs admouenda sint remedia. Quinetiam effecit vt Nerei filiam Thetin pulchro carpo decoram & formosam Peleus in vxorem habuerit. Ex quo coniugio natum Achillem præstantissimum heroëm educauit, eúmque natura præclarum conuenientibus præceptis in virtute promouit.

λεγόμενον ἢ τοῦτο προτέρων ἔπος ἔχω. βαθυμῆτα Χείρων τρέφε λιθίνῳ Ἰάσον' ἔνδον τέγει· καὶ ἔπειτ' ἐν Ἀσκληπιόν. τὸν φαρμάκων δίδαξε μαλακόχειρα νομόν. νύμφευσε δ' αὖθις ἀγλαόκαρπον Νηρέως θύγατρα, γόνον τέ οἱ φέρ-τατον ἀτίταλλεν, ἐν ἀρμένοισι πάντα θυμὸν αὔξων.

*superabat* velocitate. *Habeo autem hunc sermonem qui olim dicebatur. Chiron alti consilij vir educauit Iasonem intra lapideum tectum, & postea Aesculapium: quem medicamentorum docuit applicationem multifariam quæ fit molli manu. Despondit deinde pulchro carpo Nerei filiam, filiúmque eius præstantissimum educauit, animum* rebus *per omnia conuenientibus promouens.*

κτείνοντ' ἐλάφους. Commendatur nunc Achilles à celeritate. Nam cùm ea polleret, neque canes in ceruos immittebat, neque insidiosa retia & septa ijs instruebat, quibus implicarentur. Hæc sententia prouerbialis esse poteſt, & in eos quadrare, qui non alienis præsidijs, sed proprio marte rem gerunt: vt refert Erasmus in Chiliad. tit. *Auxilium, & citra auxilium*. Inter cæteras laudes Achillis apud Homerum hæc est, vt dicatur πόδας ὠκύς, ποδάρκης Iliad. α.

λεγόμενον ἢ τοῦτο. Quoniam quæ dixit de Achille Pindarus omnem fidem superant, & ipsimet incredibilia videntur: ideo iam antè dictum fuisse idipsum excusationis causa, dicit.

βαθυμῆτα. Nominatiuus Aeolicus, pro comm. βαθυμήτης, à βαθύς, & μῆτις. q.d. βαθεῖαν μῆτιν, τουτέστι βουλὴν ἔχων: *qui profundum habet consilium, prudentissimus, consultissimus.* τρέφε negl. augm. pro ἔτρεφε. Aor. 2. ἔτραφον: vocis actiuæ, à τρέφω. ἔνδον τέγει pro ἔνδον τέγεος: vt Nem. 7. ἔνδον ἄλσει, pro ἔνδον ἄλσεος. Etenim poëta aduerbium ἔνδον sumit pro præpositione ἐν, quæ datiuum regit. Porrò λίθινον τέγος vocat domum Chironis, quia erat antrum in Pelio monte.

Χείρων τρέφε. Obiter Chironem laudat à varijs discipulis, Iasone, Aesculapiò, Achille, quos omnes docuit medicinam: in primis verò eius peritissimum effecit Aesculapium, quem docuit μαλακόχειρα νομὸν φαρμάκων. Quibus verbis Chirurgicen innuit, quæ molli contrectatione fit. Nam μαλακόχειρ est ὁ μαλακὴν ἔχων ἢ φέρων χεῖρα, *qui mollem habet aut affert manum*, & νομὸς est διανέμησις *distributio*, & *applicatio*: siue ἡ τοῦ νέμειν ἢ διανέμειν ἐμπειρία, *distribuendi*, siue *applicandi peritia*. Præpositio ἐν quæ hîc est, καὶ ἔπειτ' ἐν, videtur desiderare aliquid, veluti quod præcessit. λιθίνῳ τέγει. Articulus præposit. τὸν pro subiunct. ὅν. De Aesculap. vide 3. Pyth. & de Iasone 4. Pyth. & Orphei Argon.

Vuu

νύμφευσε. Verbum νυμφεύειν, hîc γαμοστολεῖν exponitur à Schol. & significat *alicuius nuptias alicui conciliare*. αὖθις hoc loco non significat *iterum*, sed μετὰ ταῦτα. Non enim ἐκ δευτέρου. Peleo nuptias Thetidis conciliauit Chiron, sed hoc fecit cùm iam præcedentia fecisset, vel præter iam enumerata. Νηρέως θύγατρα, periphrasticè *Thetin* intellige: quam vocat ἀγλαόκαρπον, hoc est, non *pulchrifrugem*: sed *pulchrum carpum habentem*, & synecdochicè *pulchram*. Et certè mihi arridet Aemilij Porti sententia, qui quemadmodum Thetis ἀργυρόπεζα vocatur ab Homero: sic ἀγλαόκαρπον à Pindaro simili sensu vocari putat. ἀγλαόκαρπος *pulchrifrugis* rectè dicatur Ceres, quæ τῶν καρπῶν Dea fingitur à poëtis. Sed Thetis ἀγλαόκαρπος, dicatur καρπὸν ἀγλαὸν ἔχουσα *carpum pulchrum habens*. Nam præter quam quòd καρπὸς exponitur *fructus*, *fruges*, *semen*, etiam significat primam palmæ partem, quæ sicca est, & minimum carnis habet. Fit καρπὸς à præter. medio κέκαρπα verbi κάρφω *sicco*, *arefacio*, vide Pollucem lib. 2. Magnum Etymol. & Eustath.

γόνον τε. Intellige Achillem: & ante πάντα, subaudi κατὰ. Redde autem poëtæ verba hoc pacto. Μετὰ ταῦτα δὲ Πηλεῖ τὴν τοῦ Νηρέως θύγατρα Θέτιν ἐγαμοστόλησε. καὶ τὸν ἐκ τούτου γάμου γεννηθέντα παῖδα ἄριστον ἔτρεφε, τοῖς κατὰ πάντα προσήκουσι, τὴν αὐτοῦ ψυχὴν παιδεύων.

παράφρασις.

Vt quum insita animi magnitudo doctrina promota esset, nauigationem aduersus Troiam susciperet, vbi Lyciorum bellatorum acrium, & Phrygum, & Troianorum tumultũ hasta strependo excitatum sustineret: manibúsque cõsertis cum Aethiopibus, qui furiosorum instar pugnant lãceis, in animo figeret studium occidendi ipsorum ducis Memnonis, viri fortissimi, Heleni patruelis, ita vt in patriam, domúmque non rediret.

ἐπῳδ. κῶλ. η.

ὄφρα θαλασσίαις ἀνέμων ῥιπαῖσι
πεμφθεὶς
ὑπὸ Τροίαν, δορίκτυπον ἀλαλὰν
Λυκίων
τε προσμένοι, καὶ Φρυγῶν,
Δαρδάνων τε. καὶ ἐγχεσιμώροις ἐπιμίξαις
Αἰθιόπεσσι χεῖρας, ἐν φρεσὶ πά-
ξαιθ᾽, ὅπως σφίσι μὴ κοίρανος ὀ-
πίσω
πάλιν οἴκαδ᾽ ἀνεψιὸς
ζαμενὴς Ἑλένοιο Μέμνων μό-
λοι.

μετάφρασις.

*vt marinis ventorum impulsibus deductus ad Troiam hastifremum tumultum Lyciorum sustineret, & Phrygum, Dardanorúmque, & consertis manibus cum Aethiopibus hastæ studio insanientibus, in pectore figeret, vt ne ipsis dominator retrorsum denuo veniret Memnon animosus, Heleni patruelis.*

ὄφρα. Quidnam Achillem Chiron docuerit, hæc epodus declarat: nimirum fortitudinem, vt in bello Troiano strenuus esset, & aduersarios superaret. Interim obiter describit futuram profectionem ad Troiam, & labores qui ferendi erant Achilli contra Lycios alióſque barbaros. Vt autem Cycnum, Hectorem, & Memnonem occidit, refert poëta stropha 5. Od. 2. Olymp. Quæ au-

tem poëtica phrasi eloquitur, sic declaro, ἵνα διὰ τῆς θαλάσσης εἰς Ἴλιον πλεύσας, τῆς τῶν Λυκίων, Φρυγῶν τε, καὶ Δαρδανίων μάχην ὑπομείνῃ.

δορίκτυπον. Hoc est, τῷ δόρυϊ κτυποῦσαν. & ἀλαλαὶ Dor. pro ἀλαλήν. Fit δορίκτυπος à δόρυ *hasta*, & κτύπος *strepitus*, occurret hoc vocabulum etiam Nem. 7. Ἀλαλὴ poëticum vocabulum, pro comm. θόρυβος, vnde formatur ἀλαλαγμὸς, ἀλαλατὸς. Interdum est inarticulata vox, & militaris vociferatio, in qua auditur repetitio syllabarum λὰ, λὰ, & ἀλαλὰ: quæ solet à nobis edi, siue hostibus metum incutere, siue nos aut nostros ad rem fortiter gerendam hortari velimus.

Δαρδανίων. Hoc est, Τρώων. Nam fuit, teste Virgilio, Troiæ Dardanus author. Inde Troiani, Dardani hîc dicuntur: aliàs Dardanij.

καὶ ἐγχεσιμόροις. Hoc est, καὶ ἵνα τοῖς πολεμικοῖς Αἰθίοψι χεῖρας ἐπιμίξας, τοῖς φρεσὶ διανοηθῇ, ὅπως ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ζαμενὴς Ἑλένοιο ἀνεψιὸς Μέμνων οἴκαδ' ἐπανέλθοι. Poëtica vox ἐγχεσίμωρος, q. d. ὁ περὶ τὰ ἔγχεα μεμορημένος, *qui circa lanceas est destinatus, qui fato quodam hastæ studio est addictus*: proinde *bellicosus*: pro quo legitur apud Homerum ἐγχεσίμωρος, vel ἐκτάσει τοῦ ο. vel q. d. ὁ τῶν ἐγχέων ὤραν, hoc est, φροντίδα ἔχων: & τὸ μ. tum abundabit: vel. q. d. τοῖς ἔγχεσι μωρὸς, hoc est, μαινόμενος, seu μανιωδῶς μαχόμενος: sicuti interpretatio vulgata videtur sentire: tum fiet mutatio hoc loco τοῦ ω in ο. vti χαλλίχορος Pyth. Od. 12. pro χαλλίχωρος. Nonnulli legunt ἐγχεσιφόροις.

ἐπιμίξαις Aeol. pro ἐπιμίξας. & Αἰθιόπεσσι Ion. & poët. pro Αἰθίοψι. πάξαιτο pro πήξαιτο. ἐν φρεσὶ πήξασθαι, est aliquid *menti infigere*, vt id necessariò fiat. Ἑλένοιο, Ion. pro Ἑλένου.

παράφρασις.

Sic ex præclaris illis cōmemoratorum heroum facinoribus, rebúsque ad Iliū gestis, posterorum Aeaci nomen euasit illustrissimū. Cæterùm ô Iupiter, tuum vtique sanguinem, Aeginenses nimirum illos quorum mentionem feci, Nemeacum quoque certamen tibi sacrum, meus hic hymnus, proprium ipsi regioni, quæ tales alumnos habuit, gaudium celebrans, iuuenū quibus eum dedi canendū, voce attigit. Verumenimuero eò insignior est illorum cantus, quòd recenti victoria conspicuum Aeaciden Aristoclidem col-

στροφὴ. δ'. κῶλ. ιγ.

τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν αὐτόθεν.
Ζεῦ. τεὸν γὰρ αἷμα,
σέο δ' ἀγὼν, τὸν ὕμνος ἔβαλεν
ἐπὶ νέων, ἐπιχώριον χάρμα κελαδέων. βοὰ δὲ νικαφόρῳ
σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει,
ὃς τάνδε νᾶσον εὐκλεεῖ προσέθηκε λόγῳ,
καὶ σεμνὸν ἀγλααῖσι μερίμναις
Πυθίου θεάριον. ἐν δὲ πείρᾳ
τέλος διαφαίνεται, ὧν τις
ἐξοχώτερος γένηται.

μετάφρασις.

*Longè lateq; fulgens lumen Aeacidarū hinc compactum est, Iupiter: tuus vtique sanguis, tuū certamē, quòd hymnus attigit, voce iuuenū celebrans gaudium proprium ipsi regioni. Clamor autē victore cū Aristoclide excellit, qui hanc insulam celebri adiunxit sermoni, & Pythij templum venerabile ob pulchras cogitationes. In experientia autem finis conspicitur,* eorum *in quibus aliquis sit excellentior.*

laudat, qui insulam hanc celebritate nominis auctiorem reddidit: quódque in ea est venerandum Apollinis templum, in quo ministri eius Theori habitant, meo carmini seria meditatione compacto, commendandum tradidit. Plerisque sanè præstantiorem esse Aristoclidem, hominum iam ferebat opinio: sed experientia, quæ patefacit quid quisque possit, & qua quisque in re alijs excellat, hoc ipsum in Nemeis ludis comprobauit.

τηλαυγές. Hæc est conclusio superiorum, quæ de Peleo, Telamone, & Achille, Aeaci posteris dixit. Etenim ἀυτόθεν, hoc est, *inde*, nimirum ex commemoratis eorum factis, & rebus ad Ilium gestis, vbique terrarum celebres & illustres euaserunt, non solùm commemorati heroes, sed Aeacidæ omnes posteri.

Ζεῦ. Apostrophe ad Iouem, Aeacidarum generis authorem, quem honoris causa nominat, & vt commendet ipsi Aristoclidem, qui si Nemea vicerit, mirum non est. Nam Iouis ille filius, Iouis sacro in certamine certauit, & primum illum suorum maiorum parentem Aristoclides habuit adiutorem.

τεὸν γὰρ αἷμα. Particulam γὰρ hîc non accipio vt causalem: siquidem sensus loci sic redderetur intricatior: & planus est, si pro, *vtique*, vel *nempe*, *quidem*, & similibus accipiatur, vt id fieri potest. Porrò hæc verba ad Aristoclidem sunt referenda, ad cuius victoriam redit, absoluto loco à maioribus. Iouis est sanguis, quia ex Aeacidarum stirpe pullulauit, Aeacus autem fuit Iouis ex Aegina filius.

σέο δ' ἀγών. Iouis quoque est certamen Nemeacum, ex quo victor redijt Aristoclides, vt in titulo libri huius docuimus. Porrò docebit te paraphrasis Latina totius sententiæ huius explanationem. Est etiam in his ellipsis τοῦ ἐστὶ. Quòd si τὸ γὰρ pro causali sumatur: ellipsis erit post Ζεῦ, & subaudiendum aliquid, vti ἄκουε, vel δεῦρο. q. d. *Audi Iupiter. Nam tuus est sanguis*, &c. Quòd si & hoc ad præcedentia referre velis: loci sensus fuerit. *Inde ô Iupiter Aeacidæ illustres euaserunt: illi enim tuus sunt sanguis. Porrò sacrum quoque est certamen, quod hymno meo attingo.* Quòd si locum ita interpreteris, mihi non displicebit. Sed quoniam ad propositas Aeaci laudes facit, vt cùm sit Aeacides, Iouis sanguis dicatur, expono vt mea paraphrasis habet.

νέων. Illi sunt quibus canendum dabat hymnum, & qui chorum faciebant. Et ἐπιχώρειον χάρμα intellige τὸ τῇ χώρᾳ ἴδιον: cui volupe est eximios alumnos habere. Ita Aristoclidem appellat ἐπιχώρειον χάρμα.

βοὰ δέ. Vox hæc, *sonum*, seu *vocem* sonat hoc loco: non autem *clamorem*, seu *vociferationem*. Nã etsi alta voce carmen canatur, tamen non rectè dicatur *clamor*, cantus ille. q. d. ἡ δὲ ὕμνου φωνὴ σὺν τῷ νικηφόρῳ Ἀριστοκλείδᾳ ἐκπρεπὴς ὑπάρχει, ὅστις τήνδε νῆσον Αἴγιναν εὐκλεοῦς λόγου προσθήκην ἐποίησε λαβεῖν ἰδίᾳ νίκῃ, τῶν ἄλλων ἔμπροσθεν ἤδη εὔκλειαν αὐτῇ περιποιησάντων.

καὶ σεμνὸν. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ vocabulum προσέθηκε: & subaudiendum ἐμαῖς. q. d. καὶ σεμνὸν θεάριον Ἀπόλλωνος προσέθηκε ταῖς ἐμαῖς καλαῖς μερίμναις, τοῦτ' ἔστι, ποιήμασι. vide paraphrasin nostram.

θεάριον. Est Apollinis templum apud Aeginam, in qua Θεωροὶ, seu Θεοφύλα-

ῥεῖ, qui diuina cuſtodiunt, habitare feruntur: ideóque ἀπὸ τῶν Θεωρῶν, templum dictum eſt Θεάριον. Idem quoque dicitur locus in Aegina inſula publicus, vbi Theori conuiuia ſua celebrabant. De Theoris vide Cœlium Rhodig. l. 5. c. 9.

ἐν δὲ πείρᾳ. Hoc eſt, ἐν δὲ πείρᾳ τελείως διαφαίνεται, ὅστις ἐξοχώτερος ἄλλων γένηται. Gnomologia eſt, qua docet, virtutem alicuius, quanta ſit, patefieri, quum in opus deducitur: ita vt niſi quis ſpecimen edat in ea re quam profitetur, & cum alijs compararetur, dignoſci nequeat, quantus ſit cenſendus.

παράφρασις. | ἀντισ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις.

Triplici autem virtute pollere conuenit, in hoc conſiſtente vt vnicuique ætati quā mortale hominum genus agit, iuuenili videlicet, virili, & ſenili nos accommodare norimus: & quum quis inter pueros verſatur, puerili ingenio ſe attemperet, quum inter viros, virum agat, quum inter ſenes, ſenilem quoque grauitatem præ ſe ferat. Quarta quoque virtus in vita humana requiritur, vt res præſentes & quæ ſunt ante pedes curemus. Ab his non abeſt Ariſtoclides t ſed eas apprimè callet & exercet. Salue amice Ariſtoclides: ego tibi mitto hunc hymnum, qui æquè dulcis eſt, atque poculum melle & lacte permixtis plenum. Quanquam autem hæc meæ Muſæ meditatio, vnde tuum nomen vireſcit, perinde ac rore rigatum gramen, Aeolica tibiarum harmonia cum qua canitur, temperata, tibi celebre encomium amplectitur & procurat paulò ſeriùs:

,, ἐν παισὶ νέοισι, παῖς, ἐν
,, δ' ἀνδράσιν, ἀνήρ, τρίτον,
,, ἐν παλαιτέροισι.
,, μέρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν
,, βρότεον ἔθνος. ἐλᾷ δὲ καὶ τέσ-
σαρας ἀρετὰς ὁ θνατὸς αἰών. φρο-
νεῖν
δ' ἐνέπει τὸ παρκείμενον.
τῶν ἐκὰς ἄπεστι. χαῖρε
φίλος. ἐγὼ τόδε τοι
πέμπω μεμιγμένον μέλι λευ-
κῷ
σὺν γάλακτι. κιρναμένα δ' ἔερσ'
ἀμ-
φέπει πόμ' ἀοίδιμον Αἰο-
λίσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν,

*Inter pueros puer, inter viros vir, tertiò, inter ſenes,* ſenex; *qualem partem vnamquāque habemus mortale genus. Percurrit autem & quatuor virtutes mortale æuum. Cogitare autem docet de eo quod prope eſt: à quibus non abeſt* Ariſtoclides. *Salue amice, ego tibi hoc mel mixtum albo cum lacte: commiſtus autem ros circundat potum celebrem Aeolicis in flatibus tibiarum,*

ἐν παισὶ νέοισι. Ariſtoclidem poëta laudat à facilitate morum, quos cuiuſque ætatis ingenijs accommodaret. Tres autem præcipuas recenſet, iuuenilem, virilem, & ſenilem: vnde triplicem facit illius virtutem, cui poſtea quartam adiungit: nempe, quòd rerum præſentium rationem habeat.

ἐν παλαιτέροισι. Deeſt hîc παλαιὸς, quod ἔξωθεν eſt ſumendum. Deinde μέρος ἕκαστον, &c. ſic conſtruendum οἷον μέρος ἕκαστον ἡλικίας τῶν νέων, τῶν ἀνδρῶν, τῶν γερόντων, ἡμεῖς οἱ βροτοὶ ἐλάχομεν. Sed quoniam ſenſum dilucidè aperit paraphraſis, nihil addemus.

ἐλᾷ δέ. Quaſi dicas, πρὸς δὲ τὰς κατ' ἡλικίαν ἑκάστην ἀρετὰς ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος

διώκει, τὸ ἐν παισὶν εἶναι παῖδα. καὶ τὸ ἐν ἀνδράσιν ἄνδρα, καὶ τὸ ἐν παλαιτέροισι, παλαίτερον. ἀλλὰ καὶ τετάρτην ταύτην ἐλαύνει, τὸ περὶ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίζειν. Vox ἐλᾷ ab ἐλάω, τὸ ἐλαύνω. & παρκείμενον pro παρακείμενον.

τῶν οὐκ ἄπεσι. Applicatio priùs dictorum, q.d. τούτων οὐκ ἄπεστιν ὁ Ἀριστοκλείδης, ἀλλὰ κέκτηται προλεχθείσας ἀρετάς.

Χαῖρε φίλος. Salutatio per quam transit ad epilogum hymni. Statim autem sua carmina Aristoclidæ commendat, ne vile hoc munus victori videretur. Allegoricè illa denotat, sumpta à rebus delectabilibus metaphora, vti à melle & lacte, quibus permixtis, potus fit suauissimus. Vide paraphrasin.

Αἰολίσιν ἐν πνοαῖς. Duo simul hîc innuit, & sua carmina cum tibijs cani solita, & Dorica phrasi. Aeoles autem Thebas, quæ sunt Doridis, aliquando tenuerunt. vide αἰοληΐδι μολπᾷ Od. Ol. 1. antistr. 4.

παράφρασις.

Tarditatem tamen meã, carminis elegantia & præstantia compensabo. Nam quanto aquila graculis, tanto ego reliquis poëtastris, qui te cecinerunt, sum præstantior. Et quemadmodum aquila remotissimam prædam, olfactu obseruatam, derepente volans corripit, graculi verò clamosi non nisi proximam depascunt: sic ego ingenij solertia & acumine instructus, sublimi dicendi genere vtor, illi verò triuiali & humili. Quare sic volente præstabili Musa Clione, cuius inspiratione sum afflatus, mei carminis opera illustris erit, Aristoclides, fama tuæ strenuitatis, quæ effecit, vt pancratio Nemea, Aesculapia in Epidauro, & Megaricos ludos viceris.

ἐπῳδ. κῶλ. η.

ὀψέ περ. ἔστι δ' αἰετὸς ὠκὺς ἐν πετανοῖς,
ὃς ἔλαβεν αἶψα τηλόθεν μεταμαιόμενος
δαφοινὸν ἄγραν ποσίν.
κραγέται δὲ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμονται.
τίν γε μὲν, εὐθρόνου Κλεοῦς ἐθελοίσας, ἀεθλοφόρου λήματος ἕνεκεν,
Νεμέας, Ἐπιδαυρόθεν
τ', ἀπὸ καὶ Μεγάρων δέδορκεν φάος.

μετάφρασις.

*licet serò. Sed est aquila velox inter volatilia, quæ corripit statim procul vestigãs cruentam prædam pedibus. Clamosi autem graculi humilia depascunt. Tibi certè volente Clione quæ pulchrũ habet thronum, ob generositatem victoriæ reportatricem, à Nemea, & ab Epidauro, & Megaris conspicuus est splendor.*

ὀψέ περ. Cohæret hoc cum superioribus, & ostendit hanc odam paulò seriùs fuisse conscriptam: sed se tarditatem hanc præstantia carminis compensaturum poëta pollicetur.

ἔστι δ' αἰετός. Allegoricè & syncriticè sua carmina commendat. Nam se aquilæ, alios verò sui temporis poëtas graculis confert. In primis verò Bacchylidem æmulum perstringit, vide prouerb. in Chil. Eras. ἀετὸς ἐν νεφέλαις.

πετανοῖς. Hoc est, ὄρνισι. Πετεινὸς commune poëtic. vocab. & Aeol. πετηνὸς, verso ει in η. sicuti in verbis τύπτην, λέγην, pro τύπτειν, λέγειν. Rursus Dor. verso η in α fit πετανὸς, *volatilis, volucris.*

μεταμαιόμενος. Verbum μεταμαίεσθαι est poët. pro comm. μεταζητεῖν, τὸ ἀκριβῶς ζητεῖν. Poëticum quoque est simplex μαίεσθαι: quod in hac Oda habemus, vbi dicit, ὅπα μαιόμενοι. & Pyth. 11. δυνατὰ μαιόμενος. Vox κραγέτης, exponitur, *clamosus*, *vociferator*. Fit à præt. med. κέκραγα verbi κράζω, *clamo*. Sic Od. 2. Olymp. natura insignes, aquilis, arte verò tantùm edoctos, coruis confert. Sic autem hanc comparationem contexas. ὥσπερ δ' ὁ αἐτὸς τῶν ὀρνίθων ὠκύτατος, τηλόθεν μεταζητῶν ποσὶν συνήρπασε ταχέως ἄγραν, οἱ δὲ κολοιοὶ κράζουσι μόνον καὶ ταπεινὰ νέμονται. οὕτως ἐγὼ πρὸς τοὺς ἀντιτέχνοις ἔχω. Graculi (vt hoc obiter dicam,) coruini sunt generis. Non absimili comparatione vtitur Virgilius, quum bonos poëtas oloribus, malos anseribus facit assimiles. Et Horat. Pindarum vocat comparatè *Dircæum cycnum*.

τίν γε μάν. Hoc est, σοί. Nam τὶν Dor. pro σοί. Κλεοῦς metri causa pro Κλειοῦς. ἐθελοίσας Dor. pro ἐθελούσας. Ante Νεμέας supplendum ἀπὸ, vel ἐκ. Et Ἐπιδαυρόθεν aduerb. pro ἐξ Ἐπιδαύρου. Verbum δέδορκε vocis mediæ, passiuè sumitur. q.d. λελάμπρυνται ἡ δόξα. Sicuti & Od. 1. Ol. τὸ δὲ κλέος τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων. Verba poëtæ sic declares. σοὶ δὲ βουλομένης τῆς μούσης Κλειοῦς, καὶ διὰ τὸ ἀθλοφόρον λῆμα, ἐκ τῆς Νεμέας, καὶ Ἐπιδαύρου, καὶ Μεγάρων, λάμπει δόξα.

Ἐπιδαυρόθεν. Congeries victoriarum, præsentis Nemeæ: alius in Epidauro partæ, vbi Aesculapia nono die post Isthmia celebrabantur: tertiæ in Megaricis ludis, qui ineunte vere fieri solebant.

ΤΙΜΑΣΑΡΧΩ ΑΙΓΙΝΗΤΗ, παλαιστῇ.

ΕΙΔΟΣ Δ.

TIMASARCHO AEGINETÆ, palæstritæ.

ODE IV.

## ARGVMENTVM.

*Timasarchus lucta victoriam adeptus laudatur à patria, à patre Timocrito, eiúsque victoriis, à patriæ claris heroibus, omníque insigni Aeginetarum genere, ab amicis, ab auunculo Callicle, ab auo materno Euphane, denique ab aliptæ Melesiæ industria.*

παράφρασις.

Multum laboris ſuſtinet, is qui ſacris in ludis certat, vbi non modò magnis viribus, ſed earum etiã magna contentione eſt opus. Verùm quando labor fœliciter eſt exantlatus, lætitia quam parit iſtiuſmodi ſucceſſus, omnem fatigationis moleſtiam, vt pote prętantiſſimus medicus, eximit, & curat. Quinetiam encomiaſtica carmina, quæ Muſæ in poëtarum mente generant, feſſa membra demulcent. Nec thermarum vis recreatrix, laſſos artus tantum recreat & refocillat, quantum victoris animum carmina, quæ lyra canuntur, & fidibus ſociantur: ſiquidem eorum opera res bene geſtæ ab obliuione vindicantur. Et certè laudum prędicatio laude dignis facinoribus diutius viuit, quatenus hæc prætereunt ſimul atque facta ſunt, illa verò ſcriptis mandata tranſit ad ſeros nepotes: dummodo nitatur argumentis è profunda mente depromptis, & à Gratijs elegantiam acceperit.

στροφὴ α. κῶλ. ιγ.

„ Ἄριστος εὐφροσύνα
„ πόνων κεκριμένων
„ ἰατρός. αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θυγατέρες ἀοιδαὶ
θέλξαν νιν ἁπτόμεναι.
οὐ θερμὸν ὕδωρ τόσον
γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα, ὅσσον εὐλογία
φόρμιγγι συνάορος.
ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
τερον βιοτεύει,
ὅ,τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ
γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βα-
θείας.

μετάφρασις.

“ *Optimus medicus lætitia laborum iudicatorum* ab exitu: *& ſapientes Muſarum filiæ odæ demulcent eos contingentes.* Neque *calida aqua tantum mollia efficit membra, quantum laus citharæ comes. Sermo autem factis diuturniùs viuit, quem cum Charitum fauore lingua ex mente extraxerit profunda.*

Τιμασάρχῳ. Timaſarchus (vt ex Oda hac colligitur) fuit Timocriti Muſici & luctatoris filius, ex Theandridarum familia, quæ in Aegina olim fuit celebris. De Aegina victoris huius patria, & de genere victoriæ iam dictum.

ἄριστος εὐφροσύνα. q. d. ἡ εὐφροσύνη ἰατρός ἐστιν ἄριστος τῶν πόνων κρίσιν λαβόντων, καὶ συντελεσθέντων. Exorditur poëta ab ijs quæ victoriam conſequuntur. Primum eſt lætitia, & mentis exultatio, quæ laborum eſt medicus. Etenim moleſtiam eorum tollit ſucceſſus.

αἱ δὲ σοφαί. q.d. αἱ δὲ σοφαὶ ἀοιδαὶ καὶ ἔπαινοι ἀπὸ μουσῶν γενόμενοι, αὐτοὺς τοὺς πόνους ἔθελξαν, αὐτῶν ἁπτόμενοι. Secundum conſequens, poëtarum encomia docta. Odæ filiæ Muſarum dicuntur, quia eas poëtæ componunt à Muſis afflati. & τὸ νιν. pro αὐτοὺς ſumendum, & referendum ad πόνοις. Etenim illud νιν etiam in plurali legitur, apud Euripid. ποῖ γάρ νιν αὐτὰς ἐκ δόμων οἴστρησ' ἐγώ. id citat Schol. Itaque Ariſtarchus malè τὸ νιν refert ad εὐφροσύνην. Nam eſt ἄκυρον dicere lætitiam demulceri, cùm demulceat ipſamet.

οὐ θερμὸν ὕδωρ. Tertium conſequens, laus vulgi & amicorum. Rem autem comparatione illuſtrat. Nam vt calida balnea, corporis fatigata membra recreant: ſic & viros egregios poſt virtutis laborioſum ſpecimen, laudatio refocillat, facitque vt non grauis ſit labor. Vide in Chil. Eraſ. *Herculana balnea.*

ἔσσον. Metri cauſa pro ὅσον:& ſic legendum non πόσον. Nam hæc τόσον & ὅσον ſibi inuicem reſpondent.Porrò εὐλογία φόρμιγγι συνάορος, periphraſis eſt lyricorum carminum,Συνάορος. poët. hoc eſt, συνεζευγμένος. *comes, coniunctus*. à συναείρειν *ſimul attollere*.Vt dixit Horat.*verba ſocianda chordis.*

ῥῆμα δ'.Hoc eſt,ὁ δ' ὕμνος λέγων καὶ γράφων τὰ κατορθώματα, χρονιώτερός ἐστιν αὐτῶν. Commendatio ſui carminis à duratione. Nam opus & actio victoriæ tranſit: ſed encomiaſticum carmen ſemper viuit.Non autem omne, ſed quod eſt elegans,argumentis & elocutione clarum. De perenni boni poëmatis vita, vide Od.9.l.4.Carm.Horat.& Pyth.Od.3.ſimilem ſententiam, γινωσκομένα δ' ἀρετὰ, &c. Vide Od.vltimam l.3.Carm. Horat.

τύχα. Fauorem intellige Charitum.q.d. ὅ,τι τῶν Χαρίτων τετυχηκὼς, ἡ γλῶσσα ἐκ βαθείας φρενὸς ἐξέλοι.

παράφρασις.

Cuiuſmodi elegantem laudis prædicationem, & à profunda mente hauſtam materiam,in præſentia, tãquam præludium tantùm epiniciorum poſtea canendorum, mihi contingat componere Ioui,cui ſacra ſunt Nemea,Nemeæ certaminis loco, & Timaſarcho lucta victoriam adepto. Velim autem vt hoc meum carmẽ gratum & acceptum ſit Aeginæ vrbi turribus decoræ,quã incolunt Aeaci poſteri,quęque decus eſt earum omnium vrbium quæ hoſpitalitati ſtudent, & iuſtitiæ qua hoſpites ab iniuria tuentur. Quòd ſi adhuc in viuis eſſet Timocritus pater tuus,tam propenſo eſſet erga hoc melos animo, vt non raró, Timaſarche,pulchrum hunc de tua victoria hymnum,citharam pulſans caneret, citharœdus inſignis.

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

τό μοι θέμεν Κρονίδᾳ
τε Διὶ, καὶ Νεμέᾳ,
Τιμασάρχου τε πάλᾳ,
ὕμνου προκώμιον εἴη.
δέξαιτο δ' Αἰακιδᾶν
ἠΰπυργον ἕδος δίκᾳ
ξεναρκεῖ κοινὸν
φέγγος. εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ
Τιμόκριτος ἁλίῳ
σὸς πατὴρ ἐθάλπετο, ποικίλον κιθαρίζων,
θαμά κε τῷδε μέλει κλιθεὶς,
ὕμνον κελάδησε καλλίνικον.

μετάφρασις.

*Quod mihi ponere Saturnióque Ioui, & Nemeæ, & luctæ Timaſarchi proœmium hymni liceat. Accipiat autem Aeacidarum bene turrita ſedes iuri hoſpitalitio commune lumen. Quòd ſi adhuc valdè viuido Timocritus ſole pater tuus foueretur, varie citharam pulſans, frequenter huic carmini incũbens, hymnum ceciniſſet de pulchra victoria.*

τό μοι θέμεν. Poſtquam dixit ſermonem à Gratijs exornatum præclaris factis eſſe diuturniorem,votum ſubiungit poëta, quo optat vt hic ſuus hymnus ſit veluti præludium laudis Timaſarchi, quem poſtea pluribus argumentis euehere cupiat. Et ſic hæc verba connectenda cum ſuperioribus, & explicanda, ὅπερ ῥῆμα γένοιτό μοι θεῖναι προοίμιον τῶν γραφησομένων ὕμνων ὑπ' ἐμοῦ, Διΐ τε, καὶ Νεμέᾳ, καὶ πάλῃ Τιμασάρχου.

ὕμνου προκώμιον.Hoc vocabulum προκώμιον eſt Pindaricum & poëticum.q.d.

Xxx

περὶ κώμου γραφόμενον: ſiquidem κωμάζοισιν ᾄδοντες τὸ ποίημα. Vel προκώμιον ſignificat τὸ προοίμιον τῶν ἑξῆς ἑπομένων ἐπινικίων καὶ ὕμνων. Vel ſignificat carmen encomiaſticum, quod antequam alij poëtæ encomia ſcripſerint, ante omnes cecinit. Vide plura apud Schol.

δέξαιτο δ᾽. Aliud votum, vt hic hymnus Aeginæ ſit gratus. Etenim τὸ δέχεσθαι non ſimpliciter ſignificat hoc loco *excipere*, ſed *vt gratum admittere*, vnde δεκτὸς *acceptus, admittendus.*

Αἰακιδᾶν ἕδος. Periphraſis Aeginæ, quã laudat à pulchritudine, eam εὔπυργον appellans, *turribus inſignem.* A generis nobilitate, quum eam Aeacidarum ſedem vocat. Ab hoſpitalitate, quum κοινὸν φέγγος δίκα ξεναρκεῖ nuncupat: & ſic eam φιλοξενίᾳ reliquis ciuitatibus prælucere affirmat: Item iuſtitia.

δίκα ξεναρκεῖ. Appellatur δίκη ξεναρκὴς, vt rectè ſentit Aemilius Portus, ἡ Δίκη ἡ τοῖς ξένοις ἀρκοῦσα, ἤγουν βοηθοῦσα, καὶ πᾶσαν ὕβριν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀπωθοῦσα. *Iuſtitia quæ peregrinis opem fert, omnémque iniuriam & contumeliam ab ipſis propulſat.* Itaque *ius hoſpitalitium* (quæ eſt vulgata interpretatio) non ſatis exprimit emphaſin vocabuli. Quinetiam per hæc duo vocabula, δικαιοσύνην & φιλοξενίαν innuit. q. d. ἥτις διὰ τὴν προσοῦσαν πρὸς πάντας τοὺς ξένοις δικαιοσύνην καὶ φιλοξενίαν, κοινὸς ὀφθαλμὸς τῶν πάντων τυγχάνει.

εἰ δ᾽ ἔτι. Commendatio huius hymni, quòd tam gratus videretur Timocrito Timaſatchi patri, ſi adhuc eſſet in viuis, vt eum cithara caneret. Interim laudatur Timaſarchus à patre Timocrito, qui primùm à Muſices peritia commendatur, quæ veteribus magno fuit in pretio.

ἁλίῳ ἐθάλπετο. Periphraſticè τὸ ζῆν dicitur hîc ἡλίῳ θάλπεσθαι. Sol dicitur ζαμενὴς ob vehementem calorem, & vim. Nam ζα extenſiua particula, ſignificat σφόδρα, & μένος, *vim*, ſeu *animum*. Sole nullum ſydus θαλπνότερον dixit Od.1. Olymp.

ὕμνον καλλίνικον. Sic appellat hoc ſuum encomium, quia canit egregiam victoriam. Eâdem opera videtur alludere ad Archilochi melos, de quo Ol. θ. in ipſo limine Odæ. Vel καλλίνικον ὕμνον dicit, *egregium de victoria hymnum.*

παράφρασις.

Qui apud Cleonas, & celebres ſplendidáſque Athenas initis certaminibus victoriam reportauit, & coronas accepit. Item apud Thebas, ſeptem portis inſtructas, Iolaia vicit. Ob quam victoriam Thebani, quibus olim Cadmus imperauit, in gratiam Aeginæ ſororis Thebarum, non inuito animo floribus cum

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

Κλεωναίου τ᾽ ἀπ᾽ ἀγῶ-
νος ὅρμον στεφάνων
πέμψαντα, καὶ λιπαρᾶν
εὐωνύμων ἀπ᾽ Ἀθανᾶν.
Θήβαις τ᾽ ἐν ἑπταπύλοις,
ἕνεκ᾽ Ἀμφιτρύωνος
ἀγλαὸν παρὰ τύμβον
Καδμεῖοί νιν οὐκ ἀέκον-
τες ἄνθεσι μίγνυον,
Αἰγίνας ἕκατι. φί-

μετάφρασις.

*Qui miſit à Cleonæo certamine textum coronarũ, & ſplendidis, ac celebribus ab Athenis: & apud Thebas ſeptem portis clauſas, quoniam Amphitryonis præclarum ad tumulum Cadmei illum non inuiti floribus immiſcebant,*

conſperſerunt prope præclarum Amphitryonis tumulum. Etenim ad Thebanos amicos, vir Aeginenſis amicus, ob mutuam vtriuſque ciuitatis hoſpitalitatem, celeriter deſcendit, vbi eſt Herculis Thebani Herois beata aula.

λοισι γὰρ φίλος ἐλθὼν, ξένιον ἄστυ κατέδραμεν, Ηρακλέος ὀλβίαν πρὸς αὐλάν.

*propter Aeginam. Ad amicos enim profectus in hoſpitalem vrbem deſcendit, ad beatam Herculis aulam.*

Κλεωναίου. Laus altera Timocriti (vt volunt) à tribus victorijs partis apud Cleonas, Athenas, & Thebas. Non conſtat autem quæ certamina denotet ſub duarum priorum vrbium nomine. At Thebis Iolaia intelligit.

στέψαντα. Refertur ad ὕμνον, qui cùm celebret diuerſas victorias, dicitur veluti monile victoriarum miſiſſe. Cùm autem huiuſmodi ſit conſtructio: videtur potiùs victorias iſtas tribuere Timaſarcho, quas Timocritus pater Muſicus vno hymno comprehenſas frequenter caneret: ſi in viuis eſſet. Sed quia non liquet ad vtrum iſta referantur, iudicet lector.

ἕνεκ' Αμφιτρύωνος. Amplificat victoriam Thebanam à dignitate. Dicit habitum honorem ad Amphitryonis tumulum, Sed quemadmodum patris nomen pro patronymico ponitur, vt apud Homerum, Καπανῆος υἱός, pro Καπανηϊάδου: & apud Euripidem, quem etiam citat Scholiaſtes, Oedipus pro Oedipodides, hoc eſt, Polynices ſic hoc loco, Αμφιτρύωνος τύμβος, dicitur, pro Αμφιτρυωνιάδου, hoc eſt, Iolai: qui fuit Iphicli filius, Iphiclus autẽ Amphitryonis. Vel fortè quia tumulus Amphitryonis & Iolai non diſſiti erant à ſe inuicem.

Καδμεῖοι. Hoc eſt, *Thebani*: à Cadmo qui Thebis regnauit, ἄνθεσι μίγνυον. i. ἐστεφάνουν. Etenim coronæ ex floribus contexebantur. Αἰγίνας ἕκατι. Hæc alacritatem Thebanorum in tribuenda Timocrito victori corona, eiúſque alacritatis cauſam declarant. Id lubentes ergo faciebant Thebani propter Aeginam. Nam Thebæ & Aegina ſorores dicebantur, & Aſopi filiæ. Hinc duarum vrbium, nempe Thebarum, & Aeginæ mutuus amor & familiaritas.

ξένιον ἄστυ. Hoſpitalem ciuitatem, ratione Aeginenſis viri, hîc dicit Thebas: quia Hercules Thebanus cum Peleo & Telamone iure hoſpitij fuit coniunctus: adeò vt apud nepotes, idem qui apud maiores, amor vigeret. Periphraſis Thebarum continetur his verbis, *Herculis beata aula.*

| παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Cum quo robuſtus Telamon Aeginenſis heros, Troiam regnante Laomedonte euertit, & Meropas qui Coon inſulam incolebant, profligauit. Et Alcyoneum gigantem in Iſthmo | ξὺν ᾧ ποτε Τροΐαν κρατερὸς Τελαμὼν πόρθησε, καὶ Μέροπας, καὶ τὸν μέγαν πολεμιστὰν ἔκπαγλον Αλκυονῆ, οὐ τετραορίας γε πρὶν | *cum quo olim Troiam robuſtus Telamon expugnauit, & Meropes, & magnum illum bellatorẽ ſtupendum Alcyonea: non tamẽ priùs* |

Corinthiaco factum obuium oppressit, excutiente claua Hercule saxum in se vibratum, quo priùs duodecim currus quadrijugos, & viginti quatuor heroas, qui eos conscenderant, equites præclaros è medio sustulerat, & obruerat. Sic victorem à victo superatum videmus. *Quod qui non intelligit, meritò videri possit nunquam expertus dubios belli euentus, vbi Mars nunc ad hunc, nunc ad illum solet inclinare. Siquidem æquum est, vt qui alium aliquo malo affecit, is vicissim afficiatur.

δυώδεκα πέτρῳ,
ἥρωάς τ' ἐπεμβεβαῶ-
τας ἱπποδάμους ἕλε
δὶς τόσους. ἀπειρομάχας
ἐών κε φανείη
λόγον ὁ μὴ ξυνιείς. ἐπεὶ
ῥέζοντά τε καὶ παθεῖν ἔοι-
κε.

*quàm quadrigas duodecim saxo, heroásque equorum domitores bis tot qui conscenderant, peßundedit. Inexpertus belli videri queat, quisquis dictum hoc nō intelligit: quoniam eū qui afficit* malo alium *aliquo, etiam pati par est.*

ξυν ᾧ ποτε. Hæc per digressionem de Telamone Aegineta, qui comes fuit Herculis in Troiæ vastatione, Meropum expugnatione, & Alcyonei gigantis cæde. De rebus à Telamone ad Troiam gestis, superiore Oda diximus. Meropes sunt Coi Insulares, quibus bellum intulêre ex Asia redeuntes. De hac Insula, quæ olim Merope dicebatur, vide Strab. l.4. Bellum hoc aduersus Meropas concitatum est ob Chalciopen Eurypyli filiam quam Hercules amabat:& ex qua deuictis hostibus, suscepit Thessalum, cui nati sunt Philippus & Antiphus, qui 30 naues aduersus Troianos duxerunt, vt videre est Iliad. β.

καὶ τὸν μέγαν. Cùm Hercules ex Erythia boues abigeret, in Isthmo Corinthiaco incidit in Alcyoneum gigantem, vbi commisso prælio, hic Herculi duodecim currus, & viginti quatuor heroas saxo contriuit. Quod cùm etiam in Herculem contorqueret, Hercules saxum claua excussit, & gigantem oppressit. Aiunt autem hoc saxum adhuc in Isthmo extare. Huic prælio interfuit Telamon Aeginensis.

ἀπειρομάχας. Gnome de fortuna belli, cuius dubij sunt euentus, adeò vt qui modò vincebat, paulò post tristiùs vincatur. Etenim Mars est ἀλλοπρόσαλλος. vide sensum in paraphrasi.

ἐπεὶ ῥέζοντα. Ratio dicti superioris, & gnome qua docet accidere hominibus non dissimilia ijs quæ perpetrarunt. Quam in sententiam tragicum versum Schol. proponit. τὸν δρῶντα πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. Et Lucian. in Piscatore, ex Euripide, οὐ δεινὰ πάσχειν, δεινὰ τοὺς εἰργασμένους;

παράφρασις. | ἀντιστρ. κωλ. ιγ. | μετάφρασις.

Prohibet me quominus in hac digressione de Herculis & Telamonis rebus gestis, sim prolixior, cum lex encomiastici carminis,

τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν
ἐρύκει με τεθμὸς,
ὧραι τ' ἐπειγόμεναι.
ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ

*Prolixa autem eloqui prohibet me lex, horæque properantes: ac trahitur cor meum il-*

νεομηνίᾳ θιγέμεν.
ἔμπα καίπερ ἔχει βαθεῖ-
α ποντιὰς ἅλμα
μέσσον, ἀντίτειν' ἐπιβου-
λίᾳ. σφόδρα δόξομεν
δαΐων ὑπέρτεροι, ἐν
φάει καταβαίνειν.
φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέ-
πων
γνώμαν κενεὰν σκότῳ κυλίν-
δει,

*lecebrosa cupiditate contingendi nouiluniū. Sed tamen, quanuis profundum ponti mare occupet medium, resiste insidijs. Multo videbimur hostibus superiores in luce descendere. Inuidè autē alius vir intuens, consilium inane in tenebris voluit,*

quæ iubet vt sim totus in personæ laudibus, tum tēpus instans quo me epinicion daturum promisi. Ideóque propero ad mei hymni complementum, & summo desiderio teneor attingendi nouilunij ad reddendum illum præstituti. Quanuis igitur mediam amplissimę Herculis historiæ partem nō narrauerim, hîc tamen desinam, vt insidiantibus aduersarijs, me reprehendendi ansam quęrentibus, obsistam: & videar illis, qui sunt in digressionibus immoderatiores, longè superior & clarior. Quare spero fore vt is qui mihi inuidet, nihil efficiat. Nam qui alium inuido oculo intuetur, inane & irritum consilium ipse in tenebris iacens volutat.

τὰ μακρὰ δ'. A digressione ad rem propositam se reuocat Pindarus, ídque duabus de causis: prima, quia prolixitatem digressionis vetat lex carminis encomiastici, & iubet vt ad laudem personæ omnia dicantur: secunda, quia neque per breuitatem temporis id licet, instāte nimirum nouilunio, quo tempore fortè epinicion pollicitus erat. Sic autem reddas poëtæ verba. ἐμὲ δὲ μακρῶς διελθεῖν κωλύει ὁ τοῦ ἐγκωμίου νόμος, καὶ ἐπειγόμενος χρόνος ἐν ᾧ ἀποδώσειν ὡμολόγηκα.

ἴυγγι δ'. Hoc est, σφόδρα ἐπιθυμῶ ἐν νουμηνίᾳ, ἣν ὑπεσχόμην ἐπιδείξασθαι τὸν ἐπινίκιον ὕμνον. *Iynge trahi*, prouerbialiter dicitur, qui impotenti desiderio trahitur. Et ἴυγξ metaphoricè sumitur pro ἐπιθυμία. De hac voce vide Pyth. Od. 4. stroph. decima. θιγέμεν Ion. & Dor. pro θιγεῖν. construitur cum datiuo: vt & alibi Pyth. δ. κ. & θ. quanquam regit genitiuum sępius.

ἔμπα καίπερ. Alia causa cur debeat sibi à digressione temperare: nempe quia sibi cauendum est ab inimicis, qui calumniandi ansam quærunt. Allegoria est, quam explicat paraphrasis. ποντιὰς poët. vox, pro ποντία, ποντικὴ, θαλασσία. & ἅλμα Dor. pro ἅλμη. & ποντιὰς ἅλμη *marina salsugo*, pro ἁλμυρὰ θάλασσα, *salsum mare*, ἀντίτεινε τῇ ἐπιβουλίᾳ, hoc est, τοῖς ἐπιβουλεύουσι.

σφόδρα δόξομεν. Hoc est, δόξομεν πολὺ ὑπερέχοντες τῶν ἀντιπάλων, λαμπρῶς καταβαίνοντες. Putat Schol. hæc in Simonidem torqueri, qui in digressionibus multus erat, & Pindari æmulus.

φθονερὰ δ' ἄλλος. Gnome qua docet irritos esse conatus inuidorum: ídque contra suos obtrectatores. q. d. ἄλλος δ' ἀνὴρ φθονερὸς, οὐδὲν ἀνύσει φθονῶν ἐμοί. Porrò φθονερὰ sume aduerbialiter, pro φθονερῶς. κενεὰν γνώμαν. Hoc est, κενὴν βουλήν: & ante σκότῳ est ellipsis præpositionis ἐν.

περίφρασις.

Et vt iam inuidia nihil in me poteſt, ſic in poſterum non nocituram mihi puto. Certò enim ſcio me non minùs poſthac quàm hactenus præſtabilem fore poëtam: ac ſpero fortunam dominam, Deúmque effectur͡ũ vt in me permaneat eximia illa poëtices facultas, quam mihi diuina voluntas, impertiuit. Age verò dulcis cithara meum carmen præclaræ harmoniæ, qualis eſt Lydia varia, accommodatum ſtatim concine: ídque in gratiam Aeginæ Timaſarchi patriç, quam tenuit olim Oenon: & in gratiam cognatæ Cypri, quam tenuit Teucer Telamonis filius, non auſus domum redire metu patris irati ob mortem Aiacis, quanquam eius ipſe non erat conſcius. Præterea in gratiam Salaminis in qua regnauit Aiax.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

χαμαιπετοῖσαν. ἐμοὶ
δ᾽ ὁποίαν ἀρεταὶ
ἔδωκε πότμος ἄναξ,
εὖ οἶδ᾽ ὅτι χρόνος ἕρπων
πεπρωμέναν τελέσει.
ἐξύφαινε γλυκεῖα
καὶ τόδ᾽ αὐτίκα φόρμιγξ
Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ
μέλος πεφιλημένον
Οἰνώνᾳ τε, καὶ Κύπρῳ
ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει
ὁ Τελαμωνιάδας. ἀτὰρ
Αἴας Σαλαμῖν᾽ ἔχει πατρῴ-
αν.

μετάφρασις.

*quod cadit humi. Mihi autem qualem virtutem dedit fortuna regina, certò ſcio quòd in ſequens tempus fati compotem efficiet. Contexe ſtatim dulcis cithara Lydia cum harmonia hoc quoque carmen gratum Oenonæ & Cypro vbi Teucer imperat Telamoniades. At Aiax Salaminem obtinet patriam.*

χαμαιπετοῖσαν. Cohæret cum ſuperioribus, & Dor. effertur pro comm. χαμαιπετοῦσαν: à χαμαιπετέω, *humi cado.* ex χαμαὶ *humi*, & πετέω inuſitato: pro quo πίπτω. Conſilium quod humi cadit, expone *irritum*.

ἐμοὶ δ. Confidit poëta ſe in virtutis à natura inſitæ ſtudio permanſurum: atque ita maiorem inuidia futurum, aduerſus quam virtus inconcuſſa manet. q.d. ἣν δέ μοι ἀρετὴν ὁ Θεὸς καὶ εἱμαρμένη ἔδωκεν, πεπίστευκα ὅτι καὶ ὁ μέλλων χρόνος εὐμοιρον πληρώσει. Interim obſerua poëtam piè agnoſcere Deum virtutis largitorem.

ἐξύφαινε. Apoſtrophe ad citharam: qua, poſtquam abſoluit digreſſionem, redit ad inſtitutum Timaſarchi encomium, quem à claris Aeginetarum maioribus commendat. Verbum ἐξυφαίνειν metaphoricum eſt, ſumptum à textoribus. Lydiam harmoniam, allegoricè *præclaram* ſignificat, ſeu *variegatam*, quoniam melos Lydium eſt varium, & Lydij erant artis Muſicæ peritiſſimi.

Οἰνώνᾳ Dor. pro Οἰνώνῃ. Oenone dicta olim Aegina à quodam Oenone, vide Euſtath. Il. β. Cyprum Inſulam tenuit Teucer, quum Troia capta non auderet Salaminem repetere, metu Telamonis patris, qui ipſum fraternæ mortis etiam minimè reum malè excepiſſet. Aiax, vt Teucro maior natu, Salaminis erat rex. Τελαμωνιάδας Dor. pro Τελαμωνιάδης: patronymicum: ad differentiam alterius Teucri, à quo Teucria dicta Troia. Quanquam autem hîc Cypri, Salaminis, Leuces, Phthiæ, Epiri, Iolci fit mentio, quæ videntur ad Aeginam non per-

tinere:quia tamen Aeginetæ fuerunt qui ea loca tenuerunt, in laudem Aeginensium hæc dicuntur, quorum laudibus gaudere debent omnes illæ regiones, vt pote consanguineæ.

παράφρασις.

Item Leuces Insulæ; herodiorum copia procul albicantis, quæ in mari Euxino extat, in quam à Thetide matre translatus Achilles, imperium obtinuit. Itē Phthiæ vrbis Thessalicæ cuius domina est Thetis Pelei coniux. Item Epiri latæ regionis, quam Achilis filius Neoptolemus rex occupauit. In qua videas excelsa Acrocerauniorum collium cacumina pascendis bobus idonea: quorum initium à Dodona ducitur, & in mare Ionium definũt. Item in gratiam Iolci ciuitatis sitæ ad radices Pelij montis, quam cùm Peleus hostili manu subuertisset, sibi subdidit, & cùm priùs esset Magnesiæ, Thessaliæ adiunxit.

στροφὴ γ. κῶλ. ιγ.

ἐν δ' Εὐξείνῳ πελάγει
φαεννὰν Ἀχιλλεὺς
νᾶσον. Θέτις δὲ κρατεῖ
Φθίᾳ. Νεοπτόλεμος δ' Ἀ-
πείρῳ διαπρυσίᾳ,
βουβόται τόθι πρῶνες ἔ-
ξοχοι κατάκεινται,
Δωδώναθεν ἀρχόμενοι
πρὸς Ἰόνιον πόρον.
Παλίου δὲ πὰρ ποδὶ λα-
τρείαν Ἰαωλκὸν
πολεμίᾳ χειρὶ προστραπὼν
Πηλεὺς, παρέδωκεν Αἱμόνεσ-
σι,

μετάφρασις.

*In Euxino autem pelago Achilles lucidã Insulam. Thetis verò dominatur in Phthia. Neoptolemus autem in Epiro lata, vbi cacumina edita posita sunt, quæ pascunt boues, à Dodona incipientia, vsque ad Ionium mare. Pelij autem ad pedem, Iaolcum hostili manu quum expugnasset Peleus, tradidit seruam Thessalis,*

ἐν δ' Εὐξείνῳ. Quam Insulam Pindarus φαεννὰν vocat, eam dixêre Λευκὴν: quoniam albicat herodiorum multitudine, à qua procul nauigantibus proditur insula. Eadem Achillis δρόμος vocatur, quia Iphigeniam in Aulide sacrificandam pro auspicata Græcæ classis nauigatione, & per Dianam subductam ac translatam in Tauros Scythiæ, ad hanc vsque insulam comitatus est, eius amore flagrans. Et quia Thetis eò transtulit Achillis cadauer, ideo Achilli consecrata est. Porrò φαεννὰν Dor. pro φαεννὴν dixit per metalepsin, pro Λευκὴν. Nam quod album est, lucidum est. Qua dialecto φαεννὸς, vide Pyth. 4. Cæterùm testatur Eurip. in Androm. hanc insulam esse in Euxino, in eáque Achillem habitasse.

Τὸν φίλτατον παῖδ', ἐμοί τ' Ἀχιλλέα
Ὄψει δόμους ναιετάοντα νησιωτικοὺς,
Λευκὴν ἐπ' ἀκτὴν ἐντὸς Εὐξείνου πόρου.

Item in Iphigen. in Tauris τὰν

πολυόρνιθον ἐπ' αἶαν,
Λευκὰν ἀκτὰν Ἀχιλῆος
Δρόμους καλλισταδίους, Εὔ-

ξεῖνον κτ' πόντον.

Θέτις δ. Quia Thetis Pelei Aeginetæ fuit vxor, ideo ipſam inter Aegineta-rum maiores recenſet. Phthia vrbs eſt Theſſaliæ, quam Thetis obtinuit. Thetis autem, authore Plutarcho, vt refert Schol. Olympum ad Vulcanum conſcen-dit, vt ab eo peteret Achilli arma. Vulcanus ea ſe daturum Thetidi promiſit, ſi modò primùm ſecum concumberet. Thetis annuit ſe facturam dummodo cor-pori ſuo, periculi faciendi gratia, illa aptaret: ſibi enim eandem eſſe cum A-chille corporis menſuram. Quo permiſſo, Thetis aufugit armis cincta. Quam cùm Vulcanus non poſſet comprehendere, malleo in talum percuſſit, vt ve-hementer angeretur. Tum Phthiam ſeceſſit, vt ibi ſanaretur. Hinc Phthia ab eius nomine Thetidion eſt appellata, ac Thetin colere cœpit Phthia. Sunt qui ex Euripide in Andromacha dicant, Thetidis eſſe templum, cui nomen The-tidio.

Νεοπτόλεμος. Neoptolemus, aliàs Pyrrhus, Achillis filius, poſt bellum Troia-num in Epiro regnauit, idque διαπρυσίᾳ, *hoc eſt*, διήκει ἀπ' ἀρχῆς μέχρι πέρατος. Non enim parti tantùm, ſed vniuerſæ regioni præfuit.

βουβόται πρῶνες. Commendatio Epiri à paſcuis, & bobus. Loci in quibus pa-ſcuntur, ſunt iuga montium, qui Acroceraunia nuncupantur, & à Dodona iux-ta fluuium Arachum in Ionium mare producuntur. Boues huius regionis com-mendantur à Plinio l.8.cap.45. Hi boues, vt aiunt ex Geryonis bobus ortum habent, quos Larino Hercules cepit: vnde *Larini boues*, præſtantes dicuntur. Porrò βουβότης, eſt ὁ βόσκων βοῦς. Et aliquando exponitur, *paſtor*. Δωδώναθεν. Dor. pro comm. Δωδώνηθεν, hoc eſt, ἐκ τῆς Δωδώνης. Euſtath. Il. μ. ex Pauſania dicit πρῶνες vocem γνῶναι, ἀπὸ τοῦ προϊέναι αὐτὶ τοῦ πρῶσαι, i. *aſcenſu ſuperare*.

Παλίου. Peleus Iolcum occupauit, vt ſuperiore Oda etiam vidimus. λατρείαν παρέδωκεν Αἱμόνεσσι *hoc eſt*, δούλην, καὶ ὑπήκοον ἐποίησε τοῖς Θετταλοῖς. Etenim λατρεία tan-quam à λάτρειος, adiectiuè ſumitur. Et Aemonia dicta eſt Theſſalia, hinc Ae-mones Theſſali.

παράφρασις.

Occaſionem autem Iolcum oppugnandi dederat iniuria ab Acaſto propter Hippolytes eius vxoris calumniam, accepta. Etenim Peliæ filius Acaſtus adhibita fide coniugis accuſationi, imitatus dolum Dædali, qui vice gladij, cùm Minoem interficere vellet, Cocali regis filiabus perſuaſit, vt in illum lauantem aquę calidæ defluxu per tecti

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

δάμαρτος Ἱππολύτας
Ακάστου δολίαις
τέχναισι χρησάμενος.
τᾷ Δαιδάλου δὲ μαχαίρᾳ
φύτευέν οἱ θάνατον
ἐκ λόχου Πελίαο παῖς
ἄλαλκε δὲ Χείρων.
καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν
πεπρωμένον ἔκφερε.
πῦρ δὲ παγκρατὲς, θρασυ-
μα-

μετάφρασις.

*Hippolytæ vxoris Acaſti doloſis artibus vſus. Dædali autem gladio machinatus eſt illi mortem ex inſidijs Peliæ filius. Sed Chiron defendit* eum, *& fatale malum à Ioue deſtinatum depulit. Ignémque omnia vincentem & audacium in* culmen

χαῖ τε λεόντων ὄνυχας ὀξυτάτους, ἀκμάν τε δεινοτάτων χάσαις ὀδόντων,

*pugna leonum vngues acutißimos, aciémque valdè horrendorum dẽtium cùm cohibuißet,*

culmen miſſo, eum interimerent: Peleum inermem in ſylnas Pelij montis deduxerat, vt à feris laceraretur, nec eum ipſemet occideret. Verùm hoc prohibuit Chiron: & vt erat Iouis in fatis, qui innocentes protegit, malum hoc à Peleo depulit. Poſtea Thetidis vnius ex Nerei filiabus alto ſolio inſidentibus, nuptias obtinuit, coërcitis & deuictis omnibus illis formis in quas ſeſe mutabat, mortalis hominis nuptias auerſans. Nam modò in ignem omnia vincentem, modò in leonem ferociſſimum, cui ſunt acutiſſimi vngues, & dentium horrendorum acies mordaciſſima, ſeſe conuertebat.

δάμαρτος. Occaſio quæ data eſt Peleo ad Iolcum oppugnandam. Cùm enim Cretheis, ſiue Hippolyte, Acaſti vxor, amore deperiret Pelea, nec ad ſui copulam pellicere poſſet, apud maritum eum accuſat, ac ſi ab ipſo ſtupri ſolicitata fuiſſet. Rei indignitate commotus Acaſtus, Peleum inermem in ſyluas Pelei montis deduxit, vt à feris laniaretur. Sed Dij illius innocentiæ teſtes, Vulcanum mittunt qui enſem ei ſubminiſtret, quo feras omnes occîdit obuias, & ruptis vinculis, in Theſſaliam reuerſus, Acaſtum hoſtili manu vicit & Iolcum cepit.

τῷ Δαιδάλου ϑ. Locus hic eſt intelligendus prout declarat paraphraſis. Neque enim ſenſus permittit, vt hoc accipiatur de enſe quem Vulcanus fertur ſuppeditaſſe Peleo, quo ſe defenderet. Sed neceſſariò intelligendum eſt Acaſtũ feris obijcere voluiſſe Peleum, vt ab illis, vice gladij, quo alioqui fuiſſet vſus, miſerè occideretur.

φύτευεν neglecto augm. pro ἐφύτευεν: tranſlatum vocabulum, pro μηχανᾶσθαι. Πελίαο παῖς Periphraſis Acaſti.

ἄλαλκε. Cauſa adiuuans qua liberatus eſt à dolo Acaſti Peleus innocens. Illum Chiron eripuit periculo, quia ſic Iupiter volebat innocentiæ fauere.

πῦρ ϑ. De nuptijs Pelei & Thetidis hæc dicuntur, quas procurauit Chiron: vt ſuperiore Oda iam vidimus. Allegoricè autem loquens poëta, ſignificat Thetin omnes rationes fortiſſimas ſubterfugiendarum mortalis hominis nuptiarum, quæſiuiſſe, ſed cùm perpetuò inſtaret Chiron, tandem eius animum flexiſſe. Et certè, vt ait poëta, Ετλη αἴθεος ἐμὴν Πολλὰ μάλ᾽ οὐκ ἐθέλουσα.

παγκρατὲς. Epitheton ignis. q. d. τὸ πάντων κρατοῦν καὶ δεσπόζον διὰ τὸ φθαρτικὸν τῆς δυνάμεως. θρασυμαχᾶν genit. Dor. pro θρασυμαχῶν. à recto ſing. θρασυμάχης. χάσαις Aeol. pro χάσας. particip. Aor. 1. ἔχασα. verbi χάζω: quod, vt vult Schol. hîc ſignificat παύω, ἐπέχω. & transfertur à remigibus, qui quum ab opere ceſſant, χάζουσι τὰς κώπας, *remos laxant, & cohibent.*

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. ιγ. μετάφρασις.

Suis autem in nuptijs Peleus ἔγαμεν ὑψιθρόνων *duxit in vxorem alto*

vidit ſympoſio accumbentes Deos tum cœleſtes tum marinos, qui circa menſam ſedilia ſua præclarè in orbem compoſita habebāt in monte Pelio: quò ipſi vnuſquiſq; munera attulit: Vulcanus enſem, Neptunus equos, alij aliud, & conceſſerunt omnes, vt prçclaram & potentem ex hoc coniugio poſteritatem conſequeretur. Enimuerò quid Timaſarchum à maioribus commendans, Aeaci poſterorum hiſtoriam prolixiùs propono? Sanè quēadmodum mare vltra Gades 'occidentales non eſt nauigabile, ſed hic eſt nauigantium terminus, vnde Europeam terram verſâ naui repetere coguntur. Ita cùm non poſſis res geſtas ab Aeaci poſteris carmine recenſere, ad rem propoſitam regredere.

μίαν Νηρεΐδων.
εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν,
τᾶς ὐρανῶ βασιλῆες,
πόντου τ' ἐφεζόμενοι,
δῶρα καὶ κράτος ἐξέ-
φαναν ἐς γένος αὐτῶ.
Γαδείρων τὸ περὸς ζόφον οὐ
περατόν. ἀπότρεπε
αὖτις Εὐρώπας ποτὶ
χέρσον ἔντεα ναός.
ἄπορα γὰρ λόγον Αἰακῶ
παίδων τὸν ἅπαντά μοι διελ-
θεῖν.

*ſolio inſidentium vnam Nereidum: vidit etiam pulchrè circundatum ſedile, cui reges cœli mariſque inſidentes, dona & potentiam exhibuerunt, ipſi vſque ad poſteritatem. Gadiũ pars vergens ad occaſum tranſiri nequit: conuerte armamenta nauis ad Europæ terram. Impoßibile enim mihi ſermonem de Aeaci filijs omnem percurrere.*

ἔγαμεν Dor. pro comm. ἔγημεν. Et hæc cohærent cum ſuperioribus. μίαν Νηρεΐδων intellige Thetin. Porrò γαμεῖν hic exponendum videtur, vt νυμφεύειν antiſtr.3. Od.3. Nem. vbi eodem ſenſu eidem Chironi tribuitur. Quanquam hæc de Peleo poſſunt accipi, & debent.

εἶδεν δ'. Dij ſua præſentia nuptias haſce cohoneſtarunt, & omnes excepta Eride interfuerunt. εὔκυκλον ἕδραν dicit, meo iudicio, quòd in orbem ſederent, & accumberent menſæ orbiculari. ὐρανῶ, πόντου τε βασιλῆες ſunt οἱ ὐράνιοι, καὶ θαλάσσιοι Θεοί. Dona attulerunt illi, nimirum Vulcanus enſem, Neptunus equos, alij aliud. Non vocata ad conuiuium Diſcordia, pomum illud, cui inſcriptum erat, ἡ καλὴ λαβέτω, immiſit. Vide Luciani Θεῶν κρίσιν. Potentiam quoque impertiuerunt vſque ad poſteritatem. Etenim Achilles eius filius, nepos Neoptolemus, potentes fuerunt. γένας à nonnullis, ſed mendosè ſcribitur, pro γένος. vide 3. Pyth.

Γαδείρων τὸ περὸς. Epanodus. Nam à prolixiori hiſtoria de maioribus Aeginetarum ſeſe reuocat: & tranſitionem allegoricè inſtituit: quam allegoriam in paraphraſi declaramus. De Gadibus, & columnis Herculis iam antè dictum. Putem autem pro Εὐρώπαν legendum Εὐρώπας χέρσον. Neque enim video quomodo Εὐρώπαν citra neceſſitatem, adiectiuè ſumamus. ἔντεα ναὸς periphraſticè dixit pro τὴν ναῦν.

ἄπορα γὰρ. q.d. οὐ γὰρ δυνατὸν ἐπὶ πάντα τῶν Αἰακιδῶν τὸν ὕμνον ἀφικέσθαι. Et hæc eſt ἀπολογία, quæ exponit, quid ſit Pindaro, à Gadiris ad Europam reducere nauem: nimirum relicta longiore in Aeacidarum hiſtoriam digreſſione, ad Timaſarchum redire.

παράφρασις. | στροφὴ δ΄. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις.

Et cùm in Theandridarum familia, ex qua ortum ducit Timasarchus, sit satis ampla laudum seges, mihi iam ad eos est veniendum, vt tanquam promptus præco victorias proclamem quas consequuti sunt in Olympijs, Isthmijs & Nemeis, quibus in certaminibus, corporis robur ob mẽbrorum exercitationem augentibus, suæ fortitudinis specimen ediderunt, & vnde nunquam sine coronis, quarum fructus est gloria, rediuerunt. Itaque Timasarche audimus tribum tuã tanquam ministram præire carminibus, quæ pro victoribus sacrorum certaminum scribuntur. Quòd si præterea me iubes, vt auunculo tuo Callicli matris tuæ fratri encomiasticum carmen componam,

Θεανδρείδαισι δ᾽ ἀε-
ξιγυίων ἀέθλων
κάρυξ ἕτοιμος ἔβαν,
Ὀλυμπίᾳ τε καὶ Ἰσθμοῖ,
Νεμέᾳ τε συνθέμενοις
ἔνθα πεῖραν ἔχοντες, οἴ-
καδε κλυτοκάρπων
οὐ νέοντ᾽ ἄνευ στεφάνων.
πάτραν νὶν ἀκούομεν
Τιμάσαρχε τεὰν ἐπινι-
κίοισιν ἀοιδαῖς
πρόπολον ἔμμεναι. εἰ δέ
τοι
μάτρωϊ μ᾽ ἔτι Καλλικλεῖ κε-
λεύεις

*Sed Theandridis certaminum membra augentiũ præco promptus veni, fœdus pactis cum Olympia, & Isthmo, & Nemea: vbi specimen edentes, domum non sine coronis nouis inclytum fructum ferentibus redeunt. Patriam illam audimus Timasarche tuam carminibus triumphalibus ministram eſse. Quòd si adhuc auunculo Callicli me iubes*

Θεανδρείδαισι. Timasarchum à propria familia seu tribu laudat. Theander fuit athleta præclarus, à quo dicta familia Theandridarum, vnde descendit Timasarchus. Hæc plurimis & insignibus victorijs semper fuit ornata, in Olympijs, Isthmijs, & Nemeis: vnde nunquam sine coronis rediuerunt.

ἀεξιγυίων. Hoc est, αὐξανόντων τὰ γυῖα, ἤγουν τὰ σώματα. Etenim certamina, quoniã membra corporis exercent, homines reddunt robustiores. ἔβαν κάρυξ Dor. pro comm. ἔβην κήρυξ hoc est, ἦλθον κηρύσσειν μέλλων διὰ τοῦ ὕμνου τὰ τῶν Θεανδρειδῶν ἄεθλα, τὰ ἐν Ὀλυμπίᾳ, Ἰσθμοῖ, καὶ Νεμέᾳ, ὅπου τοῖς ἀγῶσιν ἀπόπειραν λαβόντες, οὔποτε χωρὶς στεφάνων δόξης καρπὸν φερόντων, εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθον. Pro συνθέμενος legendum puto συνθεμένοις & construendum cum Ὀλυμπίᾳ, &c.

Κλυτοκάρπων. Coronas appellat κλυτοκάρποις. q.d. κλυτὸν καρπὸν φερούσας, *inclytum fructum ferentes*: quoniam coronæ victoribus gloriam conciliant.

πάτραν νὶν. Hoc est, τοιγαροῦν ἀκούομεν ὦ Τιμάσαρχε, πατρίδα τὴν σὴν τοῖς ὕμνοις τοῖς ἀπὸ τῶν ὑμετέρων νικῶν θεραπεύεσθαι, καὶ αὐτῶν εἶναι ὑπηρέτην. His innuit poëta tam crebras fuiſſe Theandridarum familiæ victorias, vt Aegina patria tanquam ministra præeat cantionibus triumphalibus: & ab ijs ornetur.

εἰ δέ τοι. Laus Timasarchi ab auunculo Callicle q.d. εἰ δέ με κελεύεις καὶ τῷ σῷ μήτρωι Καλλικλεῖ ὕμνον θέμεν λαμπρότερον στήλης τῆς ἀπὸ Παρίου λίθου λευκοῦ, ἔτι καὶ τοῦτο ποιήσω.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις.
---|---|---

quod sit Pario lapide, videlicet marmorea columna splendidius & durabilius, id lubens faciam: erítque hoc pacto clarum nomen eius. Nam vt aurum quod igni liquitur & purgatur, micantiorem fulgorem reddit: sic carmen quo clara facinora laudantur, eorum factorem virum, illustriorem efficiunt, eiúsque sortem regali adæquant. Quanquã autem vita functus est Callicles, nihilominus me laudatorem nanciscatur, qui dicam eum in Isthmijs, quod Neptuno terram tridente concutienti, grauémque ictu strepitum excitanti, certamen est sacrum, vicisse, & corona Corinthiaco ex apio contexta decoratum fuisse.

στάλαν θέμεν Παρίου
λίθου λευκοτέραν.
ὁ χρυσὸς ἑψόμενος
αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας·
ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
ἐργμάτων βασιλεῦσιν ἰ-
σοδαίμονα τεύχει
φῶτα. κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι ναιετάων ἐμὰν
γλῶσσαν εὑρέτω κελαδῆτιν, ὀρσοτριαίνα
ἵν' ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπου
θάλησε Κορινθίοις σελίνοις.

*columnam ponere Pario lapide candidiorem*, id faciam. Sicut *aurum excoctum suos fulgores patefacit omnes*: sic *hymnus rerum præclarè gestarum regibus parem sorte reddit virum. Ille apud Acherontem habitans meam linguam inueniat decantatricem, quo pacto in certamine*, quod sacrum est Neptuno *tridentis concußori grauistrepo decoratus fuerit apijs Corinthiacis.*

στάλαν. Dor. pro στήλην. Quo vocabulo tropicè suum hymnum notat: simúlque eum à dignitate extollit, & quum Pario lapide candidiorem dicit, eius elegantiam, quum στήλην, eius durationem innuit. Et certè encomia scriptis mandata durabiliora sunt quibusuis columnis, vnde Horatius de suis carminibus,

*Exegi monumentum ære perennius,*
*Regaliq; situ Pyramidum altius*, &c.

Παρίου λίθου. Parius lapis, inquit Schol. est ὁ καλούμενος λύγδινος. Hoc est, *læuis, politus, nitens, candidus instar Parij lapidis. Eum lapidem*, inquit Erodæus l.6. Epig. *cœpêre lychnitem appellare. Parius*, inquit Seruius, *candidißimus est lapis, Lygdius nomine, Is nascitur in Paro insula.* Appellatur à Martiale Lygdos, in hoc versu,

*Candida non tacita respondet imagine Lygdos.*

Plinius l.36 c.8 Lygdinos vocat candoris eximij. Anacreon Περὶ λυγδίνῳ βαχήλῳ, Χάριτες πέτοντο πᾶσαι.

*Circa candidam ceruicem gratiæ volabant omnes.*

Parius lapis est marmor. περιφραστικῶς à Paro Cycladum insula, vbi marmor candidissimum effodiebatur: vnde Virgil. 3. Aen. appellat *Paron niueam.* De hac jnsula vide Plin. l.4. Strab. l.10.

ὁ χρυσός. Simile quo poëseos dignitatem illustrat. q. d. ὥσπερ διὰ τοῦ πυρὸς ὁ χρυσὸς γίνεται διαυγέστερος, οὕτως οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες διαφανέστεροι καὶ βασιλεῦσιν ἴσοι διὰ τῶν ὕμνων.

γίνονται. Ita poëtam aurifici, poëfin igni, viros claros, & virtutis actiones auro comparat. Vide Adagium. *Aurum igni probatum.*

κεῖνος ἀμφ'. Redit ad Calliclem, quē laudaturus præoccupatione vtitur, quoniam iam erat mortuus: & hoc fibi vult, ἐκεῖνος εἰ καὶ τέθνηκεν ἤδη, τῆς ἐμῆς εὐφημίας τυγχανέτω. *In Acheronte habitare*, eft poëtica phrafis pro *mortuum effe*. Nam Acheron eft fluuius inferorum, qui defunctorum locus credebatur.

κελαδῆτιν. Hoc eft κελαδοῦσ, ὑμνοῦσ. Poëtica vox κελαδῆτις, ηδος: à verbo κελαδέω.

ὀρσοτρίαινα ἵνα. Hoc eft, ὅπως ἐν τῷ Ισθμικῷ Ποσειδῶνος ἀγῶνι παρὰ τοῖς Κορινθίοις ἐστέφθη σελίνῳ. Neptuni certamen funt Ifthmia, locus certaminis, Ifthmus Corinthiacus, apium materia coronarum, ὀρσοτριαίνας & βαρύκτυπος per antonomafiam dicitur Neptunus: quæ vocabula iam occurrerunt.

θάλλησε negl. augm. pro ἐθάλλησε à θαλλέω poëtico pro θάλλω. vt & 10. Nem. ϛ. 3.

παράφρασις.

Quem quidem Euphanes auus tuus maternus, ô iuuenis Timafarche, fenex venerandus egregius hymnographus, victoriarum eius oculatus teftis, rectè „laudabit carmine: vt & alios „victores alij poëtæ qui eo-„dem tempore vixerunt." Vnufquifque autem fperat fe ea quæ viderit ipfe, optimè narraturum. Sicuti & tuum vnctorem Melefiam laudans idem oculatus teftis rerum ab ipfo geftarũ, omnem eas diuerfimodè narrantium contentionem detorqueat. Eius autem verborum texturæ, & eloquentiæ tanta eft vis vt in dicendo fit infuperabilis, & quemuis trahat in fuam fententiam, vir adeò candidus & fyncerus, vt bonos beneuolentia profequatur, infeftífque aduerfarijs æquè afperum vltorem fe præbeat, atque antagoniftæ fatigato ephedrus, qui ipfe viribus integer cum eo congreditur.

ἐπῳδ. κῶλ. ιγ.

τὸν Εὐφάνης ἐθέλων
γεραιὸς προπάτωρ
ὁ σὸς ἀείσεται παῖ.
ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι.
αὐτὸς δ' ἴδον ἃ τύχῃ
ἔλπεται τις ἕκαστος
ἐξοχώτατα φάσθαι.
οἷον αἰνέων κε Μελη-
σίαν ἔριδα στρέφοι.
ῥήματα πλέκων ἀπά-
λαιστος ἐν λόγῳ ἕλκειν,
μαλθακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,
τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

μετάφρασις.

*quem Euphanes fenex progenitor tuus canet libens ô adolefcens. Alijs autem alij funt coætanei. Quilibet autem ea quæ viderit ipfe, fperat fe narraturum excellentiffimè. Sicuti laudans Melefiam, contentionem auertat, verba texens infuperabilis in oratione trahit, mollia quidem cogitans bonis, afper autem aduerfarius inimicis.*

τὸν Εὐφάνης. Non à fe tantùm, fed etiam ab Euphane laudandum dicit Calliclem. Fuit autem Euphanes Timafarchi auus maternus, quem tacitè Schol. innuit interfuiffe victorijs Calliclis, eundémque effe hymnographum. Et quoniã credidére veteres mortuis ineffe fenfum aliquem apud inferos, ideo Schol. annotat Euphanem defunctum, defuncti Calliclis laudes decantaturum. Sed non video quî poffit hinc colligi Euphanem exceffiffe è viuis. Exiftimo potiùs poëtam reijcere in Euphanem hoc officium canendi Calliclis, quòd effent σύγχρονοι. Idque ex his verbis colligo, ἄλλοισιν δ' ἄλλοι ἅλικες: & ita fentit in varia interpre-

tatione Scholiastes. Præterea γεραιὸς vocatur, eo quòd ætate prouectus erat, nec sic vocatus fuisset, vt puto, nisi vixisset. Quanquam autem Callicles matris Timasarchi frater, Euphanísque, vt verisimile est, filius, vita iam erat defunctus, fieri poterat vt superstes esset pater Euphanes, & cùm filij victoriæ testis fuisset, eam rectiùs alio decantaret.

ἅλικες hîc sumo pro σύγχρονοι, vt sint, non ætate pares, sed contemporanei.

τὰ δ' αὐτός. Et metri, & sensus ratio corruptum esse hunc locum indicant: quem ducta ex Schol. interpretatione coniectura sic restituo, Αὐτὸς δ' ἰδὼν ἃ τύχῃ. Nam in Schol. habemus ἅπερ αὐτὸς εἶδε. Sic restitutus locus planus erit, nihilque subaudiendum, nihil ἔξωθεν petendum. Et sic sententiam construes totam, ἔλπεται δέ τις ἕκαστος ἐξοχώτατα φάσθαι ἃ τύχῃ ἰδὼν αὐτός. Porrò gnome est, qua docet quemlibet meliùs narraturum quæ viderit, quàm quæ audiuerit.

ἐξοχώτατα. Sume hoc vocabulum aduerbialiter: & φάσθαι actiuè: quod est Aor. medij ἐφάμην.

οἷον αἰνέων κε. Nec Aristarchi, qui οἷον leni spiritu notat, & μόνον vult exponi: nec Didymi, qui aspero, & exponit *qualem*, sententiam probare possum. Nam ita video loci sensum cogi, atque vt Schol. monet τις subaudiendum. Sed si τὸ, οἷον sumas pro *sicuti*, & hæc de Euphane dicta putes, omnino plana erit sententia: vt ex paraphrasi cognosces.

ἔριδα στρέφοι. Hoc est, *contentionem auertat*, nimirum Euphanes, Nam cùm alius aliter victorem Melesiam laudaret (vt conijcio) & differrent sententijs, Euphanes qui testis fuerat rerum à Melesia, quemadmodum & à Callicle gestarum, composito etiam in Melesiam encomio, litem omnem dirimere poterat, rem, vt erat, declarando. De Melesia diximus Olymp. η.

ῥήματα πλέκων. Hæc Euphanis vim dicendi, qua litem omnem dirimat, innuunt. Porrò laudatur maternus auus Timasarchi, ab eloquentia inuicta, & à candore, quum amicis est amicus, inimicis inimicus. Qualem se prædicat poëta Pyth. 2. antist. vltima. φίλον εἴη φιλεῖν, ποτὶ δ' ἐχθρὸν, ἅτ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι. Cæterùm omnia hæc vocabula, στρέφειν, πλέκειν, ἀπάλαιστος, ἕλκειν, ἔφεδρος, sumpta & translata sunt, à palæstra.

ἔφεδρος. Non hîc significat ἐφεδρευτὴν *insidiatorem*, aut *obseruatorem*: sed eum ex athletis, cui forte obuenit, vt certantibus alijs spectator sedeat, congressurus mox cum fatigato, ipse viribus integer. Quemadmodum autem hic ἔφεδρος illi erat asper, sic & inimicis asperum, & in ijs vlciscendis fœlicem denotare vult Calliclem.

ΠΥΘΕΑ ΥΙΩ ΛΑΜΠΩ-νος, παγκρατιαςῆ.

PYTHEAE FILIO LAMponis, pancratiastæ.

ΕΙΔΟΣ Ε.

ODE V.

## ARGVMENTVM.

*PYtheas Aegineta Lamponis filius laudatur à victoria pancratij, à fructu victoriæ, videlicet amicorum lætitia, & patriæ honore: à consanguineo Euthymene, pancratij pariter victore, à victorijs Aeaciorum & Megaricorum ludorum, à prestantia Menandri Athenienſis, aliptæ ipsius: denique ab auo materno Themistio, & sic hymnum concludit: cui pro more digressiones interseruit, veluti ad Aeacidas, Pelei & Thetidis nuptias, quas suo loco videre licebit.*

παράφρασις.

Non calleo artem statuariam, qua viris virtute insignibus æneum marmoreum-ve, aut id genus simulachrum erigere possim: sed poëtica polleo, qua mihi facile est res præclare gestas celebrare, vnde virorum præclarorum nomẽ clariùs innotescat. Etenim statuæ quantumuis affabrè factæ & decorę, loco in quo positæ fuerunt non

στροφὴ α. κῶλ. ια.

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰ-
μ᾽, ὥς τ᾽ ἐλινύσοντ᾽ ἐργάζε-
σθαι ἀγάλματ᾽ ἐπ᾽ αὐτᾶς βαθμί-
δος
ἑσταότ᾽. ἀλλ᾽ ἐπὶ πάσας
ὁλκάδος, ἐν τ᾽ ἀκάτῳ γλυκεῖ᾽ ἀοι-
δὰ
στεῖχ᾽ ἀπ᾽ Αἰγίνας, διαγ-
γέλ-
λοισ᾽ ὅτι Λάμπωνος υἱὸς
Πυθέας εὐρυσθενὴς

μετάφρασις.

*Non sum Statuarius, vt immobilia fabricer simulachra, super eadem basi stantia: sed in omni oneraria naue & cymba proficiscere ô dulce carmen ab Aegina, nuncians quòd Lamponis filius Pytheas preualidus victor reportarit in Ne-*

mouentur, nec nisi ab accedentibus illas cernuntur: sed carmina terras omnes & maria peragrant, & viri laudati laudes vndiquaque perferunt. Itaque ô dulcis hymne te in Aeginam mitto, inde profecturum nauibus cùm onerarijs, tum actuarijs, & promulgaturum vbique terrarum, Lamponis Aeginetę filium Pytheam robustum Nemeæa pancratij victoria, contextam funebri apio coronam promeritum esse. Illi nondum genæ teneram lanuginem producebant, quę iuuenibus ante virilem ętatem efflorescit,

νικῇ Νεμαίοις παγκρατίου στέφανον.
οὔπω γένυς φαίνειν τέρειναν
ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν,

*meis pancratij coronam.* Nondum gena ei *proferebāt teneram matrem floridæ vitis Oporam,*

Πυθέα. Titulus continet nomen victoris, eiúsque patris, & genus victoriæ: sed patria non denotatur: verùm Aeginetam fuisse ex hymno colligimus. Extat in eundem, eiúsque fratrem Phylacidem, & auunculum Euthymenem Ode sexta Isthmiorum. Lamponis Aeginetæ mentionem facit Pausanias in Laconic. l. 3. tanquam qui historiam belli Persici, Xerxis descripserit.

οὐκ ἀνδριαντοποιός. Exordium ducit à collatione sui carminis cum statuis, & docet quanto his illud præstet. Sumendi huius exordij occasio hæc fuit, authore Schol. Amici Pytheæ rogarant Pindarum vt illi epinicium conscriberet: sed cùm tres drachmas pro mercede poposcisset, renuerunt amici Pytheæ, rati statuam æneam eo pretio comparari posse. Postea verò cognito errore reuersi, idem pretij poëtæ soluerunt. Itaque in rei malè iudicatæ ἐξονειδισμὸν, collationem hanc instituit, ostensurus quanto discrimine inter se distent Statua, & Encomium. Verùm & citra istiusmodi occasionem sic ordiri potuit poëta in sui carminis commendationem, quod victori gloriosius futurum erat quàm statua. Vnde Horat. l. 4. Carm. Od. 2. huc allusit.

*Siue quos Elea domum reducit*
*Palma cœlestes, pugilem-ve, equum-ve*
*Dicit, & centum potiore signis*
*Munere donat.*

Similiter eodem libro Horat. exemplo Pindari laudat carmina, Oda. 8. quam cum hisce poëtæ verbis confer.

ἐλινύσοντα. Quidam geminant λ in prima syllaba: sed metri ratio refragatur, significat autem ἀργὰ, ἀκίνητα. Estque participij futuri ἐλινύσω. ab ἐλινύω significante ἀργῶ, σχολάζω, ἡσυχάζω. Etymol. deducit ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ εἰλεῖσθαι: hoc est, *in eodem volui.* Sed remotum mihi videtur etymon.

ἐπ' αὐτᾶς, Hoc est, διηνεκῶς μένοντα ἐπὶ τῆς αὐτῆς βαθμίδος ἀκίνητα. Nempe quæ in eodem loco manent, vbi positæ sunt, nec se promouent, nec nisi ab accedentibus conspiciuntur. Contrà carmina maria terrásque pererrant.

ἀλλ' ἐπί. Apostrophe ad carmen suum, quod quidem in Aeginam misit, sed quod in Aegina manere non vult. Quare iubet στείχειν ἀπ' Αἰγίνας, siue maiori, siue minori nauigio, vt quemadmodum merces vendibiles, diuersas in regiones deportetur, vnde per omnes mundi plagas innotescat victoris nomen.

Quinto

Quinto colo sequutus Schmidij verisimilem coniecturam addidi γλυκεῖ᾽ ἀοιδᾶ. Idem quoque rectè τὸ στεῖχε legit στεῖχε. Non enim στείχω sed στείχω reperitur barytonum, sed στοιχέω circunflexum.

διαγγέλλοισα. Dor. pro διαγγέλλουσα. Hæc verba continent hymni propositionem, scilicet vt quôuis nuncium victoriæ à Pythea partæ perferat. Is autem à patre, à robore, à victoriæ genere commendatur.

νικῇ Dictum Dor. pro νικᾷ, ídque per enallagen temporis, sumpto præsenti pro præterito. Quod codices habent Νεμέοις legendum metri causa Νεμείοις.

ὔπω γένυς. Laus ab ætate in qua vicit. Etenim laudabile est, quòd is adhuc imberbis iuuenis tam graui certamine vicit. Porrò allegorica periphrasi iuuenilem imberbitatem circumloquitur: quum dicit οὔπω γένυς φαίνει ὀπώραν τέρειναν οἰνάνθας ματέρα. Quæ verba per anastrophen sumit rectè Schol. pro, οὔπω γένυς ἔφαινεν οἰνάνθην τέρεινας ὀπώρας μητέρα. Etenim οἰνάνθη *flos vitis*, est ante autumnum. Quare ὀπώρα dici non possit mater οἰνάνθης, sed contrà: quandoquidem priùs floret vitis, deinde autumnus oritur. Ergo οἰνάνθην pro *iuuenili*, ὀπώραν pro *virili ætate* sume. Nam ætates sic tempestatibus respondent.

φαῖνεν. Negl. augm. pro ἔφαινεν. ματέρα. Dor. pro μητέρα. οἰνάνθας Dor. pro οἰνάνθης. Est autem οἰνάνθη, τὸ τῆς οἴνης ἄνθος, seu οἴνη, ἤγουν ἄμπελος ἀνθοῦσα. Hìc pro ἴουλος vsurpatur metaphoricè. Similem ἀναστροφὴν prædictæ habes Olymp. ιγ. ὕβρις κόρου μάτηρ, pro κόρος ὕβρεως μάτηρ. Et Nem. θ. ἁσυχία φιλεῖ συμπόσιον pro συμπόσιον φιλεῖ ἁσυχίαν. Itaque frustra se torquet Aretius, illam auersando.

παράφρασις.

quum edito sui roboris specimine tam luculento, decus addidit bellicosis heroibus Aeacidis prognatis ex Saturno, Ioue, & Nereidibus: siquidem Saturnus fuit Chironis pater, Chiron Endeidis, ex qua & Aeaco Iouis filio orti sunt Telamon & Peleus. Nereides autem nymphę pepererunt, Psamathe quidem Aeaco Phocum; Thetis verò Achillem Peleo. Quinetiam ornamento fuit Aeginæ patriæ, vbi hospitalitatis studiosissimę, ex qua tanquam ex metropoli originem duxerunt

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ζηνὸς ἥ-
ρωας αἰχματὰς φυτευθέν-
τας,
καὶ ἀπὸ χρυσέων Νηρηΐ-
δων
Αἰακίδας ἐγέραρε,
ματρόπολίν τε φίλαν ξένων
ἄρουραν.
τάν ποτ᾽ εὔανδρόν τε καὶ
ναυ-
σὶ κλυτὰν θέσαντο· πὰρ βω-
μὸν πατέρος Ἑλλανίου
στάντες, πίτναν τ᾽ ἐς αἰθέρα χεῖρας
ἁμᾶ
Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοί,
καὶ βία Φώκου κρέοντος,

μετάφρασις.

*Quum Saturno & Ioue prognatos, & aureis Nereidibus heroas bellicosos, Aeacidas decorauit: & metropolínque terram amantem hospitum, quam quondam & bene viris instructam & nauibus inclytam fundauerunt: ad aram patris Hellenij stantes, tendebántque ad æthera palmas simul Endeidis celebres filij, & fortis rex Pho-cus,*

Teucer qui Cyprum, Peleus qui Iolcum, Telamon qui Salaminem, Achilles qui Leucen occupauit. Quam etiamnum generosis viris instructam, & nauibus inclytam, olim fundauerunt nobiles Endeidis filij Telamon & Peleus, fortísque rex Phocus, Deæ marinæ Nereidis Psamatheæ filius, quem illa in littore maris peperit: qui cum Aeaco patre simul preces manibus ad sydera euectis fudêre iuxta aram Iouis patris, vt Græciam siccitate squalentem, imbrium compotem faceret, qua impetrata, Panhellenium Iouem, quòd toti Greciæ salutem contulisset, nuncuparunt.

ἐκ ἢ Κρόνε. Consequentia victoriam proponuntur: nempe additum maioribus & patriæ decus. Interim digreditur ad historiam Aeacidarum, de ipsorum ortu, virtutibus, & fortuna, quæ paraphrasis dilucidè ob oculos ponit.

χρυσέων. Hoc est καλλίστων, translatione sumpta à pulcherrimo metallo. ματρόπολιν Dor. pro μητρόπολιν. Quomodo sit metropolis Aegina collige ex paraphrasi. Iam antè autem ab hospitalitate sæpius est laudata.

τὰν Dor. pro τὴν: & articul. præposit. pro subiunct. ἣν. θέσσαντο. Hoc est, ἱδρύσαντο. Est dictum metri causa geminato σ. & negl. augmento pro ἐθέσαντο. Aor. 1. med. ἐθεσάμην poëticè pro ἐθηκάμην communi. à verbo prisco θέω, θῶ, pro quo nunc dicimus τίθημι. Sic autem formantur tempora verbi θέω. fut. θέσω, Aor. prior act. ἔθεσα, medius ἐθεσάμην. Sententia porrò sic construenda. τὰν εὔανδρόν τε καὶ ναυσὶ κλυτὰν ποτὲ ἐθέσαντο. Quantum valuerint nauibus vide Pausan. l. 2. Herodot. Vran. Strab. l. 8.

πὰρ βωμόν. Per apocopen pro παρὰ βωμόν. Hic non ponitur circunstantia temporis qua fundarunt Aeginam: sed alia notatur historia: nẽpe Aeacum, simúlque eius filios precibus à Ioue aliquid obtinuisse. Quod quid sit refert Isocrates in Euagora. τοῦτο μὲν γὰρ Αἰακὸς, ὁ Διὸς μὲν ἔκγονος, τοῦ ἢ γένους τ Τευκριδῶν πρόγονος, τοσοῦτον διήνεγκεν, ὥστε γενομένων αὐχμῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ πολλῶν ἀνθρώπων διαφθαρέντων, ἐπειδὴ τὸ μέγεθος τ συμφορᾶς ὑπερέβαλεν, ἦλθον οἱ προεστῶτες τ πόλεων ἱκετεύοντες αὐτ, νομίζοντες διὰ τ συγγενείας καὶ εὐσεβείας τ ἐκείνου τάχιστ' εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν. σωθέντες ἢ καὶ τυχόντες ἁπάντων ὧν ἐδεήθησαν, ἱερὸν ἐν Αἰγίνῃ κατέστησαντο κοινὸν τ Ἑλλήνων, ἧπερ ἐκεῖνος ἐποιήσατο τὴν εὐχήν. Verùm quod vni Aeaco orator, id simul etiam filijs eius, nominatim Telamoni, Peleo, & Phoco tribuit poëta. Vide hanc historiam apud Pausaniam libro primo qui *Attica* inscribitur, in fine.

πατρὸς Ἑλλανίου. Ioui Πανελληνίῳ quem Ἑλλάνιον Dor. pro Ἑλλήνιον vocat poëta, sacra fecerunt. Patrem vocat, quia Aeacidarum generis est author. Ἑλλήνιον vel Πανελλήνιον, aut quia toti Græciæ siccitate laboranti opem tulit, aut quia (vt colligi potest ex citatis Isocratis verbis) Græci seruati, omniúmque votorum facti compotes, in Aegina Græcorum omnium nomine templum ædificarunt, vbi votum Aeacus nuncuparat. Dicit autem Pausanias Iouem hinc Ἀφέσιον esse vocatum: quòd hanc calamitatem remouisset, ídque in fine l. primi. Scholiastes Hellenium Iouem, ab Hellenio promontorio denominat.

πίτναν. Hoc est ἀνέτειναν. Est 3. pers. plur. poët. & negl. augm. pro ἐπίτνασαν imperfecti act. ἐπίτνην à themate πίτνημι quod formatur à πιτνάω vt. ἵστημι ab ἱστάω, Virgil. sic phrasim reddit Aen. 5. *Longaui palmas nequic-*

*quam ad ſydera tendunt,& 2.Cœlo palmas cum voce tetendit.*

Ενδαΐδος. Dor.pro Ενδηΐδος. Endeis. filia Chironis, Aeaci vxor, mater Pelei & Telamonis, qui περιφραστικῶς appellantur Endeidis celebres filij. Celebres certè ob res præclarè geſtas, vt ex Odis ſuperioribus eſt cognitum.

ἀείγνωτες per metaplaſmum poëticum, pro poëtico ἀείγνωτοι nominat. plur. q.d. λίαν γνώειμοι. Nam ἀει in compoſitione eſt ἐπιτατικόν. Poſſet etiam citra metaplaſmum, vt quemadmodum ἀγνὼς, ſic & ἀειγνὼς declinetur.

ἢ βία Φώκου. Periphraſis Phoci, ſicuti apud Homerum βία Πειάμοιο ἄνακτος. Phocus Aeaci filius, ſed ex Pſamathe Nereide, marina Dea.

ἐπῳδ΄. κῶλ.ια.

ὁ τᾶς Θεῦ, ὃν Ψαμάθεια
τίκτ᾽ ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου.
αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν, ἐν δίκᾳ τε
μὴ κεκινδυνευμένον.
πῶς δὴ λίπον εὐκλέα νᾶ-
σον,
ἢ τίς ἄνδρας ἀλκίμοις
δαίμων ἀπ᾽ Οἰνώνας ἔλασεν, στάσο-
μαι.
,, ὔτοι ἅπασα κερδίων
,, φαίνοισα πρόσωπον ἀλάθει᾽ ἀτρε-
,, κής·
,, ἢ τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐστὶ σο-
,, φώ-
,, τατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

μετάφρασις.

*Deæ filius, quem Pſamathea peperit in littore maris. Vereor rem magnam eloqui, iniuſtéque cum periculo patratam. Quomodo reliquerint celebrem Inſulam, & quæ viros fortes fortuna ex Oenona expulerit, ſuperſedebo* dicere. Nõ *enim omnis vtilis eſt oſtendens faciem veritas exacta: ſed ſcire tacere eſt ſæpe ſapientiſsimum inter homines.*

παράφρασις.

Verùm illi poſtquam ciuitatem fundarunt, in ea non permanſerunt, ſed mutatis ſedibus Telamon in Salaminem Atticę Inſulã, Peleus Phthiam Theſſaliæ vrbem profectus eſt, ídque magna de cauſa: propter facinus nimirum iniuſtum, quod magno periculo perpetrarunt: ideóque me pudet dicere cur Inſulam tam inclytam reliquerint, & quę fortuna viros bellicoſos Oenona natali ſolo faceſſere coëgerit, ſilentio prętcribo. Neque enim conducibile ſemper eſt, imò damnoſum aliquando, nudam veritatis faciem retegere. Sed viri prudentis eſt ſcire quando ſit tacendum: nihílque opportuno & tempeſtiuo ſilentio inter homines eſt ſapientius.

ὁ τᾶς Θεῦ. Cohæret cum ſuperioribus. Et legitima erit conſtructio ſi βία Φώκου pro ὁ Φῶκος, accipiamus: metri cauſa legendum τῦ τᾶς Θεῦ. Ψαμάθεια pro Ψαμάθη, vt Πηνελόπεια, pro Πηνελόπη. Additur circunſtantia loci in quo natus eſt Phocus.

αἰδέομαι μέγα. Præteritio qua declinat narrationem iniuriæ in Phocum cõmiſſæ, à fratribus Peleo & Telamone, ne quos modò laudauit à pietate & fortitudine, graui vituperio maculet. Tacet autem quomodo Telamon & Peleus Phocum fratrem occiderint; nempe in gymnaſijs, quum Peleus diſco, Telamon ferro tergum ipſius percuſſit. Quo fratricidio perpetrato aufugerunt, veriti iuſtam patris iram, & vt loquitur Appollonius,

Τελαμὼν μὲν ἐν Ατθίδι νάσατο νήσῳ,
Πηλεὺς δ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι ναῖε λιασθείς.

ἐν δίκᾳ τε μὴ κεκινδυνευμένον. Hoc est μὴ δικαίως τετολμημένον καὶ ἐπικινδύνως πεπραγμένον. Nam in hoc scelere perpetrando erat etiam periculum, siquidem si Phocus rem præuidisset, ipsimet occidi à reluctante potuissent.

τίς δαίμων, *Quæ fortuna*, hoc est τύχη. Et ἀπ' Οἰνώνας, non ἀποινώσας legendum puto, vt ex Schol. colligo, qui hæc verba sic exponit, τίς τούτους τοὺς ἄνδρας δαίμων καὶ τύχη ἀπὸ τῆς Οἰνώνης ἀπήλασεν. Itaque vulgatam lectionem, & interpretationem reijcio.

σάσομαι Dor. pro στήσομαι: subaudito εἰπεῖν. Hoc est, παύσομαι τῆς τοιαύτης διηγήσεως. *Stabo*, hoc est, *non proferam, tacebo*. Ratio huius silentij sequenti sententia declaratur. στῆσαι λόγον est finire orationem.

οὔτοι ἅπασα. Hoc est, ἀλήθεια πᾶσα τὸ πρόσωπον φαίνουσα οὐκ ἐπικερδής ἐστιν. ἀλλὰ νοῆσαι κατὰ καιρὸν σιγᾶν, σοφώτατόν ἐστι πρᾶγμα. Etenim Obsequium amicos, veritas odium parit. Quare, imò & alijs de causis, veritas non nisi loco & tempore retegenda.

παράφρασις.

Enimuero referam potiùs & faustam eorum fortunã, & quæ præclarè gesserunt. Atque ita viribus ingenij mei confido, vt si fœlicitatem illorum, aut robur manuum, aut bella quę ferro confecerunt, encomio celebrare placuerit, mihíque copiosa, difficilísque explanatu materia proponatur, sperẽ me in illius explanatione tam fœliciter & cum laude versaturum, quàm athleta, cui flexibilia & agilia sunt genua, in magna fossa leui saltus impetu transiliẽda, quámque aquila in longo maris tractu transuolãdo. Etenim quanto aquila graculis altiùs volat & longiùs, tantò reliquis poëtis antecello. Inter cęteras autem Aeacidarum, quos hîc nominaui, laudes, referam vt nouem Musarum pulcherrimus chorus in Pelio monte, quum Pelei nuptię celebrarentur, cantionem est modulatus, earúmque in medio septem fidibus resonantem citharam aureo plectro agiliter pulsans Apollo dux chori,

στροφὴ β. κῶλ. ια.

εἰ δ' ὄλβον, ἢ χειρῶν βίαν,
ἢ σιδηρεῖταν ἐπαινῆσαι
πόλεμον δεδόκηται, μακρά
μοι
δ' αὐτόθεν ἅλμαθ' ὑποσκάπτοι τις, ἔχω γονάτων ἐλαφρὸν ὁρμάν.
καὶ πέραν πόντοιο πάλλοντ' αἰετοί. πρόφρων καὶ κείνοις ἄειδεν Παλίῳ
μοισᾶν ὁ κάλλιστος χορός. ἐν δὲ μέσαις
φόρμιγγ' Απόλλων ἑπτάγλωσσον
χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων,

μετάφρασις.

*Si verò fœlicitatem eorum, aut manuum robur, aut ferreum laudare bellum placuerit, & longos inde saltus mihi fodiat aliquis, habeo genuum leuem impetum, & vltra mare feruntur aquilæ. Libens verò etiã illis canebat in Pelio Musarum pulcherrimus chorus, & inter medias citharam Apollo septilinguem aureo plectro pulsans,*

εἰ δ' ὄλβον. Priùs obiter significauit se nolle cædem Phoci à fratribus perpe-

tratam commemorare. Iam aperit quid malit, nempe ἐπαινέσαι τὴν αὐτῶν εὐδαιμονίαν, τὸ τῶν χειρῶν σθένος, τὴν κατὰ πόλεμον ἀρετήν. Verùm Oda præcedente dixit res ab vtroque, Telamone videlicet & Peleo geſtas.

σιδηρείταν. Accuſat. Dor. à recto Dor. σιδηρείτας pro σιδηρείτης. Dicitur etiam Dor. σιδαρείτας. Epitheton belli, quod metonymicè ipſi tribuitur, quia milites ferreis armis muniuntur: vel metaphoricè, pro *crudeli* & *duro*, ſiquidem hoſtes alij in alios inhumani & ſæui, ac tanquam ferrum duri eſſe ſolent.

αὐτόθεν. *Inde*, nimirum ἐν ὄλβῳ, χερῶν βίᾳ & πολέμῳ. vnde petendum laudis argumentum Aeacidarum, ſcilicet Pelei & Telamonis, antè denominatorum.

ἅλματ' ὑποσκάπτοι. Allegoria ſumpta à pentathlis οἷς σκάμματα σκάπτονται, ὅταν ἅλλων. Etenim in quinquertio ſaltâtibus foſſas faciebât, quæ ſaltus erât ſigna, & quæ oportebat ab eo tranſiliri qui vincere vellet: vnde parœmia, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. De qua vide in Chiliad.

ἔχω γονάτων. Allegoricè ſignificat eam eſſe ingenij ſui vim, vt hymnum egregium facilè componat. Rectè obſeruat Schmidius legendum ἐλαφρὸν metri cauſa, Atticáque loquendi formula: non autem ἐλαφρὰν, Attici enim maſcul. adiect. cum fœmin. ſubſtant. iungere ſolent.

καὶ πέραν. Hoc eſt, καὶ τῇ πτήσει παλλόμενοι αἰετοὶ τὴν θάλασσαν διαπερῶσι. Alia allegoria qua ſe aquilæ, ſuóſque aduerſarios graculis comparat, & ſignificat ſuum characterem æquè ſuperare ſublimitate ſtylum aliorum, atque aquila graculos volatu ſuperat. Quare innuit ſibi æquè eſſe facile amplam laudum Aeacidarum materiam pro dignitate explanare, atque aquilæ longum maris tractum emetiri. Vtitur poëta verbo πάλλεσθαι, ἐμφατικῶς. Nam volans aquila tanto vt ita dicam, impetu ſecat aërem, quanto vibrata ſagitta.

πρόφρων κἀκείνοις. Nempe Aeacidis denominatis, peculiariter verò Peleo. Nam inter cæteras laudes, hâc profert, videlicet Muſas in Pelei nuptijs ceciniſſe, imò & hymni quem illæ cecinerunt, materiam declarat. Quare nec ab amore Muſarum Aeacidas laudari puto, nec ad Pytheæ laudes refero, ſicut alij, quaſi Muſæ in Pelio monte cum Apolline congregatæ, in eius victoriæ gratiam, epinicium carmen modulatæ ſint.

ἐν δὲ μέσαις. Sic legendum metri cauſa, non μέσσαις vt in margine Scholiorum annotatur: multò minùs μοίσαις. Nam vitioſa, & ab inopia proficiſci videretur huius vocis repetitio. Præterea veriſimile eſt, cùm poëta de choro Muſarum loquatur, eum voluiſſe dicere quo in loco eſſet chori dux Apollo: quem in medio poëtæ collocant, vnde Nomina Muſarum perſequutus in Epigram. Virgil. ſic de Apolline.

*Mentis Apollineæ vis has mouet vndique Muſas.*
*In medio reſidens complectitur omnia Phœbus.*

ἑπτάγλωσσον. Eâdem ſignificatione ἑπτάκτυπον dixit poëta. 2. Od. Pyth. vocat *ſeptilinguem*, quia ſeptem chordas habet cithara, quæ quemadmodum lingua vocem, ſic hæ pulſatæ ſonum edunt. Et cùm ſeptem ſint liberalium artium genera, putatúſque ſit literarum præſes Apollo, ei ſepticordis cithara tribui à poëtis exiſtimatur.

δίδκων. Hoc eſt χρέων, πλήθων. Sed eſt emphaſis in δίδκων: vult enim, vt rectè obſeruat Schol. τὸ τάχος ἐμφῆναι τῆς πλήξεως.

**παράφρασις.**

præcentorem agebat, omníſque generis melodias inchoabat. Illæ autem à Ioue exorſæ, primùm hymno celebrarunt venerandam Thetin, deinde Peleum, quem vt dolo irretire voluerit Cretheis Hippolyte tenera Theſſaliæ regis & cuſtodis Acaſti coniux, marito in ſuam ſententiam varijs commentis pertracto, inter cætera narrauerunt, vtque mendacium excogitatum nequiter compegerit, & dixerit ſibi ſtuprum ab illo oblatum, & tentatum Acaſti torum ſponſalem.

**ἀντιστρ. κῶλ. ια.**

ἁγεῖτο παντοίων νόμων.
αἱ δὲ πρώτιστον μὲν ὕμνησαν,
Διὸς ἀρχόμεναι, σεμνὰν Θέτιν,
Πηλέα θ', ὥς τε νιν ἁβρὰ
Κρηθηῒς Ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι
ἤθελε, ξυνεῦνα Μαγνήτων σκοπὸν πείσαισ' ἀκοίταν
ποικίλοις βουλεύμασι.
ψεύσταν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον,
ὡς ἄρα νυμφείας ἐπείρα
κεῖνος ἐν λέκτροις Ακάστου

**μετάφρασις.**

*inchoabat omnis generis modos. Illæ verò primùm quidem hymnum cecinerunt, à Ioue exordientes, in auguſtam Thetin, Peleúmque, vt eum tenera Hippolyte Cretheis dolo irretire voluerit, coniux marito Magnetum moderatori quum rem perſuaſiſſet per varia commenta. Mendacem autem factitiũ compegit ſermonem, quòd ſponſalem attentaret ille in ſtratis Acaſti*

ἁγεῖτο Dor. pro ἡγεῖτο, hoc eſt, ἐξῆρχε. παντοίων νόμων, hoc eſt, πάσης μελῳδίας. Etenim νόμοι *modos Muſicos, leges metricas, cantilenam* ſignificant, vide Lexica. Cohærent autem hæc verba cum ſuperioribus.

αἱ δὲ μ. Nimirum Muſæ. Et ingreditur in materiam hymni, quæ tria complectitur, Thetidis laudes, Cretheidis dolos, & Pelei conſtantem caſtitatem.

Διὸς ἀρχόμεναι. Huc reuoca quæ annotauimus initio 2. Nem. in hæc verba Διὸς ἐκ προοιμίου. Porrò de dolo Cretheidis iam dictum 4. Oda ſuperiori.

δόλῳ πεδᾶσαι ἤθελε. Hoc eſt, αἱρεῖν ἐβουλήθη. Dor. πεδᾶσαι pro πεδῆσαι. Aor. 1. act. verbi πεδάω. *ligo, vincio.*

Ἱππολύτα. Dor. pro comm. Ἱππολύτη. pro patronymico Ἱππολύτεια. Hoc eſt, vt exponit Schol. Ἱππολύτου θυγάτηρ. ξυνεῦνα Atticè pro συνεῦνα quod eſt poëticum vocabulum vt & συνευνέτης. q. d. ἡ σύν τινι εὐνωμένη.

Μαγνήτων σκοπὸν. Sic regem σκοπὸν *inſpectorem, cuſtodem*, ab officio appellat. πείσαισ' Aeol. pro πείσασα. & ἀκοίταν Dor. pro ἀκοίτην.

ψεύσταν. Dor. pro ψεύστην. & συνέπαξε pro συνέπηξε. q. d. ψευδῆ δὲ λόγον ἔπλασεν, ὅτι ἐκεῖνος ὁ Πηλεὺς ἐπειρᾶτο τῇ κοίτῃ τοῦ Ακάστου ἐπιβουλεῦσαι, καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα μοιχεῦσαι.

παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. | μετάφρασις.

Cùm contrà ipſum illa ex animo ſæpe rogaſſet, imò ſuppliciter etiam oraſſet blandis verbis decipere tẽtans, vt ſuos in amplexus veniret. Sed moleſti illi, ac nefarij ſermones honeſtum ipſius animum grauiter angebant. Itaque illa tanquã ſponſa frui recuſauit: vt qui ius hoſpitij temerata hoſpitis vxore, violare nollet, hoſpitúmque tutorem Iouem revereretur, iuſtámque eius, ſi hoc perpetraſſet, iram metueret. Tum nubium excitator ille, & rex immortalium, cognita viri reuerentia, eam præmio compenſauit, quum è cœlo annuit vt quamprimum Nereidum marinarum Dearum auream colum habentium aliquam in coniugium obtineret:

ἔωνας. τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν.
πολλὰ γάρ μιν παντὶ θυμῷ
παρφαμένα λιτάνευεν. τοῦ δ' ὀργὰν
κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι.
εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν,
ξεινίου πατρὸς χόλον
δείσαις. ὁ δ' ἐφράσθη, κατένευσέν τέ οἱ
ὀρσινεφὴς ἐξ οὐρανοῦ
Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεύς, ὥστ' ἐν τάχει
ποντιᾶν χρυσαλακάτων τινὰ Νηρείδων πράξειν ἄκοιτιν,

*torum. Sed contrarium erat. Sæpe enim illum toto animo ad iniqua hortans ſupplex orabat. At huius animum angebant moleſti ſermones: ac ſtatim recuſauit ſponſam præſidis hoſpitum patris iram veritus. Animaduertit autem, annuítque ei ex cœlo excitator nubium Iupiter immortalium rex, vt confeſtim aliquam marinarũ Nereidum, auream colum habentium efficeret coniugem,*

ἔωνας Dor. pro ἐώνης. & cohæret cum ſuperioribus. ἔσκεν. Ion. pro ἦν verbi εἰμὶ *ſum.*

πολλὰ γάρ μιν. Hoc eſt, vt exponit rectè Schol. πολλὰ γὰρ αὐτὸν ἡ Πηλέα ἐκ μέσης τῆς ψυχῆς ἐλιτάνευε, καὶ παραπείθειν ἐπεχείρει συνελθεῖν αὐτῇ. Simile eſt Prœti vxoris in Bellerophontem flagitium. De quo Homer. Il. 6.

παρφαμένα Dor. & per ſyncopen pro παραφαμένη. Hic πάρφασθαι ſignificat μαλακοῖς λόγοις ἀπατᾶν, παραπείθειν, παραλογίζεσθαι. *mollibus verbis decipere; in malum propellere, verbis fallere.* Hoc vocabulum iam occurrit Od. 7. Olymp. antiſt. 4.

τοῦ δ' ὀργάν. Hoc eſt, τούτου δὲ τρόπον ἐλύπουν οἱ ἄδικοι, ſeu ὀλέθριοι λόγοι. Dicuntur λόγοι αἰπεινοὶ metaphora ſumpta à locis altis qui ſunt χαλεποὶ καὶ προσβατοί.

εὐθὺς δέ. Hoc eſt, καὶ παραχρῆμα ἀπηρνήσατο χρῆσθαι αὐτῇ καθάπερ νύμφῃ. ἀπανάνατο Dor. & poët. pro ἀπηνήνατο. Aor. 1. med. ἀπαναίνομαι, verbi ἀπαναίνομαι, *recuſo, non aſſentior.* Sic ἀπανήνασθαι Θεοῦ εὐνήν. Homer. Odyſſ. κ.

ξεινίου πατρός. Pietas Pelei. Noluit Cretheidem voti compotem facere, reueritus Iouem hoſpitum præſidem.

ὁ δ' ἐφράσθη. Cognita fuit Ioui pietas Pelei, eámque mercede merita cohoneſtauit: nempe Deæ Thetidis coniugio, Sic autem conſtrue ſententiam,

ὁ δ' ὀρσινεφὴς Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεὺς ἐφράσθη ἐξ οὐρανοῦ, κατένευσέ τέ οἱ, ὥστε τινὰ θαλασσίων Νηρείδων χρυσηλακάτων, δηλαδὴ τὴν Θέτιν, πράξειν ἄκοιτιν.

ὀρσινεφὴς. Idem ac νεφεληγερέτης apud Homerum, fit ἀπὸ τοῦ ὄρσειν τὰς νεφέλας. vox χρυσαλάκατος iam occurrit Od.6.Olymp.

πράξειν ἄκοιτιν. Quomodo, quantóque labore, id consequutus sit Peleus habet Od.3.huius libri.

παράφρασις.

Idque cùm priùs, vt illũ in suam affinitatem admitteret, Neptuno persuasisset, qui ab Aegis vbi religiosissimè colitur, sæpe ad celebrem Corinthi Isthmum proficiscitur, sacros sibi ludos visurus, vbi eum Corinthiorum iuuenum saltantium hilares ordines tibiarum cantu excipiunt, & audaci membrorum robore in eius honorem certãt. Illorum autem opera fortuna vniuscuiusque congenita gubernat, ita vt ex euentu cognoscatur quantum quisque natura sit fortunatus. Cæterùm tu Euthymenes Deæ victoriæ fauorem pancratio consequutus, varios hymnos in Aegina obtinuisti.

στροφὴ γ. κῶλ.ια.

γαμβρὸν Ποσειδάωνα πεί-
σαις, ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ κλει-
ταὶ
θαμὰ νίσεται Ισθμὸν Δω-
ρίαν·
ἔνθα μιν εὔφρονες ἶλαι
σὺν καλάμοιο βοᾷ Θεὸν δέκον-
ται,
καὶ σθένει γυίων ἐρίζον-
τι θρασεῖ. πότμος δ' κρίνει
συγγενὴς ἔργων πέρι
πάντων. τὺ δ' Αἰγίνᾳ θεᾶς Εὐθύ-
μενες
Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πι-
τνῶν
ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

μετάφρασις.

*affini futuro Neptuno postquam id persuasißet: qui ab Aegis sæpe ad inclytam proficiscitur Isthmum Doricam: vbi illum hilares turmæ cum fistulæ clamore Deum excipiunt, & robore membrorum certant audaci. Fortuna autem iudicat congenita factis de omnibus. Tu verò Euthymenes apud Aeginam Deæ Victoriæ in vlnas prolapsus varios hymnos contigisti.*

γαμβρὸν. Quia cum affinium gratia debent fieri coniugia, ideo in sententiam suam Iupiter trahit Neptunum. Vocem γαμβρὸν simplicem pro composita sumo, σύγγαμβρον. Nam vxorem Thetin ducens Peleus eiusdem soceri gener erat futurus cum Neptuno. Amphitrite enim Neptuni vxor, dicebatur vt & Thetis, Nerei & Doridis filia. Itaque verba poëtæ sic exponenda cum Scholiaste τὸν Ποσειδῶνα πείσας σύγγαμβρον αὐτῷ γενέσθαι. Porrò πείσαις Aeol. est pro πείσας, & ad Iouem refertur προμνηστευόμενον *nuptias conciliantem.*

ὃς Αἰγᾶθεν. Hoc est, ὃς ἀπὸ τῶν Αἰγῶν συνεχῶς ἐπὶ τὸν τῶν Κορινθίων Ισθμὸν φοιτᾷ. Digressiuncula noua ad Neptunum, in quam delapsus est poëta, quia vt existimat Schol. mentionem facit Euthymenis auunculi Pytheæ, qui Isthmia vicit. Αἰγᾶθεν Dor. pro comm. Αἰγῆθεν. Αἰγαὶ Insula est iuxta Eubœam, sic dicta à nomine αἲξ *capra*, cuius formam habere videtur. vide Strab. l.8. & 9. Plin. l. 4. Hinc proficisci ad Isthmum dicitur, quia Aegis habebat templum vbi religiosissimè colebatur, & in Isthmo Corinthiaco celebrari solebant Isthmia in eius honorem.

honorem. Porrò Corinthi Isthmum Δωρίαν vocat, vt puto, à Doribus qui eò commigrarunt: nam in Doride regione non est. Solebant autem qui ex Doride originem ducebant, quacunque terrarum in parte considerent, Dores appellari.

ἔνθα μιν. Quo honore, quáque lætitia Neptunum excipiant iuuenum ordines, hæc poëtæ verba ostendunt. Quando Isthmij ludi erant celebrandi, putabant Neptunum aduentare: ideóque juuenes tibiarum cantu, fistulis, & instrumentis Musicis hilariter ipsum excipiebant.

ἶλαι. Sunt αἱ τάξεις, καὶ αἱ συστροφαὶ τῶν νέων ἐν τῷ χορῷ γινόμεναι. ὅθεν καὶ εἰλαπίναι. ὅπου αὐτῶν αἱ ἶλαι τῶν κωμαζόντων μετὰ τὰς νίκας. Metonymicè dixit σὺν καλάμοιο βοᾷ, pro μετ' αὐλῶν βοᾷ. Et δέκονται Ion. scribitur, pro communi δέχονται.

πότμος δ' κρίνει. Gnome qua docet δαίμονα γενέθλιον, natiuam fortunam esse victoriarum causam: & ex euentu cognosci qua quisque fortuna à natura vtatur. Ideo velim per hypallagen hæc sumere. q.d. ἔργα πάντα κρίνει περὶ πότμου συγγενοῦς. Quod non obstabit quominus etiam effectiuè sumamus, & dicamus κρίνει. i. κυβερνᾷ πάντα ἔργα πότμος ὁ συγγενής.

τὺ δ'. Hoc est, σὺ δ' ὦ Εὐθύμενες τῆς νίκης τυχὼν, ποικίλων ἐγκωμίων ἀπέλαυσας ἐν τῇ Αἰγίνῃ. Apostrophe ad Euthymenem ad quem sensim sine sensu transit à digressione. Et sic ad institutum rediēs, Pytheam laudat à consanguineo Euthymene. Hic fuit fortunatissimus pancratiastes: qui vbi vicerit non dicitur disertè: sed conijci potest eum Isthmia vicisse, ex præcedente digressiuncula, vbi de Neptuno agit.

Αἰγίνᾳ Doricè, & per ellipsin pro ἐν Αἰγίνῃ. & ἀγκώνεσσι. dat. Ion. & poët. pro ἀγκῶσι. Hac loquendi formula, fortunatissimum athletam denotat.

παράφρασις.

Porrò Pytheas tuus ex matre consanguineus, te in studio certaminum sedulò sectatus, eodem sanguine satam gentem Aegineticam decorat. Is Nemea pancratio nunc vicit: eóque mensi claruit, quem patria Delphinium appellat, quémque amat Apollo, vt pote quo sacra ipsi Hydrophoria celebrantur. Quinetiam coætaneos antagonistas domi Aeaciorum certamine superauit: & Alcathoijs, concaua apud Megara Nisi regiam, in tumulo pul-

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

ἤτοι μεταΐξαις σὲ καὶ
νῦν τεὸς μάτρωος ἀγάλλει
σοῦ
τὸ ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέ-
ας.
ἁ Νεμέα μὲν ἄραρεν,
μεὶς τ' ἐπιχώριος, ὃν φίλησ' Ἀπόλ-
λων.
ἅλικας δ' ἐλθόντας, οἴ-
κοι
τε κράτει, Νίσου τ' ἐν
εὐαγ-
κεῖ λόφῳ. χαίρω δ' ὅτι
ἐσλοῖσι μάρναται περὶ πᾶσα πόλις.

μετάφρασις.

*Certè sectatus te etiam nunc tuus ex matre consanguineus decorat cognatam gentem Pytheas. Nemea quidem adaptata est ei, mensísque patrius quem amat Apollo. Coætaneos autem venientes, & domi superauit, & ad Nisi deuexum pulchrè in valles tumulum. Gaudeo autem quòd de præclaris*

chris vallibus circunſepto, ijſdem antecelluit. Gaudeo autem quòd vniuerſa Aegina certat de rebus præclaris, quales ſunt ſacri ludi. Enimuero Pythea ſcias velim te victoriam & gloriã,

ἴσθι γλυκεῖαν τοι Μενάνδρου
σὺν τύχᾳ μόχθων ἀμοιβὰν

factis *certat vniuerſa ciuitas. Scito quòd dulcem remunerationem laborum cum Menandri fœlici ſorte*

quæ tanquam merces, ſtrenuè exantlatos labores ſequitur, adeptum eſſe opera Menandri aliptæ tui, qui formandis athletis eſt fœlix.

ἤτοι μεταΐξας. Locum hunc corruptum reſtitui ſic, ἤτοι μεταΐξας σέ. Nam ſic, etſi facit quintam ſyllabam breuem, id licentia poëtica facit. Nam anceps ante conſonantem duplicem licèt poſitione longa ſit, natura tamen corripitur, vt in ἁρπάζω, βαδίζω & ſimilibus. Aliquando poëta ſyllabam natura longam corripit. vt ψυ in ψυχὰν Nem. η. antiſtr. vltima. Ita ſenſus redditur. Heſychius autẽ μεταΐξας exponit μεταδιώξας à μεταδιώκω, quod ſignificat, *perſequor, inſequor, ſector*. vt Il. φ. Καί με μεταΐξας μάρψῃ ταχέεσσι πόδεσσι. Quanquam autem μεταΐσσειν propriè ſignificat *cũ impetu inſequor*: nihil obſtat quominus poëta metaphoricè ſumat, & innuat Pytheã magno ſtudio ſectari virtutem Euthymenis, ita vt aſſequi contendat, quemadmodum qui impetu magno inſequuntur, quem comprehendere volunt.

μάτρως Πυθέας. Scholiaſtes dicit Euthymenem fuiſſe Pytheæ πατράδελφον. Hic tamen, quum à poëta μάτρως Πυθέας nuncupatur, videtur non rectè ſenſiſſe. Nam μάτρως propriè eſt ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος. Quoniam autem veriſimile non videtur Pytheam fuiſſe Euthymenis auunculum, neque ex poëtæ verbis colligere certò poſſumus Euthymenem fuiſſe Pytheæ auunculum: ideo exponitur à nobis μάτρως, ὁ κατὰ μητέρα συγγενής, idque ex authoritate Schol. qui ſic quoque vocem hanc interpretatur. Iſthmiorum tamen Od. 6. μάτρως *auunculus* exponitur.

σοῦ τό. Quod vulgò legitur κείνου, tum ratione ſenſus, tum proſodiæ, ex Scholiaſte reſtituo, σοῦ τὸ ὁμόσπορον ἔθνος. Porrò ὁμόσπορος poët. eſt, h. e. ὁ συγγενής, ὁ ὅμαιμος ὁμογενής. Fit ab ὁμοῦ & σπείρω. q. d. ὁ τῆς αὐτῆς σπορᾶς, ἤγουν τοῦ γένους ὤν. *qui eſt eiuſdem ſeminis*, hoc eſt, *eiuſdem generis*. ἔθνος ὁμόσπορον vocat *gentem quæ eundem eiuſdem generis authorem habet*. Intellige hîc Aeginetas.

ἁ Νεμέα μὲν ἄραρεν. Quibus rebus cognatam gentem decoret Pytheas, exponit poëta: nempe victorijs ſacrorum certaminum. Interea laudat Pytheam à Nemeæa victoria. Sic autem hæc verba reddit clarè Schol. ἡ μὲν γὰρ Νεμέα καὶ προσήρμοσται αὐτῷ πρὸς τὸ νικᾶν ἀεί.

μεὶς τ' ἐπιχώριος. Hic menſis eſt Δελφίνιος Aeginetis, quem amare dicitur Apollo, quia in eo fiunt ſacra Delphinio Apollini οἰκιστῇ καὶ δωματίτῃ, vt ex Pythæneto refert Schol. Alij dicunt hoc menſe Ὑδροφόρια Apollini celebrari ſolita. μεὶς Aeol. & Dor. pro comm. μήν.

ἅλικας ἐλθόντα. hoc eſt, ὁμήλικας ἐλθόντας καὶ ἐν Αἰγίνῃ ἐνίκησε. Domi coæuos vicit, fortè in Aeacijs. Hic τὸ κράτει, ſumo in imperfecto, neglecto augmento pro ἐκράτει: & vt fit plerumque, per præteritum expono.

Νίσου τ' ἐν εὐαγκεῖ λόφῳ, hoc eſt, ἐν Μεγάροις. Niſus enim fuit Megarorum rex:

& deſcriptione ideo vſus, Megara concaua, λόφον Νίσου vocat, quod Shol. exponit ἔνθετον χωρίον. Hîc, vt inquit Schol. Pythij ludi Apollini ſacri fuerunt inſtituti. Alij verò Alcathoia intelligunt. In colle igitur ſub quo iacent valles, celebrari ſolebant hi ludi.

χαίρω δ᾽ ὅτι. Hoc eſt, ἥδομαι δ᾽ ὅτι τῶν καλῶν ἕνεκα πᾶσα φιλονεικεῖ ἡ πόλις. Totam in genere vrbem laudat, quòd in Aegina omnes præclarè factis certent. Neque enim puto omnium Græciæ vrbium rationem hîc haberi, ſed de Aeginenſibus tantùm verba fieri, vnde Schol. dixit πᾶσα ἡ πόλις: non πᾶσα πόλις.

ἴσθι. Subaudito ὅτι. & ſic conſtrue, ἴσθι ὅτι γλυκεῖαν μόχθων ἀμοιβὰν ἐπαύρεο σὺν τύχᾳ Μενάνδρου. Laus à Menandro alipta, quo Pytheas eſt vſus. Hic fuit Athenienſis, inſignis iuuenum in Athletica Magiſter. Porrò γλυκεῖαν μόχθων ἀμοιβὰν, intellige *victoriam*, & ex ea promanantem gloriam, qua nihil dulcius poſt labores.

παράφρασις.

Neque id mirum, cùm ſit Athenienſis: præſtantiſſimi autem athletarum magiſtri Athenis inueniuntur, vbi paleſtrice primũ inuẽta eſt. Poſtremò anime mi, ſi ad Themiſtij Pytheæ aui materni prȩconium accedas, ne ipſum laudare metuas, quin potius eloquere: & quemadmodum nautæ vẽto ſecundo ſpirante, vela ad antennȩ ſummitatem attollunt, vt eo copioſo impleantur: ſic cùm ampla ſint illius viri merita, ſummis laudibus ipſum audacter euehas: In primis verò dicas illum ſuæ virtutis geminum ſpecimen edidiſſe quum in Argolidis vrbe Epidauro Aſclepiea celebrans, tum pugilatu, tum pancratio victoriam reportauit, fauentibúſque decoris flauo capillitio Gratijs, floridas & viridantes coronas quibus fuit decoratus in Aeacei templi veſtibulo ſuſpendit.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

ἐπαύρεο. χρὴ δ᾽ ἀπ᾽ Ἀθανᾶν
τέκτον᾽ ἀεθληταῖσιν ἔμμεν.
εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις ὥστ᾽ ἀεί-
δειν,
μηκέτι ῥίγει. δίδου
φωνάν. ἀνὰ δ᾽ ἱστία τεῖνον
πρὸς ζυγὸν καρχασίου.
πύκταν τέ νιν καὶ παγκρατίῳ
φθέγξαι ἑ-
λεῖν Ἐπιδαύρῳ διπλόαν
νικῶντ᾽ ἀρετάν. προθύροισι δ᾽
Αἰακοῦ
ἀνθέα ποιάεντα φέρειν στεφα-
νώ-
ματα, σὺν ξανθαῖς Χάρισ-
σιν.

μετάφρασις.

*adeptus es. Oportet autem ab Athenis artificem athletis eſſe. Quòd ſi accedis ad decantandum Themiſtiũ, ne amplius exhorreſcas: ſed vocem ede & expande vela ad apicẽ corbis: pugilémque eum & pancratij dicito cõſequutum eſſe in Epidauro duplicem virtutem quum vinceret. Et ad veſtibulum Aeaci flores viridantes tuliſſe coronamenta, cum flauis Charitibus.*

ἐπαύρεο. Ion. & poëticè, neglecto augmento temporali, vel Dor. verſo η in α. & diſſoluta ου diphthongo in εο. pro ἐπηύρου, hoc eſt, ἐκαρπώσω vt Scholiaſtes interpretatur. Verbum ἐπαυρέω iam occurrit 3. Pyth. πολλοὶ ἐπαῦρον.

χρὴ δ᾽ ἀπ᾽ Ἀθανᾶν. Laus Menandri aliptæ à profeſſione, & à patria. τέκτονα ἀεθληταῖς intellige τὸν ἐπιστάτην, καὶ κοσμήτορα τῶν ἀθλητῶν. Dicit autem oportere, vt hic

athletarum magiſter ſit Athenienſis, quia ea in vrbe palæſtrice primùm eſt inuenta, & prçclaros habuit omnium artium magiſtros. Sic autem breuiter laudat Athenas. Refert autem Schol. palæſtricen Athenis eſſe inuentam à Phorbante Theſei pędotriba. Pherecydes apud eundem author eſt Phorbantem Athenienſem πάλης fuiſſe inuentorem. Iſter verò tradit Theſeum πάλην à Minerua didiciſſe. Eiuſmodi etiam inuentio tribuitur Theſeo, qui cùm enſe careret, lucta & pancratio Minotaurum ſuperauit.

*εἰ δὲ Θεμίστιον.* Hoc eſt, εἰ δ᾽ ἦλθες ὑμνεῖν τὸν Θεμίστιον μηδαμῶς εὐλαβοῦ, ἀδεῶς ἄειδε. καὶ τὸν ὕψιστον ἔπαινον ἔκφερε. Laus Pytheæ à Themiſtio eius auo materno. Seipſum autem, vel Muſam alloquitur per apoſtrophen. Allegoriæ huius explicationem habet paraphraſis.

*μηκέτι ῥίγει.* Hoc eſt, *nihil metuas*. Nam à conſequenti intelligendum antecedens: nam metuenti gelidus currit per oſſa tremor.

*καρχασίου.* Dor. pro καρχησίου. Carcheſium eſt τὸ τῆς κεραίας ἀνώτατον, *ſummum antennæ*, ad quod attollunt vela nautæ quum ſecundo vento nauigantes, copioſo vento frui volunt. Vnde colligere eſt poëtam innuere velle, ſummas & amplas laudes meritum eſſe Themiſtium. Vide Eraſm. Chil. tit. *Conatus*, in hoc adagium. *Summis vti velis*.

*πύκταν τε νιν.* Hoc eſt, καὶ ἐπειδὴ πυγμῇ καὶ παγκρατίῳ νίκην εἷλεν ἐν Ἐπιδαύρῳ φθέγξαι ὅτι διπλῆς ἀρετῆς δόξαν κέκτηται. Themiſtium à gemini certaminis victoria commendat, pugilatus videlicet & pancratij. Locus certaminis additur: nempe Epidaurus, Argolidis vrbs, vbi Ἀσκληπιεῖα celebrabantur.

*προθύροισι δ᾽ Αἰακοῦ.* Innuit Themiſtij victoriam honori fuiſſe Aeginæ patrię. Veſtibulum Aeaci, eſt heroum, ſeu templum Aeaco dicatum, Αἰάκειον dictum, in Aeginæ celeberrimo loco ſitum: vbi ſuas coronas Themiſtius ſuſpendere ſolebat.

*ποιάεντα.* A ποιάεις Dor. pro poëtico ποιήεις, *herbaceus*: propriè à ποία *herba*: ſed pro *virenti* videtur hîc accipiendum. φέρειν enallage temporis, pro ἐνέγκαι.

*σὺν ξανθαῖς Χάρισι.* Hoc eſt, *Gratijs fauentibus*, vt σὺν Θεῷ *Deo fauente*. Fauere dicuntur Gratiæ, Nam vt loquitur noſter Pindarus 14. Olymp. σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ, καὶ τὰ γλυκέα, γίνεται πάντα βροτοῖς, εἰ σοφός, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ. Legendum Χαρίεσσι propter metrum.

ΑΛΚΙΜΙΔῌ ΑΙΓΙΝΗΤῌ, παιδὶ, παλαιστῇ.

ALCIMIDAE AEGINETAE, adoleſcenti palæſtritæ.

ΕΙΔΟΣ ς.

ODE VI.

## ARGVMENTVM.

*A*LCIMIDES *Aegineta laudatur à luctæ victoria, à maioribus, ab Aeacidis, ab amico Timida, & vnctore Meleſia.*

παράφρασις.

Vnus idémque eſt generis humani & diuini, hominum dico & Deorum ortus: quandoquidem vtrique eâdem à matre Terra vitam hauſimus. Sed magnum inter nos diſcrimen ponit potentiæ ratio. Nos enim homines adeò fragiles, imbecilli & corruptibiles ſumus, vt nihil ſimus. Dij verò non ſolùm ſtabilem æternámque in cœlo ſedem, ſed immortalitatem quoque & omnipotentiam ſortiti ſunt. Enimuero, etſi tanto interuallo alij ab alijs ſimus diſſiti, immortalibus aliquid conſimile habemus, quo ad diuinam naturam accedimus, ſiue animi, ſiue corporis

στροφὴ. α. κῶλ. ιγ.

Ἐν ἀνδρῶν, ἓν Θεῶν γένος,
ἐκ
μιᾶς δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι.
διείργει δὲ πᾶσα κεκειμέ-
να
δύναμις. ὡς τὸ μὲν, οὐδέν.
ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕ-
δος
μένει οὐρανός. ἀλλά τι προσφέρο-
μεν
ἔμπαν, ἢ μέγαν νόον, ἤ-
τοι φύσιν ἀθανάτοις.
καίπερ ἐφαμερίαν
οὐκ εἰδότες, οὐδὲ μετὰ
νύκτας, ἄμμε πότμος ἄντι-
ν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθ-
μαν.

μετάφρασις.

*Vnum hominum, vnū Deorum genus, & ex vna ſpiramus matre vtrique: ſed diſcriminat omnis ſeparata potētia. Nam hoc quidem* hominum genus *nihil* eſt: *at æreum cœlum firma ſemper ſedes manet. Sed in aliqua re tamen ſimiles ſumus immortalibus, aut excelſa mente, aut indole: quanuis ignorantes, quam interdiu, quam noctu nos fortuna præſcripſerit currere ad metam.*

dotes magnas respicimus:quanquam ignoramus quid dies,quidue nox vehat,quem euentum rebus nostris fatalis necessitas præscripserit, quémque vitæ terminum cursu petendum præstituerit.

Ἀλκιμίδῃ. Constat ex titulo quæ sit Alcimidæ patria, ætas, quódque victoriæ genus. Asclepiades tamen, teste Schol. Cretensem, & Theonis cuiusdam filium fuisse tradit. Ἀλκιμίδης apud Homerum Odyss. χ in hoc versu,

Μέντωρ Ἀλκιμίδης εὐεργεσίας ἀποτίνειν:

est Mentoris patronymicum, qui Alcimo patre prognatus est.

παιδί. Licebat impuberibus inter se certare, item viris inter se in sacris hisce ludis, vt Schol. annotat.

ἓν ἀνδρῶν. Exordium ducitur à collatione Deorum & hominum, in quibus alia similia, alia dissimilia inueniuntur. Similia, veluti ex eâdem matre Terra ortus. De quo vide Hesiodum in Theogon. Item animi, & corporis præstantia. Dissimilia, veluti potentia, immortalitas, sedes, futuri cognitio, quibus pollent Dij, cùm homines nihil sint, mortales, in terra habitent, futurum ignorent. Hoc videtur sensisse Heraclitus quum in Vitarum auctione apud Lucianum, à mercatore interrogatus, τί δαὶ οἱ ἄνθρωποι; respondet Θεοὶ θνητοί. rursus τί δαὶ οἱ Θεοί; respondet, ἀθάνατοι ἄνθρωποι. Breuiter enim quomodo inter se differant, & conueniant, videtur complecti. Aratus dicit nos esse Dei prolem, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν: quem citat Apost. Paul. c. 17. Act. v. 28.

διείργει δὲ. Hoc est, διαχωρίζει δι' ἀπ' ἀλλήλων ἡμᾶς ἡ διειρημένη δύναμις. τὸ μὲν γὰρ ἀνδρῶν γένος, μηδέν ἐστιν. οἱ δὲ Θεοὶ τὸν οὐρανὸν ἕδραν ἀσφαλῆ ἔχουσι. Hîc sumo τὸ ὡς pro γάρ. Cœlum autem æneum, non ob materiam, sed ob firmitatem eodem sensu ab Homero πολύχαλκος appellatur Il. ε. Sensum habes in paraphrasi. κεκριμένα simpl. pro comp. διακεκριμένη, διακεχωρισμένη.

ἀσφαλὲς ἕδος. Sic & apud Hesiod. πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ γαῖα: sed diuersa ratione dicitur.

ἀλλά τι προσφέρομεν. Hoc est, δὴ ὅμως, καί τοι οὐδέν ἐσμεν, ἐμφερές τι ἔχομεν τοῖς Θεοῖς, καὶ κατὰ νοῦν, καὶ κατ' εὐφυΐαν. Ideo dicitur νοῦς Θεῖος ab Euripide. Rationem habet bonorum animi, veluti intellectus, & bonorum corporis, veluti pulchritudinis.

καίπερ οὐ γινώσκοντες εἴτε ἐν ἡμέρᾳ, εἴτε ἐν νυκτὶ πότμος ἔγραψε τὴν εἱμαρμένην, καὶ τὸ τοῦ βίου τελευτήν.

ἐφαμερίαν Dor. pro ἐφημερίαν, quod cum στάθμαν Dor. pro στάθμην construitur. μετὰ νύκτας. pro τὴν νυκτερινήν. vt construatur cum στάθμαν, & sit antithesis, inter ἐφαμερίαν & νυκτερινήν. στάθμα hoc loco significat τέρμα. Loquendi genus sumptum ab ijs qui ad metam aliquam currunt. Mors autem est vltima linea rerum, in quam desinit vitæ nostræ curriculum.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κώλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Hanc hominum & Deorum | Τεκμαίρει καί νυν Ἀλκιμίδας | *Indicijs quoque certis* |

similitudinem, virtutis tum animi tum corporis exemplo certissimè comprobat Alcimidas: qui certo quoque indicio ostendit suæ cognationi idem accidere, quod frugiferis aruis. Nam quemadmodum illa vices alternant, ac modò annuũ victum suo ex sinu hominibus suppeditant: modò verò quiescunt, vt vires recolligant, & interiecto interuallo vberiorem fructũ producant: sic etiam ex Alcimidæ familia, alterna generatione, alij certamina subierunt, alij non. Nam Alcimidas in ijs se exercuit, sed ab ijs Theo eius pater abstinuit: ea sectatus est auus eius paternus Praxidamas: rursus proauus Soclidas hæc non curauit, at Agesimachus abauus amauit. Et certè adolescens hic Alcimidas certaminum studiosus, victor redijt ex amabilibus ludis apud Nemeam celebrari solitis: qui fœlicitatem hanc Iouis opera consequutus, apparuit non expers strenuitatis, sed in lucta præstabilis: & tanquam sagax venator qui feræ vestigia indagat,

τὸ συγγῤὲς ἰδεῖν,
ἄγχι καρποφόροις
ἀρούραισιν, αἵ τ' ἀμειβόμεναι
τόκα μὲν ὦν βίον ἀνδρεσσιν ἐπηετανὸν πεδίων ἔδοσαν.
τόκα δ' αὖτ' ἀναπαυσάμεναι, σθένος ἔμαρψαν. ἦλθέ τοι Νεμέας
ἐξ ἐρατῶν ἀέθλων
παῖς ἐναγώνιος, ὃς
ταύταν μεθέπων Διόθεν
αἶσαν, ἐκπέφαντ' οὐκ ἄμοιρος ἀμφὶ πάλᾳ, κυναγέτας,

*Alcimides præbet videndam, cognationem proximam cum frugiferis aruis, quæ alternantia, aliquando victum hominibus annuũ ex campis suppeditant, aliquando autem postquam requierunt, robur corripiunt. Venit vtique Nemeæ ex amabilibus ludis adolescens certaminum studiosus, qui hanc consectans à Ioue datam sortem, apparuit non expers* strenuitatis *circa luctam venator,*

τεκμαίρει καί νυν. Hoc est, βεβαίοις τεκμηρίοις δείκνυσι ὁ Ἀλκιμίδης, δηλαδὴ τῇ αὐτοῦ εὐφυΐᾳ, ὅτι Θεοῖς τι προσφέρομεν. καὶ σαφὲς ποιεῖ τὴν αὐτοῦ συγγένειαν παραπλησίον τι πάσχειν τ. καρποφόροις ἀρούραις, αἳ ἐξ ἀμοιβῆς παρ' ἐνιαυτὸν φέρουσι τ. βίον διδόασιν, ἵνα τυχοῦσαι ἀναπαύλης πλείονας καρποὺς φύωσι. Hæc ita necessariò, ad mentem authoris exprimendam exposita, continent accommodationem exordij ad Alcimidam: cui permiscetur locus laudatorius à virtute familiæ, quam comparat nouali: cuius comparationis exegesin habet paraphrasis. Vide τεκμαίρω Olymp. 6. Hîc Schmidij lectionem sequor, vt metro conuenientem, nec sensui contrariam. Tollit enim ὅ, & νυν sine accentu scribit.

τὸ συγγῤὲς ἰδεῖν. Hoc loco τὸ συγγῤὲς, Neutrum adiectiuum pro ἡ συγγένεια substantiuo fœminino. Poëtica phrasis σθένος μάρπτειν. Quod vno vocabulo dicas ἀνῤῥωννύεσθαι. Fit μάρπτω, à nomine antiquo μάρα *manus*, & ἅπτομαι *tango*. Construe sic, τεκμαίρει τὸ συγγῤὲς ἰδεῖν ἄγχι, &c. vbi ἰδεῖν videtur passiuè sumi, sicut apud Lucian. 2. ver. hist. ἀμυδρὰ καὶ ἀσαφῆς ἰδεῖν *visu non perspicua*. Item alibi καλὸς ἰδεῖν.

ἦλθέ τοι. Similitudinis ἀπόδοσις, & laus à Nemeæa victoria. Deinde quum addit ὃς ταύταν μεθέπων, subijcit laudem à causa efficiente primaria, Deo nimirum victoriæ authore. q. d. ὃς ἐκ Διὸς ταύτην κληρωθεὶς εὐτυχίαν.

ἐκπέφανται. Sic lego, & interpretor, *apparuit*, tum metri, tum sensus causa. Neque enim puto legendum νῶν, ob metrum, vt habent exemplaria ante Schmidij;

commentarios edita: neque αὖ vt Schmidius restituit : non enim video quomodo iterum partam victoriam innuat poëta. Posses etiam legere, οὐ πέφανται ἄμοι-, &c. transposita solùm negatione & præposita verbo πέφανται non eliso.

οὐκ ἄμοιρος. Non subaudio vt idem Schmidius ἀγώνων *certaminum*. q.d. poëta, οὐκ ἀναγώνιος. Esset enim ταυτολογία: siquidem dixit priùs παῖς ἐναγώνιος. Sed subintelligo, vel εὐγενείας, vel ἀνδρείας. Nam nepotem Alcimidam cum auo Praxidamante confert, illúmque huius æmulum fuisse testatur. Et cum Scholiaste ante κυναγέτας suppleo ἀλλὰ : & locum sic declaro, ἐκπέφανται οὐκ ἄμοιρος εὐγενείας, καὶ ἀνδρείας ἐν τῇ πάλῃ νικήσας. δηλ. ὥσπερ ἀγαθός τις κυνηγέτης τοῦ θηρὸς κατ᾽ ἴχνη βαίνει, οὕτω καὶ οὗτος τοῦ πάππου Πραξιδάμαντος κατ᾽ ἴχνη βαδίζει. Videtur autem tolerabilis vulgata interpretatio horum vocabulorum οὐκ ἄμοιρος *non infœlix*. Iudicium acuto lectori relinquo. Cæterùm ante, non post κυναγέτας cum Schol. comma noto. Translatio est petita à venatoribus, qui vt feram assequantur, eius vestigia indagant.

παράφρασις.

pedem rectà dirigens, vestigijs institit Praxidamantis aui paterni eodem sanguine orti. Nam ille Olympiade quinquagesima nona, victoriam Olympicam pugil reportauit ; & Pisa quam alluit Alpheus coronam ex oleastri ramo Aeacidis attulit. Quinquies etiam Isthmia, & ter Nemea vicit, ob eáque est coronatus hîc apio, illic pinu. Quibus strenuitatis speciminibus, Soclidæ patris, qui filiorum Agesimachi natu fuit maximus, nomen alioqui obscurum futurũ, quia nullis rebus gestis claruerat, illustrauit, quum scilicet à præcone Soclidæ filius est proclamatus.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

ἴχνεσιν ἐν Πραξιδάμαν-
τος ἑὸν πόδα νέμων
πατρoπάτορος ὁμαιμίου.
κεῖνος γὰρ Ὀλυμπιόνι-
κος ἐὼν, Αἰακίδαις,
ἔρνεα πρῶτος ἀπ᾽ Ἀλ-
φεοῦ,
καὶ πεντάκις Ἰσθμοῖ
στεφανωσάμενος, Νεμέᾳ δὲ
τρεῖς,
ἔπαυσε λάθαν Σωκλεί-
δα,
ὃς ὑπέρτατος Ἀγησιμά-
χου
υἱέων ἐγένετο.

μετάφρασις.

*in vestigijs Praxidamantis aui paterni eodem sanguine orti pedem suum dirigens. Ille enim Olympica victoria potitus, inter Aeacidas, ramis primus ex Alpheo, & quinquies apud Isthmum coronatus, apud Nemeam verò ter, sustulit obliuionem Soclidæ, qui natu maximus Agesimachi filiorum fuit :*

ἴχνεσιν ἐν. Laus Alcimidæ à paterno auo Praxidamante, quem est imitatus: cuius Praxidamantis nouem refert victorias : vnam Olympicam, quinque Isthmiacas, & tres Nemeæas.

πρῶτος ἀπ᾽. Annotat Schol. Praxidamantem Æginetarum omnium primum in Olympia vicisse : vel saltem sui generis primum. Hic quoque teste Pausania, primus in Alti Olympiæ statuam collocauit, ac suam è cupresso

è cupresso fecit. *In Eliacis poster.*

ἔπαυσε λάθαν. Quia Soclides fuerat ignauus, nec certaminibus claruerat, nemo nominis eius meminisset, nisi filius eius Praxidamas vir generosus, in sacris Græciæ ludis sæpe victor fuisset, ob ídque à præcone filius Soclidæ proclamatus, cùm & patris & patriæ victoris nomen efferri soleret.

ὃς ὑπέρτατος. Hoc est πρεσβύτατος: & Αγησιμάχω Dor. pro Αγησιμάχου. Porrò Σωκλείδα Dor. pro Σωκλείδου. Didymus autem vt refert Schol. Σωκλῆς ἐστι τὸ ὄνομα φησί. παρήγαγε δ' αὐτὸ πατρωνυμικῶς ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς ποιηταῖς.

παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις.

Quoniam hi tres Agesimachus, Praxidamas, & Alcimidas sacrorum ludorum victores, exantlatis & exhaustis certaminum laboribus, summum athleticæ fortitudinis gradum conscenderunt, cùm Soclides Praxidamantis, & Theo Alcimidæ pater, desides fuerint, & cum strenuis illis vices alternarint. Adeò autem diuino beneficio fortunata fuit hæc familia, vt alia nulla plures victorias pugilatu, quemcunque vniuersę Græciæ recessum & angulum perquiras, reportasse comperiatur. Quare cùm tam latè pateat Alcimidæ familiæ laudum area, spero me grandiloquo carmine familiam illam cohonestaturum, quam mihi velut huius hymni scopum proposui. Itaque age Musa emissis ab arcu sagittis, videlicet depromptis ex mente laudum argumentis, illas in hunc scopum dirige, & secundo carminum vento aspira, quo celebris reddatur illa familia.

ἐπεὶ οἱ τρεῖς ἀεθλοφόροι
πρὸς ἄκρον ἀρετᾶς
ἦλθον, οἵ τε πόνων
ἐγεύσαντο. σὺν Θεοῦ δὲ τύ-
χᾳ,
ἕτερον οὔ τινα οἶκον
ἀπεφάνατο πυγμαχία πλεό-
νων
ταμίαν στεφάνων μυχῷ Ἑλλά-
δος ἁ-
πάσας. ἔλπομαι μέγα εἰ-
πὼν τυχεῖν ἄντα σκοποῦ.
ὥς ἀπὸ τόξου ἱεί-
σ' εὔθυν' ἐπὶ τοῦτον, ἄ-
γε
μοῖσα οὖρον ἐπέων εὔ-
κλε'. ἀποιχομένων γὰρ ἀνέ-
ρων,

*Quoniam illi tres præmiorum reportatores ad summitatem fortitudinis peruenerunt, qui labores experti sunt. Cum Dei autem fauore, aliam nullam familiam pugilatus fecit plurium reportatricem coronarũ in sinu Græciæ vniuersæ. Spero me magnificè loquutum scopum asequuturum. Itaque ab arcu eiaculans dirige ad hunc* scopum, *age Musa, ventum secundum sermonum celebrem. Nam vita functorum virorum,*

ἐπεὶ οἱ τρεῖς. Quidam existimant hæc referenda ad Soclidem: & οἱ pro tertiæ personæ pronomine sumunt, hoc est αὐτῷ. Verùm non constat Soclidæ tres fuisse filios victoriosos. Quare οἱ pro articulo rectiùs sumetur: & exponetur vt habet paraphrasis, ὁ pro οὗτος sumitur, vt 17 Idyll. Theoc. ὁ γὰρ προφερέστατος ἀνδρῶν.

ἀρετᾶς. Hoc est, ἀνδρείας videlicet τῆς ἀθλητικῆς. Quando addit, οἵ τε πόνων ἐγεύσαντο, manifestam ponit differẽtiam inter illos desides, & hos athletas, quos nominauimus. τε est πάρελκον post οἱ.

σὺν Θεοῦ δὲ τύχᾳ. Amplificatio laudis à fauore diuino. q. d. ἡ δὲ πυγμαχία οὔτινα οἶκον ἕτερον ἀπέφηνε καὶ ἀπέδειξε πλείοις σὺν Θεοῦ τύχᾳ στεφάνοις ἀπενηνοχότα ἐν ἑκάστῳ μυχῷ ἁπάσης Ἑλλάδος. Item amplificatio laudis a collatione familiæ Alcimidæ cum omnibus Græciæ familijs, quibus plures coronas Alcimidæ familia reportasse dicitur. Cùm autem in textu non reperiretur collationis nota, eam tum ex Scholio ducta coniectura, tum ex necessitate metri, colo sexto mutilo addidit Schmidius.

μυχῷ Ἑλλάδος ἁπάσας. Ante μυχῷ est ellipsis præpositionis ἐν. Hîc autem Schol. ambigit, vtrum victorias Isthmicas intelligat poëta, quia Corinthus est μυχὸς Peloponnesi, vbi Isthmia celebrabantur. Homeri versum citans, Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο. An verò quemuis angulum & recessum Græciæ vniuersæ, hoc est, vrbes. Sunt enim vrbes locorum recessus, & regionum latebræ. Posterior sententia est verisimilior: siquidem instituitur collatio non Isthmicarum victoriarum, cum alijs: sed familiæ Alcimidæ, cum alijs totius Græciæ familijs. Quare sic construenda poëtæ verba, πυγμαχία οὔτινα ἕτερον οἶκον ἐν μυχῷ Ἑλλάδος ἁπάσης. Vt nullam ex totius Græciæ vrbibus familiam intelligas, non autem vrbes in quibus certamina celebrantur, vt perperam Leonicerus.

ἔλπομαι. Nouo veluti exordio se comparat ad Alcimidæ alias laudes, Musámque inuocat, vt & in medio carmine aliquoties fecit Homerus. Allegoricè autem loquitur: sed in paraphrasi id declaro. Solet poëta sic de se suísque carminibus loqui, & de carminum obiecto.

εὔθυν' sic scribendum pro εὔθυνε hoc est, *dirige*. Ita vt non legatur εὐθὺν, quasi nomen, & ἄγε quasi verbum: sed illud vt verbum, hoc vt hortandi aduerbium. Et sic clarior erit sensus: sícque construendus locus: ὦ Μοῖσα, οὖρον ἐπέων ἱέντα ἀπὸ τόξου ἐπὶ τοῦτον εὔθυνε. Porrò post ἐπὶ τοῦτον, subaudi σκοπόν. Et οὖρον ἐπέων εὐκλέα, metonymicè dici puta, ab effectu, quia carmen celebres reddit quos laudat.

ἀποιχομένων γὰρ. Effectus encomiorum. Nam historici & poëtæ, posteritati virorum clarorum præclara facta notificant. Assimilis sententia occurrit vltima epodo od. primæ Pythi. quem locum huc refer.

παράφρασις.

Nam poëtæ & oratores, quorum alij carmine, alij soluta oratione scribunt encomia, sermonibus suis virorum defunctorum res præclarè gestas exponunt, & posteritati notas faciunt. Cùm autem non pauca præclarè gesserint Bassidæ, sed multas ex sacris ludis

ἀντιστρ. κώλ. ιγ.

ἀοιδαὶ καὶ λόγοι τὰ καλά
σφιν ἔργα κόμισαν.
Βασσίδαισιν ἅτ' οὐ
σπανίζει. παλαίφατος γενεά,
ἴδια ναυστολέοντες·
ἐπικώμια, Πιερίδων ἀρότ-
ταις

μετάφρασις.

*poëtæ & prosæ scriptores facta præclara ipsis* sermonibus *ferunt* posteritati. *Quæ* præclara facta *Bassidis nō sunt rara.* Qui Bassidæ, *gens antiquitus celebrata, propria*

victorias reportarit hæc familia multis ab annis celebris, propria facta celebratione poëtica digna cõportant, poëtis Musarum cultoribus encomiastici carminis amplissimam materiam suppeditatura, adeò magna sunt, & præclara. Nam Creontis filius Callias horum cõsanguineus, cùm gratus acceptúsque fuerit Apollini & Dianæ natis ex Latona auream colum gestante, in diuina Pythone victoriam obtinuit cæstibus, quos athletæ loro velis illigatos gestare solent.

δυνατοὶ παρέχειν πολὺν ὕμνον, ἀγέρωχων ἐργμάτων ἕνεκεν· καὶ γὰρ ἐν ἀγαθέᾳ χεῖρας ἱμάντι δεθεὶς Πυθῶνι κράτησεν, ἀπὸ ταύτας αἷμα πάτρας χρυσαλακάτου ποτὲ Καλλίας ἁδὼν

*ceu naue aduehentes facta carmine laudanda Pieridum cultoribus possunt suppeditare multam hymni materiam ob res magnificè gestas. Etenim in diuina Pythone Callias manus loro vinctus quondam victoriam obtinuit, ab hac sanguis familia, quum acceptus fuisset aueam colum gestantis*

Βασσίδαισιν. Laus Alcimidæ à maioribus ipsius, qui dicuntur Bassidæ, à Basso quodam generis authore, insigni apud Aeginetas viro. Didymus legit Βαδίδαισιν: quoniam refert Pythænetus l.1. rerum Aegineticarum, fuisse Βαδίδαν quendam Aeginetam.

ὅ,τε Nimirum καλὰ ἔργα, οὐ σπανίζει.i. οὐ σπάνιά ἐστιν, ἀλλὰ πλεῖστα. Quare familia illa præclaros semper produxit.

παλαίφατος. Hæc vox rectè exponitur, *Antiquitus celebrata*, seu *celebris*, non autem simpliciter *Antiqua*. Etenim innuere vult Bassidarum familiam, ab auis volitasse virorum per ora.

ἴδια ἐπικώμια. Intellige ἴδια ἔργα ἐγκωμίου ἄξια. Et sume, poëticè & Pindaricè hoc loco ἐπικώμιον pro ἐγκώμιον. & ναυστολέοντες, hoc est, ἐπιφορτίζοντες.q. d. σωρεύοντες ἐκ τῶν ἰδίων κόπων τὰ ἐγκώμια. Propriè ναυστολεῖν est τὸ ναῦν στέλλειν, πέμπειν, ἄγειν: sed hic simpliciter pro παρακομίζειν sumitur. Nisi voluerit poëta respicere ad Aeginam, quæ cùm sit insula, suorum hominum facta per mare vehit ad poëtas, præsertim ad Thebanum Pindarum.

Πιερίδων ἀρόταις. Periphrasis pro ποιηταῖς. Metaphora sumpta ab agris, & agrorum cultoribus. Ager Musarum, sunt encomia: Musarum cultores, sunt poëtæ, qui suo carmine ea componunt.

παρέχειν πολὺν ὕμνον, Est πολλὴν ὑμνῶν χορηγίαν χορηγεῖν. Et ἔργματα dicuntur ἀγέρωχα, ἀφ' ὧν πολὺ γέρας ἐστὶν ἔχειν: vt pote quæ sint μεγάλα, & τίμια.

καὶ γὰρ. Quod in genere dixit de Bassidis, nunc probat exemplo Calliæ qui ortum ex hac familia duxit. Hic fuit Creontis filius. Prima victoria est Pythica, quam cæstibus obtinuit: quod innuit, quum dicit χεῖρας ἱμάντι δεθείς. Nam pugiles loris illigabantur: vnde Pausanias in Eliacis de Apollonio, ad pugnandum pugilatu parato, dicit κατεσκευασμένος τε τοῖς ἱμᾶσιν ὡς ἐς μάχην. Idem in Arcadicis docet pugiles quondam cæstum è crudo bouis corio sibi fecisse, & implicatis arte quadam vetere inter se lorulis (μείλιχας vocabant) & ad volas reuinctis depugnasse; quo fiebat vt digiti nudi relinquerentur. Postea verò cęstus institui sse attenuato in acutum loro, & ad vtriusque manus carpum religasse.

ἀγαθέᾳ. Epitheton Pythonis, quia cùm Delphicum oraculũ habuerit, fuit diuina, excellentissima. Dor. ἀγαθέος. comm. ἠγάθεος. Schol. vocem πάτρας exponit φατρίας. χρυσαλακάτα. putatur Aemilio Porto dictum pro χρυσαλακάτου mutato ε in α. quod in 3. declinatione simplicium fieri dicit dialecto Dorica: malim tamen legere χρυσαλακάτας Dor. genit. pro χρυσαλακάτης. Quæ vox iam occurrit Olymp. Od. 6. At fortè citra dialectum rectiùs legatur χρυσαλακάτου, Nam χρυσαλάκατος est commun. generis. & sexta Ol. dixit χρυσαλακάτοιο πόσις Ἀμφιτρίτης.

ἁδών. Hoc est ἀρέσας. Est particip. Aor. 2. act. ἅδον, verbi ἁδέω. Sic Oda 8. ἀστοῖς ἁδὼν ciuibus placens.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Et cùm mos esset hymnorum peruigilia dare victoribus, Delphis vbi fons est Castalius, vesperi in choreas ducentium coætaneorum gratissimo strepitu, cœtúque victoriam concinente, inclaruit. Præterea in Isthmo Corinthiaco, quæ est terræ angustia inter duo maria, ac veluti maris illius pons, Creontis ille filius, in Neptuni delubro honore cumulatus est ob victoriam Isthmiorum ludorum, qui factis Neptuno, boue nigro sacris, tertio quoque anno celebrantur. Quinetiam in Nemea, sub antiquis & vmbrosis montibus Phliasijs sita, Nemeaco certamine victor euasit, & apio coronatus est: qua herba Hercules prostrato leone, & ludis institutis, iusserat victores coronari. | ἔρνεσι Λατοῦς, παρὰ Κασταλίᾳ τε Χαρίτων<br>ἑσπέριος ὁμάδῳ φλέγεν.<br>πόντου τε γέφυρα Κρεοντίδαν Ἀμφικτυόνων<br>ταυροφόνῳ τριετηρίδι<br>τίμασε Ποσειδάωνιον ἂν τέμενος. βοτάνα τέ νιν<br>πόθ' ἁ λέοντος νικάσαντ'<br>ἤρεφ' ἀσκίοις Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσι. | stirpi Latonæ: & apud Castaliam Gratiarum strepente cœtu vesperi refulsit. Maris etiam pons Creontis filium Amphictyonum in mactatrice boum trieteride honorauit Neptunium apud delubrum. Quinetiam herba leonis eum potitum victoria texit sub vetustis montibus Phliuntis valdè vmbrosis. |

ἔρνεσι Λατοῦς Periphrasis Apollinis & Dianæ. Vocabulum ἔρνος transfertur à plantis ad prolem.

παρὰ Κασταλίᾳ. Prioris victoriæ amplificatio à consequentibus choreis in gratiam & honorem victoris. Itaque φλέγεν ἑσπέριος. quia καθ' ἑσπέραν hymni canebantur: & vt refert Schol. ἔθος ἦν καὶ παννυχίδας ὕμνων τοῖς νενικηκόσιν ἀποτελεῖσθαι. Apud Castaliam, *hoc est*, Delphos, seu Pythonem, cuius hic fons est.

Χαρίτων ὁμάδῳ. Hoc est, χαριεστάτῳ θορύβῳ καὶ χορῷ τῷ χορευτῶν ἡλικιωτῶν. Porrò φλέγεν, quod est imperfecti, pro Aoristo sumo in interpretatione, vt sæpe fit apud Græcos. Atque hic φλέγειν, est *lucere, refulgere*: sic ὅπλα φλέγοντα *lucentia arma*, dicuntur. πῦρ φλέγον, *lucens ignis*.

πόντου τε γέφυρα Periphrasis Isthmi Corinthiaci. Cùm enim Isthmus ille sit

anguſtia terræ inter duo maria,eſt tanquam pons, quo datur à littore ad littus tranſitus. Innuit autem poëta Calliam redijſſe ex Iſthmijs victorem.

Κρεοντιδᾶν. Hoc patronymicum,ex authoritate Scholij, repoſui pro ἀκάμαντος ἐν. Et δᾶν Doricum corripitur. De Amphictyonibus, eorúmque officio iam alibi diximus.

ταυροφόνῳ τριετηρίδι. Duo denotãtur his verbis, Nimirum Neptuno bouem immolari ſolitum,quum Iſthmia celebrarentur: & tertio quoque anno celebrari ſolita Iſthmia.Sed Plinius quinto quoque anno dicit celebrata, in his, *Iſthmus pars altera cum delubro Neptuni,quinquennalibus inclyto ludis.*

τίμασε. Dor. & neglecto augm. pro ἐτίμησε, quod ſequitur τὸ, πόντου τε γέφυρα. Ideóque malè ἀπὸ κοινοῦ repetendum cenſet Scholiaſtes τὸ, φλέγω. ἀν τέμενος, pro ἀνὰ, per apocopen. Delubri autem huius deſcriptionem pete ex Pauſaniæ Corinthiacis.

βοτάνα τέ νιν. Herba leonis eſt *apium*. Nam Hercules proſtrato leone Nemeæo, Nemeorum victores apio coronari iuſſit. Porrò à ſitu loci, & genere coronæ docet ſe Nemeæam victoriam intelligere. q. d. ἡ τε τοῦ λέοντος βοτάνη ἔρεψέ ποτε αὐτὸν νικήσαντα ἐν Νεμέᾳ κειμένῃ ὑπὸ τοῖς ἀρχαίοις καὶ σκιεροῖς ὄρεσι Φλιοῦντος.

ἀσκίοις Φλιοῦντος. Periphraſis Phliaſiorum montium,qui dicti ſunt à Phliunte Peloponneſi ciuitate. De qua vide Pauſaniam in Corinthiacis. Ἀσκίοις hoc loco non fit ex α priuatiuo & σκιὰ, *vmbra*: Neque enim altiſſimi montes vmbra carent, niſi ſyluis careant, & aſſiduò à ſole illuſtrentur. Sed fit potiùs ex α, ὁμοῦ vel πολὺ ſignificante,& vt dici ſolet,συναθροιστικῷ,& σκιὰ, *vmbra*: q. d. *multam ſimul vmbram faciens*. Sicuti & ἄξυλος, pro πολύξυλος Il. β. v. 155. & ἀδάκρυτος, pro πολυδάκρυτος, in Trachin. Sophocl. Et certè alti montes vmbram faciunt locis vicinis,nec vndiquaque à ſole ſic illuſtrantur, vt ſint non vmbroſi.

ὠγυγίοις. Hoc eſt, ἀρχαίοις. Nam Ὤγυγος, fuit rex Thebarum antiquiſſimus ante Cadmum. Hinc quaſi prouerbialiter ὠγύγιος dicitur, *priſcus, antiquus*. Ab hoc Thebæ Ogygiæ dictæ. Θῆβαι δ' Ὠγυγίης Ἑλικώνιος ἔσατο κύκνος, epigr. in Pindarum.

| παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Porrò lati vndique ad illuſtrem hanc inſulam Aeginam patent viarum aditus viris eloquentibus,quà ſe ad eam encomijs exornandam facilè conferant. Cuius tam eximiæ fœlicitatis eis ſunt authores Aeaci poſteri;qui cùm magnarum virtutum edant ſpeci- | πλατεῖαι πάντοθεν λογίοισιν ἐντὶ πρόσοδοι<br>νᾶσον εὐκλέα τάνδε κοσμεῖν. ἐπεί σφιν Αἰακίδαι<br>ἔπορον ἔξοχον αἶσαν,<br>ἀρετὰς ἀποδεικνύμενοι μεγάλας. | *Lati vndique eloquentibus ſunt aditus ad illuſtrem inſulam hanc* laudibus *exornandam. Quoniam ipſis Aeacidæ dederunt eximiam ſortem, virtutes edentes magnas. Itaque* |

mina, nunquam amplo laudis argumēto carituri ſunt. Ac ſanè per omnes terráſque tractúſque maris procul volitat nomen Aeacidarum. Imò ad remotiſſimos Aethiopas etiam proſilijt: ad quos cū rex Memnon, illuſtris Auroræ filius, ex bello Troiano non rediiſſet, quia Achilles ex curru in terram deſcendens,

πέταται δ' ἐπὶ τὴν χθόνα καὶ διὰ θα-
λάσσας τηλόθεν γ' ὄνομ' αὐ-
τῶν. καὶ ἐς Αἰθίοπας
Μέμνονος οὐκ ἀπονο-
στάσαντος, ἐπᾶλτο. Βαρὺ
δέ σφι νεῖκος ἔμπεσ' Ἀχιλ-
λεὺς χαμαὶ καββὰς ἀφ' ἁρμά-
των,

*volitat ſuper terram, & per mare procul nomen eorum. Quinetiam ad Aethiopas proſiliit Memnone non reuerſo. Grauis autem ipſis concertatio incidit, Achilles in terram deſcendens ex curribus,*

πλατεῖαι. Hoc eſt, πολλαί εἰσιν ἀφορμαὶ τοῖς ἐλλογίμοις ποιηταῖς, ὥστε ὑμνεῖν τὴν νῆσον ταύτην τὴν Αἴγιναν, ἐπειδὴ οἱ Αἰακίδαι ἐξαίρετον ἀρετὴν ἐπιδεικνύμενοι, αὐτοῖς παρέχουσιν ἐπαίνων χορηγίαν. Quibus verbis innu t amplum ſuppetere poëtis argumentum laudis, ad exornandam Aeginam. Ratio ſequitur ἐπεὶ. &c.

σφὶν. Hoc refertur ad λογίοισιν. Copiam autem illam argumentorum, αἴσαν ἔξοχον vocat: quia fœlix eſt poëta, qui amplam habet ad ſcribendum materiam, ſiquidem non poteſt tum eius poëſis eſſe ieiuna. Proponit Scholiaſtes eſſe ambiguum, vtrum hoc referendum ſit ad λογίοις illos, an ad ciues Aeginenſes, quos Aeacidæ beatos reddiderint, parta per virtutem ſuam gloria. Verùm ſeries contextus ſatis arguit, ad λογίοις referendum eſſe hoc.

καὶ ἐς Αἰθίοπας. Confirmat exemplo Achillis, quod priùs dixit. Huius nomen ad ipſos Aethiopas vſque delatum eſt, qui quidem ſunt ἔσχατοι ἀνδρῶν, vt ſub initium lib. 1. Odyſſ. docet Homerus.

ἀπονοστάσαντος. Doricè pro ἀπονοστήσαντος. & ἐπᾶλτο. Aeol. & poët. 3. perſ. ſing. pluſquam perfecti, pro ἐφήλατο à verbo ἐφάλλομαι.

βαρὺ δὲ νεῖκος. q. d. ὁ δ' Ἀχιλλεὺς σφὶν, δηλαδὴ τοῖς Αἰθίοψιν ἐνέπεσε μαχητὴς ἐπαχθής. Grauis & moleſtus incidit Aethiopibus Achilles, quia heros ille inuictus regem ipſorum humi proſtrauit & occîdit. Itaque in βαρὺ νεῖκος exiſtimo eſſe metonymiam adiuncti pro ſubjecto, βαρὺς φιλόνεικος, hoc eſt ἐπαχθὴς μαχητής.

καββὰς Poët. pro καταβάς. q. d. αὐτὸς ἐκ τῶν ἁρμάτων κατελθών.

παράφρασις. ἀντιστρ. κώλ. ιγ. μετάφρασις.

cuſpide haſtæ acutiſſimę confixum illum interemerat, audiuerunt generoſiſſimi Græcorum Achillis forte facinus, & ſciuerunt ſuo regi fuiſſe congrediēdum cum heroë graui bellatore, & pugnandi ardore inſuperabili. Cæterùm ſi

φαεννᾶς υἱὸν εὖτ' ἐνάρι-
ξεν Ἀοῦς ἀκμᾷ
ἔγχεος ζακότοι-
ο. καὶ ταύταν μὲν παλαιότε-
ροι
ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗρον.
ἕπομαι δὲ καὶ αὐτὸς ἔχων μελέ-
ταν.

*illuſtris filium quando interfecit Auroræ, cuſpide haſtæ peiracundæ. Et hanc quidem antiquiores viā plauſtralem inuenerunt. Sequor autem & ipſe habens exercitationem.*

hoc in encomio laudes à maioribus sumptas fusè sum persequutus, illud ex more & instituto veterum, qui viam hanc laudandi à maiorib⁹, adinuenerũt, passim facere soleo, quum me-ditor argumenta quibus in laude clarorum virorum me exerceam. Quemadmo-dum autem non remotus sed propinquus fluctus, nõ præteritus, sed præsens, is nimirum qui nauis gubernaculum impetit, & circumuoluitur, cuilibet animum afficit & perturbat. Sic ego præcipuum studium, non in maiorum, sed in præsẽtis victoris laudib⁹ ponere debeo. At nihilominus duplicẽ prouinciã suscipio, & dupli-ci oneri humeros subijcio, quum hoc carmine non solùm præsentem victoriam Alcimidæ prædico, sed & Bassidarum eius maiorum omnes simul complector, & nuntiatum venio, quatuor & viginti maiorum Alcimidæ victorijs, quas ex Græciæ certaminibus quę sacra vocant, reportarunt, hanc illius vigesimam quintam accessisse.

τὸ δ' παρ ποδὶ ναὸς ἑλισσόμενον αἰεὶ κυμάτων, λέγεται παντὶ μάλιστα δονεῖν θυμόν. ἑκόντι δ' ἐγὼ νώτῳ μεθέπων δίδυμον ἄχθος ἄγγελος ἔβαν, πέμπτον ἐπ' εἴκοσι τοῦτο γαρύων

*Ex fluctibus autem semper is qui circa pedem nauis voluitur, dicitur cuilibet maximè perturbare animũ. Sed ego voluntario dorso subiens geminum onus, nuntius adueni, quintum supra viginti hoc resonans.*

φαεννᾶς. Doricus genit. De voce φαεννὸς iam dictum alibi. ζακότοιο Ion. genit. pro ζακότου. Tribuitur hastæ, quod ei qui ipsam gerit propriè conuenit, qui furiosus, cedere nescius, & implacabilis erat.

καὶ ταύταν μὲ, Suam in laudibus à maioribus prolixitatem excusat, à consuetudine & exemplo veterum, quod sequitur.

ἁμαξιτὸς. Est via δι' ἧς ἄγονται αἱ ἅμαξαι. *plaustralis*, ac proinde *lata*, & *regia*: fit ab ἅμαξα *plaustrum*, & ἰτὸς ab εἶμι τὸ πορεύομαι.

ἔχων μελέταν. Hoc est, ὁπόταν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν ἔχω τοῦ ἐπαινεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, vel, ὁπόταν μελετάω τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαίνους.

τὸ δ' παρ ποδὶ. Pedem nauis, intellige *clauum* πηδάλιον: vt Odyss. κ. πόδα νηὸς ἐνώμων & δονεῖν θυμὸν est ταράσσειν. In his latet comparatio quam in paraphrasi explicamus.

ἑκόντι νώτῳ. Hoc dicit, quia quum potuisset solius Alcimidæ laudibus insistere, tamen in eius etiam maiores digressus est.

πέμπτον ἐπ' εἴκοσι. Viginti quatuor victorias reportarunt Bassidæ, Alcimidas vigesimam quintam.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. ια. μετάφρασις.

illũmque hoc decus in-clyto suo generi peperisse & suppeditasse. Duas autem victorias ex præstantissimo Olympiorum certamine, apud Iouis Saturnij delubrum, ô adolescens Alcimi-

εὖχος ἀγώνων ἄπο, τοὺς ἐνέπουσιν ἱερούς. Ἀλκιμίδας τὸ γ' ἐπάρκεσε κλειτᾷ γενεᾷ. δύο μὲν Κρονίου παρ τεμένει, παῖ, σέ τ' ἐνόσφισε Τιμίδαν

*decus ex certaminibus, quæ appellant sacra. Alcimidas hoc præstitit inclyto generi. Duos autẽ flores Olympicos apud Saturnij de-*

κλᾶεος προπετὴς ἀν-
θε' Ὀλυμπιάδος. δελφῖνι κεν
τάχος δι' ἅλμας ἴσον εἴποί-
μι Μελησίαν, χερῶν τε καὶ
ἰσχύος αὐίοχον.

*lubrum, fors temeraria eripuit tibi* Alcimida *adolescens, & tibi Timida. Melesiam autem delphino in mari similem velocitate dixerim, manuum & roboris aurigam.*

da, túque consanguineus eius Timida, vterque videlicet vnam reportassetis, nisi forte, cuius temerarius est delectus, exclusi à certamine fuissetis: atque Hellanodicæ, vobis quibus prima lanugo à genis prorũperet, cum alijs impubibus adolescentibus certandi facultatem denegassent. Is autem qui vestras manus, vestrúmque robur direxit, & formauit, est Melesias vnctor & athleta præstantissimus, qui reliquis omnibus athletis agilitate & celeritate antecellit, quemadmodum marinis piscibus delphin: quíque sua arte sic discipulorum manns & robur moderatur, vt auriga equorum currus trahentium frenos & habenas.

εὖχος. A consequente honore intelligenda antecedens victoria. τὼν Artici præposit. pro subiunct. ὅς. ἐνέποισιν Dor. pro ἐνέποισι: à poëtico verbo ἐνέπω. Ἱεροῖς, scilicet quatuor Græcię celeberrima certamina, Olympia, Pythia, Nemea & Isthmia, de quibus Archias:

Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα τέσσαρες ἱεροί.

δύο μὲν. Sic construe sententiam δύο μὲν ἄνθεα Ὀλυμπιάδος παρὰ τεμένει Κρονίου κλᾶεος προπετὴς, παῖ, σέ τε Τιμίδαν ἐνόσφισε. q.d. δύο δὲ ἄνθη, καὶ νίκας τῆς Ὀλυμπίας τῆς οὔσης παρὰ τῷ Κρονίου Διὸς τεμένει, ὁ προπετὴς κλῆρος ὑμᾶς ἀπεστέρησεν ὦ παῖ Ἀλκιμίδη, καὶ Τιμίδα. Nonnulli codices legunt παῖδ' ἔτ' ἐνόσφισε Τιμίδαν. quasi poëta dicat hoc de solo Timida. Sed de illis duobus dicendum esse euincit historia, quæ sic habet. Alcimidas & Timidas æquales, cùm ad certamen Olympicum sese præparassent, ad iudices venêre cum reliquis adolescentibus. Sed cùm his duobus prima lanugo prorumperet, visi sunt ephebos egressi. Ideóque illis denegata certandi facultas inter adolescentes, & sic exclusi sunt à victoria. Hoc autem vertit ipsis laudi quòd ad certamen parati fuerint, vt de victoria etiam certi essent.

Κρονίου. Nimirum Iouis Saturni filij. Cui in Olympia erat templum & delubrum. Vel cum Schol. legendum Κρονίῳ. vt τέμενος dicatur Κρόνιον, ἀπὸ τοῦ λόφου Κρονίου. vide Κρόνιον εὐδείελον ep. vlt. 1. Ol. Od.

κλᾶεος Dor. pro κλῆρος. Tribuit sorti, quod iudicibus competit. Ne ab Hellanodicis, quorum explorata erat integritas, illata videretur iniuria his duobus adolescentibus. Nam manifesta esset iniuria: siquidem aliquanto pòst Alcimides in certamen adolescentum in Nemeis admissus est: vnde hoc encomio παῖς vocatur.

δελφῖνι. Vltima laus Alcimidæ ab eius vnctore Melesia, de quo iam alibi dictum. Hîc duplici nomine laudatur. Priori ab agilitate, & celeritate per comparationem cum Delphine. Posteriori ab insigni dexteritate in formandis discipulis. De Delphine vide Plin. l. 9. c. 8.

αὐίοχον. Dor. pro ἡνίοχον. Metaphoricè moderatorem innuit. Nam vt formetur robur & manus: magister, nunc intendendas, nunc relaxandas esse docet: & sic aurigam imitatur, qui nunc strictas, nunc laxas habenas tenet.

ΣΩΓΕΝΕΙ

ΣΩΓΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗ, παιδὶ, πεντάθλῳ.

SOGENI AEGINETAE, adoleſcenti, quinquertioni.

ΕΙΔΟΣ Ζ.

ODE VII.

## ARGVMENTVM.

*Sogenes adoleſcens Aegineta, Thearionis filius, victoriam quinquertio Nemeade vigeſima quarta adeptus, laudatur à Lucinæ beneficio, à patria Aegina, à conſequente victoriam laudis præconio (vnde ad poëticen digreditur) à patre Thearione, à maiorum ſtudijs, & virtute illi quaſi hæreditaria. Digreditur autem ad hiſtoriam Neoptolemi, & concludit conuerſa oratione ad Herculem, quem pro fœlicitate Sogenis cupit eſſe interceſſorem.*

*παράφρασις.*

O Lucina, Iunonis magna potentia præditæ filia, quæ parturientibus opem fers, vt liberos in lucem edant, eorúmque generationi præes, túmque aſſides Parcis, quæ natiuitati hominum interſunt, illiſque nent obſcuram & incognitam fati neceſſitatẽ: abſque tuis auſpicijs non modò non naſcimur, & vitæ li-

*στροφὴ α. κῶλ. ιβ.*

„ Ἐλείθυια πάρεδρε Μοιρᾶν βαθυ-
„ φρόνων,
„ παῖ μεγαλοσθενέος ἄκουσον
„ Ἥρας, γενέτειρα τέκνων, ἄνευ σέ-
„ θεν
„ οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δρακέντες εὐ-
„ φρόναν,
„ τεὰν ἀδελφεὰν, ἐλάχομεν
„ ἀγλαόγυιον Ἥβαν.
„ ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα.

*μετάφρασις.*

*Lucina quæ aſsides Parcis profunda cogitantibus, filia magnipotentis Iunonis, genitrix liberorum, audi. Abſque te non lucem, non atram intuiti noctem, tuam ſororem ſortiti ſumus pulchrimembrem pubertatem.*

menattingimus, in qua per vices claram diei lucem, & atras noctis tenebras videmus, sed neque etiam sororem tuam Pubertatem pulchris membris decoram sortimur, & ad florem ætatis, qua omnibus numeris & decore absoluta sunt corporis membra, peruenimus. Ac tum quidem alij alio studio ducimur, neque ad similia aspiramus, siquidem alius alio fato addictus ad diuersa se confert: & vnusquisque vario naturæ instinctu compulsus, à similium amore communi prohibetur. Cæterùm Sogenes Thearionis filius, te fauente & auspice, factus virtute eximius, suæ fortitudinis inter quinquertiones specimen edidit, indéque parta gloria, carmine encomiastico celebratur.

„ εἴργει δ᾽ πότμῳ ζυγῶ-
„ θ᾽ ἕτερον ἕτερα. σὺν δ᾽ τὶν
καὶ παῖς ὁ Θεαρίωνος ἀρετᾷ κρι-
θεὶς
εὔδοξος ἀείδεται Σω-
γένης μετ᾽ πενταέθλοις.

*Spiramus autem non omnes ad paria. Sed prohibent fato peculiari ligatum, alium alia res. Te verò fauente etiam filius Thearionis ex virtute iudicatus, nobilis Sogenes cantatur inter quinquertiones.*

Ἐλειθυῖα. Exordium ab inuocatione Lucinæ, quæ varijs ornatur attributis, & cui acceptum referri vult quod Sogenes quinquertio vicit. Quærit Scholiastes, cur Lucina nunc inuocetur: & varias variorum rationes affert, quas vt pote nullo certo fundamento innitentes omitto. Et cùm etiam oratoribus libera sint in encomijs exordia, liberiora poëtis esse posse dico. Vnica tamen mihi videtur esse posse ratio generalis; Nimirum quòd Sogenis virtutem à natura insitam, & ab ipsa generatione, cuius præses Lucina putabatur, hîc prædicare intendat.

πάρεδρε μοιρᾶν. Quid sit Ἐλειθυῖα dictum Od. 6. Ol. in ἐλευθώ. Videamus quæ hîc illi attribuuntur. Parcarum πάρεδρος vocatur, quia cùm Parcæ nascentibus soleant ἐπικλώθειν τὰ τῆς εἱμαρμένης, ea parturienti assistit, eodémque tempore præstò est. μοιρᾶν genit. Dor. pro μοιρῶν. Dicuntur βαθύφρονες, quia fata nobis obscura sunt & ignota.

παῖ ἥρας. Iuno Lucinæ est mater teste Hesiodo in Theog. Ἡ δ᾽ Ἥβην, καὶ Ἄρηα, καὶ Εἰλειθυῖαν ἔτικτεν. Vnde paulo pòst Heben ipsius sororem vocat. Iuno μεγαλοσθενὴς vocatur non solùm quia Iouis est soror & coniux, Deorúmque & Dearum fabulosa regina: sed quia Iuno significat aërem, cuius magna est amplitudo, & vis in animalium corpora.

γενέτειρα τέκνων. Quia Præpositam timidis parientibus Ilithyiam fingebant, & obstetricis munere fungi, & inter Deas γενετυλλίδας *generationis præsides* eam ponebant, ideo dicit homines absque eius ope nasci non posse. *Nasci* autem periphrasticè effert per hæc verba, *aspicere lucem & noctem*. Vel respicit ad partus quorum alij interdiu, alij noctu fiunt. Ideo non rectè exponit Aretius, *nigram videre noctem, rectè mori*. Neque enim Lucina, eadem est vitæ & mortis αἰτία.

εὐφρόναν. Dor. pro εὐφρόνην. Nox dicitur εὐφρόνη, quasi ἀπὸ τοῦ εὖ φρονεῖν, *bene sapere*: quòd ineundis consilijs ob tranquillitatem sit apta, vnde illud, ἐν νυκτὶ βουλή.

τεὰν Dor. pro σὴν, & ἀδελφεὰν pro ἀδελφὴν. Porrò λαγχάνειν ἥβην Εἰλειθυίας ἀδελφὴν, est τῆς ἀκμῆς τυχεῖν. Hebe, hoc est, *pubertas*, appellatur ἀγλαόγυιος, quia, VL

vult Schol. illa ætate homines ſe ipſis ſunt magis decori, imò & ij qui ſunt deformiores, quandoquidem abſoluta ſunt membra corporis.

*ἀναπνέομεν δ' οὐχ.* Non ſolùm fatalem eſſe ortum noſtrum, ſed vitæ ſtudia quoque docet: quorum diſtributionem eidem Lucinæ attribuit. Idem ſibi vult alibi, quum dixit, *μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελέτα.* Et certè quot fere ſunt homines, tot ſunt ſtudiorum diuerſa genera. Poſt *ἴσα* ſubaudi *πράγματα.*

*εἴργει δὲ.* Ratio cur alij alio ſtudio teneantur. Nimirũ quia fati neceſſitate adigimur. q. d. *ζῶμεν δ' οὐχ ὁμοίως ὅμοια πάντες ἐπιτηδεύοντες, ὅτι ἕτερον πότμῳ ζυγένθα διακωλύει, καὶ διαζεύγνυσιν ἕτερα πράγματα.* Cùm autem deprauata eſſet huius loci lectio, rectè Schmidius pro *ζυγὸν θ'* reſtituit *ζυγένθα.* Etenim fato alligamur ita vt ipſum neceſſariò ſequamur: quæ fuit Stoicorum ſententia.

*σὺν δὲ τίν.* Applicatio exordij ad inſtitutum. Nam quod in genere de Lucinæ facultate dixit, iam Sogeni applicat. *σὺν δὲ τίν.* Hoc eſt, *σύν σοι,* ſeu *διά σε tua opera, tuo beneficio.*

*παῖς ὁ Θεαρίωνος.* Cùm Theario iam eſſet ætate prouectus à Dijs ſupplicaſſe fertur pro ſobole: vnde quum filium impetraſſet, eum Sogenem appellauit qui, vt hinc apparet, athleta fuit inſignis.

*ἀρετᾷ κριθεὶς.* Hoc eſt, *τῇ ἀρετῇ κριτὸς* ſeu *ἔκκριτος, ἐξαίρετος γενόμενος.* vel *διὰ τὴν ἀρετὴν ἔνδοξος κριθείς.* Itaque inſitam Sogeni à natura virtutem, Lucinæ *γενετυλλίδι* Deæ fert acceptam.

παράφρασις.

Eóque magis quòd Aeginam, in qua plerique ſunt poëtæ, victoribus epinicia ſcribere amantes, vrbem bellicoſorum Aeaci poſterorum incolit, qui animi generoſi ſtudium exercitio certandi concluſum & terminatum conſeruare magnopere auẽt. Quòd ſiquis in certamine rem proſperè geſſerit, & victor euaſerit, dulcem materiam laudis ſuppeditat præclaris poëtis: ex quorum ingenijs, tanquam ex perenni flumine carmina copioſè fluunt: ſicque viri præſtabiles fiunt illuſtres. Etenim obſcuri manent quicunque re præclarè geſta, hymno encomiaſtico non celebrantur.

ἀντιστρ. κῶλ. ιβ.

πόλιν γὰρ φιλόμολπον οἰκεῖ δορικτύπων
Αἰακιδᾶν. μάλα δ' ἐθέλοντι
σύμπειρον ἀγωνίᾳ θυμὸν ἀμφέπειν.
εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρδων, μελίφρον' αἰτίαν
ῥοαῖσι μοισᾶν ἐνέβαλε.
ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ
σκότον πολὺν ὕμνων ἔχοντι δεόμεναι.
ἔργοις δὲ καλοῖς ἔσο-
πτρον ἴσαμεν ἑνὶ σὺν τρόπῳ,
εἰ Μναμοσύνας ἕκατι λιπαράμπυκος
εὕρῃ τις ἄποινα μόχθων

μετάφρασις.

*Nam vrbem inhabitat cantus ſtudioſam haſta ſtrepentium Aeacidarum: qui valdè cupiunt concluſum certaminum ſtudio animũ conſeruare. Quòd ſiquis rem* præclarè *geſſerit dulcem materiam fluẽtis Muſarum iniecit. Magnæ enim ſtrenuitates tenebras multas habent, quum hymnis carent. Factis autem præclaris ſpeculum nouimus vnico modo, ſiquis voluntate Mnemoſynes ſplendidè vit-*

ac ſanè probè ſcimus vnico modo contemplanda tanquam in ſpeculo nobis ſubijci præclara facta, ni- mirum ſi qui ea præſtitit, poëtam inclytum nanciſcatur, à quo præconium laudis, quæ merces eſt laborum, accipiat: ita vt Mnemoſynes beneficio in perpetuum commemorentur.

κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.

*tata nactus ſit remunerationem laborum inclyis carminum cantibus.*

πόλιν γδ. Ratio cur inter quinquertiones canatur. Nimirum quia ciuitatem φιλόμολπον incolit. Studium cantus Aeginæ tribuitur propter poëtas inde oriundos. Nam veriſimile eſt, multos poëticæ operam dediſſe ob frequentes Aegi-netarum victorias, & ciues ſuorum ciuium res præclarè geſtas cum ſtudio ceciniſſe. Vel φιλόμολπος appellatur Aegina, à conſequenti. Nam cùm crebrò victoriam ex ſacris ludis reportarent eius incolæ, ideo carmine celebrari ſolebat. Sed prior expoſitio mihi videtur ſenſui accommodatior: quanquam Schol. φιλόμολπον interpretatur ἔυυμνον.

δορικτύπων. Hoc eſt, πολεμικῶν; ac proinde γενναίων. Δορίκτυπος. q.d. τὸ δόρυϊ κτυπῶν. Fuerunt autem Αἰακίδαι πολέμῳ κεχαρηότες, ἠέ γε δαιτί.

μάλα δ' ἐθέλοντι. Hoc eſt, μάλα δὲ προαιροῦνται τὴν ἑαυτῶν ψυχὴν συμπεπερασμένην ἔχειν τῇ τῶν ἀγώνων ἀσκήσει. Sic interpretor, quia puto poëtam laudare velle Aeginenſes potiſſimùm à ſacrorum certaminum ſtudio, quaſi ingenitam virtutem, horum ſtudio concluderent, definirent, ac terminarent, ac ſi eam in negotio maiori exercere nō poſſent. Et hanc puto fuiſſe ſententiam Schol. quum σύμπειρον exponit συμπεπερασμένον, à συμπεραίνω. Alij σύμπειρον ἀγωνίᾳ exponunt, *vnà experientem certamina*. Alij *eiuſdem certaminis participem*. q. d. ὁ τοῦ αὐτοῦ ἀγῶνος πεῖραν λαμβάνων σύν τινι. Alij *conterminum maioribus*. i. *deditum certamini animum*, quaſi σύμπειρος ſignificet ὅμορον: à σὺν & πέρας, vel πεῖρας, *terminus*. Eligat lector.

εἰ δὲ τύχῃ τις. Hoc eſt, Εἴ τις πράσσων ἐπιτύχῃ, ἡδεῖαν ὕλην καὶ ὑπόθεσιν ὕμνου παρέχει τοῖς ποιηταῖς. Dicit μελίφρονα αἰτίαν *dulcem materiam laudis*. Et hîc αἰτία propriè materialem cauſam ſignificat.

ἔβαλε. Ex Scholio reſtituendum, ἐνέβαλε. Nam id ratio metri poſtulat. Quid per ῥοαῖσι μοισᾶν ſit intelligendum, exponit paraphraſis.

ταὶ. Poëticè, pro αἱ. Hinc digreſſio inchoatur in laudem poëtices maxima parte ab effectis ſumptam, vt facilè videbit lector. Non diſſimilia laudis illius argumenta vide in Theocriti Idyllio, *Charites*, & apud Horatium ea Oda, cuius initium, *Donarem pateras*, &c.

μεγάλαι ἀλκαί. Intellige τὰ μεγάλα κατορθώματα γίνεται ἀφανῆ ἐὰν μὴ ὑμνηθῶσι. Etenim eorum nemo meminit in poſterum, ſi mandata non ſint literis.

ἔσοπτρον. Hymnum encomiaſticum intellige. Nam virtutem præclari viri tanquam in ſpeculo veraci contemplandam exhibet, vt quemadmodum in ſpeculo forma corporis, ſic animi virtus in carmine reluceat. Hæc ſententia metaphoram & ellipſin habens ſic à Schol. declaratur, τοῖς δὲ καλοῖς ἔργοις λαμπρότητα ἴσμεν ἐνὶ τρόπῳ γινομένην, διὰ δὴ τῶν ὕμνων.

εἰ μνημοσυνᾶς. Exponitur unicus ille inclarefcendi ex rectè factis modus. Mnemofynen nominat, quia memoriam rerum geftarum fouet illa mater Mufarum, quæ λιπαράμπυξ eodem fenfu quo Ifthm.2. dicuntur χρυσάμπυκες μοῖσαι, hoc eft, *formofæ, ornatæ.*

ἄποινα μόχθων. Intellige κλυτὰς ἀοιδὰς ἐπέων, hoc eft, τοὺς ὕμνους, qui funt vera virtutis merces, quæ in laude fola verfatur carmine viuaci tradita. Nam facilè pereunt Statuæ, reliquáque huiufmodi rerum geftarum monumenta. Sic Od.2. Pyth. ὕμνον, ἄποιν᾽ ἀρετᾶς vocat: & Olymp.7. laudem fuam πυγμᾶς ἄποινα.

εὕρῃ. Sic legendum, non εὕρηται, vt metri ratio feruetur. Porrò κλυταὶ ἀοιδαὶ dicuntur, fiue ipfæ fint celebres ob excellentiam propriam, fiue celebres alios reddant.

ἐπῳδ. κῶλ. ζ.

σοφοὶ δὲ μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον
ἔμαθον, οὐδ᾽ ὑπὸ κέρδει βάλον.
„ ἀφνεὸς, πενιχρός τε θανάτου
„ παρὰ σᾶμα νέονται.
ἐγὼ δὲ πλέον᾽ ἔλπομαι
λόγον Ὀδυσσέος, ἢ πάθεν,
διὰ τὸν ἁδυεπῆ γενέσθ᾽ Ὅμηρον.

μετάφρασις.

*Sapientes autem futurũ perendinum ventum cognofcunt, neque lucro poftponunt. Diues & pauper mortis ad fepulchrum proficifcuntur. Ego autem exiftimo famam Vlyffis maiorem fuiſſe quàm quæ pertulit, propter fuauiloquum Homerum.*

παράφρασις.

Quod cùm ita fit, par eft vt qui virtutis & famæ funt ftudiofi, prudentes nauium gubernatores imitentur. Quemadmodum enim hi præfentis lucri quod fe offert, & futuri quod fperant, non adeò funt auidi, vt temerè nauim foluant, non priùs explorata cœli conftitutione, ex qua præuideant quis ventus intra triduum fit fpiraturus, vt fuarum rerum fecuritati confulant. Sic illi non debent tam foliciti effe de fuarum opum conferuatione & amplificatione, quàm maturè profpicere vt ex præclarè factis pofteritati innotefcant, nullífque fumptibus parcere, quò fibi poëtices præconium concilient, vnde nominis immortalitatem adipifcantur: fine qua diuitum & pauperum vita functorum memoria pariter deletur. Hanc autem carminis effe vim vt viros præclaros immortalitate donet, Vlyffis exemplo comprobatur; cuius labores Homerus tam fuaui ftylo cecinit, vt plus laudis ex illius præconio confequutus fit, quàm ipfe fuis virtutibus promeruerit.

σοφοὶ δὲ. Poftquam dixit vnius poëtices beneficio viros præclaros innotefcere pofteritati, illos admonet vt maturè fibi præconium illius concilient, nullífque fumptibus ad id confequendum parcant: alioqui nihil inter ipfos & pauperes in morte & in fepulchro difcriminis futurum. Vtitur autem comparatione à prudentibus naucleris fumpta, cuius explanationem habes in paraphrafi.

μέλλοντα τριταῖον ἄνεμον. Intellige τὸν ἄνεμον μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐσόμενον. Et fubaudi κυβερνητῆρες poft σοφοί.

ἔμαθον. Hoc eft, προγινώσκουσι καὶ προορῶσι, vt exponit Schol. Latet autem in hoc

vocabulo emphaſis. Nam nautæ perendinum ventum dicuntur μανθάνειν, quia ſignis aliquibus docentur qui futuri ſint venti. In hac etiam voce notatur ſolita actio, vt & in ſequenti βάλον: ita vt rectè reddas, *cognoſcere ſolent, neque poſtponere.*

ἀφνεὸς πενιχρός τε. Argumentum à communi omnium in morte ſtatu. Quod vt huic loco conueniat, ex paraphraſi percipies. Hanc ſententiam Horatius l. 1. Carm. ſic expreſſit,

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,*
*Regúmque turres.*

σᾶμα Dor. pro σῆμα, hoc eſt τάφος. νέονται hoc eſt ἔρχονται, πορεύονται. Niſi τὸ νέεσθαι ſumatur pro *redire*: qua in ſignificatione frequens eſt. Ac ſi poëta innueret nos in terram, ex qua formati ſumus, redire.

ἐγὼ δὲ. Exemplo Vlyſſis oſtendit poëticen viros præſtantes immortalitate donare. πλέονα λόγον ἢ πάθας. Intellige εὐδοξίαν μείζονα τῶν κατορθωμάτων. Et ſume ἔλπομαι, non pro ἐλπίζω, *ſpero*, ſed pro νομίζω, *puto.*

παράφρασις.

Etenim ſuæ poëtices artificium, qua vir ille per hominum ora volitat, ingenioſis fictionibus variegatum, ea grauitate condiuit, eáque ſolertia fabulas inſeruit, vt ſub veri ſpecie, vulgi cæcas mentes deciperet. Ac ſanè niſi hominum mentes cæcæ eſſent, ſed genuinam rerum vt ſe habent veritatem ſcire poſſemus omnes, Græcorum exercitus per imperitiam malè iudicans, Achillis arma Vlyſſi potiùs, quàm robuſto Aiaci non adiudicaſſet. Quam ob iniuriam furore correptus, proprio gladio ipſe ſe non confodiſſet: vir vtique omnium Grecorum, excepto Achille, in pugna ſtrenuiſſimus, eorum ſcilicet, qui flauo Menelao, coniugem quam Paris abduxerat, repetenti opem ferentes in nauali expeditione delati ſunt à rectà ſpirante Zephyro,

στροφὴ β. κῶλ. ιβ.

ἐπεὶ ψεύδεσιν οἱ ποτανᾷ γε μα-
    χανᾷ
σεμνὸν ἔπεστί τι. σοφία δὲ
κλέπτει παράγοισα μύθοις. τυφλὸν
    δ᾽ ἔχει
ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος. εἰ
    γὰρ ἦν
ἑὰν ἀλάθειαν ἰδέμεν,
οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς
ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρε-
    νῶν
λευρὸν ξίφος· ὃν κράτι-
στον, Ἀχιλέος ἄτερ, μά-
    χᾳ,
ξανθῷ Μενέλᾳ δάμαρτα κομίσαι
    θοαῖς
ἐν ναυσὶ πόρευσαν, εὐθυ-
πνόου Ζεφύροιο πομπαὶ

μετάφρασις.

*Quoniam figmentis eius volucri machinæ grauitas quædam ineſt. Ac ſolertia decipit abducens à veritate per fabulas, cæcúmque habet cor turba hominum maxima. Si enim liceret genuinam veritatē cognoſcere, nequaquam fortis Aiax, ira percitus ob arma, fixiſſet per præcordia latum enſem, quem in pugna ſtrenuiſſimum, excepto Achille, ad flaui Menelai coniugem reducendam, in nauibus deduxerunt impulſus Zephyri rectà flantis*

ἐπεὶ ψευδέσιν. Ratio eſt cur Vlyſſis fama ſit factis eius maior, ob Homeri commendationem. Prima quidem, quia fabularum inuolucris, & grauitate

carminis narrationem tam cõcinnè intexuit, vt ei authoritatem conciliarit. Altera, quia mentis humanæ cæcitas ea eſt vt veritatem fabulis fucatam dignoſcere non poſſit.

ψευδέσι. Intellige non mendacia, mentiendi & decipiendi ſtudio prolata, ſed fictiones ingenioſas, docendi & delectandi gratia excogitatas. In οἱ eſt antiptoſis datiui pro genitiuo οὗ.

ποτανᾷ μαχανᾷ. Dor. pro comm. ποτηνῇ μηχανῇ. *Artificium volucre* vocat *poëmata*, vel quia extollunt & in ſublime euehunt virtutes eorum quos celebrant: vel quia paſſim ab Homero ἔπεα πτερόεντα dicuntur: vel quia ſic compoſita ſunt vt regionem omnem peruadant, & peruolent, & eorum quos canunt, nomen vbique celeriter notificent.

σεμνόν τι. Innuit σεμνότητα carminum Homeri. Quam reuera ab Homero obſeruatam cognoſces, ſi quæ de hac idea tradit Hermogenes, videas l. de Ideis 1.c.5.

σοφία δ᾽. q. d. ἡ δ᾽ τοῦ Ομήρου σοφία κλέπτει τὸν νοῦν ἡμῶν, ὥστε τὰ ψευδῆ δοκεῖν ἀληθῆ εἶναι διὰ τὴν αὐτῶν σεμνότητα. Nunc σοφία dicitur *artificioſa rei tractandæ ratio*. παράγοισα Dor. pro παράγουσα.

τυφλὸν δ᾽ ἔχει. Hoc eſt, ὁ δ᾽ δημώδης ὄχλος, οἱ πολλοὶ, τὸ πλῆθος αὐόνητον καρδίαν ἔχει. Secundam hanc rationem ſuperioribus accommodatam, accommodat etiam ad digreſſionem de Aiacis interitu. Et probat cæcas eſſe hominum mentes, eo quòd exercitus Græcorum non bene iudicarit de armis Achillis, vide paraphraſin: quæ locum hunc obſcuriorem declarat.

ἐάν. Obſeruat Scholiaſtes nonnullos ἐάν legere δυσέως, pro τὴν ἑαυτοῦ. Sed melius eſſe ſi ψιλῶς legatur, vt à Charmidæ filio, Dionyſio: & exponit τὴν ἑαυ. vnde interpretamur ἐάν *genuinam*. Et certè loci ſenſus hoc poſtulat. Sic Pindarica vox erit ἑὸς, ἑὰ, ἑόν.

οὗ κεν ὅπλων. ſupple ἕνεκα. & ἔπαξεν ſume Dor. pro ἔπηξεν. ξίφος dicit λευρὸν, hoc eſt, πλατύ. Nam Etymol. format à λίαν, & εὐρύ. Scholiaſtes tamen vult ſignificare τὸ πλάγιον: non quòd ξίφος per ſe eſſet πλάγιον, *obliquum*: ſed quòd obliquam plagam intulerit.

ὃν κράτιστον. Homerus Aiacem Telamonium Achilli ſecundum facit, vnde huc refert Schol. hæc illius verba,

Ανδρῶν δ᾽ αὖ μέγ᾽ ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας.
Οφρ᾽ Αχιλεὺς μήνιεν.

Hunc Sophocl. in Aiace πλὴν Αχιλλέως ἕν᾽ ἄνδρ᾽ ἄριστον Αργείων vocat: quæ verba poëtæ noſtri locum exponunt. Et Horat. Sat. 3. l. 1. *Aiax heros ab Achille ſecundus vocatur*.

ξανθῶ. genit. Dor. pro ξανθοῦ. Μενέλα. Pro Μενελάου. Sic pro Αρκεσίλαος, declinat Αρκεσίλας Pindarus. Flauus appellatur Menelaus ob comam. πορεῦσαι expone ἐπεμψαν. à πορεύω De quo Od. 3. Ol. & 11. Pyth.

εὐθυπνόου. Ventus εὐθύπνοος dicitur *rectà ſpirans*, hoc eſt, οὔριος, *ſecundus*: qui nauim à puppi proſequutus ad portum rectà deducit. Nec temerè Zephyrum dicit, qui ſpirat ab Occidente. Etenim Fauonius ijs fauet qui ab Occidentaliore

Græcia per mare Aegeum tendunt in Troadem Orientaliorem: quà & quò profecti sunt Græci expeditione nauali.

παράφρασις.

ad Ilium, vrbem ab Ilo rege denominatã. Sed enim vt fluctus maris omnes qui eâdem naui vehuntur, nullo dignitatis discrimine in discrimen coñijcit: sic & mors eâdem caligine promiscuè cùm ignobilem, tũ existimatione præditũ inuoluit. Quòd si quibus strenuis bellatoribus honorifica nominis immortalitas post mortem contingit, hanc Deo acceptam ferre debent, à quo afflatus poëta scripsit encomiasticum hymnum, æternę clarorum virorum memoriæ parẽtem. Ita Neoptolemi virtus viuit post funera: qui postquam Priami vrbem (cuius excidio operoso cũ Gręcis, fatali necessitate, debebat Aeacidarum aliquis interesse) subuertit, aliquando Delphos se contulit, & Pythijs in campis sepultus iacet. Is autem ad Scyrum maris Aegęi insulam, vbi natus & educatus fuerat ab Ilio renauigans, aberrauit, & cum socijs erroribus actus, Ephyram Epiri vrbem delatus est.

ἀντιστρ. κῶλ. ιβ.

„ πρὸς Ἴλου πόλιν. ἀλλὰ κοινὸν γὰρ
„ ἔρχεται
„ κῦμ' ἀΐδαο, πέσ' ἀδόκητον
„ ἐν καὶ δοκέοντα. τιμὰ δὲ γίνεται
ὧν Θεὸς ἁβρὸν αὔξει λόγον τεθνα-
κότων
βοαθόων. τοὶ γὰρ μέγαν
ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου
μόλεν χθονός, ἐν Πυθίοις δὲ δαπέ-
δοις
κεῖται, Πριάμου πόλιν
Νεοπτόλεμος ἐπεὶ πράθε,
τᾷ καὶ Δαναοὶ πόνησαν. ὁ δ' ἀπο-
πλέων,
Σκύρου μὲν ἅμαρτεν, ἵκον-
το δ' εἰς Ἐφύραν πλαγχθέν-
τες.

μετάφρασις.

*ad Ili vrbẽ. Sed enim communis venit fluctus Orci, & cadit in ignobilem & celebrem. Honor verò contingit strenuis bellatoribus defunctis, quorum Deus iucũdam auget famam. Etenim ad magnum vmbilicum latum sinum habentis venit terræ, in Pythijs autem campis iacet, Priami vrbem Neoptolemus postquam euertit, in qua & Danai labores pertulerunt. Ille verò renauigans, à Scyro quidem aberrauit: venerunt autem in Ephyram erroribus acti.*

Ἴλου πόλιν. Periphrasis Ilij, ab Ilo rege amplificati & denominati: quod & paulo pòst appellat Πριάμου πόλιν.

ἀλλὰ κοινόν. Redit ad sententiam superiore Epodo propositam, ἀφνεός τε πενιχρός τε, &c. Eámque varijs verbis repetit. κῦμ' ἀΐδαο metaphoricè dicitur *Mors*. q. d. κοινὸς θάνατος ἔρχεται, hoc est, πάντες ἀποθνήσκομεν, vt interpret. Schol.

πέσ' ἀδόκητον. Sic lego cum Aldo sine copula δὲ. quam poëta facilè omittit: & sic construo πέσεν ἐν ἀδόκητον καὶ δοκέοντα. Et Schol. exponit ἐνέπεσε τῷ ἀδοκήτῳ, καὶ μὴ δοκέοντι. Itaque non videtur legisse πέδ', Doricè & Aeol. pro μετά. Quæ quidem probabilis est coniectura, & sensui omnino esset necessaria præpositio, nisi τὸ ἐν, quod Doricè pro εἰς ponitur (vt Pyth. Od. 2. bis vidimus) ad constructionem sufficeret.

ἀδόκητον, δοκέοντα. Schol. variè hæc vocabula interpretatur, vel ἀδόκητον *iuniorem*

*iuniorem* dicit, quia οὐ προσδοκᾷ ταχέως ἀποθανεῖν: & δοκέοντα, *ſenem*, quia προσδοκᾷ ἀποθανεῖν. Vel ſimpliciùs ἀδόκητον, τὸν μὴ δοκοῦντα νῦν τελευτήσειν: vel τὸν ἄδοξον, καὶ ἔνδοξον. Et certè τὸ δοκεῖν ſignificat *eſſe in exiſtimatione*, vt apud. Eurip. in Hecuba,

Λόγος γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
Κἀκ τῶν δοκούντων ἀυτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει.

Hæc poſtrema interpretatio meliùs conuenit menti authoris, qui innuere vult eos qui in vita fuerunt obſcuri & clari, pariter à morte corripi. Quòd ſi clarorum virtus viuat poſt funera, hoc beneficio poëtarum fieri.

τιμὰ δέ. Sic conſtrue, τιμὰ δὲ γίνεται τεθνακότων βοαθόων, ὧν ἁβρὸν λόγον Θεὸς αὔξει. q. d. τῶν δὲ δεινῶν πολεμιστῶν ἡ δόξα μετὰ τὸν θάνατον γίνεται, ὧν ὁ Θεὸς διὰ ποιητοῦ τὸν ἐγκωμιαστικὸν λόγον αὐξήσει. Itaque clari & obſcuri in hoc conueniunt, quòd æquè moriuntur: differunt, quòd clari nominis immortalitatem conſequuntur per hymnos.

Θεὸς. Deus aliquis, vel Muſa poëtas ſuo afflatu ad canendum impellens. ἁβρὸς λόγος, nempe ἐγκώμια. Et βοαθόος, hoc eſt, δεινὸς, ὀξὺς πολεμιστής. Compoſita vox à βοὴ *pugna*: vt βολῶ ἀγαθὸς, *ad pugnam ſtrenuus*: & θοὸς, hoc eſt, ἀνδρεῖος, ἰσχυρὸς: vt θοὸς πολεμιστής.

τοὶ γὰρ μέγαν. Exemplo Neoptolemi probat vanam eſſe claritudinem hominum, niſi præconem poëtam nanciſcatur, vt poſteris innoteſcat. Connexionem pete à paraphraſi. Quid terrę vmbilicum vocet, iam antè vidimus. Lege Πριάμου πόλιν non Πριάμοιο. πέρθε. Negl. augm. & tranſpoſitis literis, pro ἔπραθε, à verbo πέρθω.

τᾷ Dor. pro τῇ. & hoc pro ᾗ. ellipſi τοῦ ἐν. Hoc eſt, ὑφ' ἧς, vel ἐφ' ᾗ, οἱ Ἕλληνες ἐταλαιπώρησαν.

ὁ δ' ἀποπλέων. Ab Ilio nimirum verſus Scyrum Inſulam, quam vt natale ſolum repetebat cum ſocijs, & vnde tempeſtate abactus in Epirum venit, & ad vrbem illius regionis Ephyram appulit.

Σκύρου. Scyrus Inſula Cycladum vna, quam Achilles bello Troiano cepit, & ex ibi capta Deidamia Lycomedis filia Neoptolemū habuit. vide Euſtath. 10 Iliad.

Ἔφυραν. Hæc Ephyra eſt Epiri, & authore Schol. Cichyrus etiam denominata eſt à Cichyro quodam Mermeri filio. Quatuor huius nominis vrbes celebres ſunt, Theſſalica, quæ & Cranon, Achaica quæ Corinthus, tertia circa Melin, & hæc Epirotica.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ζ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Hinc Epiri imperium tenuit, aulámque regiam in eius parte quæ ab eius & Andromaches filio Moloſſo Moloſſia dicta eſt, ad breue tempus habuit: ſed | Μολοσσίᾳ δ' ἐν βασίλευεν ὀλίγον<br>χρόνον. αὐτὰρ γένος αἰεὶ φέρεν<br>τοῦτό οἱ γέρας. ᾤχετο δὲ πρὸς<br>Θεὸν, ἔυκτ' ἀνάγων Τρω- | *In Moloſsia autem regnauit breue tempus: ſed eius ſtirps ſemper decus hoc tulit. Profectus autem eſt ad Deum* |

longa nepotum ſeries ei ſucceſſit, regium decus obtinens. Etenim paulum ibi commoratus, ad Apollinem Pythium profectus eſt, illi quas de manubijs Troia allatis primitias deuouerat, oblaturus. Et cùm hîc orta eſſet contentio pro carnibus victimarum, quas ſacrificuli ſuo more certatim rapiebant, íſque illos indecenter agentes arcere vellet, quidam ipſum pugna aggreſſus eſt, & reſiſtere volentem gladio peremit.

ἴαθεν ἀκροθινίων,
ἵνα κρεῶν νιν ὕπερ, μάχας
ἔλασεν ἀντιτυχόντ' ἀνὴρ μαχαί-
ρᾳ.

*votiuas afferens à Troia primitias manubiarum, vbi propter carnes ipſum, pugnæ obuiam factum traiecit vir gladio.*

Μολοσσίᾳ δ' ἐν. Præpoſitio ſequitur vocabulum quod regit, niſi legas ἐμβασίλευεν, compoſito verbo. Moloſſia ea eſt Epiri pars vbi Iouis Dodonei templum olim fuit. Sic dicta à Moloſſo Neoptolemi & Andromachæ filio. Quanquam autem viuente Neoptolemo, nomen hoc non habebat, id ſuo tempore vſitatum vſurpat Pindarus.

ὀλίγον χρόνον. Per exiguum tempus in Epiro regnauit: ſed ſui generis ſucceſſores habuit per 700 annos, vſque ad tempora poëtæ: exinde etiam perquamdiu.

ᾤχετο δ'. Ad Deum, videlicet Apollinem, iuit Neoptolemus. Cuius profectionis incerta eſt cauſa. Quidam dicunt, *inquit Schol.* eum cùm ex Hermione prolem non ſuſciperet, ea de re oraculum conſuluiſſe. Alij petijſſe à Deo vt Achillis mortem vlciſceretur. Alij eum Peloponneſi direptionem meditantem, primum impetum feciſſe in opes Delphici templi. Verùm Pindarus ait eum offerre voluiſſe primitias manubiarum ex Troia allatarum.

ἔυκτ' ἀνάγων. Rectè Schmidius hunc locum mihi reſtituiſſe videtur, reponendo pro κτέατα, vocem ἔυκτα. Sic enim integrum eſt metrum, & plana conſtructio, hoc pacto, ἀκροθινίων ἔυκτ' ἀνάγων Τρωΐαθεν. Hîc ἔυκτα adiectiuum partitiuè poſitum adſciſcit genitiuum ἀκροθινίων, q.d. *ex primitijs eas quas deuouerat*. Quid ἀκρόθινα, vel ἀκροθίνια ſignificent, habes Ol.2.

ἵνα κρεῶν. Quidam ante ἵνα, legunt δ': ſed planè otioſum illud eſt, ideóque tollo, & ſic iſta conſtruo, ἵνα νιν ἀντιτυχόντα μάχας, ἀνὴρ μαχαίρᾳ ἔλασεν ὑπὲρ κρεῶν. Hæc continent cauſam cur cæſus fuerit Neoptolemus: quam clariùs pete ex paraphraſi. μάχας ἀντιτυγχάνειν eſt, *aggredienti reſiſtere, & oppugnanti obuiam venire.*

παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ιβ. | μετάφρασις.

Quod ægerrimè tulerũt Delphi, qui hoſpites ſacrificatũ venientes tecto excipiunt. Verùm quod erat in fatis, vt quemadmodum ad Iouis Hercęi aram Pria-

βαρυνθεν δ' περισσὰ Δελφοὶ ξεναγέται.
ἀλλὰ τὸ μόρσιμον ἀπέδωκεν.
ἐχρῆν δέ τιν' ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ

*Indignati ſunt autẽ vehementer Delphi hoſpitum exceptores: ſed quod fatale erat, exoluit. Oportebat autem*

mum antè occiderat, sic & ipse ad aram Apollinis occideretur, exoluit. Porrò oportebat vt aliquis ex regibus Aeaci stirpe oriundis intra vetustissimum Delphorum delubrum inhumatus in Apollinis æde muris præclarè cincta in posterum esset & habitaret, qui in festo solenniq; multarum victimarum epulo, ad quod solos heroës Deus ille conuocabat, sacrorum inspector esset vt omnia rectè fierent. Quem vt suscepta honesta eius causa pro meritis laudem, tria verba poterunt sufficicere, quum dicam eum veracem testem inspiciendis sacrificantium factis præfectum esse. Verumenimuero vt ad Aeginetarum laudes redeam: audacter & confidenter dixero ô Aegina Aeacidas & Aeginetas qui à te & Ioue ortum ducunt,

Αἰακιδᾶν κρεόντων τὸ λοιπὸν ἔμμεναι
Θεοῦ παρ' εὐτειχέα δόμον.
ἡρωΐαις δ' πομπαῖς
θεμίσκοπον οἰκεῖν ἐόντα πολυθύτοις.
εὐώνυμον ἐς δίκαν
τρία ἔπεα διαρκέσει.
οὐ ψεῦδις ὁ μάρτυς ἔργμασιν ἐπιστατεῖ.
Αἴγινα, τεῶν Διός τ' ἐκγόνων, θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν,

*aliquem ex Aeacidis regibus in posterum esse, Dei apud muris bene cinctam domum: atque heroicis pompis quæ sacrificijs abundant inspectorem existentem ibi habitare. Honestam ad causam tria verba sufficient. Non mendax testis factis praeest. O Aegina, tuorum Iouisque filiorum audacia mihi erit hoc dicere,*

βαρύνθεν. Aeol. est pro ἐβαρυνθησαν. Δελφοὶ vocabantur sacrorum præfecti apud Delphos: qui quòd peregrinos hospitio exciperent ξεναγέται dicuntur.

ἀλλὰ τὸ μόρσιμον. Id dicit quia fatale erat, vt Delphis occideretur, vnde Eurip. in Oreste, Θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει. Quia verò ad Apollinis aram occisus est, vt Priamus ab ipso ad Iouis Hercei aram, inde dicta τίσις Νεοπτολέμειος, vbi quis idem patitur, quod in alios fecit. vide *Mali retaliatio* in adag. Erasmi.

ἔχρῆν δέ τιν'. Non est αἰτιολογία præcedentis sententiæ: ideóque expono *autem*, non *nam*. Est autem vna ex causis cur Delphis cæsus fuerit Neoptolemus. Tres à Schol. disertè proponuntur. Prima quia id in fatis erat, vt superiori annotatione dictum. Secunda quia conueniebat, vt aliquis ex Aeacidis cum Apolline habitaret. Tertia quia oportebat vt ex illis aliquis sacrorum, an rectè fierent, inspector esset.

ἔνδον ἄλσει. Asclepiades, teste Schol. dicit omnes poëtas conuenire de morte Neoptolemi, eúmque à Machæreo interfectum fuisse. Ac primùm quidem sub limine fani sepultum: deinde à Menelao illuc profecto intus delubrum ipsum translatum. Vide etiam Pausaniam in Phoc. θεοῦ δόμον intellige τὸν ναόν.

ἡρωΐαις. Erat heroum festum epulum & solennitas Delphis, quam Heroicas pompas poëta vocat. Etenim huic interesse solis heroibus licebat, qui ab ipso Deo conuocari videbantur. Hæ pompæ, seu πανηγύρεις vocantur πολύθυτοι, quia in ijs multæ victimæ mactabantur. πολύθυτον ἔρανον vide Pyth. 5.

θεμίσκοπον. Schol. exponit δίκαιον ἔφορον. Nam θέμις est δίκη, & σκοπεῖν est ἐφορᾶν. Videtur autem hoc honore post mortem affectus Neoptolemus, quòd cùm viueret, non potuisset ferre illam sacrificulorum ἀσχημοσύνην, qui certatim carnes rapiebant.

ἐυώνυμον ἐς δίκαν. Præſcindit defenſionem cædis Neoptolemi: quam cùm paſſus ſit cùm prohiberet illam in ſacrorum direptione ἀσχημοσύνην, honeſta cenſenda eſt, ac proinde non opus eſt vt multis verbis excuſetur. Interim ad huius laudem ſufficere innuit, ſi hoc tantummodo dicat, videlicet, eum ſacris hiſce heroicis fideliter præeſſe.

τρία ἔπεα. Hæ ſunt non ſolùm tres illæ enumeratę cauſæ: ſed etiam ſequentis coli affirmatio, οὐ ψεῦδις. &c. Nam paucis verbis rem totam explicant. Et τρία ἔπεα prouerbialiter dicimus, pro *ſimpliciter & paucis.*

ὁ μάρτυς. Nonnulli pro μάρτυς legunt μάντις. Sed huic lectioni præferenda videtur illa. οὐ ψεῦδις, pro ἀψευδής: vt alibi dixit, ἀψευδεῖ πρὸς ἄκμονι. Et poët. eſt ψεῦδις, pro comm. ψευδής.

Αἴγινα. Apoſtrophe ad Aeginam Nympham, in qua digreſſionem de poëtices dignitate finiens, regreditur ad Aeginenſes: quos quia aliàs fusè laudauit, nunc tribus verbis commendat, ne tædium pariat. Porrò Aeacidæ, ſiue Aeginetæ, dicuntur Iouis & Aeginæ ἔκγονοι: quoniam ad hos parentes genus referebant.

θρασύ μοι τόδ' εἰπεῖν. Hoc eſt, θρασέως ſeu θαῤῥῶν αὖ εἴποιμι τόδε, τέων Διός τε ἐκγόνων, κυρίαν ὁδὸν λόγων οἴκοθεν γενομένην λαμπραῖς ἀρεταῖς. Innuere vult ſe confidenter illos ob propriā, non aſcititiam virtutem laudare: quam vnicam laudē, vt ſummam, breuitatis cauſa proponit. Idcirco non intellecta Pindari mente Schol. θρασύ, exponit ἀδύνατον καὶ τολμηρὸν, ὡς οὐ δυνησομένου θρασέως τὴν τῶν Αἰακιδῶν ἀρετὴν διεξιέναι, πολλοῖς γὰρ ἀνήνυτον.

οἴκοθεν ſubaudi γενομένην: vel quid eiuſdem ſignificationis.

παράφρασις.

natiuis ac domeſticis virtutibus inclaruiſſe, eáque via propria familiæ nominis celebritatem obtinuiſſe. Sed à laudandis illis iam antè multum laudatis, ne ſim tędioſus, in pręſentia mihi tempero, & laborem hunc paulum intermitto. Etenim in omni re grata eſt ceſſatio & requies. Et rerum iucundiſſimarum, vt pote veneris & mellis, ſic & laudum ſatietas paritur. Neque ſingulorum multiplicem indolem ac naturalem propenſionem referre vacaret: qua fit vt cùm alius alij ſorti ſit obnoxius, vitæ

ἀντιστρ. κῶλ. ιβ.

φαενναῖς ἀρεταῖς ὁδὸν κυρίαν λόγων
οἴκοθεν. ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις
ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ. Κόρον δ' ἔχει
καὶ μέλι, καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' ἀφροδίσια.
φυᾷ δ' ἕκαστος διαφέρομεν βιοτὰν, λαχόντες
οἱ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι. τυχεῖν δ' ἕν' ἀδύνατον
εὐδαιμονίαν ἅπασαν ἀνελόμενον. οὐδ' ἔχω
εἰπεῖν τίνι τοῦτο μοῖρα τέλος ἔμπεδον

μετάφρασις.

*illuſtribus virtutibus viam propriam ſermonum domo* ſtratam eſſe. *Sed requies in omni dulcis opere: ſatietatémque habet & mel, & ſuaues flores venerei. Naturali autem propenſione vnuſquiſque differentem habemus vitam, ſortiti alij hæc, alij illa. Impoßibile autem eſt vnicum eſſe cui contingat fælicitatem omnem adipiſci. Nec poſſim dicere cui-*

instituto finguli differamus: variámque fortunam experiamur. Fieri autem non poteft vt vnus aliquis perfecta fœlicitate omnibus in rebus potiatur, quantumuis magno ftudio eam adipifci contendat: nulliúfque mihi fuppetit exemplum, cui ftabilem illam ad extremum Parca præftiterit. Quod autem ad te attinet Theario, tempore opportuno fœlicitatem tibi Parca, fi non omnem, faltem tempeftiuam

ὤρεξε. Θεαρίων, τὶν δ' ἐοικότα καιρὸν ὄλβυ

*nam Parca hanc perfectionem ftabilem præbuerit. At tibi Theario conuenientem opportunitatem fœlicitatis*

ἀλλὰ γὰ. Prima ratio cur fibi temperet à prolixiori Aeacidarum encomio: videlicet, quia ceffatio in omni opere eft iucunda.

κόρον δ' ἔχει. Secunda ratio: quia rerum iucundiffimarum oritur fatietas. Etenim quanquam nihil eft iucundius quàm infignes viros laudare, eorúmque laudes audire; feruandus tamen eft modus. Petita autem eft fententia ex Homero, qui ait

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνυ, καὶ φιλότητος,
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Similem fententiam in Pluto, habet Ariftophanes.

φυᾷ δ'. Tertia ratio: quia multiplicem vniufcuiufque indolem recenfere foret operofius. Interim gnomen habemus infignem, qua varietas indolis humanæ indicatur: qualis iam antè occurrit. μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελέτα.

τυχεῖν δ'. Adiungit hoc varietati ftudiorum: quæ cùm fit in hominibus, fieri non poteft vt vnus in omnibus excellat: vnde Homer. 4. Il. Ἀλλ' ὅπως ἅμα πάντα δυνήσεαι αὐτὸς ἑλέσθαι. Inde detorquet cautè in fortunam, quæ nemini profpera in omnibus contigit. Data fortaffe opera, vt tacitè excufet Aeginetas & Aeacidas quibus aliquid finiftri aliquando acciderit.

Θεαρίων. Apoftrophe ad Thearionem Sogenis patrem: in qua eiufdem fœlicitatem prædicat, qua diuinitus eft potitus, fortè quia in fenio habuit Sogenem filium, quem poftea vidit coronatum: magno grandioris fuæ ætatis folatio.

παράφρασις. — ἐπῳδ'. κῶλ. ζ. — μετάφρασις.

impertit, cui iam feni natus eft Sogenes, ífque iuuenis Nemeorum victor renunciatus: quíque vir fortis es & prudens, magno quidem animo ad res præclaras fufcipiendas, & prudenti mente ad earum executionem promouendam, & exitum prouidendum. Hæc autem mea laus fufpicione caret. Etenim

δίδωσι. τόλμαν τε καλῶν ἀράμενον,
συνέσις οὐκ ἀποβλάπτει φρενῶν.
ξεῖνός εἰμι σκοτεινὸν ἀπέχων
ψόγον. ὕδατος ὥτε
ῥοὰς, φίλον ἐς ἄνδρ' ἄγων
κλέος ἐτήτυμον αἰνέσω,

*tribuit: & te honeftorum audaciam fufcipientem prudentia non obledit mentis. Hofpes fum, tenebricofum fummouens vituperium. Aquæ velut puræ riuos, amicum ad virum afferens decus verum, laudabo. Com-*

ſum peregrinus : ideóque nulla eſt anſa vituperandi me, quòd aliqua ratione adductus eum immeritum laudem. Hoc autem ſum ingenio, vt vel amicum laudaturus, encomio meo nihil commentitij permiſceam, ſed genuinas tantùm rectè factorũ laudes, tanquam aquæ purę limpidos riuos ad decus ipſi conciliandum deducam. Viris autem generoſis laus debetur, tanquam virtuti accommodata merces.

ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗ-
τος.

*moda enim eſt bonis merces hæc.*

τολμαν τε. Poſt tacitam Thearionis commendationem à tempeſtiua illa fœlicitate, apertè eum laudat à fortitudine, & prudentia. Quæ duæ virtutes coniunctæ virum perficiunt. Rectè autem cum Aldo, pro ἀποβλέπει legitur ἀποβλάπτει, vnde & Schmidius pro ἀφαμβώς rectè reſtituit ἀεράμβων. Vt ſit hæc constructio: σύνεσις τε φρενῶν οὐκ ἀποβλάπτει ἀεράμβων τόλμαν καλῶν.

ξεῖνος εἰμι. Apologia qua ſuum encomium defendit ab omni adulationis ſuſpicione. Argumentum ab eo ſumit quòd ſit peregrinus, qui nulla de cauſa velit plus tribuere Thearioni, quàm mereatur. Cùm contrà faciant ciues & vicini. Vide paraphraſin.

ὕδατος ὥτε. Aliud argumentum ab ingenij ſui ſynceritate, quæ ea eſt vt vel amicum, veris tantùm laudibus proſequi ſoleat. Porrò locus hic ita conſtruendus. κλέος ἐτήτυμον ὥτε ῥοὰς καθαρὰς ὕδατος ἐς ἄνδρα φίλον ἄγων, αἰνέσω αὐτόν. Sic ſenſum habes clariſſimum.

ὥτε Poët. pro comm. ὥστε. vt & ὥπερ. pro ὥσπερ: vt docet Euſtathius. Vide hanc comparationem in paraphraſi explicatam.

ποτίφορος. Dor. & poët. pro προσφορος vt Od. 3. Nem. ποτίφορον κόσμον dixit. ἀγαθοῖσι, hoc eſt, ἀνδρείοις. Gnome hæc eſt qua gloriam & laudem dicit eſſe τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι μισθὸν ἐπιτήδειον.

παράφρασις.

Quòd ſi aliquis ſupra Ionium mare verſus Septentrionem habitans, hîc adeſſet Epirota, Achæus etiam dictus, quia Achæi Theſſalici Neopolemo duce in Epirum migrarunt, non reprehenderet me, quòd Neoptolemum ob Delphici templi compilationem cæſum fuiſſe dixiſſem. Cõfido autem vnumquemque ea in ſententia de me futurum, quòd cùm iure hoſpitij cum Aeacidis & eorum poſteris vtantur Thebani, veriſimile non ſit me The-

στροφὴ δ. κῶλ. ιβ.

ἐὼν δ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ μέμψεταί μ' ἀνήρ,
Ἰονίας ὑπὲρ ἁλὸς οἰκέων.
καὶ προξενίᾳ πέποιθ'. ἔν τε δαμόταις
ὄμματι δέρκομαι λαμπρὸν, οὐχ ὑπερβάλλων,
βίαια πάντ' ἐκ ποδὸς ἐρύσαις. ὁ δὲ λοιπὸς εὔφρων
ποτὶ χρόνος ἕρποι. μαθὼν δέ τις ἂν ἐρεῖ,
εἰ παρ μέλος ἔρχομαι,
ψέγιον ὄαρον ἐννέπων.
Εὐξενίδα πάτραθε Σώγενες ἀπομνύω

μετάφρασις.

*Exiſtens autem propè Achæus non reprehendet me vir, Ionium ſuper mare habitans: & amicitia hoſpitali fretus ſum: & inter populares ſum aſpectu ſplendido, non excedens modum, violẽta omnia à pede remouens. Sed ſequens lætum adueniat tempus. Qui autẽ me norit, dicet an decorum prætergrediar,*

banum, offendere voluisse Aeacidam virum. Præterea quòd candido sim animo, vt ex vultu & oculo colligere est, quo semper sereno inter ciues meos versor, nulla in re modum excedens, omnémque iniuriæ speciem procul à me summouens. Cuius candoris mihi sum conscius, quémque in posterum lætus seruabo. Denique quòd quicunque bene me nouit, dicere possit me neminem præter decorum & importunè vituperare solere. Iam verò quod ad te attinet Sogenes, iuro me veritatis terminum non prætergressum, celeris meæ linguę pręconium, tanquam iaculum ferro cuspidatum in te vibrasse.

μὴ τέρμα προβὰς, ἄκονθ' ὥς-
τε χαλκοπάραον, ὄρσαι

*vituperatorium sermonem proferens. O Sogenes ab Euxeni familia oriunde, iuro me non progreßum vltra terminum, iaculi instar æreas malas habentis, vibraße*

ξεῖν' ἐγγύς. Quoniam Pindarus Delphis pæana scribens dixit Neoptolemum ἀμφιπόλοισι μαρνάμενον μυρίαν περὶ τιμᾶν ἀπολωλέναι, ideo de ipso Epirotæ conquerebantur, ac si dicere voluisset eum cæsum fuisse, quòd Delphicum templũ compilaret. Hinc fit vt apud ipsos se purget. Primùm à iure hospitij. Non enim verisimile est Pindarum Thebanum, cùm inter Thebanos, & Epirotas Aeacidarum posteros mutua hospitalitas viguerit, Neoptolemi cædem ad illi obtrectandum commemorare voluisse. Deinde à candore animi sui. Talem autem esse se probat, primum à testimonio ciuiũ, inter quos est semper aperto vultu: deinde à propria conscientia, quam vt anteacta in vita puram, talem etiam in pòst agenda optat seruare. Tertiò à notorum testimonio.

Ἀχαιὸς ἀνήρ. Vir Achæus, est Epiro᾽ 1 aliquis. Etenim Achæi qui Thessali sunt, ducem Neoptolemum sequuti in Epirum migrarunr, & in Molossia habitarunt. Ijdem & Myrmidones, & Hellenes, & Achæi dicti sunt, teste Homero Il.β.v.654.

Ἰονίας ὑπέρ. Suprà Od.4.str.3.poëta Neoptolemum ad Ionium mare habitasse dixit. Vide locum.

δαμόταις. Dat.plur.à δαμότης Dor.pro comm. δημότης *popularis*. ὄμματι δέρκομαι λαμπρόν, verbatim exponas, *oculo intueor splendidum*: hoc est, *sereno sum aspectu*. Signum autem candoris hinc capi potest. Nam qui contrario sunt aspectu, vario sunt & versipelli animo.

ἐκ ὑπερβάλλων. Hoc est, *modum non excedens*: ac proinde æquabilitatem seruans. notandum geminum λλ non facere positionem.

βίαια πάντα, &c. Hoc est, μακράν μου χωρίσας ἅπασαν ὕβριν καὶ βλασφημίαν. Vel τὰ βιαστικὰ πάντα ἐκ ποδῶν μου ἄρας. Aeol.est ἐρύσαις pro comm. ἐρύσας.

ὁ δὲ λοιπός. Hoc est, ὁ δὲ λοιπός μου βίος οὕτω μετ' εὐφροσύνης συμπαρανθείη. Votum quo eâdem qua antè conscientia vitam cupit transigere reliquam. ποτὶ est Dor. pro πρὸς: & tmesis, pro προσέρποι.

μαθὼν δέ τις. Hoc est, ὁ με γνοὺς εἴποι ἂν τις εἰ ἀκαίρως εἴωθα ψέγειν τινα. Hic intelligit eum cui ex familiari commercio notus esse potest intus & in cute. Solet autem familiaribus nostris nostrum ingeniũ statim quale sit innotescere. Quid sit παρ μέλος, vide in Adag. Et ψέγιον sume pro ψόγιον, hoc à ψόγος, *vituperium*: illud à ψέγω, *vitupero*.

Εὐξενίδα. Eandem ingenij ſui ſinceritatem in Sogenis laudibus ſeruaturum ſe pollicetur. Idque allegoricè dicit ſumpta metaphora à iaculatoribus, vt ſolet quum de ſuo carmine loquitur. Iurat itaque ſe non facturum vt iaculatores qui ſagittam trans ſcopum mittunt: *hoc eſt*, ſe nihil præter veritatem dicturum. Porrò Εὐξενίδα eſt vocatiuus nominis Εὐξενίδας. Dor. pro Εὐξενίδης. Quod nomen erat familiæ vnde ortum duxit Sogenes: ab Euxeno quodam Aegineta. Cùm autem aliæ interpretationes ſtare non poſſint, in eas perceptu faciles, vel mediocriter Græca callenti, nihil dicam.

πάτραθε. Reiecto ν. pro πάτραθεν. Hoc eſt, ἀπὸ τῆς πάτρας. i. τῆς φατρείας. Porrò χαλκοπάραος iam occurrit Od. 1. Pyth.

παράφρασις.

Qui priuſquam meridianus æſtus ingrueret, & ſol ardentior in membra incideret, matutino ſtatim tempore tuos antagoniſtas ſuperaſti: quo factum eſt vt ſiccam ceruicem, & nullo ſudore deiectum robur luctationibus ſubduxeris. Quanquam non ſine labore rem geſſiſti, vnde plus voluptatis ex victoria percepiſti. Quiſquis autem es, qui me ſublata voce victorem altiùs decantare audis, nihil obſtes quominus illi gratioſum hymnum impertiam. Ego vtique non ægrè adducor ad deponendum victoribus honorificũ laudis pignus. Quare animi mi noli leuem coronam cuiquam nectere, & à vulgari laudatione abſtine. Solet Muſa firmam ex auro coronam connectere, eíque album ebur, & ſuauem coronarij roriſmarini florem decerptum inſerere, hoc eſt, encomijs ſplendidis fortium virorum res bene geſtas ornare.

ἀντιστρ. κῶλ. ιβ.

θοὰν γλῶσσαν, ὃς ἐξέπεμψας παλαισμάτων
αὐχένα καὶ σθένος ἀδίαντον,
αἴθωνι πρὶν ἁλίῳ γυῖον ἐμπεσεῖν.
εἰ πόνος ἦν, τὸ τερπνὸν πλέον πεδέρχεται.
ἔα με· νικῶντί γε χάριν,
εἴ τι πέρ ἄν γ' ἀερθεὶς
ἀνέκραγον. οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν.
εἴρειν στεφάνους ἐλαφρόν, ἀναβάλλεο. Μοῖσά τοι
κολλᾷ χρυσὸν, ἔν τε λευκὸν ἐλέφανθ' ἁμᾶ,
καὶ λείριον ἄνθεμον ποντίας ὑφελοῖσ' ἐέρσας.

μετάφρασις.

*celerem linguam* de*te, qui emiſiſti ex luctationibus ceruicem, & robur ſudore non aſperſum, ardentem priuſquam in ſolem membra inciderent. Si labor fuit, delectatio* eo *maior accedit. Sine me, victori gratiam, ſi quid in altum ſublatus, vociferatus ſum.* Non *aſper ſum ad deponendum encomium. Nectere coronas leuiter, omitte. Muſa vtique conglutinat aurũ, & inſerit candidum ebur ſimul, & ſuauem florem à marino decerptum rore.*

ὃς ἐξέπεμψας. Continuatio apoſtrophes ad Sogenem, vbi oſtendit non ſolùm quo genere certaminis, ſed etiam quàm facilè antagoniſtas vicerit. Vide ſenſum in paraphraſi. Hoc autem in 3. perſ. legit Schol. ſed incommodiùs.

σθένος ἀδίαντον. Hoc eſt, ἄνευ ἱδρῶτος. Aiunt Sogenem nullo negotio viciſſe: quia cùm aduerſarios iaculo ſtatim ſuperaſſet, illi de victoria deſperantes in cæteris pentathli ſpeciebus cum ipſo congredi noluerunt: ideóque victorem proclamatum

proclamatum & coronatum ilico fuisse. ἀδίαντος fit ab α priuat.& διαίνω.

αἴθωνι πρὶν. Hypallage,pro πρὶν ἥλιον αἴθωνα γυίῳ ἐμπεσεῖν. Item γυῖον synecdochicè pro σῶμα. Hic obseruat Schol.luctatores in sole diu commorari solitos, & sub eo luctantes fatiscere. Hoc incommodo non laborauit Sogenes, quia negotium ante id temporis exegit.

εἰ πόνος ἦν. Hoc est, ἐπεὶ δ' γεγόνηται πόνος ἐν τῷ ἀγωνίζεσθαι, ἐγένετο καὶ μείζων ἡ ἐκ τῆς νίκης ἡδονή. Hoc addit ne videatur citra laborem obtinuisse victoriam. Quanquã enim sine sudore vicit, hoc factum est in primis quia hoc præstitit antequam feruerent radij solis. Quòd si facilè profligauit antagonistas,hoc ab ipsius tum robore,tum dexteritate manare potuit.

τὸ τερπνὸν πλέον. Quo maior est labor,eo maior voluptas accedit. Porrò innuit Laboris comitem esse oblectationem. Vnde dixit stro.2.10. Ol. Od. ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες.

πεδέρχεται. Aeol.pro μετέρχεται. Nam Aeoles præposit. μετ' mutant in πέδα. De hac re vide Od.12.Olymp.in πεδαμείψαι.

ἔα με νικῶντι. Apostrophe ad eum qui sit huius encomij lector vel auditor:vt patiatur hunc à se proficisci hymnum altiori voce sonantem. Porrò χάειν intellige χαείεντα ὕμνον,& subaudi φέρειν,vel tale quid.

οὐ τραχύς. Testatur se promptum esse ad laudem virorum fortium. καταθέμεν transfertur ab ijs qui pignus deponunt:& hoc dicitur pro ἐγκώμια θέσθαι.

εἴρειν. Apostrophe ad seipsum, vt non leuibus laudibus victorem eximium decoret. Nam εἴρειν στεφάνοις allegoricè est sumendum,& στεφάνους, pro eo quod alibi dicit στεφάνωμα δόξας. Vult hoc sibi poëta, τοῖς κατορθώμασιν ἐλαφρὸν ἐγκώμιον συντιθέναι περιττὸν, ἀλλὰ μέγα ἐφαρμόζε. Vel μηδὲν ἐλαφρὸν περὶ τῶν νικηφόρων λέγε.

μοῖσα τοι. Tacita ratio cur nihil humile loquatur in laudibus victoriosorum. Nempe quia Musa τοὺς ἐπαινουμένους ποικίλως κοσμεῖ. Hoc est, *eleganti hymno victores ornat*. Quod sibi vult poëta per aurum,ebur,& rorem marinum,è quibus rebus pretiosis coronæ contexebantur. Pro λευκὸν quidam habent χαλκόν.

λείριον ἄνθεμον. Illud adiectuè,hoc substantiuè sumas,& ἄνθεμον tibi sit idem ac ἄνθος: & λείριον idem ac προσηνές,vel ἡδύ. Nam apud Apollonium λείριος Απόλλων, *suauis Apollo* vocatur, Suidæ λειρόφθαλμος exponitur ὁ προσηνεῖς ἔχων ὀφθαλμούς. Et apud Hesychium λείριος etiam est ἰσχνὸς & ὠχρός. Flos autem rorismarini est albus seu pallidus:ita vt vel suauem,vel album rectè exponere possis. Qui λείριον hic *lilium* exponunt, grauiter errant.

ποντίας ἐέρσας. Hoc est, δρόσου ποντίας. Scholiastes à nonnullis κουράλιον intelligi dicit, quod est instar plantæ in aquis, vnde detractum lapidescit solis & ambientis aëris causa, cùm antea molle esset. Ab alijs purpuram. Sed quid obstet quominus hoc simpliciùs sumatur pro ea planta quæ λιβανωτὶς appellatur, & qua ad nectendas coronas vtebantur, non satis video: siquidem hoc verisimilius multò videtur poëtam eò respicere voluisse, quum *rorem marinum* dixit.

παράφρασις.

Age verò hac occasione, duplici nomine Iouis mentionem facito, dum placidum celebrium hymnorum sonum voluis: tum quia de Nemeis agitur, quę certamina ipsi sunt sacra: tum quia victor Aeginensis laudatur. Decet autem in hoc solo Aeginetico, illũ Deorum regem voce mansueta decantare: quandoquidem illius recepto semine, vt aiunt, Aegina Aeginensium authorem Aeacum peperit:

ἐπῳδ. κῶλ. ζ.

Διὸς δὲ μεμναμένος ἀμφὶ Νεμέᾳ,
πολυφάτων θρόον ὕμνων δόνει
ἡσυχῇ. βασιλῆα δὲ Θεῶν
δάπεδον πρέπει ἂν τόδε γαρυέμεν ἡμέρᾳ
ὀπί. λέγοντι γὰρ Αἰακόν
μιν ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι,

μετάφρασις.

*Iouis autem memor,* quum *de Nemea* agitur, *celebrium sonum hymnorum voluito placidè. Regem autẽ Deorum solo conuenit in hoc prædicare mansueta voce. Aiunt enim eum seuisse Aeacum semine à matre recepto,*

Διὸς δὲ. Repetit apostrophen ad seipsum, quem hortatur vt Iouis mentionem faciat: quod dilucidè habes in paraphrasi.

πολυφάτων. Rectè ex Aldo sic legit Schmidius, & θρόον ante ὕμνων ponit ob metrum. Cæterùm πολύφατος ὕμνος iam occurrit Ol. Od. α. stroph. α. vbi vide nostram annotationem.

ἡμέρᾳ. Rectè obseruat Schmidius corruptum esse hunc locum. Et certè est tum ratione metri, tum vocabuli θευμερᾷ, quod Gręcum non est. Reperitur quidem θεύμορος sed nõ θευμερής: & multo minùs datiuus θευμερᾷ pro θευμερεῖ haberi potest. Ideóque legendum puto ἡμέρᾳ ab ἥμερος, vt respondeat τῷ ἡσυχῇ quod paulo antè habemus. Et videtur typographus lapsus esse faciliùs posito pro ἡμέρᾳ hoc θευμορᾷ potiùs quam εὐθρόᾳ vt legit Schmidius. Porrò ἂν pro ἀνὰ sume.

λέγοντι γὰρ. Ad Aeacum excurrit, & ostendit, postea familiarem & hospitem fuisse Herculis.

ματροδόκοις. A sing. recto ματροδόκος Dor. pro comm. μητροδόκος, hoc est, *qui matrem, vel propriam, vel alienam, humanitatis aut pietatis causa excipit.* Et hæc significatio est actiua. Sed hìc Pindarus istud vocabulum passiuè vsurpat, & γοναῖς μητροδόκοις dicit αἷς ἡ μήτηρ γαστρὶ δέδεκται. Itaque περιφραστικῶς hæc sententia est intelligenda. q. d. λέγουσι δὲ αὐτὸν Αἰακοῦ εἶναι πατέρα.

παράφρασις.

qui tecum, ô Hercules, celebris meæ patriæ, vide-

στροφὴ. ε. κῶλ. ιβ.

ἐμᾷ μὲν πολίαρχον εὐωνύμῳ πάτρᾳ

μετάφρασις.

*meæ quidem præsidentem illustri patriæ,*

licet Thebarum, tutor & præses esset, tuúsque hospes, & ex eodem patre frater, vir tui studiosissimus, vt pote hospitalitatis & sanguinis iure tibi coniunctus. Quæro autem, siquidem vir viro vti solet ad res vitæ necessarias, quid possimus dicere vicino esse vicinum qui constanti amore illum prosequitur. Dicemus vtique hoc esse gaudium alijs omnibus æquiparãdum meritò. Quoniam verò hoc ipsum vicinitatis gaudium potiori ratione præstat Deus, Sogenes generosum animum, quo est hac tenera ætate, fouens & sequens, quinetiã insistens tramiti maiorum, qui magna facinorum copia & præstantia claruerunt; tecum ô Gigantum domitor Hercules, fœliciter tanquam in paterna domo habitare vult.

Ἡράκλεες, σέο δ' προπρεῶνα
μὲν ξεῖνον ἀδελφεόν τ'. εἰ δ' γεύεται
ἀνδρὸς ἀνὴρ, τί φαῖμέν κε γείτον'
ἔμμεναι
νόῳ φιλήσαντά γ' ἀτενεῖ,
γείτονι; χάρμα πάντων
ἐπάξιον. Εἰ δ' αὐτὸ καὶ Θεὸς ἀν
ἔχοι,
ἐν τίν κ' ἐθέλει, γίγαν-
τας ὃς ἐδάμασας, εὐτυχῶς
ναίειν πατρὶ Σωγένης, ἀταλὸν ἀμ-
φέπων
θυμὸν, προγόνων εὐκτή-
μονα ζαθέαν ἀγυιάν.

*ô Hercules, tuum au-tem beneuolum hospi-tem & fratrem. Quòd si fruitur viro vir, quid dicemus vicinum esse vicino, animo diligen-tem constanti? Gau-dium* nimirum *omni-bus æquiparandum. Quòd si id ipsum etiã Deus præstet, tecum, qui Gigantas domui-sti, vult fœliciter ha-bitare*, tanquam *cum patre Sogenes, iuueni-lem fouens animum*, secundum *maiorum opulentum & diuinum tramitem.*

ἐμᾷ μ. Thebarũ principem facit Aeacum, honoris tantùm causa: siquidem is Aegineta fuit. Nisi iure hospitij & fraternitatis, quæ ipsi cũ Hercule intercessit, hoc illi tribuat. Porrò Schol. in textu legit πολύαρχον, vt reliquæ editiones, exceptis Aldina & Cratandrina, quæ habẽt πολίαρχον, sicuti Scholiũ: à quo exponitur hoc ἐμᾷ μ πολίαρχον, τῇ μ ἐμῇ πόλει βοηθόν. Ita vt videatur legisse potiùs πολίαρκον, à πόλις & ἀρκέω, τὸ βοηθῶ. Cæterùm si legamus πολίαρχον, compositum hoc, pro simplici ἀρχὸν, erit sumendum: quia sequitur vocabulum πάτρα: vt sic sensus se habeat, ἀρχὸν τῇ ἐμᾷ πάτρᾳ, *principem meæ patriæ*. Si legamus πολύαρχον, interpretabimur, τὸ πολλῶν ἀρχόν. Et hic sensus erit, nequaquam incommodus, ἐν ἐμῇ μ πάτρᾳ πολλῶν ἄρχοντα, *in mea patria multis imperantem*. Ita populosas innuet Thebas: quas & εὐώνυμον πάτραν appellat: quoniam ob heroas quos tulerunt, celeberrimæ euaserunt.

Ἡράκλεες. Meminit Herculis, inquit Schol. quia victoris domus vtrinque Herculeis delubris cingebatur.

προπρεῶνα. Hoc est, πρόθυμον. Pindaro peculiare vocabulum est προπρεών. Cuius etymon ducit Aemilius Portus à πρὸ præpositione, & nomine πρηών, ὄνος, *montis cacumen*: facta systole τοῦ η. Ita vt προπρεὼν & προπρηὼν idem significẽt, & exponantur, *pronus, procliuis, præceps, propensus*: metaphoricè, *promptus, alacer, benignus, & animo in aliquem propensus.*

εἰ δ' γεύεται. Quoniam laudaturus est Sogenem, eo quòd domum habeat intra delubra Herculis, amplificatione vtitur per comparationem. Nam si in vita humana bonus vicinus res est omnium iucundissima, potiori ratione Dei

vicinitas erit iucundiſſima, qui ad iuuandum promptior & potentior eſt homine quolibet. Hic autem ſermo conſtat ἐρωτήσει, & ἀποκρίσει.

τί φαῖμεν. Interrogatio vſque ad χάρμα: vnde ſubiectio inchoatur. De boni & mali vicini commodis & incommodis loquitur Heſiodus in ἔργ. & ἡμέρ. φαῖμεν, pro φαίημεν. Opt. Aor. 2. ἔφην.

γεύεται. Hoc eſt, ἀπολαύει, vt interpretatur Schol. ideóque verto *fruitur*. Aliàs legitur δεύεται, Aeol. dial. pro δεῖται: à δεύομαι, pro comm. δέομαι. Hac de re vide Adag. Eraſmi, titulo. *Malus vicinus*. Siue legas δεύεται, ſiue γεύεται, eôdem loci ſenſus redibit. Retineo tamen γεύεται, quia legitur à pluribus.

εἰ δ' αὐτό. Argumentum à minori ad majus. q. d. εἰ δὲ τοῦτο ἔχει οὕτως, ὅτι οἱ γείτονες μεγάλως ἀλλήλους φιλοῦντες ἀλλήλους ὠφελοῦσι, καὶ τοῦτο ἀγαθὸν ὁ Θεὸς γειτνιῶν καὶ φιλῶν μᾶλλον ἂν παρέχοι.

ἐν τίν. Hoc eſt, ἐν τῷ σῷ τεμένει, ὦ Ηράκλεις, ὃς ἐδάμασας τοὺς γίγαντας, ὁ Σωγένης βούλοιτο διαζῆν εὐτυχῶς. Gigantum domitor Hercules dicitur, quia γιγαντομαχία non ſine ipſo acta eſt. Vide Natal Comit. Porrò τίν Dor. eſt pro σοί. Et metonymicè dicitur, pro ἐν τῷ σῷ τεμένει.

πατρί. Intellige ὡς ἐν πατρί. Etiam metonymicè, pro ὡς ἐν τῷ τοῦ πατρὸς οἴκῳ.

ἀταλὸν θυμὸν ἀμφέπων. Hoc eſt, τὸν συγγενῆ θυμὸν, οἷον ἐν ἀταλῇ ταύτῃ ἡλικίᾳ ἔχει, θεραπεύων. Vt & in paraphraſi habeo. Videtur enim poëta laudare Sogenem ab εὐφυΐᾳ quæ iam ſui ſpecimina ederet in teneris annis, & quam fouendo augere vellet per reliquam ætatem. Porrò hîc Schol. à ſenſu aberrat, prout exponit.

προγόνων. Laudat eundem Sogenem ab imitatione maiorum. Etenim ἀγυιὰν προγόνων ἀμφέπειν, eſt, *maiores ſequi & imitari*. Illos interim laudat à præſtantia & multitudine rerum geſtarum, vti apparet ex his epithetis, ζαθέαν & εὐκτήμονα. Illud enim præſtantiam, hoc multitudinem denotat.

| παράφρασις. | ἀντισρ. κώλ. ιβ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Ideóque quemadmodum temo medius eſt inter quadrijugi currus iuncturas: ſic ille domum habet in medio tuorum delubrorum, ſiue à dextra, ſiue à ſiniſtra manu progrediatur. Quare cùm ea illius in te ſit pietas, ô beate Hercules, par eſt vt Iunonem, eiúſque maritum Iouem, cæſiíſque oculis virginem Mineruã, præcipuos Deos, ei eiúſque poſteris propitios reddas. Quod æquè tibi poſſibile eſt, atque identidem reme- | ἐπεὶ, τετραόροισιν ὥθ' ἁρμάτων<br>ζυγοῖς,<br>ἐν τεμένεσσι δόμον ἔχει τε-<br>οῖς, ἀμφοτέρας ἰὼν χειρός. ὦ μά-<br>καρ,<br>τὶν δ' ἐπέοικεν Ἥραν, πόσιν τε πει-<br>θέμεν,<br>κόραν τε γλαυκώπιδα. δύνα-<br>σαι δὲ βροτοῖσιν ἀλκὰν<br>ἀμαχανιᾶν δυσβάτων θαμὰ διδό-<br>μεν.<br>εἰ γὰρ σφίσιν ἐμπεδο-<br>σθενέα βίοτον ἁρμόσαις, | *Quoniam quadrijugis velut curruum in temonibus, in delubris domum habet tuis, ab vtraque manu procedens. O beate: te decet Iunonem, maritúmque eius flectere, puellámque cæſiam. Potes autem mortalibus remedium difficultatum inextricabilium frequenter dare. Vtinam ipſis* |

dia mortalibus ſuppeditare, quum ad difficultates inextricabiles rediguntur. Vtinam ipſis vitam robore conſtanti firmam accommodās, huic & in florēti iuuentute, & in lauta ſenectute fœlicitatem intertexas; huius verò natis, & ijs qui naſcentur ab illis, dignitatem conſerues, vnde eundem ſemper poſſideant honorem

ἥβᾳ, λιπαρῷ τε γήρᾳ διαπλέκοις
εὐδαίμον' ἐόντα. παίδων
δ' παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ

*ſtabile robur habentem vitam accommodans, iuuentuti lautaque ſenectuti intertexas fœlicem exiſtentem: filiorúmque filij habeant ſemper*

ἐπὶ τετραόροισιν. Per collationem exprimit quomodo Sogenes Herculis vicinus fuerit. q. d. ἐπειδὴ ὥσπερ ἐπὶ τετρώρων ἁρμάτων ὁ ῥυμὸς μέσος ἐστὶν, οὕτως ὁ Σωγένης οἶκον ἔχει μέσον ἐν τοῖς σοῖς τεμένεσιν, ἐξ ἀμφοτέρας τῆς χειρῶν τῆς δεξιᾶς καὶ τῆς ἀριστερᾶς πορευόμενος.

τετραόροισι ζυγοῖς. Per ζυγὰ τετράορα intellige iuncturas quadrigarum, inter quas medius eſt temo.

ἀμφοτέρας ἰὼν χειρὸς. Hoc eſt, *ab vtrauis manu incedens*, ſiue à dextra ſiue à ſiniſtra progrediatur Sogenes, ἐν τεμένεσι τοῖς δόμον ἔχει.

ὦ μάκαρ. Apoſtrophe ad Herculem, qua petit ab ipſo vt pro familia Sogenis interceſſorem apud Deos ſe præbeat: ſiquidem tenetur cultus à Sogene accepti memor eſſe & compenſator. Tres autē Deos nominat, vel vt præcipuos, vel vt patrios: ſcilicet Iunonem, eius maritum Iouem, & Mineruam.

πόσιν τε. Sæpe Iupiter apud Homerum περιφραστικῶς vocatur πόσις Ἥρης. Porrò κόρα γλαυκῶπις, eſt periphraſis Mineruæ, quæ Il. α. θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη appellatur. Quod epitheton γλαυκῶπις ipſi tribuitur, quia fingitur cæſijs oculis, ac proinde truci aſpectu: vnde & baſiliſci & leones, terribile animalium genus, cæſij dicuntur.

δύνασαι δ'. Ratio petitionis: ſcilicet quia cùm poſſit remedia mortalibus ad ſuperandas difficultates quæ videntur inextricabiles ſuppeditare: poteſt pariter alios Deos ijſdem propitios reddere.

ἀλκὰν διδόμεν. Hoc eſt, διδόναι ἀπάλλαξιν. Nam hic credebatur Ethnicis ἀλεξίκακος Θεός. Hic itaque ἀλκὰ Dor. pro ἀλκὴ, ſignificat βοήθειαν κακοῦ παυστικήν, & ἀλέξησιν, à verbo ἀλκῶ, τὸ ἀποσοβέω, ἀποδιώκω.

εἰ γὰρ. Votum quo petit ab Achille, primùm continuam per æuum omne fœlicitatem, deinde per longam nepotum ſeriem, idem decus ac Sogenes poſſidet. ἐμπεδοσθενέα βίοτον exponit Schol. βίον ἀσφαλῆ καὶ ἀδιάπτωτον, *vitam inoffenſam*. & ἁρμόσαις eſt particip. Aeol. pro comm. ἁρμόσας.

παίδων τε παῖδες. Hoc eſt, οἱ ἀπόγονοι. Hoc dixit fortè ad imitationem Homeri: Il. υ. v. 308.

καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Quem verſum ſic reddit Maro,

*Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.*

παράφρασις.

quem in præſentia habent; imò etiam in poſterum præſtantiorem. Ceterùm nunquam obijciet mihi mea conſcientia me Neoptolemo verbis aſperis detraxiſſe. Sed ter quatérque hanc aduerſus accuſatores meos apologiam reuoluere, eſt argumenti & verborum inopia laborare: & perinde facere atque is qui nugatorem & blateronem agens apud pueros, illud ipſis notiſſimum, videlicet Iouis Corinthus, tædiosè multoties repetit & regerit.

ἐπῳδ. κῶλ. ζ.

γέρας τόπερ νῦν, καὶ ἄρειον ὄπισθεν.
τὸ δ' ἐμὸν οὔ ποτε φάσει κέαρ
ἀτρόποισι Νεοπτόλεμον ἑλκύσαι ἔπεσι. Τὰ αὐτὰ
δὲ τρὶς τετράκις τ' ἀμπολεῖν,
ἀπορία τελέθει, τέκνοισιν ἅτε μαψιλάκας, Διὸς Κόρινθος.

μετάφρασις.

*honorem præſentem, & præſtantiorem deinceps. Meum autem cor nunquam dicet peruerſis Neoptolemum laceraſſe verbis. Eadem autem ter quatérque reuoluere inopia eſt, pueris velut nugas effutiens, Iouis Corinthus.*

τόπερ νῦν. Hoc eſt, τὸ παρόν. Nam articulus voci νῦν præpoſitus vim dat nominis adiectiui. Niſi hoc loco ſic explices τόπερ pro ὅπερ, & poſt νῦν ſubaudias ἔχουσι.

τὸ δ' ἐμὸν. Pindarus vt magis magíſque ſe purget apud Aeginetas, obiter repetit defenſionem: quam tamen prouerbiali ſententia ſtatim abrumpit.

τὸ δ' ἐμὸν. Q.d. τὸ ἐμὸν κέαρ οὔποτε φήσει μοι ὅτι εἵλκυσα κακολογίᾳ τὸν Νεοπτόλεμον. Vbi conſcientiam facit ſuæ innocentiæ hac in re teſtem.

ἀτρόποις. Hoc eſt, τραχέσι καὶ σκληροῖς. Nam ἄτροπος fit ex α priuat. & τρέπομαι. q. d. ὁ μὴ τρέπεσθαι δυνάμενος. Et metaphoricè ſumi poteſt pro *aſpero* & *duro*. Nam quod iſtiuſmodi eſt, vix verti aut flecti poteſt. Vel poëticè ἄτροπος, pro κακότροπος ſumi poteſt, hoc eſt *malis moribus præditus*.

τὰ αὐτὰ δὲ. Correctio qua tædioſam eiuſdem refricationem abrumpit. ἀμπολεῖν. per ſyncopen pro ἀναπολεῖν. Porrò melius metro conuenit, & ſenſui, vt cum Scholijs τὰ αὐτὰ legamus, quàm vel ταῦτα, vel τοιαῦτα cum alijs editionibus.

τέκνοισιν ἅτε. Parœmia eſt in eos qui eadem tædiosè repetunt: quam vide multis expoſitam in Adag. Eraſmi. Porrò μαψυλάκας malè ſcribitur, pro μαψιλάκας. Nam fit à μάψ, τὸ μάτην, vnde μαψίδιος, & à λακέω, *clamo, cano, ludo*. q. d. ὁ μὰψ λακέων, *qui fruſtra garrit*, ὁ μάτην φλυαρηθείς.

ΔΕΙΝΙΔΙ ΥΙΩ ΜΕΓΑ, ϛαδιεῖ.

DINIDI FILIO MEGAE, ſtadij curſori.

ΕΙΔΟΣ Η.

ODE VIII.

## ARGVMENTVM.

*AEgineta Dinis laudatur à forma, à ſtadij curſu quo vicit, ídque Dei beneficio. Tum excurrit in locum de inuidia vbi ſuos & Dinidis æmulatores ſugillat. Ac poſtea concludit commendatione poëtices, quæ viros præclaros donat nominis immortalitate, & labores reddit dulciores.*

παράφρασις.

O veneranda florentis ætatis pulchritudo, quæ velut præco aliquis, dulcium inſtar ambroſiæ amorum Veneris tempus denuntias, quum & puellarũ, & adoleſcentum decoris oculis & faciei inſides: aliũ quidem blandis neceſſitatis à natura inditæ, ſcilicet ad honeſtam & legitimam generis propagationem, blandis, inquam talis neceſſitatis manibus geſtas, & ad amandum impellis: alium autem alijs vt pote violentis, potiſſimùm ad libidinis expletionem trahis. Verùm res eſt optabilis, opportunitatem captando, quæ in omni negotio eſt obſeruanda, noſſe ab indecentibus amoribus abſtinere, eóſque qui ſunt honeſti, conſequi poſſe.

ϛροφὴ α. κῶλ. θ.

Ὥρα πότνια, κάρυξ
ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων,
ἅτε παρθενίοισι καὶ παίδων ἐφιζοι-
σα βλεφάροις, τὸν μὲν, ἁμέροις
ἀνάγκας
χερσὶ βαϛάζεις, ἕτερον δ' ἑτέραις.
ἀγαπατὰ δὲ καιροῦ μὴ πλαναθέν-
τα, πρὸς ἔργον ἕκαϛον,
τῶν ἀρειόνων ἐρώ-
των ἐπικρατεῖν δύνασθαι.

μετάφρασις.

*Pulchritudo venerabilis, præco dulcium inſtar ambroſiæ amorum Veneris, quæ virgineis & puerorum inſidens palpebris, alium quidem mitibus neceſſitatis manibus geſtas, aliũ autem aliјs. Optabile eſt autem ab opportunitate non aberrantem, ad opus quodlibet, præſtantioribus amoribus potiri poſſe.*

Δείνιδ. Vbique in titulo legitur Δεινία, tanquam à recto Δεινίας: ſed in textu

habemus Δείνιδος in genit. tanquam à Δεῖνις. Ideóque videtur in titulo ſcribendum Δείνιδι. Hic Dinis fuit Aegineta, Megæ filius, ſtadij curſor & victor in Nemea.

ὥρα πότνια. Exordium ab apoſtrophe ad Pulchritudinem, cuius occaſionem ſuppeditauit forma pulcherrimi iuuenis huius Dinidis. Fingit autem poëta Ὥραν veluti Deam aliquam, quæ pulchritudinem tribuat. πότνια dicitur, ſeu veneranda, ſeu expetenda, quoniam forma eſt ex bonorum numero: κάρυξ φιλοτάτων, quoniam pulchritudo τ' ἀκμῆς, nubiles annos adueniſſe denuntiat. παρθενίοις παίδων τ' ἐφίζοισα βλεφάροις: quia vtrique ſexui ineſſe ſolet, ſedémque in facie, prępuè verò in oculis habet.

ἀμβροσιᾶν Genit. Dor. pro ἀμβροσιῶν: quod neque ἀθανάτων rectè exponunt Latini interpretes plerique: neque θαυμαστῶν Schol. Etenim ἀμβρόσιος hîc eſt potiùs, *dulcis inſtar ambroſiæ.*

παρθενίοισι καὶ παίδων βλεφάροις. Sic loquitur per ἰσοδυναμίαν poſſeſſiui pro genit. παρθένων καὶ παίδων, vel genit. pro poſſeſſiuo παρθενίοισι καὶ παιδικοῖς. In βλεφάροις ſynecdoche eſt partis, pro tota facie.

ἁμέροις ἀνάγκας χερσί. Diſtributio effectuum formæ, qui duo exprimuntur, ſcilicet, honeſtus licitúſque amor, inhoneſtus & illicitus. Quando de honeſto & licito agitur, ὥρα rectè dicitur, mitibus neceſſitatis manibus amatorem geſtare, ὅτι ἐξ ἀνάγκης ἡμῖν ἔρωτες παραγίγνονται, vt ait Schol. Hæc autem neceſſitas eſt ſecundum naturam: quę blandè ad honeſtum & licitum amorem ducit: contrà verò βιαίως ad illicitum.

ἁμέροις. In communi genere ſumitur ἥμερος *blandus, mitis, manſuetus:* cui cùm opponatur, vel σκληρός, vel βίαιος, hic ἑτέραις, expono vel σκληραῖς, vel βιαίαις χερσί.

ἀγαπατὰ δ'. Commendat delectum honeſti amoris, cuius opportunum tempus captare poſſe, iucunda res eſt. Aduerbium eſt ἀγαπατὰ Att. pro ἀγαπητόν: ſicut πότερα πότερον. Et Dor. pro ἀγαπητά.

πρὸς ἔργον ἕκαστον. Ellipticam orationem hanc eſſe puto, & ſubaudiendum φυλακτέα: vt hic ſit ſenſus, ἀγαπητὸν δ', μὴ πλανηθέντα καιροῦ πρὸς ἔργον ἕκαστον φυλακτέου, ἐπιτυχεῖν ſeu ἐπικρατεῖν δύνασθαι τ' ἀρείονων ἐρώτων. vide paraphraſin.

παράφρασις.

Quales vtique fuerunt illi qui Iouem ad Aeginæ complexus impulerunt: ſi-quidem illum cum ea copularunt, non tam vt pulchritudinis eius florem decerperet, quàm vt ex ea prolem, quod Veneris eſt donum, ſuſciperet. Itaque cùm ętatis opportuno tempore amores

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

οἷοι καὶ Διὸς Αἰγί-
νας τε λέκτρον ποιμένες ἀμφεπό-
λησαν
Κυπρίας δώρων. ἔβλαστεν δ' υἱὸς
Οἰνώ-
νας βασιλεὺς, χειρὶ καὶ βουλαῖς ἄρι-
στος.
πολλά νιν πολλοὶ λιτάνευον ἰδεῖν

μετάφρασις.

*Quales etiam Iouis Aeginæque cubile cuſtodes circumuerſati ſunt Cypriæ donorum. Natus autem eſt filius, Oenonæ rex manu & conſilijs præſtantiſſimus. Multum eum multi*

pore amores istiusmodi lectum illornm circumuolitarent, satus est & natus filius Aeacus, Oenonę insulę, aliàs Aeginæ rex, fortitudine & prudentia præstantissimus : quem ob nominis claritudinem videre plerique multum optabant. Etenim lectissimi heroës eius vicini, quum Græcia siccitate laboraret, & ab oraculo Aeacus dictus esset omnium hominum dignissimus qui Iouem patrem exoraret, eius mandatis citra repugnantiam obtemperare, vltro parati fuerunt,

ἀβοατὶ γὰρ ἡρώων ἄωτοι
περιναιετάοντων
ἤθελον κείνου γε πεί-
θεσθ' ἀν ἀξίαις ἑκόντες.

*orabant videre. Sine pugna enim heroum flores circumhabitantium volebant illius parere dignitatibus voluntarij.*

οἷοι. Nimirum ἀρείονες ἔρωτες. Et hoc est exemplum honesti amoris. Porrò hi amores dicuntur ποιμένες metaphoricè. Nam vt pastor gregem, sic amor συνουσίας alit, regit, curat. Κυπρίας δῶρα sunt, *proles*. Nam à Venere genus hominum propagatur.

ἔβλαστεν δ' υἱός. Post hæc verba scribendum comma, & Οἰνώνας βασιλεὺς simul construendum. Quid sit Oenone alibi dictum.

χερσὶ καὶ βουλαῖς. Aeaci laus à fortitudine, & prudentia : nam illam *manus*, hanc *consilia* denotant. Fuit igitur Aeacus, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

πολλά νιν. Studio videndi Aeacum tenebantur lectissimi Græciæ Heroes, quia ab oraculo acceperant, eum esse dignissimum, qui pro siccitate illa qua grauiter laborabant, Iouem deprecaretur. Hac de siccitate dictum Nem.ε.

ἀβοατὶ γὰρ. Hoc est, ἄνευ βοῆς, ἢ μάχης. Dor. pro ἀβοητὶ. ex α priu. & βοή. *pugna*. Hîc significat, *sponte*, *vltro*.

πείθεσθαι ἀν ἀξίαις. Parati erant ad obtemperandum eius iussibus, siquid mandasset faciendum pro siccitate. Neque enim se imperio eius submittere illos voluisse verisimile est. Porrò ἀξίαις dixit vt alluderet ad oraculum, à quo Aeacus vnus habitus est ἄξιος qui pro Græcia hoc in negotio Iouem patrem exoraret.

παράφρασις.

tum qui asperarum Athenarum populum regebant, & remp. administrabant : tum Pelopidæ qui Spartam gubernabant. Vt autem illi pro vniuersæ Græciæ salute obtinenda supplices venerunt: sic ego nunc ad veneranda eiusdē Aeaci genua procumbo suppliciter orans, vt & suę vrbi dilectę Æginæ, hisque duobus ciuibus faueat,

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

οἵ τε κρανααῖς ἐν Ἀθά-
ναισιν ἅρμοζον στρατ.
οἵ τ' ἀνὰ Σπάρταν Πελοπηϊά-
δαι.
ἱκέτας Αἰακοῦ σεμνῶν γουνά-
των, πόλιός θ' ὑπὲρ φίλας,
ἀστῶν θ' ὑπὲρ τῶνδ' ἅπτομαι, φέ-
ρων
Λυδίαν μίτραν καναχηδὰ πεποι-
κιλμέναν, Δείνιδος δισσῶν στα-
δίων,

μετάφρασις.

*& qui asperis in Athenis ordinabant populum, tum qui in Sparta* erant *Pelopidæ. Supplex Aeaci veneranda genua chara & pro vrbe, & pro hisce ciuibus attingo, afferens Lydiam mitrā sonorè variegatam, Dinidis duplicium sta-*

Dinidi nimirum, eiúſque patri Megæ. Quod equidem eâdem opera facio, dum illis pro victoria gemina, quarum alter alteram diuerſis temporibus Nemeæi ſtadij curſu reportauit, hymnum affero Lydia harmonia cõtextum, eúmque varium ac ſonorum; quo tanquam pretioſo diademate redimiantur, & tanquam ſtatuæ monumento decorentur. Illo autem apud Iouem interceſſore vt illi, vti volo, quò fœlicitatem ipſis obtineat. Nam quæ fœlicitas à Deo plantatur, durabilior eſſe ſolet.

καὶ πατρὸς Μέγα Νεμέειον ἄγαλμα.
" σὺν Θεῷ γάρ τοι φυτευ-
" θεὶς
" ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτε-
" ρος.

*diorum, & patris Mega Nemeum ornamentum. Nam cum Deo plantata fœlicitas hominibus durabilior eſt.*

οἵ τε. Diſtributio, in qua nominat præcipuorum populorum legatos ad Aeacum: alij ſunt Athenienſes, qui extra Iſthmum: alij Lacedæmonij qui intra Iſthmum Peloponneſiacum habitant.

κρανααῖς. Epitheton Athenarum διὰ τὴν τραχύτητα, ſicuti κραναὴν Ἰθάκην, & Δῆλον appellat Homerus. Ἀθαναίαισιν Dor. & poet. pro Ἀθηναίαις comm. Rectè κραναὶ Athenæ dicuntur. Erat enim λεπτόγεως hæc terra, vt docet Galenus in orat. ad artes.

ἅρμοζον Dor. vel negl. augm. pro ἥρμοζον, & στρατὸν ſumit pro λαὸν vt alibi ſæpe. Porrò στρατὸν ἁρμόζειν eſt, vt rectè exponit Schol. τὸ πλῆθος ἐς συμφωνίαν ἄγειν. Soluta oratione hanc ſententiam exprimas. οἵ τε Ἀθηναῖοι, οἵ τε τὴν Λακεδαίμονα διῴκουν.

Πελοπηΐδαι. Sic ſcriptum legitur vbique. Niſi quòd nonnulli codices in margine habent Πελοπιάδαι: quod metri cauſa in verſu eſt habendum. Spartanos autem appellat Pelopidas: quia princeps illorum Menelaus, Pelopis fuit nepos: ſiquidem eius pater Atreus, Pelopis & Hippodamiæ fuit filius. Paſſim autem populum ciuitatis alicuius à familia Principis denominat poëta, vt Aeginetas ab Aeaco Aeacidas: quanquam non omnes eius ſunt ſtirpis.

ἱκέτας. Accommodatio exordij, vt ex paraphraſi videre eſt. Supplicat pro Aegina, ídque metonymicè, pro Aeginetis: Nam quũ pro vrbe ſupplicat, ſupplicat & pro ciuibus. Ideóque non exiſtimo ὑπὲρ τῶνδ᾽ ἀστῶν, de Aeginetis in genere: ſed peculiariter de hiſce duobus, Dinide & Mega, pro quibus hic hymnus eſt, accipiendum. Porrò ἱκέτας Dor. eſt pro ἱκέτης.

γονάτων. Sic legendum ob metrum. Solebant veteres ἅπτεσθαι γονάτων, eius ſcilicet genua tangere, à quo ſucceſſum fœlicem rerum petebant: vti petit poëta. Quando conſenſum, caput: quando auxilium, manus tangebant.

φέρων Λυδίαν μίτραν. Allegoricè innuit ποικίλον ὕμνον. Idque dicit, quia Lydij in Muſica fuerunt artificioſi, variúmque fuit melos Lydium. Pete ſenſum allegoriæ, ex paraphraſi.

καναχηδὰ Poët. aduerb. pro quo & καναχηδὸν, ſonorè: à καναχή. Hoc eſt, ἠχή, βοή, κτύπος: vel à καναχέω, τὸ ἠχέω.

διαυλῶν σταδίων. Hoc dicit, vel quòd διαύλῳ vicerit Dinis: vel quòd Dinis & Megas, ſinguli vnam victoriam ſtadio reportarint. Quæ poſterior ſenten-

tia mihi videtur vero magis conſentanea.

*νεμέειον*. Sic in nonnullis codicibus ad marginem ſcribitur : & propter metrum in textu ſcribendum hoc modo. *νεμέειον ἄγαλμα* interpretatur Schol. *τὸ γεγραμμένον ἐς νεμεακλὼ νίκλω ποίημα*. Erit *ἄγαλμα*, poëma quod ſit inſtar ſtatuæ, imò monumentum ſtatua potius, ſicut Nem. ε. hymnum ſtatuæ anteponit.

*σὺν Θεῷ γάρ τοι*. Ratio cur ſupplex ad Aeacum veniat. Nimirum quia cupit fœlicitatem Aeginetis eius opera obtinere, quæ quum à Dea data fuerit, futura ſit durabilior. Et hanc ſeriem ſermonis mihi videtur poſtulare mens authoris: & ij longiùs ab ea recedere, qui his verbis putant poëtam Dinidis victoriã Deo acceptam ferre. Nam ita connexionem verborum, & emphaſin coniunctionis, *γάρ τοι*, non inuenio. Cæterùm ita Aeacum, vel Deum facit: vel eo apud Iouem, vt prædicti Heroës, interceſſore vult vti. Iouis autem eſt impertiri fœlicitatem: vnde eius hymno Callimachus, *δίδου ἀρετλώ τε, καὶ ὄλβον*.

*ὄλβος*. Hæc vox, non diuitias, hoc loco, ſeu opes peculiariter ſignificat, quę tantùm pars eſt aliqua fœlicitatis, ſed fœlicitatem in genere.

*παρμονώτερος*. Per ſyncopen poëticam pro *παραμονώτερος*, à poſitiuo *παράμονος*, *durabilis, conſtans. παραμονὴ conſtantia.*

*παράφρασις.* — *στροφὴ β. κῶλ. θ.* — *μετάφρασις.*

Quæ fœlicitas à Deo cõceſſa Cinyram Cypri inſulę in ſinu Iſſico regem durabilibus diuitijs cumulatiſſimè auxit. Cuius hiſtoriæ narrationem, ego, qui alioqui ſum velocibus ad currendum pedibus, hoc eſt, ad dicendum promptus, hîc præcîdo : & priuſquam aliquid præterea dicã, paulum reſpiro, vt conſilium capiam. Etenim multi multa de ipſo hactenus dixerunt : quæ nota cùm ſint, tędiosè repeterem. At quæ publicè non innotuerunt, veluti inceſtum quem cum Myrrha filia commiſit, cõmemorare, non eſt conſultum. Noua autem aliíſque non nota comminiſci & examini ſubijcere, vt accuratè & planè explorentur, omnino periculoſum eſt: datúrque inuidis materia calumniæ, qua tanquam telo feriant. Inuidia autem ſolummodo bonos & fortunatos petit, cum deterioribus & fœlicioribus non contendit.

ὅσπερ καὶ Κινύραν ἔ-
βρισε πλέτῳ ποντίᾳ ἔν ποτε Κύ-
πρῳ.
ἵσαμαι δὴ ποσσὶ κούφοις, ἀμπνέων
γε
πρίν τι φάμεν. πολλὰ γὰρ πολλοῖς
λέλεκται.
νεαρὰ δ' ἐξευρόντα σαφῆ δόμε-
ναι
βασάνῳ ἐς ἔλεγχον, πᾶς γε κίν-
δυ-
νος, ὄπλον φθονεροῖσιν.
ἅπτεται δ' ἐσλῶν ἀεὶ,
χειρόνεσσι δ' οὐκ ἐρίζει.

*Quæ & Cinyram onerauit opibus marina quondam in Cypro. Conſiſto celeribus pedibus reſpirans priuſquã aliquid dicam. Multa enim à multis dicta ſunt. Noua autem cõminiſcentem accuratã dare examini ad explorationem, totum periculum* eſt, *telum inuidis. Attingit autẽ bonos ſemper* inuidia: *at cum deterioribus non contendit.*

*ὅσπερ*. Nimirum *ὄλβος ὁ σὺν Θεῷ φυτευθείς*. Vel etiam hic articulus ſubiunctiuus *ὅσπερ* referri poteſt ad *σὺν Θεῷ*. De Cinyra dictum Pyth. β.

ἔβρεισε πλούτῳ. Hoc eſt, πλουσιώτατον πεποίηκε. Et certè tantæ fuerunt Cinyræ opes, vt in prouerbium venerint: quod habes in Chil. Eraſmi.

ἴσαμαι δὴ. Præcidit hiſtoriam Cinyræ: in quam vniuerſam excurrere non vult, tum quia digreſſio longior eſſet, tum quia tædioſa eſſet repetitio eorum quæ ex multorum ſermonibus nota ſunt. Quod ſi quid de ipſo noui, hoc eſt, omnibus non noti proferre vellet, anſam calumniandi inuidis daret. Diceret enim aliquid quod vitio verteretur Cinyræ: quod quanquam verum eſſet, inuidi tamen falſitatis inſimulare poſſent. Senſum autem in paraphraſi dilucidè habes.

νεαρὰ δ᾽. Noua dicuntur, eorum reſpectu qui nihildum de ijs audiuerunt: & quæ vt vituperanda, in publicam notitiam non venerunt.

σαφῆ. Hoc vocabulum ad implendum verſum cum Schmidio addo, vt quod poëtæ menti quadrare videatur. Cum ipſo etiam paulò pòſt pro ἅπας, πᾶς γε ob metrum ſcribo.

ὅπλον φθονεροῖσι. Quoniam huius coli ſecunda ſyllaba eſt breuis, videtur ὄψον metro corruptelam afferre: & certè affert. Ideóque quanquam non malè conuenit ad ſenſum, ſiquidem eſca eſt & obſonium inuidis, materia reprehenſionis, nihilominus loco vocabuli ὄψον, pono ὅπλον. Sic metrum reſtituetur: & ſenſus erit æquè bonus. Nam calumnia, & reprehenſione, tanquam telo contra aduerſarios vtuntur inuidi. Codicū autē maxima in parte huic colo additur λόγοι: ſed metrum, & ſenſus id vocabulum reſpuit. Porrò facilis eſſe potuit lapſus ab ὅπλον ad ὄψον, in typis.

ἅπτεται. Ab inuidentibus ad inuidiam transfert ſermonem. Itaque in hac gnome ſupplendum interpretanti, ex mente authoris, φθόνος. Porrò eſt hîc in inuidiam & inuidos digreſſio.

παράφρασις.

Illa vtique præſtantiſſimum Aiacem Telamonis filium abſumpſit, & iniuriæ impatientem eò adegit, vt proprio gladio incubuerit, ſeſéque confoderit. Ipſum ſanè quia lingua diſerta non fuit, ad cauſam arte dicendam, magno animo ad pugnam fortiter obeundā præditum Græci non meminerunt, in moleſta illa contentione pro Achillis armis: quin illi præmium hoc dederunt maximum, qui fortitudine non pollebat, ſed callidis mendacijs

ἀντιστρ. κῶλ. θ.

κεῖνος καὶ Τελαμῶνος
δάψεν υἱὸν, φασγάνῳ ἀμφικυλίσ-
σαις.
ἦ μιν ἄγλωσσον μὲν, ἦτορ δ᾽ ἄλκι-
μον λά-
θα κατέχει λυγρῷ ἐν νείκει, μέγι-
στον
δ᾽ αἰόλῳ ψεύδει γέρας ἀντέτα-
ται.
κρυφίαισι γὰρ ἐν ψάφοις Ὀδυσ-
σῆ
Δαναοὶ θεράπευσαν.
χρυσέων δ᾽ Αἴας στερη-
θεὶς ὅπλων, φόνῳ πάλαισεν.

μετάφρασις.

Illa & Telamonis filium abſumpſit, gladio circumuoluens. Certè ipſum linguā quidē carentem, corde verò ſtrenuum obliuio detinet in triſti rixa: maximū autem vario mendacio præmium obtentum eſt. Clandeſtinis enim in ſuffragijs Vlyſſi Danai indulſerunt: at aureis Aiax priuatus armis, cum cæde luctatus eſt.

veritati ſimilibus variegatam orationem habuerat. Etenim verſipellis Vlyſſis eloquentia demulſi, ſuffragia clanculum ferri ſolita eius in gratiam Danai tulerunt, eúmque bellatorem ignauum, proindéque non meritum, Aiaci fortiſſimo viro prætulerunt, vnde meritiſſimo armorum Achillis præmio priuatus, ſeipſum interfecit, poſtquam furori, morte auertendã iſtam ignominiam ſuadenti, diu reſtitiſſet.

κεῖνος ἦ. Exemplum quo præcedentem gnomen illuſtrat. Simul reprehendit Græcos, quòd per inuidiam Aiaci non tribuerint Achillis arma. Τελαμῶνος υἱόν, intellige τὸν Αἴαντα. Neglecto augmento δάψεν, pro ἔδαψεν. ἀμφικυλίσσαις Aeol. & geminato σ. pro ἀμφικυλίσας. ab ἀμφικυλίω. Cadentem autem in cæde gladius circumuoluit.

ἦ μιν. Pro τινὰ quod indefinitè eſſet ſumendum, repoſui μιν pro αὐτὸν, quod multo commodius mihi videtur ad perſpicuitatem. Non tamen lectionem aliã improbo. ἄγλωσσον, intellige, non lingua carentem, ſed μὴ δεινὸν λέγειν. Eritque oppoſitum huic εὔγλωσσος, *eloquens*. Quid innuat his verbis λάθα κατέχει, cognoſces ex paraphraſi.

αὐτέταται. Per ſyncopen pro ἀνατέταται. præt. paſſ. verbi ἀνατείνομαι *attollor, obtendor*. ψεῦδος αἰόλον, dicitur, quia veritas ſimpliciſſima non eget fuco, ſed mendacium, ita vt floſculis rhetoricis mendacem orationem ποικίλην fieri oporteat.

κρυφίαισι. Dicuntur κρυφίαι ψῆφοι, vel ἄδικοι. vel κρυφίως φερόμεναι. Nam per ſcrutinia, celato ferentis nomine, ſuffragia vt plurimum feruntur.

θεράπευσαν. Hic θεραπεύω. expono *indulgere*: Nam innuere vult poëta Danaos, non pro merito, ſed ad gratiã ſuffragia tuliſſe, & Vlyſſi fauiſſe. Notandum autem eſt poëtam noſtrum, Aiacem Vlyſſi præferre ſolere, aliàs plurimum extollere, quoniam, puto, Aeginetis vnde profectus eſt pater eius Telamon, fauere vult.

χρυσέων. Aurea, non ob materiam, ſed ob artificij excellentiam, vocantur Achillis arma. de his vide Il. σ.

φόνῳ πάλαισεν. Phraſeos huius emphaſin exponit paraphraſis. Etenim innuere vult poëta, Aiacem non ilico manus violentas ſibi intuliſſe, ſed poſt longam deliberationem, quum impatientia doloris victus eſt.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Porrò Aiacem præſtantiorem Vlyſſe bellatorem fuiſſe, ſatis arguunt res ab vtroque geſtæ, tum quãdo circum Achillem recens à Paride occiſum verſabantur, tum per reliquum decennij tempus, quo multi ſiue telis, ſiue peſtilentia extincti cecidêre. Etenim per totum illud tempus | ἦ μὰν ἀνόμοιά γε δαΐ-<br>οισιν ἐν θερμῷ χροῒ<br>ἕλκεα ῥῆξαν, πελεμιζόμενοι,<br>ὑπ᾽ ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ, τὰ<br>μὲν<br>ἀμφ᾽ Ἀχιλλεῖ νεοκτόνῳ<br>ἄλλων τε μόχθων πολυφθόροις<br>ἐν<br>ἁμέραις. ἐχθρὰ δ᾽ ἄρα πάρφασις ἦν | *Sanè diſsimilia hoſtibus in calido corpore vulnera inflixerunt, belligerantes cum propulſatrice mortalium lancea, partim quidem circum Achillem recens interfectum*, partim verò *aliorum laborum* |

καὶ πάλαι, αἱμύλων μύθων ὁμό-
φοι-
τος, δολοφραδὴς, κακοποιὸν ὄνει-
δος.
ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν, βιᾶται.
τῶν δ' ἀφαύτων κῦδος ἀντέχει σα-
θρόν.

*multos perdentibus in diebus. Odiosa autem Versutiloquentia erat & olim, blandorum verborum comes, doli cogitatrix, maleficum opprobrium: quæ quidem id quod est splendidum, violenter deprimit, obscurorum autem gloriam sustinet putridam.*

Aiax & Vlysses, hastæ mortalium propulsatricis præsidio belligerantes, nec pari fortitudine fuerunt, nec rerum gestarum æquali multitudine claruerunt. Nã plures quàm Vlysses & potiores hostes Aiax interemit. Quorum si nulla habita est ratio, suáque eloquentia Vlysses immeritò præmium obtinuit, nihil mirum: quandoquidem odiosa viris bonis fallax orationis versutia ab omni æuo semper viguit: atque olim, vti & nunc, impostores blandis verbis fraudem obuelantes, dolósque comminiscentes, damnosi opprobrij authores extiterunt. Et certè illi captiosa loquentia claritudinem insignium virorum violenter opprimunt, & ignobiliũ gloriam quam præter meritum nacti sunt, sustinent: cùm alioqui vt pote vana & putrida facilè corruitura esset.

ἢ μάν. Confert Aiacem cum Vlysse, magnúmque inter eos, quoad fortitudinem bellicam, discrimen constituit. Innuit autem poëta, ὅτι Αἴας τε καὶ Ὀδυσσεὺς οὐκ ἐξ ἴσου τοῖς Τρωσὶν ἐπολέμησαν, ἀλλ' ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς δειλὸς ἦν, ὁ δ' Αἴας ὤθειτο ἐς τοὺς πολεμίους.

ἀνόμοια ἕλκεα ῥῆξαν. Hoc Schol. exponit, οὐχ ὅμοια τραύματα ἔλαβον: verùm non de acceptis, sed de inflictis vulneribus intelligi debet. Nam non legimus in tota Iliade, semel vulneratum fuisse Aiacem: quanquam legimus Il. κ Vlyssem à Soco Hippasi filio vulneratum. ἕλκεα ῥῆξαι ἐν χροΐ, est πτερώσκειν σῶμα. & verbatim *excitare vulnera in corpore*. Sicuti dixit Homer. Il. 20. ἐν δ' αὐτοῖς ἔριδα ῥήγνυντο βαρεῖαν. *grauem in ipsis contentionem excitarunt*. Aut erit hypallage, ἐν ἕλκεσι θερμὸν χρόα ῥῆξαν. Porrò quicunque Iliadem legerit, comperiet Aiacem res Vlysse cùm maiores, tum plures in bello gessisse.

πολεμιζόμενοι. Hoc vocabulum non est construendum cum δαΐοισι, sed cum sequentibus, hoc pacto, πολεμιζόμενοι ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ. Qua in phrasi ὑπὸ commodè exponitur, *Cum*. q. d. *sub præsidio & ope*: qua in significatione vsus est Plutarchus in Public. ὑπὸ ῥάβδοις ὁμοῦ πάσαις καὶ πελέκεσι κατιὼν ἐξ οἰκίας, *cum vniuersis fascibus & securibus domo descendens.*

ἀλεξιμβρότῳ. Epitheton hastæ ἀλεξίμβροτος. παρὰ τὸ ἀλεξεῖν. i. ἀπωθεῖν τοὺς βροτοὺς, *propulsare mortales*. Etenim milites hasta vtuntur vt hostes, qui sunt mortales, à se propulsent. Ideo λόγχη hoc loco simpliciter expono, *hasta*, seu *lancea*. Aliàs λόγχη *Ordinem hastatum* significat, sicuti ἵππος *turmas equestres*. Quemadmodum Oedipo Colon. Sophoc. vers. 1307.

οἳ νῦν σὺν ἑπτὰ τάξεσι, σὺν ἑπτά τε
Λόγχαις, τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν.
*Qui nunc cum septem legionibus, cúmque septem*
*Ordinibus hastatis regionem Thebanam obsident.*

Quod siquis λόγχην hoc exemplo nixus velit pro armatis seu hastatis copijs sumere, non refragor: imò æquè bene meo iudicio conueniet huic loco.

τὰ μ̄. Diſtributio circunſtantiæ temporis in duas partes, & cùm circum Achillis cadauer laboraret, & per totum decennale bellum. Hac de re teſtem Homerum citat Schol.

ὅτε μοι πλεῖστα χαλκήρεα δοῦρα
Τρῶες ἐπέρριψαν περὶ Πηλεΐωνι θανόντι.

ἄλλων τε. Præcedenti τὰ μ̄ deberet reſpondere τὰ δ᾽: ſed hoc non obſeruat poëta licenter. πολυφθόροις ἡμέραις appellat totum decennium, per quod multa commiſſa prælia, multæque ſtrages editæ. Nam πολύφθορος, eſt ὁ πολλοὺς φθείρων, *multos perdens*. Videtur autem hic hypallage, cùm dicendum fuiſſet, ἄλλαις τε μόχθων πολυφθόρων ἐν ἡμέραις. q.d. τὰ μ̄ ἀμφ᾽ Ἀχιλλεῖ νεωστὶ ἐκταμένῳ, τὰ δ᾽ καὶ ἐν ἄλλαις ἡμέραις ἐν αἷς μοχθήσαντες πολλοὶ ἐφθάρησαν.

ἐχθρὰ δ᾽ ἄρα. Tractum πόρισμα à ſuperiori narratione de fortuna Aiacis. Docet itaque non mirum eſſe quòd Vlyſſes Aiaci præpoſitus eſt: ſiquidem ab antiquo verſuta oratio claros viros oppreſſit, obſcuros autem in gloriam euexit. Et hoc pendet à digreſſione ad inuidiam.

πάρφασις Poët. per ſyncopen, pro παράφασις, Hoc eſt, παραλογισμὸς, παράπεισις, ἀπάτη. *fallax ratiocinatio, impoſtura, deceptio*. Appellatur ἐχθρὰ καὶ πάλαι, *ab antiquo inuiſa & odioſa*: quia vt & olim viguit, ſic & in odio fuit apud probos. αἱμύλων μύθων ὁμόφοιτος: quia blanditias verborũ comites aſſumit (Eſt autem ὁμόφοιτος, ὁ φοιτῶν ὁμοῦ. i. συνακόλουθος) Δολοφραδὴς, quia τοὺς δόλους φράζεται, *dolos meditatur*. κακοποιὸν ὄνειδος, quòd damnoſo opprobrio alios afficiat: ſuámque noxam exerat in præclaros, cùm contrà faueat viris obſcuris.

ἀφαύτων. Hoc eſt, ἀφανῶν, ſeu ἀδόξων κλέος σαθρὸν ἀντίχει. Quia metrum vitioſum eſt, ſi legamus ἀντείνει: ideo ſubſtituo in eius locum ἀντέχει. Etenim potuit irrepere pro χ: τὸ, ιν. Et ἀντέχει optimo ſenſu legetur, & rectiùs oppoſitum erit præcedenti βιᾶται. Igitur πάρφασις τὸ λαμπρὸν βιᾶται, hoc eſt, *Verſutiloquentia clarũ violenter opprimit*. τὸ δ᾽ σαθρὸν κῦδος τῶν ἀφαύτων ἀντέχει. Hoc eſt, *putridam gloriam ignobilium ſuſtinet*. Et certè rei putridæ opus eſt vt ſuſtineatur, alioqui corrueret. Qui retinent ἀντείνει exponunt, μεγαλύνει, ὑψοῖ. *extollit*. Tanquam ab ἀντείνω per ſyncopen pro ἀνατείνω.

παράφρασις.

Faxis Iupiter pater, nunquam iſtiuſmodi ſim moribus, vt per inuidiam de bonis malè, de malis bene loquar, blandam & doloſam orationem commẽtus. Malim vitæ meæ ſtadium decurrere ſimplicibus cãdoris & ſinceritatis vijs inſiſtendo, vt illud emenſus, famã omni ab infamia liberam

στροφὴ γ. κῶλ. θ.

εἴη μή ποτέ μοι τοιοῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ. ἀλλὰ κελεύθοις
ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὥς
παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφημον προσάψω.
χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ᾽ ἕτεροι

μετάφρασις.

*Sint nunquam mihi tales mores, Iupiter pater: ſed vijs ſimplicibus vitam attingam, vt mortuus, liberis famam nõ ignominioſam appendam.* Alij *aurum optant, alij campum immenſum. At ego ci-*

liberis meis poſt mortem relinquam. Alij nummorũ numerum innumerum optant, alij aruorum immenſum campum. At ego vnicũ hoc ſtudeo, vt meis ciuibus placeam vſque ad obitum, poſt quem corpus meum terra tegetur, laude digna laudibus proſequendo, & iniquis vituperium inſpergendo.

„ ἀπέραντον. Ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν,
„ καὶ
„ χθονὶ γυῖα καλύψαι-
„ μ', αἰνέων αἰνητὰ, μομ-
„ φὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς.

*uibus placens, etiam terra velim operire membra, laudans laudanda, & vituperium inſpergens improbis.*

εἴη μή ποτε. Peracta digreſſione de inuidia, hunc animi morbum deprecatur, vt vita functus bene audiat, bonámque famam ſuis liberis relinquat.

ἀλλὰ κελεύθοις. Metaphora ſumpta à viatoribus, & vijs. ἁπλαῖς κελεύθοις vocat, τὰς ἀπλανεῖς, Hoc eſt, τῆς ἀκακοήθη νοῦ. Opponit inuidiæ, & verſutiloquentiæ, candorem, & ingenuitatem, & harum virtutum ſtudio tenetur.

θανὼν ὡς. Sic conſtrue, ὡς μὴ παισὶ τὸ δύσφημον κλέος προσάψω θανών. Et ſic meliùs ſe habet quàm ſi adiectiuum à ſubſtantiuo ſepares, & κλέος *gloriam* exponas, τὸ δύσφημον ſubſtantiuè ſumas pro δυσφημία: quanquam id tolerabile ſit, & neutrum adiectiuum crebrò vſurpetur pro ſubſtantiuo. Ita videtur exponere Schol. quum ait ἵνα μὴ δυσφημηθῶσιν οἱ ἐμοὶ παῖδες, ἄδικά μου πράξαντος. Poſſet aliquis obijcere κλέος propriè τὴν τιμὴν ſignificare: ſed poëtæ κλέος pro φήμη vſurpant. Sic Homer. Od. ψ. Μὴ πρόσθεν κλέος εὐρὺ φόνου κατὰ ἄστυ γένηται.

χρυσὸν εὔχονται. Obſerua defectum vocis ἕτεροι, vel ἄλλοι. q. d. ἕτεροι πολὺν χρυσὸν εὔχονται, ἕτεροι γῆν πολλὴν πρὸς γεωργίαν. ἐγὼ δὲ εὔχομαι τοῖς πολίταις ἀρέσαι, καὶ τεθνάναι ἐπαινῶν τὰ ἀξιέπαινα, ψόγον δὲ τοῖς ἀδίκοις ἐμβάλλων. Quibus in verbis collatio eſt ſuorum ſtudiorum cum alijs aliorum. Quum autem hîc loquitur de ijs qui ſunt auri amantes, ac proinde auari, ſuſpicionem auaritiæ à ſe amouet, in quam incidit, qui aurum multoties magni facit, præcipuè Oda prima Olymp.

χθονὶ γυῖα καλύψαιμι. Periphraſticè loquitur pro θάνοιμι: nam defunctorum corpora terræ mandantur.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. δ. | μετάφρασις.

Vnde præclaris in viris virtutis ſtudium promoueam. Quemadmodũ enim arbor ad liquidum aërem celeriter ſurgit & attollitur, quum crebro rore, vnde plantæ ſolent vireſcere, irrigatur: ſic virtutes inter ſapientes iuſtóſque viros exaltatæ, velútque laudum humore perfuſę, incrementum capiunt. Varijs autem

„ αὔξονται δ' ἀρεταὶ, χλω-
„ ραῖς ἐέρσαις, ὡς ὅτε δένδρεον
„ ἀΐσ-
„ σει, σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσ' ἐν δι-
„ καίοις
„ τε, πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. Χρεῖαι δὲ
„ παντοῖ-
„ αι φίλων ἀνδρῶν. τὰ μὲν ἀμφὶ
πόνοις
ὑπερώτατα, μαστεύει δὲ καὶ τέρ-

*Creſcunt autem virtutes, viridantibus roribus vt quum arbor celeriter ſurgit, inter ſapientes viros exaltata, intérque iuſtos, ad liquidum ætherem. Vſus autem varij ſunt virorum amicorum: a circa quidem labore*

in rebu

in rebus amicis viris vti solemus: qui tum quidem summum & excellentissimũ sui vsum præstant, quum laboribus exhaustis rẽ bene gestam carmine celebrant. Cupiunt autem ad capiendam ex celebratione oblectationem, celebrandam personam ob oculos ponere, vt fidem dictis faciant. Sed te, ô Mega, ad superos ab inferis reuocare

ψις ἐν ὄμμασι θέσθαι πιστόν. ὦ Μέγα τὸ δ' αὖτις τεὰν ψυχὰν κομίξαι,

*supremus. Quærit autem etiam oblectatio ob oculos ponere fidem. Sed tuam, ô Mega, animam reducere,*

αὔξονται δ' ἀρεταί. Sic potiùs legendum in plurali, quàm αὔξεται δ' ἀρετά in singulari, vt seruetur metrum. Locum ita construe, ἀρεταὶ δὲ σοφοῖς ἀνδρῶν ἀερθεῖσαι ἐν δικαίοις τε, αὔξονται, ὡς χλωραῖς ἐέρσαις δένδρεον, ὅτε ἀίσσει πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα. vide paraphrasin Lat. Porrò χλωρὸς Metonymicè pro χλωροποιὸς, hoc loco est.

χρεῖαι δὲ παντοῖαι. Hæc vox neque πρᾶξεις, neque πράγματα significat, sed *vsum*, vel *vtilitatem*, quam multiplicem ab amicis capi docet: sed eam esse potissimam quam laudatorio carmine præstant victoribus certaminum. Quæ expositio genuinum sensum reddit. Nam procul dubio suam poëticen commendare intendit.

τὰ μὲν. Ellipsis notanda alicuius vocis, vt pote γεγενημένα. q.d. τὰ μὲν περὶ τῶν πόνων γεγενημένα, ἐστὶν ὑψοχώτατα. vide Lat. paraphrasin.

ὑψόστατα. Superl. gradus, tanquam ab ὑψὸς inusitato: vel ab ὑψόστατος superl. inserto ω.

πιστόν. Intellige personam celebrandam, quam ob oculos habere cupit poëta, vt suis laudibus fidem faciat.

ψυχὰν κομίξαι. Hæc phrasis occurrit Pyth. 4. κέλεται γὰρ ἑὰν ψυχὰν κομίξαι Φρίξος. In ψυχὰν prior syllaba natura longa, fit breuis.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιε. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| ego non possum, vt tẽ videam coram. Quod si me facere posse sperarem, toto cœlo errarem: siquidem vanæ spes futilem exitum sortiuntur. At possum tuæ tribui, videlicet Chariadis, ob duas illustres victorias, quarum tu alteram, alteram Dinis reportauit, geminis vterque pedibus stadium decurrendo, carmen Musarum afflatu suggestum dare, quo famam tuæ gen- | „ οὔ μοι δυνατόν. Κενεᾶν „ δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος. σεῦ δὲ πάτρᾳ, Χαριάδαις τε λάβρον ὑπερεῖσαι λίθον Μοισαῖον, ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων, δὶς δὴ δυοῖν. χαίρω δὲ, πρόσφορον ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ἱείς. ἐπαοιδαῖς δ' ἀνὴρ νόσῳ καὶ τις καματον | *non est mihi posibile. Vanæ autem spes inanem exitum habent. Sed* possibile est *tuæ tribui & Chariadis supponere pro fulcimine ingentem lapidem Musæum, propter pedes bis sanè duos decus adeptos. Gaudeo autem accommodam operi iactantiam injiciens.* |

tis firmiùs ſuffulciã, quàm ingens lapis, ædificium. Cæterùm iuuat me res præclarè geſtas encomiaſtico hymno iactare, quo, quemadmodum incantationibus morborum dolores ſedantur, ſic ſuſceptorum laborum moleſta grauitas alleuatur: quíque iam olim in vſu fuit, etiam ante bellum illud quod cum Polynice genero Adraſtus aduerſus Eteoclem, & Thebanos Cadmi gentem, geſſit.

θῆκεν. λῶ γε μὰν ἐπικώμιος ὕ-
μνος
δὴ πάλαι καὶ πρὶν γενέσθαι
τὰν Ἀδράστου, τάν τε Καδμείων
ἔριν.

*Incantationibus autem aliquis reddit laborem doloris expertem. Erat certè laudatorius hymnus iam olim, & priuſquam orta eſſet Adraſti & Cadmeorum contentio.*

κενεᾶν Dor. pro κενεῶν. Vide adag. *Impoßibilia captas*. q. d. poëta, ἐὰν ἐλπίσω ἀδύνατα, κενὸς ἔσομαι, ἐπεὶ τῶν ματαίων ἐλπίδων, ἔκβασις ματαία.

σεῦ δὲ πατέρα Megam vt à mortuis irreuocabilem non poteſt ob oculos ponere, ideóque non dirigit carmen ad illum: ſed ad tribum Chariadarum, ad quam Megæ laus redundat, ſiquidem inde ortum ducit.

ὑπερεῖσαι. Hoc eſt, ὑποστηρίζειν, vel εἰς ὑπέρεισμα τιθέναι. *ſuffulcire, pro fulcimine ponere*. λίθον μοισαῖον metaphoricè hymnum vocat. vide paraphraſin.

δὶς δὴ δυοῖν. Conſtrue cum ποδῶν. Ita bis duo pedes, erunt pedes quatuor: ac proinde cùm ſinguli homines duos pedes habeant, iſta de duobus Mega & Dinide ſunt intelligenda, qui ſinguli vnam victoriam ſtadio reportarunt: vt Epod. 1. διαύλων σταδίων, diximus. Itaque falli mihi videntur qui hæc de 4. victorijs acceperunt.

χαίρω δέ. Concluſio in qua poëticen laudat, ab effectis, quòd inſtar incantationis labores dulces faciat: ab antiquitate, quòd Nemea præceſſerit, & Adraſti cum Thebanis antiquum bellum. ἐπαοιδαῖς ſume per ſyncriſin, & vide paraphraſin.

ΧΡΟΜΙΩ ΑΙΤΝΑΙΩ, ἅρματι.

CHROMIO AETNAEO, curru victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Θ.

ODE IX.

## ARGVMENTVM.

*CElebratur Chromius Aetnæus à Pythiaca victoria, non quidem Delphis, sed Sicyone parta. Quos ludos cùm instituerit Adrastus, ad eum, Thebanúmque bellum digreditur. Postea laudat Aetnæos ciues à victoria contra Phœnices: à fortitudine, sapientia, verecundia: Chromiúmque etiam fortissimum dicit, eiúsque iuuenilis ætatis pudicitiam commendat.*

παράφρασις.

Instituimus ô Musæ encomiasticum & chorealem hymnum canere, Sicyone, à Pythijs ludis eo in loco Apollini sacris, proficiscentes, & recens conditam ac instauratam Aetnam petentes: vbi patentes omnibus opulentarum diuitis Chromij ædium fores, ab hospitibus ita frequentantur, vt ille hospitalitatis studio quasi victus & domitus, ab hospitio neminem reijciat.

συνωδικὰς α.

Κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλω-
νος Σικυῶνοθε μοῖσαι
τὰν νεοκτίσταν εἰς Αἴτναν,
ἔνθ' ἀναπεπταμέναι
ξείνων νενίκανται θύραι,
ὄλβιον ἐς Χρομίου
δῶμ'. ἀλλ' ἐπέων ὕμνον γλυκὺν
πράσσετε.
τὸ κρατησίππου γὰρ ἐς ἅρμ' ἀνα-
βαίνων,
ματέρι καὶ διδύμοις

μετάφρασις.

*Hymnum chorealem* venientes *ab Apolline ex Sicyone* ô *Musæ decantabimus, recens conditam in Aetnam, vbi apertæ hospitibus victæ sunt fores diuitem ad Chromij domum. At carminum dulcem hymnum perficite. Nam equis victoriosum in*

Quamobrem, cum huiuſmodi laudis argumentum ſuſcipiamus canendum, efficite vt hic noſter hymnus carminum dulcedine placeat. Nam Chromius currum quo reliquos ſuperauit, conſcendens & agitans, denuntiat & ſignificat Latonæ matri, geminíſq; eius filijs, Apollini & Dianæ, qui pari iure & ſorte Pythonis ſunt præſides, & Pythiorum iſtorum inſpectores & curatores, ſe carmen adepturum ipſorum in honorem.

παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμοκλάροις ἐπόπταις.

*currum conſcendens, matri & gemellis liberis cantum denuntiat, Pythonis excelſæ conſortibus inſpectoribus.*

Χρομίῳ Αἰτναίῳ. Chromius hic ille eſt de quo prima Nemeorum Oda: vbi quis eſſet, & cur dictus Aetnæus, ſcriptum vide. Hic ab Hierone conſtitutus eſt Aetnæ præfectus: & Pythia Sicyone vicit curru, abſens, vt annotat Schol. Nam miſſo ad illud certamen curru, & auriga perito, equi & auriga ſuo hero victoriam pepererunt. Verùm ipſe vicit curru, vt prima duodecade euincunt hæc verba, τὸ κρατησίππον &c. vide annotationem illius loci.

εἶδος θ. Reliquæ Odæ hæ, quæ ſub titulo Nemeorum habentur, non amplius ad Nemeonicas pertinent: ſed victores alijs in certaminibus prædicant. Cur autem hoc ordine ſint collocatæ non moror: ſatis eſt vt reuera ſint Pindaricæ.

δυωδεκάς. Noua carminis partitio in duodecadas, ſic dictas, quia ex duodecim verſibus ſingulæ conſtant ſectiones. Qua cur ſit vſus non liquet: niſi quòd liberum fuit poëtæ pro arbitrio ſuas odas diuidere. Nam ſi hoc feciſſet, quòd non agatur hìc de victoria Nemeaca, vt vult Aretius, cur non in reliquis duabus idem obſeruaſſet?

κωμάσομεν. Exordium ducitur ab apoſtrophe ad Muſas, quam alij Pindaro, alij choro tribuunt. Puto chorum à poëta ſic loquentem introduci, quia compoſitum carmen cantu in victoriali conuiuio pronuntiabat. q. d. Chorus ad Muſas: ὦ μοῦσαι παρ' Ἀπόλλωνος Πυθίων ἐκ Σικυῶνος, ὅπου γίγονται, εἰς νεόκτιστον Αἴτναν ἐλθόντες ὑμνῳδοῦντες χορεύσομεν. Verbum κωμάζειν hìc videtur propriè ſignificare ὕμνον ᾄδειν. Nam poëta ſolet κῶμον ſumere pro encomiaſtico hymno.

παρ' Ἀπόλλωνος. Hoc eſt, *ab Apollini ſacris ludis.* Σικυώνοθε, ſic legitur ſequente conſona: hoc eſt, ἐκ Σικυῶνος: ſequente vocali, additur ν. vt Nem. Od. 10. Σικυώνοθεν ἀργυρωθέντες. Hîc quoque notanda ellipſis vocis alicuius, veluti ἱκόντες, vel ἐλθόντες. Porrò quæ ſit Sicyon vide apud Geographos: dicam tantùm quæ huc pertinent. Refert Schol. ex Halicarnaſſeo, quum Criſæi in bello commeatum mari facilè conſequerentur, & ob id longiorem obſidionem ſuſtinerent, Cliſthenem Sicyonium ſuo nomine claſſem inſtruxiſſe, qua commeatus tranſmiſſionem prohibuit, & interclufit hoſtibus. Cuius beneficij gratia, tertiam ſpoliorum partem, ipſámque Sicyonem Cliſtheni dederũt. A quo tempore Sicyonij Pythia primùm apud ſe inſtituerunt. De hoc bello vide Pauſaniam in Phocicis ſub finem ad hæc verba, χρόνῳ δ' ὕστερον οἱ ἐν τῇ Κίῤῥᾳ, &c. Item in Corinth: vbi geſtum ait illud bellum contra Scironem, duce Cliſthene.

νεοκτίσταν. Dor. pro νεοκτίστην, hoc eſt, νεωστὶ κτισθεῖσαν. Eſt autem νεοκτίστη poëticum

vocabulum, fœminei generis, pro quo frequentius vſurpatur νεόκτιστος, quod eſt communis. Recens condita dicitur Aetna, quia eam inſtauratam Hieron ſic appellauit, cùm antea Catane diceretur.

ἔνθα. Relatiuum ad præcedens, Αἴτναν: q. d. ἐν ᾗ Αἴτνῃ θύραι ἀναπεπτάμεναι εἰς δῶμα Χρομίου, ὑπὸ ξείνων νενίκηνται. Ambigi poſſit vtrum velit dicere Aetnæ portas aditum patefacientes ad ædes Chromij, frequentes hoſpites admittere: an verò portas ædium Chromij omnibus apertas, ab hoſpitum frequentia frequẽtari. Ego poſteriorem ſententiam puto conuenientiorem: cùm poëtæ verba commodius φιλοξενίαν Chromij, quàm Aetnæ exprimant.

ἀναπεπτάμεναι. Hoc eſt, ἀνεῳγῦιαι. Et εἰς δῶμα. Hoc eſt, πρὸς εἴσοδον εἰς δῶμα Χρομίου. Hæc conſtructio meridiana luce clarior, tollet illud ὑπάλληλον ad ἐς Αἴτναν præcedens, ad quod Scholiaſtes, aliter hæc verba conſtruens, cogitur, adferens Homeri exemplum Odyſſ.θ.v.562. Ἡ δ' ἐς Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη, Ἐς Πάφον. Eſt autem per ſyncopen dictum ἀναπεπτάμεναι pro ἀναπεπεταμέναι, ab ἀναπετάννυμι. Alioqui ἀναπεπτάμεναι, eſſet præteriti, verbi ἀνίπταμαι volo. Verùm ad vitandam hanc ſyncopen fortè legendum eſſet ἀναπτνάμεναι, à verbo ἀναπίτναμαι, *aperior*.

ξείνων νενίκανται. Quidam vt genitiui ξείνων conſtructionem inuenirent, pro ἀναπεπταμέναι, legerunt ἀναπεπλαμέναι: ſed refragatur metrum: Nam antepenultima coli huius debet eſſe breuis: at in hac voce eſt longa: ſiquidem Doricè dicitur pro ἀναπεπλημέναι participio præter. paſſiui, mutato η in α longum. Præterea ξείνων rectè conſtruetur cum νενίκηνται. Nam vt monet Suidas, τὸ νικῶν accuſatiuo, τὸ νικᾶσθαι genitiuo gaudet vt apud Sophoclem in Aiace, φίλων γὰρ οἱ τοιοίδε νικῶνται φίλοι. Item. Παῦσαι. κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος. Apud Eurip. in Medea, Σιγησόμεσθα κρεισσόνων νικώμενοι. Itaque νενίκανται Doricè dictum pro νενίκηνται, erit metaphora dithyrambica, pro *frequentantur*. Adeò vt Schol. rectè hæc declaret, quum ait, πάντῃ οὖν εἴκουσαι ξένῳ, καὶ ὁ δὲ ξένα ἀπελαυνοῦσαι νικῶνται τῇ φιλοξενίᾳ τοῦ νικηφόρου.

ὄλβιον δῶμα. Expono cum Schol. πλούσιον οἶκον. Nam ὄλβιος exponitur in genere, *beatus*: peculiariter aliquando, *diues*. Quam expoſitionem retineo cùm hîc agatur de hoſpitalitate, ad quam exercendam diuitijs eſt opus.

ἀλλ'. Nunc eſt, non aduerſatiua particula, *ſed*; verùm potiùs, vel παρακελευσματικόν. q.d. ἀλλ' ἄγε δὴ οὖν ὦ Μοῦσαι διανύσατε τοὺς ἡδυτάτους διὰ λόγων ὕμνους. vel ſignificat, *quamobrem*: vt in paraphraſi videbis rectè quadrare.

τὸ κρατήσιππον. Ratio cúr hymnum in gratiam victoriæ Chromij compingere par ſit. ἅρμα dicitur κρατήσιππον, vel quaſi κρατοῦν, hoc eſt, συνέχον ἵππους ἐν τάξει, quia certo ordine ad currum iuncti equi, frenis continentur. Vel quaſi, τοῖς ἵπποις κρατήσαν, hoc eſt, *equorum opera victor factus*.

ἀναβαίνων. Cùm hoc de Chromio fit neceſſariò intelligendum: malè Scholiaſtes priùs aſſerit, illum miſſis equis & auriga perito abſentem viciſſe. Hęc verò verba deinde ſic bene declarat Scholiaſtes, rem omnem ad Chromij induſtriam referens: τὸ γὰρ τοῦ λοιποῦ κρατοῦν καὶ νικῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Χρόμιος.

ματέρι, καὶ διδύμοις παίδεσσι. Mater, eſt Latona: gemini liberi, ſunt, Apollo &

Diana: Non autem Apollo & Mercurius, vt malè Leonicerus & Aretius ſenſerunt. Etenim Mercurius fuit Maiæ filius. Porrò innuere vult poëta, non Apollini tantùm, ſed & Dianæ, matríque Latonæ conſecrata fuiſſe hæc Pythia.

ἀυδαὶ μανύει. Hoc eſt, ἀπαγγέλλει ὅτι ὕμνον ἀυτοῖς διὰ τ̃ νίκης κτήσεται. Sunt autem Doricæ illæ voces, pro comm. ἀυδὴ μηνύει.

αἰπεινᾶς. Doricè, pro αἰπεινῆς: Perpetuum Pythonis epitheton. Nam in colle ſita eſt, & teſte Pauſania, lib. 10. qui Phocica inſcribitur, ἄναντες χῶμα habet. Pythonis autem mentionem facit, non quòd hic fuerit, certaminis de quo agitur nunc, locus (Nam in Sicyone actum eſt certamen, vt modò vidimus) ſed quòd Pythia vocarent illud: cùm ad Pythiorum, Delphis ſeu Pythone celebrari ſolitorum, imitationem inſtituta eſſent.

ὁμοκλάροις ἐπόπταις. Hoc eſt, ἴσοις ἐφόροις καὶ ἐπιμεληταῖς. Doricum eſt ὁμόκλαρος pro comm. ὁμόκληρος. Hæc vox occurrit Olymp. Od. 2. Inſpectores, intellige *Præſides, & Curatores*: & Conſortes, intellige *pari iure vtentes.*

παράφρασις.

Meritò autem hunc virũ encomio proſequi inſtituimus. Nam vetus vulgatúmque eſt hominum dictum, Non oportere rem ab aliquo præclarè & cum virtute geſtam, chartis inornatã ſilere, ita vt ille obliuioni traditus, humi iaceat obſcurus, & iuſta laude fruſtratus, & ante & poſt funera inglorius permaneat. Accommodum autem dicendi genus ad glorioſorum facinorum laudationem, illud eſt quod ex carmine, Muſarum diuino afflatu compoſito, conſtat. Quare ſonoram citharam, tibiámque excitabimus ad celebrandam inſignem victoriam à Chromio, equeſtri certamine præſtantiſſimo partam in Pythijs illis, quæ Adraſtus in Phœbi Apollinis honorem inſtituit Sicyone, quam fluuius Aſopus præterlabitur. Quorum Pythiorum facta nunc à me mentio, ſuppeditabit occaſionem cohoneſtandi herois illius merita inclytarum virtutum prædicatione, & referendi,

δυωδεκὰς β.

Ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώπων, τετελεσμένον ἐσλὸν
μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι.
θεσπεσία δ᾽ ἐπέων
καύχαις ἀοιδὰ πρόσφορος.
ἀλλ᾽ ἀνὰ μὲν βρομίαν
φόρμιγγ᾽, ἀνὰ δ᾽ αὐλὸν ἐπ᾽ αὐτὰν
ὄρσομεν
ἱππείων ἀέθλων κορυφάν, ἅ, τε
Φοίβῳ,
θῆκεν Ἄδραστος ἐπ᾽ Ἀ-
σωποῦ ῥεέθροις. ὧν ἐγὼ
μνασθεὶς, ἐπασκήσω κλυταῖς
ἥρωα τιμαῖς.

μετάφρασις.

*Extat enim quoddã dictum hominum, peractum egregium facinus non oportere humi ſilentio tegere. Diuinus autem cantus carminũ gloriationibus eſt accommodus. Quare ſonoram quidem citharam, & tibiam ad ipſum equeſtrium certaminũ cacumen excitabimus, quæ Phœbo inſtituit Adraſtus ad Aſopi fluẽta: quorum ego mentione facta, exornabo celebribus heroëm honoribus.*

ἔστι δέ τις λόγος. Ratio cur debeat hymnum encomiaſticum impertiri Chromio. Nempe quia trita eſt & antiqua hominum ſententia, virtutem eſſe laudandam. q. d. vt cum Schol. loquar: ἔστι γάρ τις παλαιὰ παραίνεσις, καὶ παρ᾽ ἀνθρώποις ᾀδομένη, ὡς οὐ δεῖ τὸ ὑπό τινος κατεργαζόμενον καλὸν, σιγῇ παραδιδόναι, ὥστε εἰς γῆν κατισο-

φλιαι, ἢ ἀδοξον διὰ τ̃ σιγῆς φθίεσθαι. Ideo Horatius Carm.l.4.Od.9.

*Non ego te meis*
*Chartis inornatum silebo*
*Tot-ue tuos patiar labores*
*Impune Lolli carpere liuidas*
*Obliuiones.*

λόγος. Non eſt ratio, vt Aretius, nec prudentia vt Leonicerus interpretan-tur: ſed παρ᾽ γένεσι, παλαιὰ ἢ παρ᾽ ἀνθρώποις ᾀδομένη. i. antiquum & apud homines decantatum præceptum.

θεσπεσία δ᾽ ἐπέων. Varium eſt dicendi genus, ſcilicet metricum & proſaicum: ſed illud ad fortiũ factorũ laudẽ accõmodatius cenſet: vnde προσφορον ἐν ἔργῳ ὕμνον ſua carmina vocat author Epod.vlt.8. Nem.Odæ. His autem verbis poë-ſin circumloquitur, quæ diuino afflatu fit.

καύχαις. Omnes codices legunt καυχας. Dor.genit.pro καύχης: & ſe torquet Schol.quærendo conſtructionem huius vocis. Cuius ſententiæ cùm non poſſim aſtipulari, tanquam non ſatis commodæ; & putem geminum illum genitiuum ἐπέων & καύχας intricare ſententiam, exiſtimaui legendum eſſe in datiuo plura-li καύχαις, hoc eſt, ἔργοις ἐφ᾽ οἷς ἔξεστι καυχᾶσθαι: vel καυχήσεσιν δι᾽ ἔργα καλά. Itaque ſic conſtruo, θεσπεσία δ᾽ ἐπέων ἀοιδὰ καύχαις προσφορος. Porrò καυχα Atticè formatur, pro καυχήσεις, vt αὔξη, pro αὐξήσεις, vt βλάστη, pro βλαστήσεις.

ἀνὰ. Hæc particula nunc eſt illatiua. Et ἀνὰ per tmeſin referendum eſt ad ὄρ-σομεν: quod ſic lego, non ὄρσομεν, quia metrum hoc poſtulat: quanquam, vt alibi oſtendimus, Pindarus aliquando longam corrumpit. Citharæ autem & tibiæ meminit: quia Lyrica carmina ad vtrumque hoc Muſicum organum cantari ſolebant.

βρομίαν. Duas rationes affert cur φόρμιγξ dicatur βρομία, vel quia συναναστρέ-φε) Διονύσῳ, cum Baccho conuerſatur: & vt ait Homerus, eam Θεοὶ δαιτὶ ποίησαν ἑ-ταίρην: in conuiuio autem vini multus eſt potus: vel propter τ̃ ἦχον τελούμενον κτ̃ τ̃ κιθαρισμὸν, ſonum qui editur dum cithara pulſatur: & βρόμον exponit ἦχον. Ego ſanè poſteriori ſententiæ malim aſtipulari, & ſonoram, non Bacchicam inter-pretari.

ἱππείων ἀέθλων κορυφάν. Intellige per hæc, τὴν νίκην διφρηλασίας, ἥτις ἐστὶ τ̃ ἀέ-θλων τὸ κορυφαῖον. victoriam curru partam, quod certamen eſt præſtantiſsimum. vide ἀέθλων κορυφὰν Od.2. Olymp.antiſt.1.

ἅ, τε. Relatiuum ad ἀέθλων præcedens. Tribuitur inſtitutio Pythiorum iſto-rum Adraſto, quam Schol. Cliſtheni ex Halicarnaſſeo adſcripſit. Sed hæc ita conciliari poſſunt ſi dicamus inſtituta ab Adraſto, & à Cliſthene inſtaura-ta. Nam ex chronologia colligimus hunc fuiſſe ætate poſteriorẽ, illũ priorem.

ἐπ᾽ Ασωπῷ. Periphraſticè Sicyonem intelligit; quam fluuius Aſopus præ-terlabitur.

ὧν ἐγὼ. Digreſſio ad quam procedit poëta ſumpta occaſione à mentione Pythiorum quam fecit.

ἐπασκήσω. Verbum ἐπασκέω poët. ſumitur pro κοσμέω, ἐπικοσμέω. Hoc au-

tem sibi vult poëta, τὸν Ἄδραστον ἥρωα κοσμήσω καὶ τιμήσω ἐπαίνοις, ὅθεν αὖ ἔνδοξος γένοιτο.

| παράφρασις. | δωδεκὰς γ΄. | μετάφρασις. |
| --- | --- | --- |
| vt nouis celebritatibus, nimirum Pythijs ludis, in quibus viri robore certarent, & equestri certamine in pulchris curribus se exercerent, illustrarit & decorarit Sicyonem vrbem, in qua tum regnauit, quũ arrepta fuga ab Argiuo solo patrio in Achaiam ad Polybum Corinthiorum regem (à quo mascula prole carente accepit filiam in vxorem, & sceptri successionem) concessit, Amphiarao audaci & prudenti viro cedens, & seditionem domesticam vitans, quam excitarat Amphiaraus, vt occiso Talao regnum Argiuũ | ὃς τότε μὲν βασιλεύων κεῖθι, νέαισί θ' ἑορταῖς, ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἁμίλλαις, ἅρμασί τε γλαφυροῖς, ἄμφαινε κυδαίνων πόλιν. φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρη- όν ποτε θρασυμήδεα, καὶ δεινὰν στά- σιν πατρῴων οἴκων, ἀπό τ' Ἄργεος. ἀρ- χοὶ δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ παῖδες, βιασθέντες λύᾳ. κρέσσων δὲ καταπαύει δίκαν τὰν πρόσθεν ἀνήρ. | Qui tum quidem regnans ibi, nouísque celebritatibus, roborísque virorum certaminibus, curribúsque elegantibus, illustrem reddit vrbem decorans eam. Fugiebat enim & Amphiaraum consilio audacem, & grauem seditionem paternarum ædium, & ab Argo. Principes autem non amplius erant Talai filij violenter oppressi lue hac. Sed vir præstantior compescit litem vlterius progressuram. |

occuparet: quod & occupauit, quum seditiones, qua res maximæ dilabuntur, inter se exercentes illi Talai filij, illísque oppressi, suo principatu exciderunt. Sed vt est præstantioris viri litem vlterius inter contendentes progressuram coërcere & compescere: sic præstantior vir Adrastus, sua prudentia effecit, vt quæ inter se & Amphiaraum intercedebant inimicitiæ, non vlterius progrederentur.

ὅς. Refer ad præcedens ἥρωα: & τότε ad tempus illud quo certamina Sicyone instituit. Nam hoc fecit cùm Sicyone regnaret. κεῖθι scil. in Sicyone. Etenim Adrastus Argiui regni erat hæres: sed ab eo pulsus est ab Amphiarao, vt docet paraphrasis.

νέαισί θ' ἑορταῖς. Hoc est, τὴν τε πόλιν Σικυῶνα ἐμφανεστάτην, καὶ ἀοίδιμον ἐποίει καιναῖς πανηγύρεσιν, ἐν αἷς οἱ ἄνδρες τοῖς δυνάμεως ἀέθλοις, καὶ τῇ διφρηλασίᾳ ἐπὶ γλαφυρῶν ἁρμάτων ἠγωνίζοντο. Porrò nouas celebritates vocat recens instituta apud Sicyonios Pythia, antea illis inusitata. Quæ ex quibus constarent certaminibus, docent immediatè sequentia, quæ paraphrasis tum Græca tum Latina verborum illorum explicat.

φεῦγε γάρ. Occasio ob quam Adrastus relicto regno patrio Sicyonem obtinuit, à poëta perstringitur. Hæc fusiùs explicat paraphrasis Latina, & Herodotus in Terpsichore.

Ἀμφιάρηον Ion. pro comm. Ἀμφιάραον: quem θρασυμήδεα vocat, à θρασὺ μῆδος audax consilium, quo Talai cædem est ausus.

ἐκ ἔτι. Verſio vulgata malè habet *nondum:*ego explico,*non amplius*, vt ſenſus quadret. ἐόντων ſyſtole pro ἐόντων. Talai liberi erant Adraſtus & Eriphyle, alijque, ſcil. Meciſteus, Hippomedon, Parthenopæus, Pronax, ad quos principatus pertinebat. Sed occiſo Talao Amphiaraus, eos illa dignitate ſpoliauit.

λύα. Vox iſta fit à λύω *ſoluo*, & *lues ſeditionis* exponitur, vel metaphoricè ipſa *ſeditio*, quia concordiæ vinculum ſoluit.

κρέσσων ἢ. Hæc ad laudem Adraſti pertinent, qui inter Talai filios κρέσσων prædicatur: cuius conſilio & prudentia ortum inter Talai filios & Amphiaraum diſſidium ceſſauit. Vide Latinam paraphraſin.

καπαυέι. Pro καταπαύει. & τὰν πρόσθεν: *vlteriorem*, hoc eſt, *vlterius progreſſuram*, ſeu *continuaturam*. Nam ſi priorem dicas, ſequitur vt aliqua fuerit poſterior. Cæterùm πρόσθεν præter alia, ſignificat *vltra*, *vlterius*. & præfixo articulo vim nominis adiectiui habet, vt ἡ πρόσθεν ὁδὸς. *vlterior via*.

παράφρασις.

quum eius ſuaſu Talai filij, eiúſque fratres, Oiclei filio Amphiarao, Eriphylen ſororem nuptum collocarunt, tanquam certum pignus redintegratæ amicitiæ; túmque inter flauis capillis decoros Argiuos, quorum reges à Danao ortum duxerunt, maximi extiterunt: & quondam Thebas, quæ ſeptem portis clauduntur & aperiuntur, electum virorum exercitum, mala quidem aui & infauſtis auſpicijs deduxerunt: quos neque Iupiter excitato fulgure læuum tonans hortabatur, vt furioſo impetu in aduerſarios concitati domo proficiſcerentur, ſed contrà vt ab expeditione abſtinerent.

δυωδεκὰς δ'.

ἀνδροδάμαντ' Ἐριφύλαν
ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν
δόντες Οἰκλείδᾳ γυναῖκα,
ξανθοκομᾶν Δαναῶν
ἦσαν μέγιστοι. καί ποτε
ἑπταπύλοις κρῖτ' ἐς
Θήβας ἄγαγον στρατὸν ἀνδρῶν, αἰσιᾶν
οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν. οὐδὲ Κρονίων
ἀστεροπὰν ἐλελίξαις, οἴκοθεν μαργουμένοις
στείχειν ἐπώτρυν', ἀλλὰ φείσασθαι κελεύθου.

μετάφρασις.

*mariti domitricem Eriphylen quando, tãquam fidele pignus fœderis Oiclei filio vxorem cùm dediſſent, flauicomorum Danaorum fuerunt maximi. Et quondam ſeptiportes ad Thebas ſelectum exercitum virorum duxerunt, fauſtarum non per auium viam. Neque Saturnius fulgur quatiens, è domo furioſo impetu concitatos proficiſci hortabatur, ſed abſtinere à profectione.*

ἀνδροδάμαντ'. Affinitas noua inter Adraſtum & Amphiaraum, medium fuit per quod in concordiam rediuêre. Eriphyle filia Talai, & ſoror Adraſti: quam vocat ἀνδροδάμαντα, non quia priorem aliquem Amphiarao maritum peremit: ſed quia ipſum Amphiaraum maritum prodidit, vt ad bellum ire cogeretur, in quo mortuus eſt. Hiſtoriam hanc vt ſatis notam, obiter tantùm attingo. Porrò ἀνδροδάμαντα intellige τὴν τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἢ δαμάσασαν. A recto ἀνδροδάμας v. declin. ſimplic. Epithetum maſc. gen. quod cum ſubſtantiuo nomine fœmin. gen. conſtruitur Atticorum more: aliàs etiam nomen gemmæ, ſic dictæ, quòd ho-

minum impetus domet. Sed fortè legendum αἰδροδάμαν, & reijciendum τ᾽: ſiquidem coniunctio nullum locum hîc habere poteſt: & ſic legunt Scholia Græca. Quæ lectio ſi admittatur, erit accuſat. Doricus, pro comm. αἰδροδάμαν: à recto ſingul. αἰδροδάμη. nom. 2. declin. ſimpl. Et hæc coniectura mihi præferenda videtur. Nonnulli codices mendosè legunt, αἰδρομέδαν.

ὅρκιον ὡς ὅτε. Operæpretium eſt hanc ſententiam, ad loci lucem, ſic conſtructam ob oculos ponere, ὅτε αἰδροδάμαν Ἐριφύλαν Οἰκλεΐδᾳ δόντες γυναῖκα ὡς πιστὸν ὅρκιον ἦσαν μέγιστοι, τ᾽ ξανθοκομᾶν Δαναῶν.

δόντες. Intellige Adraſti fratres de quibus 3. duodecade, inter quos præſtabilis Adraſtus, hoc medium quo redirent in gratiam cum Amphiarao, excogitauit. Sic noua affinitate contracta priſtinam dignitatem Talai poſteri recuperarunt.

Οἰκλεΐδᾳ. Dor. pro Οἰκλεΐδῃ. Oiclides, eſt patronymicum, pro *Amphiaraus* Oiclei filius, Melampi nepos.

ξανθοκομᾶν, Genit. Dor. pro ξανθοκομῶν. à recto comm. ξανθοκόμης. Dor. ξανθοκόμας, *qui flauos habet capillos*. Δαναῶν. Qui hoc nomine ſint intelligendi pete cùm ex Latina paraphraſi huius duodecadis: tum ex annotatione in hanc vocem Pyth. Od. ν. antiſtroph. γ.

καί ποτε. Locus hic à Schmidio mihi videtur commodè reſtitutus: quem ego ſequor: cùm veteres codices habeant καί ποτ᾽ ἐς ἑπτάπυλους Θήβας. Vt metrum perficeret addidit κεῖ᾽. Atque haud ſcio an Leonicerus aliquem codicem habuerit qui hoc vocabulum haberet, ſiquidem in ſua interpretatione habet *electum exercitum*: quod Græcè reddas κριτὸν στρατόν.

ἄγαγον. Doricè, pro comm. ἤγαγον. Solet autem α Doricum pro η eſſe longum: at hîc metri neceſſitas poſtulat vt breue fiat.

αἰσιᾶν Genit. Dor. pro αἰσιῶν. Reddas autem hanc phraſin poëticam, ὡς αἰσίοις οἰωνοῖς χρησάμενοι. Lat. *infauſtis auſpicijs*.

οὐδὲ Κρονίων. Contra Iouis nullo portento lætum exitum pollicentis voluntatem, expeditionem ſuſcipiunt Argiui contra Thebanos. ἀστεροπᾶν Dor. pro ἀστεροπὴν: hoc eſt, ἀστραπὴν, ex qua antecedente, conſequens βροντὴ intelligenda: nam veteres in bonum malum-ve omen tonitrua à Ioue quandoque excitari putabant.

ἐλελίξαις Aeol. pro comm. ἐλελίξας. οἴκοθεν. Hoc eſt, ὁ Ζεὺς οὐ δεξιὸν βροντήσας προσέταξεν ἐπειγομένοις αὐτοὺς ἀπὸ τῶν φίλων ἀπιέναι, ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ἀφίξεως ἀποσχέσθαι.

μαργουμένοις. Verbum poëticum, pro comm. μαίνεσθαι, ἢ μάργων, hoc eſt, μωρῶν δίκην ὁρμητικῶς φέρεσθαι. *inſanire, & more inſanorum impetu ferri*. Fit à μάργος, quaſi μὴ ἀργὸς *non otioſus*: qui ſemper huc illuc impetu quodam fertur, non ratione. Quod factitant ſtulti, & inſani.

σπεῦδεν ὅμιλος ἱκέσθαι,
χαλκέοις ὅπλοισιν, ἱππεί-
οις τε σὺν ἔντεσιν. Ι-
σμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι, γλυ-
κὺν
νόστον ἐρυσάμενοι,
λευκανθέα σώματ' ἐπίαναν κα-
πνόν.
ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεο-
γυίους
φῶτας. ὁ δ' Ἀμφιάρῃ
σχίσεν κεραυνῷ παμβίᾳ
Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα,
κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις,

*tium properabat exercitus venire, cum aneis armis, & equestri apparatu. Itaque Ismeni ad ripas cùm dulcem reditum inhibuissent, candidè efflorescentem corporibus pinguefecerunt, fumum. Septem enim deuorarunt pyræ iuuenilimembres viros. Amphiarao autem diffidit fulmine aduersus omnia violento Iupiter lato pectore terram, occultauitque illum cum equis,*

bus & peditibus ære armatis constans, quanquã nullum à Ioue faustum, sed infaustum potiùs signum acceperat, ad manifestum exitium properare maluit, quàm à proposita profectione abstinere. Itaque ad Ismenum fluuium Thebas præterlabentem, vbi cum Thebanis prælium committebant, cæsi dulcem in patriam reditum amiserunt, & septem rogi robustos iuuenes viros concremarunt, quorum ex cadaueribus, dum cremabantur, albicãs ob pinguedinem fumus emittebatur. Sed Iupiter, fulmine cuius vi res omnes absumit, terram pectorosam diffidit: quæ magno hiatu diducta, Amphiaraum cum curru & equis absorptum occultauit & sepeliuit.

φαινομέναν δ' ἀς'. Arguit Argiuos temeritatis, quòd properauerint ad manifestum exitium: vitium autem illud à Principibus ad exercitum detorquet, vt Adrasti, aliorúmque ducum culpam extenuet. Porrò particip. verbi φαίνομαι, pro nomine φανερὸς vsurpat: & ἄταν Dor. pro ἄτην. Hoc est, βλάβην. Præterea obseruanda constructio verbi σπεύδειν cum infinit. Nam rarior est, quàm cum particip. Notandum quoque ὅπλα χάλκεα, τοὺς πεζοὺς, & ἵππεια ἔντεα, τοὺς ἱππεῖς significare: vnde colligere est exercitum fuisse ex equestribus, & pedestribus copijs conflatum.

Ισμηνοῦ δ' ἐπ'. Ismenus est Bœotiæ fluuius Thebas præterlabens: ad quem Argiui cum Thebanis primi belli conflictum commiserunt: in quo Thebanos superatos & intra mœnia redactos Argiui insequuti sunt. Sed hi bellicarum artium ignari temerè impetum faciebant ad muros vsque, ex quibus plerique à Thebanis occisi sunt, donec eruptione facta reliqui omnes, excepto vno Adrasto cæsi sunt. Qua de re Pausan. in Bœoticis.

ἐρυσάμενοι. Suspicari licet hoc vocabulum irrepsisse pro ὀλεσάμενοι. Nam frequens est phrasis apud Homerum, ὀλέσαι νόστον: & cogitur nimis huius verbi ἐρύεσθαι significatio. Et quanquam exponi possit, vel *deuitare* vel *inhibere*: nihilominus *reditum deuitare*, vel *inhibere*, improprium valdè iudicarit quiuis, non autem *reditum amittere*, præcipuè in serie huius sententiæ.

λευκανθέα. Nonnulli referunt ad καπνὸν: qui dum pinguia cadauera cremantur, efflorescentem candorem emittit. Schol. legit λευκανθέα σώματα. Mendosè ab omnibus ferè legitur λευκανθέαν. Nam & declinandi nominis ratio, ipsúmque metrum refragatur. Est autem accusat. singul. à λευκανθὴς, hoc est. λευκὸν ἄνθος ἔχων. *album habens florem.*

ἑπτὰ πυρὰ. Quot fuerunt portæ Thebis, tot in eas missæ cohortes : quot fuerunt cohòrtes, tot rogi. δαίσαντο autem posset rectè exponi, *combußerunt*. Nam & δαίω, est τὸ καίω.

νεογύοις. Vir dicitur νεόγυος, vel quasi νέα γυῖα, τοῦτ' ἔστι, μέλη ἔχων. *iuuenilia membra habens*, vel ratione ætatis, vel ratione roboris. Etenim & ætate prouectior, dici possit νεόγυος, si robusta habeat membra, qualia iuuenum esse solent.

ὁ δ'. Amphiarai alius ab alijs fuit obitus : nam Iupiter ipsi diffidit terram, vt illius hiatu absorptus, pudenda morte ab hoste cæsus nõ dedecoraretur. Ἀμφιάρηϊ scribendum, non autem Ἀμφιαρῆϊ. Nam commodior est nominatiuus Ἀμφιάρης, quàm Ἀμφιαρεύς.

παμβίᾳ. Hoc est, πάντα βιαζομένῳ. Nam παμβίας dicitur ὁ κατὰ πάντων βίαν ἔχων, *qui in omnia vim habet*.

βαθύστερνον. Hoc est, στέρνον βαθὺ ἔχων, *pectus profundum habens, pectorosus* poëticum epitheton, pro quo simplicius dicas βαθεῖαν χθόνα.

κρύψεν ἅμ'. Locus vbi à terra fuit absorptus cum curru Amphiaraus, postea vocatus est Ἅρμα, vt testatur Pausan. in Bœotic.

παράφρασις.

priusquam Periclymeno, cum quo conflicturus ille Amphiaraus aufugit ( etenim etiam fortissimi, vt Aiax, & Deorum filij, vt Titanes, diuinitus immissis terroribus perculsi, fugam vitio non vertendam arripiunt ) offerretur occasio virum illum fortem & bellicosum terga dantem hasta percutiendi, & lethali vulnere dedecorandi. Sed vt ad rem redeam, & de Aetnæis Chromij gente dicam, illi Phœnicum audacem insultum sustinuerunt, oppositísque armis represserunt: qualem ô Saturni fili in posterum quàm longissimè reijce, si ita est in fatis, & per ea id licet : ne ab hastatis Phœnicum & Carthaginensium copijs denuo petiti, rursus in discrimen veniant in quo de vita & morte agatur, & de summa rerum certare oporteat. Rogo etiam te Iupiter pater, vt ijsdem eam fœlicitatem impertias, quæ diutissimè bonarum legum, sub quibus viuunt, constitutionem seruet:

ᾠδῆς ς.

δουρὶ Περικλυμένου πρὶν
νῶτα τυπέντα μαχατὰν
" θυμὸν αἰσχυνθήμεν. ἐν γὰρ
" δαιμονίοισι φόβοις,
" φεύγοντι καὶ παῖδες Θεῶν.
εἰ δυνατὸν, Κρονίων,
πεῖραν μὲν ἀγάνορα φοινικοστόλων
ἐγχέων ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζωᾶς ἀναβάλλεο ὡς πόρσιστα. μοῖραν δ' εὔνομον αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰτναίων ὀπάζειν,

μετάφρασις.

*hasta Periclymeni priusquam terga percußus, pugnacem animum pudefieret. Nam in diuinitus immißis terroribus, fugiunt etiam filij Deorum. Si poßibile est, ô Saturnie, molimen quidem superbum hastarum à Phœnicibus mißarum hocce de morte & vita remoue quàm longißimè. Sortem autem quæ bonarum legum constitutionem habeat, oro te vt Aetnæorum filijs diu præbeas.*

δουρὶ Περικλυμένου. Periclymenus hic à Schol. dicitur Neptuni & Chloridis Tiresiæ filiæ filius. αἰσχυνθήμεν. Ionicus infinit. pro αἰσχυνθῆναι. Aor. I. paſſ. ᾐσχύνθην,

à verbo αἰσχύνομαι. Caufa cur abforptus fit à terra Amphiaraus: fcilicet ne indecorè periret ab homine vulneratus vide 6. Olymp.

δαιμονίοις φόβοις. Diuinitus immiffi terrores, dicuntur panici. Panicus terror, quis fit, habes in Adagijs Erafmi. Hac autem fententia Amphiarai fugæ turpitudinem eleuat. Verifimile autem eft poëtam intelligere à Ioue immiffum Argiuis terrorem in gratiam Thebanorum, quos propter Herculem & Dionyfium filios tuebatur.

εἰ δυνατὸν Κρονίων. Regreditur nunc author ad laudes, cùm Aetnæorum in genere, tum Chromij in fpecie. Ad laudem Aetnæorum pertinet quod dicit obiter de bello quod Phœnices ipfis intulerant: quorum infultum fortitudine fua repulerunt. Carthaginenfes autem, qui tum erant Phœnices, ex Libya in Italiam & Siciliam eruperunt: illis Hieron & Gelon fratres obftiterunt, illófque fortiter repreffferunt.

Κρονίων. Ornatur ἐπαίνοδος apoftropha ad Iouem, quem rogat poëta vt Aetnæos & Siculos tueatur ab alio infultu: ídque adhibita pia conditione, fcil. εἰ δυνατὸν: *fi poßibile eft*: hoc eft, *fi fata ferunt*: quorum feriem ne ab ipfo quidem Ioue mutari poffe credebant Ethnici.

πεῖραν. Scholiaftes hoc vocabulum exponit λῃστρικὴν ἐπίθεσιν, *infultum prædatorium*: quafi Phœnices prædonum inftar Siculos impetiuerint. Sed mitius eft poëtæ vocabulum, quàm vt eò refpiciat. Audacis & fuperbi conatus & experimenti duntaxat illos arguit, quum πεῖραν ἀγάνορα vocat illorum infultum. Nec abs re πεῖραν dicit, quia folum conatum adhibuerunt, nec voti compotes fuerunt.

ἀγάνορα. Hic epitheton iftud ἐπὶ ψόγῳ habetur: ideóque etymon erit ab ἄγαν, & ὑπερήν. q. d. ὑπὲρ τὸ δέον ὑπερὴν χρώμενος. Aliàs ἐπὶ ἐπαίνῳ fumptum, deducitur παρὰ τὸ ἀγῶ, τὸ θαυμάζω, & ὑπερήν. q. d. ἀγαςὸς. i. θαυμαςὸς τ ὑπερὴν.

φοινικοςόλων. Hoc eft, ὑπὸ Φοινίκων ἐςαλμένων, quã expofitionẽ in metaphrafi retinemus, potiùs quã ἐςαλμένων. h. e. κεκοσμημένων, feu ὡπλισμένων φοινίκων τρόπον. *more Phœnicio ornatarum*: quia illa quàm hæc fimplicior & commodior videtur. ἐγχέων autem dicit pro ὅπλων. De hoc bello, quod nauale fuit vide Pyth. Od. 1. antiftr. 4. Et annotationem noftram in hæc verba Ἑλλάδ' ἐξέλκων.

θανάτου πέρι καὶ ζωᾶς. Hoc eft, *conatum* feu *molimen*, *experimentum bellicum in quo de vita & morte*, *proinde de fumma rerum agebatur*.

ἀναβάλλεο ὡς πόρσω. Sic lego cum Schmidio, qui fic à Philippo lectum putauit, quum vertit, *remoue quàm longißimè*. Et certè meliùs quadrare videtur cum apoftropha, & re de qua agitur. Neque enim tã cõmodè poëta dicat, *reijcio conatum illum fuperbum de vita & morte*, &c. quàm Iouem roget dicens. *Iupiter conatum illum reijce*, feu *remoue quàm longißimè*. Quare pro ἀναβάλλομαι commodè ad clariorem fenfum, legendum videtur ἀναβάλλεο.

πόρσω. Poët. aduerb. pro πορρωτάτω. Communiter habes πόῤῥω, πορρωτέρω, πορρωτάτω feu πορρώτατα. Poëticè, πόρσω, πορσιον, πόρσιςα.

μοῖραν δ' Superior laus perita eft à fortitudine bellica, hæc ab εὐνομία quam ipfis diuturnam à Ioue precatur. q. d. αἰτῶ δέ σε ὦ Ζεῦ, ὥστε πολλὴν ἐπὶ χρόνον τοῖς Αἰ-

τγαίοις εὐνομίαν παρέχειν. Synecdochicè autem per Aetnæos innuit omnes Siculos. δαρὸν. Dor. pro comm. δηρὸν, quod quum folum eft, vt vult Euftath. ἐλλιπῶς κέ-χεται: nimirum fubaudiendo χρόνον. Fit à δὴν aduerbio poët. fignificante *diu.*

παράφρασις.

vtque populo occafionẽ confequendi gloriam ciuilem à generofis animis, & factis manantem impertias. Habet enim Aetna illius capaces viros, vt pote ftudiofos equorum, bellicofófque, & diuitias tam parui facientes, vt bonorum fortunæ fpecie non capiãtur. At putet aliquis me rẽ incredibilem afferere: quoniam aliquando contingit vt verecundia, quæ bonam exiftimationem affert, animum à rebus indecoris amouendo, furtim & fenfim fine fenfu lucri caufa imprudenti fubtrahatur. Id fanè aliquando contingit. At faltem Aetnæi Chromij exemplum habeo, cuius armiger & comes fi fuiffes in pedeftribus, equeftribus, naualibúfque prælijs, cognouiffes & iudicaffes quanto, quámque confidenti animo acris pugnæ periculum fubiret.

δυωδεκὰς ζ.

Ζεῦ πάτερ. ἀγλαΐαισιν
δ' ἀστυνόμοις ἐπιμίξαι
λαόν. ἐντί τοι φίλιπποι
τ' αὐτόθι, καὶ κτεάνων
ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας
ἄνδρες. Ἄπιστον εἶ-
π'. αἰδὼς γὰρ ὑπὸ κρύφα κέρδει
κλέπτεται,
ἃ φέρει δόξαν. Χρομίῳ κεν ὑπα-
σπί-
ζων παρὰ πεζοβόαις,
ἵπποις τε, ναῶν τ' ἐν μάχαις,
ἔκρινας ἂν κίνδυνον ὀ-
ξείας αὐτάς.

μετάφρασις.

*O Iupiter pater, ornamentíſque ciuilibus admiſceas populũ. Sũt certè & equorum ſtudioſi ibi, & poſſeſſionibus animas præſtantiores habentes viri. Rem incredibilem dixi. Nam verecundia latenter lucro ſurripitur, quæ affert gloriam. Sub Chromio armiger exiſtens inter pedites, equóſque, & in nauium prælijs, iudicaſſes periculum acutæ pugnæ.*

Ζεῦ πάτερ. Connecte cum fuperiori αἰτέω σε: à quo etiam pendet ἀγλαΐαισιν δ'. q. d. καὶ λαὸν Αἰτναῖον κόσμει τῇ τῆς πόλεως φαιδρότητι. *populum Aetnæum orna ſplendore vrbis:* hoc eft, *fac vt populus ſplendeat ornamentis, qualia in vrbibus exiſtere ſolent:* & fic à Ioue petet vt vrbs fplendidis ædificijs ornetur. Vel expone δίδου τῷ λαῷ πολιτικῶν δοξῶν ἐπιτυχεῖν. *Concede populo vt ciuilem gloriam conſequatur, & celebritatem.* Ciuilis autem gloria feu celebritas à generofis animis, & factis petitur. Et hoc pofteriore fenfu fortè intelligit poëta, quum ftatim dicit, ἐντί τοι φίλιπποι, &c. Nam illius gloriæ confequendæ capaces inter Aetnæos erant viri, cùm aliqui effent bellicofi (quod denotat author voce φίλιπποι, ab antecedente confequens innuendo) & diuitiarum contemptores: quæ duæ virtutes ciuitatem exornant. Scholiaftes malè exponit hæc verba, ἀγλαΐαισιν ἀστυνόμοις, hoc pacto, εὐφροσύναις ἀναστρεφομένας κατὰ τὴν πόλιν. Nam hîc non de lætitia, fed de ornatu agitur.

ἀστυνόμοις. Hoc eft, ταῖς ἐν πόλει, ταῖς πολιτικαῖς. Fit ἀστύνομος ab ἄστυ, *vrbs:* & νέμομαι, τὸ διάγω, τὸ οἰκῶ. *habito, dego.* Alias fignificationes vide in Lexicis.

ἐντί. Pro εἰσὶ. In his autem eft ratio petitionis præcedentis: q. d. εἰσὶ γὰρ. ἐν-

πῶδα καὶ ἱππικώτατοι, τοῦτ᾽ ἔστι, πολεμικοὶ ἄνδρες, καὶ τῇ προαιρέσει τὸ πλοῦτον νικῶντες, καὶ οὐ νικώμενοι τῶν κτημάτων.

ἀυτόθι. Nempe apud Aetnam. κρέσσων apud Græcos dicitur paſſim, *qui non vincitur, qui non flectitur.* vide exempla in Lexicis.

ἄπιστον. Occupatio qua occurrit obiectioni quæ fieri potuiſſet. Nam dixiſſet aliquis: Diuitijs expugnari potuiſſent: nam verecundia lucro furtim circunuenitur. At ne illam quidem virtutem φιλοκερδείᾳ expugnatam inter Aetnæos innuit. Quod vt probet, Chromij exemplum ſtatim proponit.

αἰδὼς γάρ. Sic Danaë aurea pluuia à Ioue expugnata. Nam ῥίζα κακῶν πάντων ἐστὶ φιλαργυρεία.

ἃ φέρει δόξαν. Refer ad αἰδώς. Nam τῷ αἰδήμονι verecundo, qui legem honeſtatis veretur tranſgredi, dum à turpibus amotum ad honeſta impellit, decus & gloriam parit. De hac Heſiodus. Αἰδὼς ἀνθρώποις μέγα σίνεται, ἠδ᾽ ὀνίνησι. Porrò δόξαν expone εὐδοξίαν.

Χρομίῳ. Sequuntur Chromij laudes, quem laudat à virtute bellica, pedeſtri, equeſtri & nauali prælio. Conuertitur autem ſermo, non ad Iouem (nam non dici poteſt ὑπασπίζων *armiger & ſatelles*) ſed indefinitè ad quemuis, vt innuat quemlibet qui arma Chromij tuliſſet, teſtem eſſe potuiſſe virtutis Chromij in omni genere prælij. ὑπασπίζων à Schol. exponitur συμπαρών.

πεζοβόαις. Hoc eſt, πεζομάχοις. Nam πεζὸς eſt *pedes*, & βοὴ, *prælium* quandoque ſignificat, vt βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, *prælio ſtrenuus.*

ἵπποις. Pro ἱππεῦσι. Vel erit dati. plur. à ſing. ἡ ἵππος *equitatus*; q.d. in *equitatibus*, hoc eſt, *copijs equeſtribus.*

ναῶν ἐν μάχαις. Hoc eſt, ἐν ναυμαχίαις. Nec dubium eſt quin Chromius Hieronem ſit ſequutus aduerſus Phœnices de quibus paulò antè dictum.

ἔκρινας ἄν. Hoc eſt, ὑπασπιστὴς ὢν Χρομίῳ ἐν πεζομαχίᾳ, καὶ ἱππομαχίᾳ, καὶ ναυμαχίᾳ, ἔκρινας ἂν οἷον κίνδυνον ὀξείας μάχης ἐκινδύνευεν ὑπὸ τῆς ἀνδρείας ἄφοβος ὤν.

ἀυτᾶς. Poët. & Dor. ἀυτὰ, pro comm. poëtico ἀυτὴ, hoc eſt, βοὴ, φωνὴ, vt exponit Euſtath. ab αὔω, τὸ φωνῶ deducens. A conſequenti *pugnam* ſignificat: & ita ſumptum vocabulum, ellipſin habet. Etenim dicendum ſimpliciter ἀϋτὴ πολέμου, vel πολεμίων.

παράφρασις.

quoniam illa Dea, nimirum Verecundia, bellicoſum eius animum ita comparabat & inſtruebat, vt nõ lucri ſtudio caſtra ſequeretur, ſed vt patriæ perniciem imminentem propulſaret, quam belli, à Phœnicibus illati furor minabatur. Et

δυωδεκὰς η.

οὕνεκεν ἐν πολέμῳ κεί-
να Θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ
θυμὸν αἰχματὰν, ἀμύνειν
λοιγὸν Ἐνυαλίου.
„ παῦροι δὲ βουλεῦσαι, φόνου
„ παρποδίου νεφέλαν
„ τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στί-
χας

μετάφρασις.

*quoniam in bello illa Dea* Verecundia *incitabat eius animum bellicoſum, ad propulſandum exitium Martis. Pauci autem conſultando, cædis ante pedes exiſtentis nubem*

quanuis pauci queant con-silio,animi magnitudine,& corporis robore, præfens ante pedes pofitæ mortis periculum in hoftium ca-pita retorquere:Chromius tamen hifce virtutibus prę-ditus hoc præftitit.Et quē-admodum apud Troianos celebris euafit Hector,quòd ad Scamandrum Troię fluuium pro patria fortiter pugnarit; fic & Chromius Agefidami filius,qui ad ripas Helori Siciliæ fluuij, cuius ad Pachynum promontorium fiti,ptofunda funt præcipitia.

„ χερσὶ καὶ ψυχᾷ δυνατοί. λέγεται
„ μὰν
„ Ἕκτορι μὲν κλέος ἀν-
„ θῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν
„ ἀγχοῦ. βαθυκρήμνοισι δ' ἀμ-
„ φ' ἀκταῖς Ἑλώρου,

*conuertere in hoftium virorum agmina ma-nibus & animo poßunt. Dicitur quidem Hecto-ri decus floruiße prope Scamandri fluenta. At circum profunda præcipitia habentis ripas Helori,*

ὅμωκεν. Hoc eft, ὅτι ἐκείνη Θεὸς Αἰδὼς οὕτω πολεμικὸν αὐτοῦ θυμὸν παρεσκεύαζεν, ὥστε τὸ Χρόμιον, οὐ κέρδεις ἀλλὰ καλοῦ χάριν ἀμύνειν τῇ πατρίδι. Itaque Verecundiæ impulfui tribuit,quòd Chromius,non lucri, fed honefti ftudio patriam defenderit.Poë-tica autem fictione Deam facit Verecundiam, de qua citatur Homerus à Schol. dicens,

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι,ἠὲ πέφανται.

*Verecundorum hominum plures feruati funt quàm occifi.*

Nam quos pudebat hofti fuccumbere,illi animum erigebant,& animofiùs pu-gnabant.

κεῖνα. Nempe Αἰδώς.Αὐτοῦ nempe Χρομίου.αἰχματὰν poët.pro πολεμικόν.

παῦροι δ. Laus Chromij,à confilio,animi magnitudine, & manuum robo-re,quibus omnibus, quæ paucis contingunt, inftructus fuit Chromius. Ante βουλεῦσαι fuba. ἐν τῷ. & εἰσὶ, poft δυνατοί. Et fic declara hanc fententiam. Ὀλίγοι δέ εἰσι δυνατοὶ βουλῇ,καὶ μεγαλοψυχίᾳ, καὶ ἰσχύϊ τὸ ἐφεστηκότα ἐν τῷ μάχεσθαι φόνον πρὸς τοὺς πολεμίους τρέπειν.

παρποδίου. Hoc eft,παρὰ ποσὶν ὄντος,proinde ἐφεστηκότος præfentis,imminentis,Por-rò φόνου νεφέλαν tropicè vfurpat:quemadmodum Homer. Il.π. θανάτου δὲ μέλαν νέ-φος ἀμφεκάλυψεν. Sic & Sophocles in Trachin. νεφέλην pro morte vfurpat. Ita Statius

*mortis opaca*

*Nube grauis vultus.*

χερσὶ καὶ ψυχᾷ. Hoc interpretatur Schol. γνώμῃ καὶ ἀνδρείᾳ. Malim tamen con-iunctο præcedente βουλεῦσαι,tria enumerari,τὴν βουλὴν,hoc eft, εὐβουλίαν. τὴν ψυ-χὴν,hoc eft,μεγαλοψυχίαν.τὰς χεῖρας,hoc eft,τὴν ῥώμην.Quæ tria quidem ad duo illa, γνώμην & ἀνδρείαν reuocari poffunt.Duo fanè in bello perquam neceffaria, nec feiungenda,vt docet Creon apud Eurip.in Phœniffis.v.753.Cùm enim Eteo-cles rogaffet,

Θάρσει προκρίνας, ἢ φρενῶν εὐβουλίᾳ;

*Secundum audaciam eligens,an fecundum prudentiam?*

refpondet Creon.

Ἀμφότερον, ἀπολειφθὲν γὰρ οὐδὲν θάτερον.

*Vtrumque fpectabis: nam alterutrum nihil valet.*

Et Homerus

Et Homerus Il. π. idem ſentit, in his.

Εν γὰρ χερσὶ τέλος πτπλεσμένον, ἐπέων δ' ἐνὶ βυλῆ.

λέγεται μαν κλέος. Syncriſis Chromij cum Hectore: vt enim apud Troianos ad Scamandrum Hector: ſic apud Siculos ad fluuium Helorum pro patria pugnauit Chromius.

βαθυκρήμνοισι. Mendosè ab aliquibus ſcribitur βαθυκρημνοῖσι. Porrò βαθύκρημνος, fit à βαθὺς, & κρημνὸς. q.d. βαθεῖς κρημνοὺς ἔχων.

παράφρασις.

(quem locum, quoniam ibi per victoriam retuſæ ſunt Carthaginenſium minæ, Areæ, hoc eſt, Minarum traiectum homines exinde denominarunt) pro patriæ ſalute fortiter pugnauit, ſimile apud Siculos decus prima iuuentute cõſequutus eſt. Alio autem tempore multas alias res, quas terra marique præclarè geſſerit, carmine decantabo: poſt quæ ſi ſcilenilem ætatem attingat, placidum æuum exiget. Quandoquidem iuuenilem ętatem in iuſtis laboribus impendiſſe, animum viri ad ſenectutem prouecti hac conſolatione munit, quòd nec in otio, nec in re[illegible]us inhoneſtis, ſed virum fortem & probum decentibus florem vegetę ętatis collocarit: quò fit vt emeritos annos citra pœnitentiæ tædium placidè traducat. Cęterùm ſciat Chromius ſe Deorum munere admiranda fœlicitate potiri.

δυωδεκὰς θ.

(ἔνθ' Ἀρειᾶς πόρον ἄνθρωποι καλέοισι) δέδορκεν
παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιδάμου
φέγγος ἐν ἁλικίᾳ
πρώτᾳ. τὰ δ' ἄλλαις ἀμέραις
πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ
χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ, φάσομαι.
" ἐκ πόνων δ', οἳ σὺν νεότατι γένωνται,
" σύν τε δίκᾳ, τελέθει
" πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα.
ἴστω λαχὼν πρὸς δαιμόνων
θαυμαστὸν ὄλβον.

μετάφρασις.

*(vbi Areæ traiectum homines vocant) refulget filio hoc Ageſidami lumen in iuuentute prima. Alia autem aliis diebus eius facinora multa quidē in puluerulenta terra, alia verò in vicino mari, commen[illegible]rabo. Ex laboribus qui cum iuuentute ſuſcepti fuerint, & cū iuſtitia, exiſtit ad ſenectutem vita placida. Sciat* Chromius *ſe fortitum à Dijs admirandam fœlicitatem.*

ἔνθ'. Nimirum ἀμφ' ἀκτὰς Ἑλώρου. h.e. *ad ripas Helori*: qui fluuius, *vt ex Apollodoro notat Stephanus de Vrbibus*, cicures piſces habet, ita vt ex traijcientium hominum manibus eſcam capiant.

Ἀρειᾶς πόρον. Explicare non poteſt Scholiaſtes quid poëta dicat ἀρειᾶς πόρον, ſit-ne ſcribendum diuiſim ἀρείας, vel ῥείας πόρον, vel ἀρειάπορον, coniunctim. Quare cùm ex ipſo neſciamus quid illud ſit, ad coniecturam nobis confugiendum. Fortè quidem dici potuit locus ῥείας πόρος *Rheæ tranſitus*, ob euentum aliquem. Sed veriſimilius eſt dictum fuiſſe Ἀρειᾶς πόρον: à nomine ἀρειά, quod ab Heſychio exponitur βλάβη, ἀπειλή. Item ab Euſtath. ἀπειλή: & deducitur ab ἀρά per pleonaſmum diphthongi ει. Etenim homines qui nomen hoc illi loco indiderunt, potuêre rationem habere τῶν ἀπειλῶν *minarum* exercitus illius Carthaginenſis, qui Græciam inuadere volebat: de quo paulò antè: vel βλάβης *damni*, quod idem

exercitus cepit, quum ab Hierone, Gelone, aliisque Græcis est perditus.

καλέοισι. Dor. Dialecto, mutato ου in οι, pro καλέουσι. δέδορκεν. Eadem significatione hic vsurpatur, qua δέδορκε φάος, in fine 3. huius libri. Ibi vide annotationem nostram. παιδὶ Ἁγησιδάμου. Hoc est, Χρομίῳ. Et ἐν ἁλικίᾳ πρῶτα, hoc est, ἐν νεότητι.

τὰ δ' ἄλλαις. Puto poëtam non habere rationem rerum à Chromio iam gestarum, sed spei in posterum gerendarum: ob quam alio tempore encomium pollicetur aliud. q.d. ἃ δὲ κατορθώσει, πολλὰ μὲν ἐν ἠπείρῳ, πολλὰ δ' ἐν θαλάσσῃ, ἐν ἄλλαις ἡμέραις διελεύσομαι. Appellat vicinum mare, videlicet Tyrrhenum, cuius insula est Sicilia.

κονίᾳ. Hic κονία Adiectiuè sumitur pro κονιακή, vel κονιώδης, cùm sit substant. & exponatur *puluis, cinis*. Porrò κονία χέρσος, à Schol. exponitur ἡ γῆ τῆς ἠπείρου. & poëta τὰς πεζομαχίας & τὰς ναυμαχίας innuit. φάσομαι Dor. pro φήσομαι fut. med. verbi φημί.

ἐκ πόνων δὲ. Consolatoria gnome, qua Chromium subleuat, ne exantlatorum laborum pœniteat ipsum, & ne grauetur nouos suscipere: cuius explicationem pete à paraphrasi Latina.

οἳ σὺν νεότατι γένωνται, σύν τε δίκᾳ. Hoc est, δικαίως ἐν νεότητι τελεσθέντων. Porrò ἁμέρα Dor. pro ἡμέρα, Ab abiectiuo ἥμερος, hoc est, πρᾷος. Vbi notandum vocabulum αἰὼν fœminei generis nunc esse.

παράφρασις.

Cùm enim opibus abundet, & decus gloriosis ex factis adeptus sit, summum fœlicitatis culmen attigit. Ad quod quicunque peruenit, nec oculos nec pedes vlterius circunferre debet, vt potiora quærat: cùm nihil maius homini mortali obuenire possit. Cæterùm quemadmodum modestia & tranquillitas in conuiuio postulatur vt iucundum efficiatur: sic etiam recens parta victoria suaue carmẽ flagitat, vt lętior & gloriosior reddatur. Quod carmẽ vt animosiùs à cantoribus in victoriali conuiuio canatur, siquidem vini generosi potio vocem roborat, aliquis id in lętitię craterem, qui dulcis est prenuntius mox sequuturæ cantionis, infundat:

Στροφὴ ι.

εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολ-
λοῖς ἐπίδοξον ἄρηται
κῦδος, οὐκ ἔτ' ἐστὶ πόρσω
θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς
ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.
Ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ
μὲν συμπόσιον. νεοθαλὴς δ' αὔξε-
ται
μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοι-
δᾷ.
θαρσαλέα δὲ παρὰ
κρητῆρα φωνὰ γίνεται.
ἐγκιρνάτω τίς μιν, γλυκὺν
κώμου προφάταν.

μετάφρασις.

*Si enim simul cum opibus multis illustre adeptus sit decus, non licet vlterius mortali amplius speculam aliã attingere pedibus. Trãquillitatem autẽ amat quidem conuiuium: & recenter florens augetur molli victoria cum cantu. Audax autem apud craterem est vox. Temperet aliquis eum, dulcem chorealis hymni prænuncium.*

εἰ γὰρ ἅμα. Ostendit poëta quibus in rebus consistat summa fœlicitas, nempe in diuitiis, & honore: quibus munitus Chromius, admirabili fœlicitate se di-

uinitus cumulatum ſciat. Aſſimile eſt illud quod alibi dixit, εἰ δ' ὤν καλὸς, ἔρδων δ' ἐοικότα μορφᾷ, οὐκέτι πόρσω, &c. Item Ep. 1. Iſth. 5. & Iſthm. 6. antiſtr. 1. & Pyth. 1. Ep. vlt.

σκοπιᾶς ἄλλας. Hoc eſt, ἄλλης εὐτυχίας ὅδοις περισκοπεῖν ὀφθαλμοῖς, καὶ ποσὶ ζητεῖν.

Ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ. Hinc incipit poëta hymnum hunc concludere: & comparat inter ſe victoriam & conuiuium victoriale, quòd quemadmodum iſtud iucundum redditur, ſi cum tranquillitate & modeſtia celebretur: ſic illa glorioſior euadat, ſi recens parta conſequatur encomium. Porrò comparationem iſtam ſumit, quia in conuiuio victoriali cantabatur chorealis hymnus, & quia alacres denotare vult cantores, eámque alacritatem à vini potu capere. Cæterùm ἡσυχίαν intellige cum Schol. εἰρήνην, *pacem, modeſtiam*. Etenim natis in vſum lætitiæ ſcyphis, par eſt tollere barbarum morem, verecundúmque Bacchum ſanguineis prohibere rixis: vt ad Horatij verba alludam, quæ extant Od. 27. l. 1. Carm.

νεοθαλής. Hoc eſt, νεωστὶ θάλλων, *recens florens, & vireſcens*: & hîc epitheton pro νεωστὶ τυχοῦσα. *quæ recens obtigit*.

θαρσαλέα δέ. Effectum vini in poëtis & cantoribus, vocem quidem & animum confirmat. vnde vetus Epigr. Græcum.

Οἶνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ.

Contrà verò

Ὕδωρ δὲ πίνων, καλὸν οὐ τέκοις ἔπος.

vnde Horat.

*Fœcundi calices quem non fecêre diſertum?*

Hoc loco poëta non tam de ὑμνοποιοῖς quàm de ὑμνῳδοῖς loquitur.

ἐγκιρνάτω τίς μιν. Quum poſtulat poëta ſibi vinum in craterem infundi quo animum roboret, innuere vult ſe ſummo ſtudio teneri canendi laudes Chromij, & omnia quærere adminicula quibus id faciat præclarè.

γλυκὺν κώμου προφάταν. Expone τοῦ ἐγκωμίου προηγητήν, *encomij præuium*. Nam, vt docet Schol. quum quis adeptus erat victoriam, primum lætitiæ crater apponebatur: deinde laus victoris carmine canebatur.

| παράφρασις. | δωδεκὰς ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| & liquorem illum, qui à vite progignitur, cuius & vis eſt maxima, diſtribuat argēteis phialis, quas equæ Chromij hero ſuo partas ex ſacra Cereri Sicyone Aetnam vexerunt, ſimul cum coronis illi textis pro iuſto pręmio victoriæ, in Pythijs, ibi ab Adraſto Apollini conſecratis, partę. | ἀργυρέαισι δὲ νωμά-<br>τω φιάλαισι βιατὰν<br>ἀμπέλου παῖδ'. ἅς ποθ' ἵπ-<br>ποι<br>κτησάμεναι Χρομίῳ,<br>πέμψαν θεμιπλέκτοις ἅμα<br>Λατοΐδα στεφάνοις<br>ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος. Ζεῦ πάτερ<br>εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι | *argenteis autem diſtribuat phialis violentum vitis filium: quas hunc equæ quum acquiſiuerunt Chromio, vexerunt iure textis cū Latoidæ coronis ex ſacra Sicyone. Iupiter pater opto hanc virtu-* |

Quam viri illius virtutem hoc egregio facinore demonstratam, carmine in quo Gratiarum elegantia refulgeat, celebrare opto Iupiter pater, & supra plerasque alias victorias verbis eruditè inuentis honorare, Musæ meæ sagittas omnes proximè ad scopum torquendo. h. e. ad propositum laudis argumentum, videlicet Chromium, omnem meæ mentis in contexendo hymno inuentionem directè conferendo.

σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ
πολλῶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
νικᾶν, ἀκοντίζων σκοποῦ
ἄγχιστα μοισᾶν.

*tem celebrare cũ Charitibus, supra multásque ingeniosè inuentis honorare carminibus victorias, iaculans proximè ad scopum Musam.*

ἀργυρέαισι ϛ.Præter communes crateres postulantur phialæ quas pro victoriæ præmio Chromius Sicyone reportauit. Nam vini potio lętior in his futura videtur. Commendantur hæ phialæ, à materia: simúlque docemur, hoc fuisse Pythiorum Sicyoniorum præmium vnà cum coronis.

νωμάτω. Hoc est, διανεμέτω. De voce φιάλη vide Olymp. Od. ζ. str. α. Porrò ἀμπέλου παῖδα, periphrasticè intellige vinum quod ex vitis vuis exprimitur: prætérea epitheton considera βιατάν, vel quasi τὸ βίᾳ θλιβόμενον, *quod vi exprimitur*, vel τὸ βιάζεσθαι εἰδότα, καὶ εἰς μέθην ἄγειν. *quod vim inferre nouit, & in ebrietatem agere*, vt vult Schol. cuius priorem sententiam non probo, quia non innuit epitheton quid patiatur vinum: sed docet eius esse vim maximam, siue ad robur addendum, siue ad mentem calefaciendam, interdum & ad turbandam. De effectis vini lege Horat. Od. 21. l. 3. Carm.

ἅς ποθ'. Hoc ποτε puto vacare, vt aliquando id accidit: vel significare *nunc* vel *tandem*: q. d. *quas nunc*, vel *quas tandem Chromio partas*, &c. Etenim non agitur de victoria, quondam seu olim parta, sed de recenti quæ paulò antè νεοθαλὴς est dicta, & cuius conuiuium nondum est celebratum, vt colligere est ex poëtæ verbis. Solebat autem celebrari dum recens adhuc erat victoria. Si illud ποτὲ *nunc* exponas, recentem victoriam significabis: si *tandem*, post conatus aliquot partam.

Χερμίῳ κτησάμεναι. Non potest hinc colligi equas absente hero vicisse: Nam illis victoria tribui potest, quia aptæ erant ad certamen ineundum, & aurigæ bene paruerant. Euicimus autem 1. duodecade, in hoc verbum ἀναβαίνων, Chromium ipsum curru certasse.

πέμψαν. Negl. augm. pro ἔπεμψαν: quod hactenus expositum inuenio *miserunt*: quod non probo: siquidem bruta impropriè dicuntur mittere: & verisimilius est exponi debere *vexerunt*: Nam equæ in patriam redibant, & coronas eò vehere poterant. Et τὸ πέμπω aliquando sign. *veho, deduco, transueho*. vt Odysse. ε.

Οὐ γάρ μοι πάρα νῆες ἐπήρετμοι καὶ ἑταῖροι,
Οἵ κέν μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.
*Non enim mihi prestò sunt naues remis instructæ, & socij,*
*Qui poßint ipsum deducere per lata dorsa maris.*

θεμιπλέκτοις. Vel ἀπὸ τῆς Θέμιδος πεπλεγμένοις, quæ Apollinis erat πάρεδρος, & Pythone oraculum habebat: vel δικαίως καὶ νομίμως πεπλεγμένοις, vt nullo judicum

fauore, sed pro merito coronas accepisse dicatur. Nam θέμις idem significat quod δίκη.

ἅμα. Legunt alij ἀμφὶ nullo sensu, & cum metri corruptela. Quare ex Schol. qui videtur legisse ἅμα, hanc vocem illius loco ponimus. Habet Schol. ἅμα τοῖς μετ' δικαιοσύνης ὑπαρξασιν, &c.

Λατοΐδα. Hanc vocem habes Od. 1. Pyth. hoc est, Ἀπόλλωνος. Nam sacra erant Apollini hæc certamina.

ἱεροῦ Σικυῶνος. Sicyon sacra vocatur quia extructa est in colle natura munito & Cereri sacro, Strab. l. 8. Locus notatur vnde coronæ delatæ sunt: sed locus ad quem perlatæ sunt, subticetur: quem puto Aetnam esse, in qua Chromius habitabat.

Ζεῦ πάτερ. Votum quo testatur se ex animo cupere pios victores merito encomio decorare. Et apostrophen facit ad Iouem. q. d. ὦ Ζεῦ πάτερ εὔχομαι χαρίεντι ὕμνῳ ταύτην ἀρετὴν Χρομίου ᾄδειν, καὶ περὶ πολλῶν νικῶν ἀκριβῶς τιμᾶν ἔπεσι. Malo legere νικᾶν in genit. plur. quàm νίκαν in accus. singul. Nam commodiùs mihi suppetit loci sensus, vt videbis ex paraphrasi Latina.

ταύταν ἀρετάν. Dor. pro comm. ταύτην ἀρετὴν: videlicet νίκην, vt paulò pòst exponit. σὺν Χαρίτεσσιν: h. e *Gratiarum, quæ omnia præclara faciunt, ope*; τιμαλφεῖν. Cōpositum vocab. ex τιμὴ *honor*, & ἀλφέω *inuenio, excogito*. Sign. ἄγαν τιμᾶν, *magno honore prosequi*. Et τιμαλφὴς ab Etymol. exponitur, ἄγαν τίμιος, & τὸ τιμὴν εὑρίσκον. Hic τιμαλφεῖν λόγοις est, *ingeniosè inuentis verbis honorare*.

ἀκοντίζων σκοποῦ ἄγχιστα μοισᾶν. Sic legunt omnes codices: q. d. poëta, se præstantissimum hymnum scribere. Sed Schol. videtur legisse μοῖσαν in accusat. singul. Nam sic interpretatur hæc verba, πέμπων μου τὴν μοῦσαν ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ. Item ἀκοντίζων ἐγγὺς τοῦ σκοποῦ τὴν μουσικήν. ἤτοι διϊκνούμενος τῆς μουσικῆς. Quam expositionem probo. Nam hæc allegoria frequens est apud authorem quum agit de suo carmine laudatorio, & de eo quem laudat. Nam sua carmina vocat vel ἄκοντας, vel οἰστούς, hoc loco μοῖσαν. Eum quem laudat, appellat σκοπόν: vt antistr. vlt. 2. Olymp. ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, &c. & Ol. 1. sub finem dicit ἐμοὶ μὲν ὦν μοῖσα καρτερώτατον ἀλκᾷ βέλος τρέφει.

ΘΕΙΑΙΩ ΠΑΙΔΙ ΟΥΛΙΟΥ, παλαιστῇ.

THIAEO FILIO VLIAE, palæſtritæ.

ΕΙΔΟΣ Ι. ODE X.

## ARGVMENTVM.

*Occaſionem ſcribendi hoc encomium in Thiæi laudem dedit poëtæ Hecatombæorum victoria, à qua virum hunc potiſſimùm commendat: quanquam & aliarum victoriarũ meminit, nimirum Iſthmiæ, Pythiæ, & Panathenæorum, ſpémque facit obtinendæ Olympicæ. Præterea laudis locos petit à patria, materno genere, & cognato Pamphaë à quo ad Caſtorem & Pollucem digreſſus, Odam hanc concludit.*

παράφρασις.

Vos ô Gratiæ, carminibus Argos celebrate, cuius rex fuit Danaus, qui diuerſis ex vxoribus quinquaginta ſuſcepit filias celebres redditas, & quaſi conſpicuo in loco collocatas ob perpetratum in maritos facinus: celebrate, inquam, Argos, in quo ſibi ſacro domicilio, tanquam numini ſuo conuenienti habitat tutelaris Dea Iuno. Ciuitas enim illa illuſtris reddita eſt ob ſexcenta audacia fa-

στροφὴ α. κῶλ. ια.

Δαναοῦ πόλιν, ἀγλαο-
θρόνων τε πεντήκοντα κορᾶν, Χάριτες,
Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς, ὑ-
μνεῖτε. φλέγεται δ' ἀρεταῖς
μυρίαις, ἔργων θρασέων ἕνεκεν.
μακρὰ μὲν τὰ Περσέος ἀμ-
φὶ Μεδοίσας Γοργόνος,
πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατῴκισθεν ἄφ' ἄστη

μετάφρασις.

*Danai vrbem, & pulchris ſolijs inſidentium quinquaginta filiarũ, ô Gratiæ, Iunonis domicilium Deam decens, celebrate. Refulget enim virtutibus infinitis propter facta fortia. Longa quidẽ* ſunt relatu *Perſei* geſta, *circum Meduſam Gorgonem, & multa in*

ταῖς Ἐπάφου παλάμαις.
οὐδ' Ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη μονό-
ψαφον ἐν κολεῷ καταχοῖσα ξί-
φος.

*Aegypto condita fuerunt oppida Epaphi manibus. Neque Hypermnestra aberrauit, quum non suffragantem alijs in vagina retinuit gladium.*

cinora Quale est illud Persei, qui vt Medusam Gorgonem neci dederit, longius esset referre. Qualia & Epaphi filij Iouis & Iûs filiæ Inachi Argiui: qui cùm à matre in Aegyptum translata in lucem editus esset, ibi multas vrbes, vt pote Memphim, aliásque condidit. Quale etiam illud memorabile Hypermnestræ factum, quæ sola clemens in nuptias non peccauit, quando cum reliquis sororibus non consentiens, traditum à patre gladium, quo prima nocte sponsum interficeret, è vagina non eduxit, & marito pepercit.

Θιαίῳ. Titulus habet tantùm nomen patris, & generis victoriæ: deest patriȩ: sed ex hymno satis constat Thiæum fuisse Argiuum, qui multis certaminum victorijs inclaruit, de cuius quidem patre nihil memorabile narratur; quanquam à paterno & materno genere laudatur.

εἶδος 1. Hæc Ode, quanquam in Nemeorum serie collocatur, attamen non directè ad Nemeacam victoriam refertur. Quanquam enim Thiæus Nemeonices prædicatur, id accidit in congerie victoriarum proposita: sed occasionem componendi hymnum hunc, poëta videtur accepisse ab Hecatombæa victoria Argis parta.

Δαναοῦ πόλιν. Argiuum virum, Argiua victoria potitum ipso in limine à patria commendat, patriam ab Heroibus insignibus, illorúmque factis memorabilibus. Primùm Danai vrbem appellat: nam hîc regnauit pulso Gelanore Sthelenæ filio. Sic autem historiam habet Pausanias in Corinthiacis, cuius Latinam interpretationem hîc scribo. *Danaus cùm Argos venisset, de regno cum Gelanore Sthenelæ filio contendit: ac cum vterque eorum ad populum multa, & ea maximè probabilia, & iuri consentanea dixisset, neque omnino quæ Gelanor afferebat minùs æqua viderentur, causa ampliata est in crastinum. Postero die prima luce, in boum gregem in pomœrio pascentium lupus impetum fecit: atque is taurum ipsum gregis ducem adortus est. Visum est Argiuis Gelanori cum tauro, cum lupo esse Danao aptissimam conuenientiæ rationem: quòd scilicet vti lupus animal est homini minimè familiare, sic propemodum ad id temporis nulla fuisset Danaus Argiuorum consuetudine vsus. Quare cùm lupus taurum confecisset, è re nata Argiui Danao imperium adiudicarunt. Tunc Danaus lupum ab Apolline missum interpretatus, Lycij Apollinis ædem dicauit.* Hæc facta sunt cùm ex Aegypto venisset Danaus, Beli regis Aegyptiorum filius, qui cùm quinquaginta filias haberet, & ab Aegypto fratre peterentur in vxores pro quinquaginta filijs quos pariter habebat; monitus est ab oraculo ab vno generorum mortem ipsi imminere, ideóque filias illi denegauit, vtque periculum vitaret ex Aegypto Argos nauibus concessit, & regnum eo quo dictum est modo, occupauit. Sed Aegyptus se contemni ratus filios misit aduersus Danaum bellum gesturos, eò autem adactus est Danaus, vt filias coactus sit collocare Aegypti filijs. Interim dato vnicuique filiæ gladio, mandauit vt prima nocte maritum interficerent: quod

præſtiterunt omnes excepta Hypermneſtra, quæ Lynceo pepercit. Poſtea Lynceus ſocerum occidit, & regnum occupauit.

ἀγλαοθρόνων. Hoc Danai filiabus epitheton vix in laudem tribuitur, imò potiùs in vituperium, quatenus inſignes redditæ ſunt facinore impio, & velut in conſpicuo loco collocatæ. κορᾶν genit. Dor. pro comm. κορῶν.

Χάριτες. Apoſtrophe ad Gratias, vt nimirum carmen quod Muſarum afflatu componebat Pindarus, elegantia exornarent: ſiquidem nihil ſine Gratijs præclari perficitur, vt videre eſt vlt. Olymp.

Ἥρας δῶμα. Sacrum fuiſſe Iunoni Argos, docent hæc Homeri verba.

Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόλιες,
Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

φλέγεται δέ. Hoc eſt, λάμπει, λαμπρύνεται. Verbum φλέγω, τὸ λαμπρύνω iam occurrit Oda 5. Pyth.

μακρὰ μέν. Hoc eſt, μακρὸν ἂν εἴη τὰ τοῦ Περσέως ἀμφὶ Μεδούσας Γόργονος πράγματα διηγεῖσθαι. Cæterùm Schmidius ob metrum legit τοῦ Περσέος; Phraſis tamen Græca foret melior ſi τὰ ſeruemus, ſubaudiendo πράγματα: erítque perſpicua mens authoris ſeruata conſtructione quam propoſui. Alibi autem de Perſeo & Gorgonibus diximus. Ideóque nihil hîc addemus, præterquam quod hæc hiſtoria ſatis nota eſt.

πολλὰ δέ. Quod de Epapho in paraphraſi: & de Hypermneſtra, ibidem, & annotatione in Δαναοῦ πόλιν, ſufficiet. vide plura in Epiſt. Ouid. ad Lynceum, & apud Pauſaniam in Corinthiacis. Obſeruabo tantùm κατῴκισθεν Aeol. in 3. plur. dictum, pro κατῳκίσθησαν, à verbo κατοικίζω. Item ἄρ' eſſe additum à Schmidio, ad perficiendum metrum duntaxat: quod ego etiam retinui.

μονόψαφον. Sic appellat gladium Hypermneſtræ, quia, vt Schol. verbis vtar, ἐκ ἐφαίνετο ἰσόψηφος τῶν ἀδελφαῖς, ἀλλὰ μονόψηφος ἐγένετο. τουτέστι, μόνη παρὰ τὰς ἄλλας Δαναΐδας ἰδίᾳ ψήφῳ χρησαμένη, οὐκ ἔσπασε κατὰ τοῦ Λυγκέως τὸ ξίφος. Porrò μονόψαφος Dor. eſt pro comm. μονόψηφος. & κατασχοῖσα Dor. pro comm. κατασχοῦσα. Preterea παρεπλάγχθη. hoc eſt, τῶν δεόντων ἀπεπλανήθη: eſt Aor. I. paſſ. verbi παραπλάζομαι. Huic autem Aoriſto interſeritur γ. vt & initio Odyſſeæ, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη. pro ἐπλάχθη. à ſimplici πλάζομαι.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. καὶ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Hoc quoque nomine illuſtris reddita eſt ciuitas, quòd Diomedem Tydei filium, flaua & cæſijs oculis Mineruа, immortalitate donatũ in numerum Deorum retulit. Quòd & Amphiaraum vatem Oiclei filium, fortem & bellicoſum virum, qui nubis inſtar in hoſtes ingruere ſoleret, ter- | Διομήδεα δ' ἄμβροτον ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν. γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο, κεραυνωθεῖσα Διὸς βέλεσι μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος. καὶ γυναιξὶν καλλικόμοι- | Diomedem autem, immortalem flaua quondam Dea cæſia fecit Deum. Terra verò apud Thebas recepit fulmineis Iouis telis percuſſa, vatem Oiclidem, belli nubem. Quinetiam mulieribus pulchricomra telis |

ta telis Iouis, ſcilicet fulmine percuſſa Thebis, diffiſſaque abſorpſit, ne turpiter ab hoſte occideretur. Quod etiam capillitio decoris, formáque præſtantibus mulieribus alias vrbes antecellit. Quam famam veram eſſe Iupiter ſuo facto comprobauit: quum

συν ἀριστεύει. πάλαι
Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμήναν, Δανάαν τε μολὼν, τοῦ-
τον κατέφανε λόγον.
πατρί τ' Ἀδράστοιο, Λυγκεῖ τε φρε-
νῶν
καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δί-
κᾳ.

*mis excellit. Olim Iupiter ad Alcmenam & Danaën profectus, hāc famam palam fecit. Patri etiam Adraſti, Lynceóque mentis fructum cum recta adaptauit iuſtitia.*

Alcmenam & Danaën Argiuas amauit & adiuit. Quod & Talaum Adraſti patrem, & Lynceum Aegypti filium Hypermneſtræ maritum habuit reges, quibus Iupiter prudentiam & iuſtitiam coniunctim largitus eſt.

Διομήδεα δ'. Hoc eſt, ἡ δ' Ἀθήνη ξανθὴ καὶ γλαυκῶπις τ Διομήδεα θεὸν ἀθάνατον ἐποίησε. Fuit autem Diomedes Tydei Aetolorum regis filius. Tydeus autem ex Aetolia Argolidem conceſſit, & ex Adraſti filia Diomedem genuit, vt legimus Il. ξ. qui non ſolùm fuit heros fortiſſimus, & *vt Horatij verbis vtar* Tydides melior patre: ſed etiam in Deorum numerum relatus, hac ratione. Tydeus illius pater Thebano bello vulneratus à Melanippo, id ęgerrimè tulit, & Amphiaraum rogauit, vt occiſi Melanippi caput ſibi afferret: quo facto Tydeus animum ſatiare non potuit obtuendo, & denudati capitis carnes deuorauit. Promiſerat autem Minerua Tydeo immortalitatem pro vulnere quod acceperat: qua cùm non poſſet frui, ſiquidem carnes deuorauerat, Mineruam rogauit, vt eam in filium Diomedem transferret. Quod fecit Minerua. Itaque cum Caſtore & Polluce cultus eſt tanquam Deus: & ſunt qui eum in Diomedea inſula maris Adriatici euanuiſſe crediderunt. vide Strab. l. 6.

ξανθὰ Γλαυκῶπις. Sic ἀντονομαστικῶς appellatur Minerua: & ξανθά, Doricum eſt, pro comm. ξανθή. Porrò ἄμβροτον ſume inſerto μ. pro ἄβροτον. ex α. priu. & βροτός. poëticum pro ἀθάνατος.

γαῖα δ' ἐν Θήβαις. Superiore Oda ſatis actum de Amphiarao, & Olymp. ς. Quod autem abſorptus eſt Amphiaraüs, id factum putant vt eſſet immortalis: & cùm in viuis vates eſſet, quum ex ijs exceſſit ipſi oraculorum ſedes in Gręcia aſſignarunt. Hunc poëta vocat πολέμοιο νέφος, vt & Il. ρ. Homerus Hectorem,

ἐπεὶ πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει Ἕκτωρ:

ſiue multitudinis copiarum, ſiue fortitudinis Amphiarai rationem habet: nam hæc phraſis eſt metaphorica.

καὶ γυναιξίν. Argi laus à præſtantiſſima mulierum forma: cuius laudis duo dat exempla, Alcmenam & Danaën: & Iouis iudicio eam confirmat. Nam ſiquidem illas mulieres amauit Iupiter, ſequitur vt formoſæ fuerint. καλλικόμοις ſignificat *formoſas*, ſynecdochicè.

τοῦτον. Sic legendum videtur, vt altera ſyllaba colon præcedens perficiat, & ſic in Schol. legitur τοῦτον κατέφανε τ λόγον. De Alcmena, vide Plautum in Amphitryone, & Ouid. 6. Metamorph. De Danaa vide Horat. l. 3. Carm. Od. 19. & Ouid. 6. Metamorph.

πατρί τ' Ἀδράστοιο. Intellige Talao: & Λυγκεῖ, intellige Hypermnestræ viro, & Aegypti filio, qui Danaum interfecit, & illi successit: suæque posteritati imperium Argiuum reliquit. Alij enim sunt Lyncei.

φρενῶν καρπὸν. Intellige ἄριστον λογισμόν. Nam mens, vt ita loquar, sedes est διανοίας καὶ λογισμοῦ. vide antistr. 1. Ol. 7. Od. quid sit γλυκὺς καρπὸς φρενός. Porrò εὐθεῖα δίκη est δικαιοσύνη. Et συνάρμοξεν duplici Dorismo pro συνήρμοσεν, qui fit mutato η. augmenti in α. & σ. in ξ.

παράφρασις.

Quòd & Amphitryonem tulit, cuius idem Iupiter hastam sustentauit, scilicet ipsi fauendo in bello. Atque is quoque Amphitryo fœlicitate præstantissimus in Dei illius affinitatem venit; quando rex ille Deorum immortalium æneis armis indutus, & assimilatus Amphitryoni Taphiorum seu Teleboarum victori (quos qui vicisset, raptúmque Electryonis boum, & eiusdem filiorum necem vltus esset, Alcmena filia & soror sui coniugium promiserat) ingressus est aulam & Alcmenam compressit; ex qua generosum, ad omniáque pericula intrepidum Herculem genuit, cuius vxor Hebe Dearum formosissima cum matre Iunone pronuba Dea & nuptiarum perfectrice in cœlo versatur.

ἐπῳδ. κώλ. ιβ.

θρέψε δ' αἰχματὰν Ἀμφι-
τρύ-
ωνος. ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος
ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν,
ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις,
Τηλεβόας ἐναρόντι
ὄψιν ἐειδόμενος
Ἀθανάτων βασιλεὺς αὐλὰν ἐσῆλ-
θεν,
σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων
Ἡρακλέος· οὗ κατ' Ὄλυμπον
ἄλοχος Ἥβα, τελείᾳ
παρὰ ματέρι βαίνοι-
σ' ἔστι, καλλίστα θεῶν.

μετάφρασις.

*Aluit autem hastam Amphitryonis. Is autem fœlicitate præstātissimus venit in illius affinitatem, quando in æreis armis Teleboarum victori faciem assimilatus immortalium rex aulam ingressus est, semen intrepidum afferens Herculis: cuius in cœlo vxor Hebe perfectricem nuptiarū apud matrem incedit pulcherrima Dearum.*

θρέψε δ': Quemadmodum Talaum & Lynceum Iupiter dicitur prudentia & iustitia ornasse: sic immediatè dicitur, aluisse hastam Amphitryonis, hoc est, eū in bello fortitudine muniuisse. Ideóque puto remotiùs sumptam illam coniecturam, quòd Iupiter aluit & quasi prolongauit bellum Amphitryonis, vt vno die eum præuertens, Alcmena potiretur. Neque contextus series id vllo modo mihi videtur velle. Hîc igitur τρέφω sumo quemadmodum Sophoclis Schol. in Aiace mastigoph. interpretatur, αὔξω. In hunc versum, οἵας λατρείας αὐθ' ὅσου ζήλου τρέφει.

ὁ δ' ὄλβῳ. Referuntur ista ad Amphitryonē, qui fœlicissimus fuit quòd in Iouis affinitatem venerit, quum videlicet alter Herculem, alter Iphiclum ex eadem coniuge eodem tempore suscepit.

ἐναρόντι. Sic legendū videtur, ratione cùm metri tum sensus. Itaque mendo-

sè legunt qui habent vel ἔναρεν τι οἱ, vel ἔναρεν οἱ: quod & Schmidius rectè obseruauit. Porrò ἐειδόμενος Atticè & poët. dictum pro εἰδόμενος.

ἀδείμαντον. Hoc est, ἄφοβον. Fit ἀδείμαντος ex α priu. & inusitato verbali δειμαντὸς, à δειμαίνω *trepido, formido, metuo*, & hoc à δεῖμα, hoc à δέος.

Ολυμπον. Hoc est, ὀρανὸν. Fabula Hebes notissima est. Habes βαίνοισα ἐστι Atticè pro βαίνει. & Dor. βαίνοισα, pro comm. βαίνουσα.

Τελεία. Antonomasia pro Ηρα: quę cur sic appelletur, ambigunt. Quidam Τελείαν Iunonem vocant, quia Temenus Pelasgi filius tria fana ædificauit, primum παιδὶ: secundum τελεία postquam Ioui nupsit. Dicitur autem τέλειος qui matrimonium iniuit. Tertium χήρα *vidue*, quum irata voluit aliquando diuortium à Ioue facere. Quæ sententia si valeat, dicetur Hebe cum matre Iunone in cœlo versari, quatenus Iuno est τελεία non χήρα facto à Ioue diuortio. Iunoni Teliæ fuit templum in monte Cuculo, quia ibi in cuculum verso compressa est à Ioue. Alij Τελείαν dicunt quasi *adultam, perfectam, nuptialem*, quòd perfectionem vitæ efficit, h.e. maturam ad matrimonium ætatem significet. Alij quòd sit γαμηλία & ζυγία, ac nuptiarum perfectioni præsit: & sic κατασκευάζει τὴν τελειότητα τοῦ βίου. Nam vt ait Pollux, γάμος dicitur τέλειος, ὡς πρὸς τὸ βίον τελῶν τοῦ ἀνθρώπου.

παράφρασις.

Sed quid infinitas res apud Argiuos memorabiles exponam? Sanè non possim omnia præclara recensere, quæ de Argo virtutibus suorum incolarum bene fortunato referenda sese offerunt, adeò mihi angustum est os, & imbecilla dicēdi facultas: præterquã quòd ex enumeratione lõgiori deuitare volo hominum fastidium, in quod incidere mihi foret molestũ. Quanquam autem ijs de causis longiorem narrationem præcidam, quod attinet ad priscorum Argiuorum res memorabiles: nihilominus virum Argiuum recens Hecatómbæorum victorem celebrabo. Quare accipe lyram fidibus tensis bene sonantem, & curam suscipe laudandi illum palæstritam. Robustum certamen quod Iunoniorum tempore pro æneis armis indici solet, Argiuum populum hortatur vt ad Hecatombes sacrificium Iunoni fieri solitum, & ad præmiorum

στροφὴ β. κῶλ. ια.

βραχύ μοι στόμα πάντ᾽ ἀναγήσασθ᾽ ὅσων Αργεῖον ἔχει τέμενος
μοῖραν ἐσλῶν. ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀνθρώπων βαρὺς ἀντιάσαι.
ἀλλ᾽ ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύραν,
καὶ παλαισμάτων λάβε φροντίδ᾽. ἀγών τοι χάλκεος
δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ ταν θυσίαν Ηρας, ἀέθλων τε κρίσιν,
Ουλία παῖς ἔνθα νικάσαις δὶς, ἔσχεν Θειαῖος δυσφόρων λάθαν πόνων.

μετάφρασις.

*Arctum est mihi os ad omnia recensendũ, quotcunque Argiuum habet delubrum sortem bonorum. Est verò etiã satietas hominum grauis occursu. Sed tamen chordis bene sonantem excita lyram, & luctarum curam suscipe. Certamen æneum populum hortatur ad sacrificium Iunonis, præmiorúmque iudicium, vbi Vliæ filius Thiæus victoriam adeptus bis, consequutus est portatu difficilium obliuionem laborum.*

iudicium se conferat. In quo certamine Thiæus Vliæ filius iam secundò victoriam adeptus præmio donatus est: quem ob successum, nullo difficilium quos exhausit laborum sensu afficitur.

βραχὺ μοι στόμα. Concludit laudem à maioribus præcisione sermonis, quum profitetur tam amplam esse illius aream vt singulis recensendis sit impar. q. d. ἀδυνάτως ἔχω πάντα τὰ τ' Ἀργείων καλὰ διηγήσασθαι. Doricum est ἀναγήσασθαι pro ἀνηγήσασθαι infin. Aor. 1. med. verbi ἀνηγέομαι.

Ἀργεῖον τέμενος. Periphrasis pro Ἄργος, seu Ἀργολὶς. Neque enim solum delubrum Argiuum intelligit, sed etiam totum Argos, imò totam Argolidem, seu Argiuam terram.

ἔστι δὲ καὶ κόρος. Prima præcisionis ratio ab impossibili sumpta est: quòd non possit poëta tam longam seriem Argolicarum rerum memorabilium persequi: Secunda petitur ab hominum inuidia, quòd alienarum laudum longior enarratio fastidiosa esse soleat. Hæc poëtæ verba sic declares, καὶ δεινὸν ἐστι ποιεῖν κόρον ἀνθρώποις, οἱ διὰ τὴν βασκανίαν οὐχ ἡδέως ἀκούουσιν ἀλλοτρίων ἐπαίνων.

ἀλλ' ὅμως. Post breuem superiorum conclusionem, transit ad sibi propositam Thiæi laudem. Quod facit per apostrophen ad seipsum. q. d. ὅμως μέντοι εὔθυμον λάμβανε λύραν, καὶ ἐν φροντίδι ποιῶ τὸν παλαιστῶν ἐπαινεῖν. Similis apostrophe extat antistr. 1. Od. 1. Olymp. ἀλλὰ δωρίαν ἀπὸ πασσάλου φόρμιγγα λάμβανε.

ἀγών τοι χάλκεος. Certamen hoc Ἡραῖα *Iunonia* vocabant, vt pote Iunoni sacrum: vel Ἑκατομβαῖα; quòd tum fieret ἑκατόμβη, Epitheton χάλκεος adhibetur; vel quod ἀγὼν esset ἰσχυρὸς, & στερρότατος: vel quia præmium erat χαλκεον ὅπλον. Porrò θυσίαν Ἥρας intellige ἑκατόμβην.

ἀέθλων τε. Hoc est, τ' ἐπάθλων, βραβείων. i. præmiorum: non autem certaminum: siquidem incommodius esset hanc significationem admittere, cùm præcesserit vox ἀγών. Porrò innuit obiter poëta, penes populum fuisse iudicare de victoria, & præmij eam sequentis distributione.

Οὐλία. Dor. pro comm. Οὐλίε. & νικάσαις Dor. & Aeol. pro νικήσας. Dores η in α mutant: & Aeoles hanc terminationem αις pro ας vsurpant.

δυσφόρων. Mihi videtur Schmidius sic rectè legere. Neque enim solum metro ita satisfit: sed præcipuè sensui. Quid enim opus est εὐφόρων, vel εὐφρόνων. h. e. εὐφραντικῶν πόνων λήθην ἔχειν? imò mala est istiusmodi laborum obliuio: contrà iucunda τ' δυσφόρων. Obliuio laborum paritur à victoria & præmio.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Præter quas victorias, fœliciter profectus ad multitudinem Græcorum, quo- | ἐκράτησε δὲ καὶ ποθ' Ἑλλανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν, | *Obtinuit autem etiã apud Græcum populum Pythone, & fortu-* |

καὶ τὸν Ἰσθμοῖ, καὶ Νεμέᾳ στέφανον,
μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι.
τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι λαχών,
τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς δαπέδοις
ἐν Ἀδραστείῳ νομῷ.
Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενί, σιγᾷ
οἱ στόμα. πᾶν δὲ τέλος
ἐν τὶν ἔργων. οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ
προσφέρων τόλμαν, παραιτεῖται χάριν.

*natè profectus, & in Isthmo, & in Nemea coronam: Musísq; dedit excolendam: ter quidem in maris portis sortitus: ter verò & in venerabili solo in Adrastea ditione. Iupiter pater, ea quæ optat mente, reticet ipsi os. Omnis verò successus in te* est *operum. Neque ignauo corde afferens audaciam* à te *petit beneficium.*

rum alij ad certandum, alij ad spectandum, Pythonem, Isthmum & Nemeam adeunt, Pythiorum, Isthmiorum & Nemeorum coronam obtinuit: Musísque materiam carminis suppeditauit, quo victorias cohonestent: vnam quidem Delphis partam, tres autem in Isthmo Corinthiaco, qui est veluti porta maris propter angustiam: tres quoque in venerabili Nemeæ solo, quod ex Adrasti vicinæ Sicyonis regis ditione fuit. Nunc autem, Iupiter pater, ille quiddam optat quod silentio premit, nec proloqui audet. Interno animi voto beneficium petit à te penes quem est rerum omnium successus: nec tamen id temere cogitat, vt citra laborem obtinere velit: sed suo merito tuáque ope id consequi expetit.

ἐκράτησε δέ. Laus ab alijs victorijs per Græciam celebrioribus. Sic autem locum hunc construe. μολὼν δὲ τύχᾳ καὶ ποτὶ στρατὸν Ἑλλανα, τῷ Πυθῶνι, καὶ τῷ Ἰσθμοῖ, καὶ Νεμέᾳ στέφανον ἐκράτησε. q.d. σὺν εὐτυχίᾳ δὲ παραγενόμενος πρὸς τὸ πλῆθος Ἑλληνικὸν, καὶ Πύθια, καὶ Ἴσθμια, καὶ Νέμεα νενίκηκε.

ποτί. Sume non pro ποτὲ, sed pro ποτὶ Dorico, pro πρὸς. & στρατὸν intellige πλῆθος eorum qui ad certandum, & spectandum venerant: præterea τύχᾳ Dor. pro τύχῃ, quod est vocabulum μέσον, pro συντυχίᾳ vel εὐτυχίᾳ.

μοίσαισι. Dor. & poët. pro μούσαις. & ἀρόσαι metaphoricè sumitur pro ἀοιδῇ κοσμεῖν Nam corona παρέχει πρόφασιν ταῖς μούσαις, quarum ἄρουρα est poësis: cuius studiosi Πιερίδων ἀρόται appellantur Nem. 6.

τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι. Hoc est, τρὶς ἐνίκησε τὰ Ἴσθμια. Nam πόντου πύλαι est Isthmus Corinthiacus, qui porta maris appellatur, διὰ τὸ στενὸν, inquit Scholiastes. Pindarus Olymp. θ. πύλας Κορίνθου Isthmum appellauit.

τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς. Ante σεμνοῖς, repetendum ἐν, ἀπὸ κοινοῦ. Et his verbis intelligendum est Nemeæum solum. Nam hæc est exegesis eorum quæ generaliùs dixit de victoria Isthmiaca, & Nemeæa. Nam quod statim addit ἐν Ἀδραστείῳ νομῷ: non significat illa Pythia Sicyonia, de quibus Oda superiore: sed tantùm docet cuius sub ditione aliquando fuerit Nemea. Cùm enim Adrastus Sicyonis rex fuerit, potuit vicinam hanc syluam Nemeam habuisse. Vel si legas ἐν Ἀδραστείῳ νόμῳ, hoc est, διὰ νόμου Ἀδραστείου, vel κατὰ διοίκησιν καὶ νομοθέτησιν Ἀδράστου, *lege Adrastea* respexerit poëta, ad id quod, vt ait Schol. οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις ἀνενεώσαντο τὰ Νέμεα, ὧν εἷς Ἄδραστος. Qui quanquam non solus instituit leges certaminis, nihilominus alijs omissis à poëta nominatur vt Argiuis mage gratificetur.

Ζεῦ πάτερ. Quia superest ex 4. sacris certaminibus, Olympicum obtinen-

dum:id beneficium à Ioue petit Thiæi nomine, qui præ verecundia non ausit proloqui quod habet in votis. τῶν sume pro subiunct. ὦν. & scribe μαὶ metri causa, non μοι. Habet autem Scholiastes in exegesi ὧν γε μὲν, ex quo conijcere possis errorem irrepsisse in textum. Et ipso Odes initio sic legit τῶν γε μαὶ ἔρατω.

παῦ δὲ τέλος. Hoc est, ἐν σοί ἐστι τέλος παντὸς πράγματος: pia sententia qua Deum rerum omnium causam efficientem agnoscit.

οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ. Hoc est, οὐ χωρὶς πόνου παρὰ σοῦ αἰτεῖται τὴν χάριν τῆς νίκης. Hæc habes in paraphrasi Latina dilucidè. Quod attinet ad παραιτέομαι, aliàs signif. *auersor, deprecor*. χάριν intellige τὴν δωρεὰν τῆς νίκης.

παράφρασις.

Neque me comminisci hoc illi esse in votis, te & illum testem appello: siquidem dico rem tibi vt pote Deo omniscio notam, illíque ipsi summopere optāti victoriam Olympicam, quę omnium est suprema: siquidem Hercules certaminis huius præ alijs honorati ritum in Pisa sanxit. Porrò idem bis Panathenæa Mineruæ sacra vicit, non continenter quidem, sed interiecto temporis interuallo: atque illi suo more Athenienses suaui voce carmen cecinerunt: nec non pro præmio accepit oleum fictili vasi ex assata terra conflato infusum, quod in patriam Argos, cuius populi generosi Iuno tutelaris est Dea, intus vasorum picturatas thecas asportauit.

ἐπῳδ. κῶλ. ιβ.

γνώτ' ἀείδω καὶ τὶν Θεῷ,
χὤστις ἁμιλλᾶται περὶ
ἐσχάτων ἀέθλων κορυφᾶς.
ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα
Ἡρακλέος τεθμόν. ἁδεῖ-
αί γε μὲν ἀμβολάδαν
ἐν τελεταῖς δὶς Ἀθηναίων μιν ὀμ-
φαὶ
κώμασαν. γαίᾳ δὲ καυ-
θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας
ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐά-
νορα λαὸν ἐν ἀγγέων
ἕρκεσιν παμποικίλοις.

μετάφρασις.

*Nota cano tibi Deóque, illíque qui certat de supremorum præmiorū cacumine. Summum enim accepit Pisa Herculis ritum. Ac suaues quidem ex interuallo in sacris ritibus bis Athenensium ipsum voces decantarunt. Terræ verò igni adustæ fructus oleæ venit Iunonis ad fortem populum in vasorum claustris multum variegatis.*

γνώτ' ἀείδω. Hoc est, φανερὰ δὲ λέγω καί σοι Θεῷ καὶ τῷ Θειαίῳ, ὅστις σπουδάζει περὶ τῆς κορυφῆς τῶν ἀγώνων τὸ τέλειον τῆς δόξης ἐχόντων. Quanquam tacebat quod mente voluebat Thiæus, id tamen Deo notum esse declarat poëta. Porrò γνώτ'. acuto notatur accentu, quia scribitur per elisionem pro γνωτὰ: malè ab alijs circunflexo. Cùm antea imperfecto metro legeretur, scribo καὶ τὶν Θεῷ.

χὤστις. Expone per καὶ τῷ ὅστις: nempe Thiæus. ἔσχατα ἄεθλα, intellige ὕψιστον ἀγῶνα. Nam ἔσχατος aliquando sumitur pro πρῶτος, vt in hoc Sophoclis loco, Ἤδη γὰρ ἕδρᾳ Ζεὺς ἐν ἐσχάτῳ θεῶν. Aliquando pro ὕψιστος: vt Olymp. prima. τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι.

κορυφᾶς. Malè habent codices plerique omnes datiuum plur. κορυφαῖς: pro quo legendum κορυφᾶς. Quod quasi digito indicat Scholiastes, quum exponit hoc

περὶ τῆς κορυφῆς. Alibi docuimus cur Olympia habita fint pro certamine præftantiffimo,& dignitate fummo.Id quoque docent quæ ftatim fequuntur.

ὕπατον δέ.Hoc eft,ἡ γὰρ Πίσα τεθμὸν ἐνδοξότατον καὶ ὑπέρτατον Ηρακλέος ἔχει. Ratio cur Olympia fint certamen fupremum. Coniunctio δὲ fumenda pro γάρ: & τεθμὸς eft vel *ritus*, vel *inftitutum*.

ἀδεῖαι δέ. Laus à Panathenaica victoria: quod innuit præmium à Thiæo acceptum. Victoribus enim Panathenæorum dabatur vrceus feu hydria oleo plena,Porrò ἁδεῖαι ὀμφαὶ Αθηναίων dicuntur *iucundæ Athenienfium voces* ob fuauitatem cantus:vel ratione Thiæi cui iucundum effet decantari.

δὶς.Hoc denotat repetitam victoriam, & ἀμβολάδαν,temporis interuallum fuiffe inter vtramque.Non enim ἐφεξῆς, ἀλλὰ τινὸς ἀναβολῆς γινομένης μεταξὺ,*partæ funt continenter, & proximè fequenti tempore certaminis, fed interiecto interuallo.*Porrò ἀμβολάδαν, per fyncopen & Doricè dicitur pro ἀναβολάδην, ab ἀναβάλλομαι,*differo*.Hoc aduerbium alijs duobus modis exponit Schol. qui hîc non quadrant.

γαίᾳ δὲ καυθείσᾳ Scholiaftes videtur hæc in nominatiuo legiffe:fed meliùs habent qui in datiuo legunt,ratione fenfus & metri: q. d. poëta: ὁ δὲ καρπὸς ἐλαίας, τουτέστιν ἔλαιον ἐγχυθὲν γῇ πυρὶ καυθείσῃ, ἦλθεν ἐν παμποικίλοις ἀγγέων ἕρκεσι πρὸς εὐάνορα Ηρας λαὸν, ἤγουν Αργος. Cæterùm *terra adufta* periphrafis eft *vrcei*, vel *hydriæ*, vel *fictilis*: nam hæc vafa fiebant, ex affata terra. Hoc vaforum genus præmium luctæ fuiffe teftatur Callimachus in his, quæ refert Scholiaftes.

> Καὶ παρ' Αθηναίοις γὰρ ἐπὶ τέγος ἱερὸν ἧνται
> Κάλπιδες, οὐ κόσμου σύμβολον ἀλλὰ πάλης.

καρπὸς ἐλαίας. Hoc eft,*oleum*. Nam in his Mineruæ feftis ludis,quia fuit oleæ inuentrix,oleum victori dabatur,cui foli ex Attica illud exportare licebat, vt monent Scholia.

τὸν εὐάνορα λαὸν Ηρας.Periphrafis Argi, quod erat facrum Iunoni: præterea fubaudiendum eft πρὸς ante τὸν λαόν.

ἐν ἀγγέων ἕρκεσι.Hoc eft,ἐν θήκαις ἀγγέων πεποικιλμέναις.Vrceus, feu vafculū quod oleo plenum dabatur victori, picturis varijs ornatæ thecæ indebatur,vt videtur innuere poëtæ verba. At Schol.intelligit ipfas Hydrias, quum hoc exponit ἐν πεποικιλμένοις ἀγγείοις, αἱ γὰρ ὑδρίαι ἐζωγράφηντο. Aliter quoque exponit, ἐν ἀμφιφορεῦσι χαλκοῖς: & quod vix crediderim,dicit ex terra affata æs, ex ære vafa fingi folita.

| παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Hic autem fœlix certaminum fucceffus tibi ô Thiæe à materni generis fortitudine manat. Nam tuorũ progenitorum ma- | ἕπεται δὲ Θειαῖε ματρώων πολύγνωτον γένος ὑμετέρων εὐαγῶν τιμὰ Χαρίτεσσί τε καὶ | *Sequitur autē Thiæe ftirpem celeberrimam maiorum maternorum veftrorum agilium ho-* |

σὺν Τυνδαρίδαις θαμάκις.
ἀξιωθείης κεν, ἐὼν Θρασύ-
κλου
Ἀντία τε ξύγγονος, Ἄρ-
γεϊ μὴ κρύπτειν φάος
ὀμμάτων. νικαφορίαις γὰρ ὅσαις
ἱπ-
ποτρόφον ἄστυ τὸ Προί-
τοιο θάλλησεν. Κορίνθου τ' ἐν μυ-
χοῖς,
καὶ Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν τε-
τράκις.

*nor cũ Gratijs & Tyndaridis frequenter. Dignus censereris, cùm Thrasycli & Antiæ sis cognatus, Argis non occultare lumen oculorum. Quot enim victorijs equorum altrix vrbs Præti floruit! Corinthique in receßibus, & Cleonæos apud viros quater.*

ternorum agilitate valentium genus nobilissimum creber honor Gratiarum & Dioscurorum beneficio sequitur. Adeò vt quanuis nihil ipse præclari præstitisses, dignus tamen censereris, qui apud Argos oculos & faciem non occultares tanquam non ignobilis, & à non ignauis oriundus, cùm Thrasycli & Antiæ sis consanguineus. Nam quot illorum victorijs equorum altrix vrbs Prœti floruit & illustris fuit! Nam in Isthmo Corinthiaco, Isthmia, & Cleonæos apud viros, scilicet in Nemea Cleonarum vicina, Nemea quater vicerunt.

ἕπεται γ'. Locus laudis à materno genere. Videtur autem hîc legendum, non πολύγνωτον γένος, sed πολυγνώτῳ γένει: siquidem ἕπομαι, τὸ ἀκολουθῶ regit datiuum: & ὑμετέρων pro τεῶν vsurpat.

ματρώων. Dor. pro μητρώων, sine ι. subscripto. Nam μάτρωες hîc, vt & Oda. 6. Olym. vocantur οἱ πρὸς μητρὸς πρόγονοι. Aliàs sunt οἱ πρὸς μητρὸς Θεῖοι.

εὐαγῶν. Torquentur interpretes in disquisitione vocis huius. Schol. exponit, εὐάγων τιμὰ, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀγῶσιν εὖ ἀγωνισθεῖσι: *honor qui sequitur ob certamina bene certata.* tum εὐάγων componetur ex εὖ *bene*, & ἀγὼν *certamen*: huius genit. εὐάγωνος. Alijs τιμὴ εὐάγων, est ἡ καλὴ καὶ τοὺς νικῶντας εὖ καὶ καλῶς ἄγουσα, καὶ λαμπροὺς ποιοῦσα, *honor præclarus, qui victores præclarè agit, & illustres reddit.* Alij genitiuum putant, εὐάγων, construúntque cum ματρώων ὑμετέρων: & deducunt à recto ὁ καὶ ἡ ἔυαγος, & accipiunt pro *rectè instituto in re aliqua*: παρὰ τὸ εὖ ἄγειν, τὸ καλῶς παιδεύειν. Sed hæ voces carent exemplo. Et cùm εὐαγῶν possit esse genit. plur. nominis εὐαγὴς quod à Suida exponitur εὖ περιηγμένος. & *agilem* significat, sicuti Epigr. l. 1. εὐαγέες μέλισσαι: *agiles apes*: puto εὐαγῶν esse epitheton ματρώων: quos cùm laudet à certaminum victorijs, *agiles* rectè dixerit: siquidem hoc in negotio agilitas est necessaria, præsertim cùm de δρόμῳ ποδῶν, & χειρῶν σθένει agatur.

Θυνδαρίδαις. Ex Schol. & metri necessitate, próque sensus claritate addendum σὺν, præpositio quæ Χαρίτεσσι & Τυνδαρίδαις inseruiet. Tribuit autem Gratijs illorum victorias, quia putauit ab illis pendere εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαός. Tribuit & Tyndaridis, Castori & Polluci, quia, vt ex sequentibus colligere est, hi heroës fauerunt Thiæi generi, ex quo à Pamphaë excepti sunt hospitio.

ἀξιωθείης κεν. Pergit, meo iudicio, alloqui Thiæum, cuius maiorum laudes vt amplificet, innuere vult in illorum virtute satis esse claritudinis, vt etiam ipse nihil præclari fecisset, dignus tamen censeretur qui aperta facie per Argos ambularet: siquidem maiorum luce fulgent nepotes. Scholiastes putat hæc in Thiæi persona dici: Schmidius à poëta. Sed cùm aliena hæc mihi videantur, mutaui primam personam in secundam, quia clarior multò erit sensus si con-

tinuetur

tinuetur compellatio poëtæ : qui ſuo nomine hîc loqui non poteſt , ſiquidem non ipſius, ſed Thiæi cognati ſunt Thraſyclus & Antias.

μὴ κρύπτειν. Reſpicit ad conſuetudinem eorum qui victores euaſerant : illi fronte aperta incedebant : contrà victi demiſſo vultu pudibundi. Porrò Ἀντία Doricum eſt, pro comm. Ἀντίε, à recto Ἀντίας.

νικαφορίαις γδ. Ratio cur Thiæus cùm ſit Thraſycli & Antiæ cognatus, dignus cenſeri poſſit qui faciem non tegat: ſcilicet quia victoriarum lumine , quas illi adepti ſunt, clarere debet. Hæc autem verba cum admiratione pronuntianda.

ἱπποτρόφον ἄστυ Προίτου. Intellige Argos, quod & ἵππιον ab Homero vocatur, & ab Horatio *aptum equis*. Prœtus autem fuit Abantis Argiuorum regis filius, qui ei ſucceſſit in regno: niſi veriora dicat Pauſanias, qui Tirynthi regnaſſe illum refert: ſed hæc parum moror.

θάλησεν. Negl. augm. pro ἐθάλησεν, à verbo θαλέω, poët. pro comm. θάλλω. ſicuti & 4. antiſtr. 4. Nem.

Κορίνθου τ' ἐν μυχοῖς. Periphraſticè, pro ἐν Ἰσθμῷ : quem πόντοιο πύλας paulò ante appellauit. Porrò dixit Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν, pro *in Nemea* : vicinarum Cleonarum nomen pro ipſomet certaminis loco nominans : ſicuti & Criſam vicinã Pythonis pro Pythone: & alia id genus. Hinc incipit narratio victoriarum quas Thraſyclus & Antias adepti ſunt.

παράφρασις. — ἀντιστρ. κῶλ. ιά. — μετάφρασις.

E Sicyone autem, Pythiorum ab Adraſto inſtitutorum certamine decertato, poculis vinarijs argẽto conflatis donati : & ex Pellene, deuictis Theoxenijs, chlamyde laneo ſtamine contexta, quod illorum eſt præmium, induti aduenerunt. At non poſſim recenſere quot lebetes eneos, quot ænea ſcuta lucrati ſint, adeò illorum infinitus eſt numerus, vt longiori mihi opus eſſet otio ad recenſenda præmia , quæ ex Clitorio & Tegea Arcadiæ vrbibus, & ex aliquot celſis Achaiæ ciuitatibus , & ex Lycæo Ioui ſacro monte, pro pedum curſu, lucta, pancratio & pugilatu, dari ſolita victoribus, acceperunt.

Σικυωνόθε δ' ἀργυρωθέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν·
ἐκ δὲ Πελλάνας, ἐπιεσσάμενοι
νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις.
ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον, οὐ δυνατὸν
ἐξελέγχειν. μακροτέρας
γὰρ ἀριθμῆσαι σχολᾶς,
ὅν τε Κλείτωρ, καὶ Τεγέα, καὶ Ἀχαιῶν
ὑψίβατοι πόλιες,
καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκε, δρόμῳ
σὺν ποδῶν, χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.

*E Sicyone verò argento donati cum vinarijs phialis aduenerunt: ex Pellene autem induti tergum mollibus filis. At infinitum æs non poßibile* eſt *expendere. Nam prolixioris* eſt ipſum *enumerare otij , quódque Clitor , & Tegea, & Achiuorum excelſæ vrbes, & Lycæum , ad Iouis* aram *poſuit, curſu cum pedum, manuúmque vincendo robore.*

Σικυωνόθε δ'. Hoc eſt, ἐκ Σικυῶνος ἀνεχώρησαν ἐπὶ τὸ Ἄργος ἀργυραῖς φιάλαις τιμηθέν-

τες. De his ludis ſuperiore Oda diximus. Cæterùm τὸ ἀργυροῦσθαι non ſignificat hîc *argento tegi*, vel *ornari argento*, *argentari*: *ſed argento donari* peculiari poëtæ vſu. ἐπέβαν per ſyncopen, pro ἐπέβησαν.

ἐκ δ' Πελλάνας. Repete ἀπὸ κοινοῦ, ἐπέβαν. De hac vrbe, & ludis ibi celebrari, præmióque dari ſolito, vide 3. Odam Olymp. in hoc vocabulum θεοξένια; & 9. eiuſdem, antiſtr. vlt. καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδιανόν, &c. Ait Schol. veſtem illam dari ſolitam rudem, & à fullonibus non curatam: ac regionem illam in tractu perfrigido fuiſſe ſitam.

ἐπιεσσάμενοι. Poët. particip. Aor. 1. med. à verbo ἐπιέω, τὸ ἐνδύω, *induo*. comp. ex ἐπί, & ἕω. Fut. ἕσω. Aor. 1. εἷσα. poët. ἕσα, & reduplic. σ. metri cauſa ἕσσα: Hinc medius ἑσσάμην. Porrò μαλακᾶν κρόκαν, eſt periphraſis χλανίδος.

ἀλλὰ χαλκόν. Sequitur victoriarum συναθροισμός, quas ob multitudinem non poſſit recenſere ſine longiori otio. χαλκὸν metonymicè dicit ſumpta materia pro forma. Nam intelligit lebetes, & ſcuta ex ære.

ὃν τε. Refer ad præcedens χαλκόν. Κλείτωρ, ſeu Κλειτωρίων Arcadiæ oppidum, ab Azanis filio Clitore conditum & denominatum, vt refert Pauſan. in Arcad. Veriſimile autem eſt poëtam intelligere hîc ἱπποδρομίας ἆθλα, quæ Azani vita defuncto celebrata ſunt: de quibus idem ibid. De Tegea idem eodem libro.

ὑψίβατοι. Hoc eſt, ὑψηλαί. ὑψίβατος *altigradus*: vox poëtica ex ὕψι & βατός, hoc eſt, βαίνων.

Λύκαιον. Lycæus mons Arcadiæ, in quo Lycæa Ioui celebrabant: de quibus antiſtr. vlt. Od. 7. Olymp. in his, τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ. Hoc in monte fuit ara circa quam ludi fiebant, vnde videtur poſt παρ Διός, ſubaudiendum βωμῷ.

δρόμῳ σὺν ποδῶν. Certaminum ſpecies quibus Thiæi cognati claruerunt, quas ſpecies declarat Latina paraphraſis.

παράφρασις.

Enimuero cùm Dioſcuri Caſtor & Pollux fratres gemini, à Pamphaë ex Thiæi maioribus maternis vno fuerint excepti hoſpitio, nõ mirum eſt illi ſtirpi inſitam eſſe à natura bene certandi facultatẽ, vt inter ſtrenuos athletas recẽſeantur: ſiquidem cum Mercurio & Hercule florentem certaminũ ſortem adminiſtrant illi Spartæ ſpatioſæ præſides, qui virorum iuſtorum, vt pote Pamphais, exindéque eius generis, ſunt ſtudioſi. Qui ſanè laudem hoc quo-

ἐπῳδ. κῶλ. ιβ.

Κάστορες δ' ἐλθόντων ἐπὶ
ξεινοσύναν παρ Παμφάη,
καὶ κασιγνήτου Πολυδεύ-
κεος, οὐ θαῦμα σφίσιν
ἐγγενὲς ἔμμεν ἀθλη-
ταῖς ἀγαθοῖσιν. ἐπεὶ
εὐρυχόρου ταμίαι Σπάρτας, ἀγώνων
μοῖραν Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡ-
ρακλεῖ διέποντι θάλειαν,
μάλα μὲν ἀνδρῶν δικαίων
περικαδόμενοι. καὶ
μὰν Θεῶν πιστὸν γένος.

μετάφρασις.

*Sed cùm Caſtor venerint ad hoſpitium apud Pamphaem, & frater Pollux, non mirum eſt illis ingenitum eſſe vt ſint athletæ ſtrenui: quoniam ſpatioſæ præſides Spartæ, certaminum ſortem cũ Mercurio & Hercule gubernant florentem, valdè quidem virorum iuſtorum curam gerentes, Quinetiam Deorum fidele eſt genus.*

que nomine merentur, quòd fidem datam, vt Deos decet, alter alteri optimè feruent.

Κάστορες δ' ἐλθόντος. Vt metro satisfiat legendum est ἐλθόντων, qui genit. plur. respiciet ad præcedens Κάστορες, & sequens Πολυδεύκεος: qualis constructio Pyth. δ'. Epod. 8. τ̃ μὲν Ἐχίονα, κεχλάδοντας ἥβᾳ, τ̃ δ' Εὔρυτον: vbi videas annotationem nostram.

ξεινοσυνίαν. Dor. pro comm. ξεινοσύνην. Hoc est ξενίαν, quod vocabulum habent vulgatæ editiones, sed Schmidius metro satisfacit ξεινοσυνίαν legendo, πὰρ per apocopen pro παρά. Sic autem hæc periodus soluta oratione potest reddi, Κάστορες ἦλθον, καὶ ἀδελφὸς Πολυδεύκεος παρὰ τῷ Παμφάη ξενωθέντων, θαυμαστὸν οὐδὲν αὐτοῖς ἐγγενὲς εἶναι ἀγαθοῖς ἀγωνισταῖς. Quibus innuere vult Castorem & Pollucem Θεοὺς ἐναγωνίους, Pamphais generi huius virtutis esse authores, vt beneficium beneficio rependerent.

εὐρυχόρου. Sic legendum poëticè metri causa, mutato ω in ο. Nam fit ab εὐρὺς & χώρα. Sic & Pyth. 12. antistr. 2. τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ pro καλλιχώρῳ, vt ibi docuimus. Dioscuros autem præsides certaminum fuisse iam vidimus Olymp. 3. antistr. 3. δίέποντι Dor. pro comm. διέπουσι: à poët. verbo διέπω, τὸ διοικῶ, κυβερνῶ, *rego, administro*: vt Ol. 6. ταὶ Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων. θαλείαν, hoc est, θαλερὰν, vt sit adiectiuum referendum ad μοῖραν, à θάλειος: de quo vide Lexica. Scholiastes habet μοῖραν θάλειαν, & aliàs θαλειᾶν, exponítque μοῖραν τῆς εὐωχίας: sed series sermonis satis indicat, non conuiuij, sed certaminis præfectos esse Dioscuros.

μάλα μὲν. Hoc est, πρεπόντως κηδόμενοι τ̃ δικαίων ἀνδρῶν. Quibus innuit iustos fuisse Pamphaën, eiúsque cognatos, siquidem illos suo studio dignati sunt Dioscuri. Porrò ἀρικαδόμενοι Dor. pro ἀρικηδόμενοι.

καὶ μὰν, Hoc expono *Quinetiam*: quia reliqua huius Epodi verba, non continent rationem superiorum, vt, quemadmodum Philippo visum est, exponatur *Quippe*, vel vt Schmidio, *Et sanè*. Sed est noua laus & transitio ad sequentem fabulam de alterna illorum morte & vita, in qua permutatione fidelitatem ostendere vult poëta, vt attentiùs legenti planum erit: ac præcipuè hæc verba Pollucis vlt. col. stro. 5. consideranti, Πᾶρεσι δ' ἐν τούτῳ περὶ βεστ.

| παράφρασις. | στροφὴ δ'. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Etenim alternis vicibus, alter apud superos in cœlo, quæ Iouis patris est domus, vnum diem viuit, alter apud inferos sub latebris terræ in conuallibus Therapnes, vnum diē mortuus degit, vt simili fato sint obnoxij. Is enim Pol- | μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ, ἁμέραν ταὶ μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ<br>Δίϊ νέμονται, ταὶ δ' ὑπὸ κεύθεσι γαί-<br>ας, ἐν γυάλοις Θεράπνας,<br>πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον.<br>Ἐπεὶ | Alternantes autem vicißim, vno quidem die apud patrem charum Iouem degunt, vno verò sub latebris terræ in conuallibus Therapnæ, sortem implentes similem: quoniam hāc, |

lucis erga Castorem fratrem fuit amor, vt maluerit ipsum alterna morte redimere, quàm prorsus immortalis factus in cœlo habitare. Mortalis autem Castor in bello fuit occisus. Ipsum enim Idas vulnere cuspidatæ hastæ peremit, iratus quòd sibi & fratri Lynceo desponsatę virgines ab ipsis Castore & Polluce ad nuptias inuitatis fuissent raptæ.

τοῦτον, ἢ πάμπαν θεὸς ἔμμεναι, οἰκεῖν τ' οὐρανῷ, εἵλετ' αἰῶνα, φθιμένου Πολυδεύκης Κάστορος ἐν πολέμῳ. τὸν γὰρ Ἴδας, ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς, ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας αἰχμᾷ.

potiùs quàm omninò Deus esse, & cœlum incolere, elegit vitæ conditionem interfecto Pollux Castore in bello. Hunc enim Idas propter boues iratus vulnerauit areæ lanceæ cuspide.

μεταμειβόμενοι δέ. Hoc est, μεταλαβόντες δὲ αὐτοὶ, καὶ ἐκ διαδοχῆς ἐναλλάσσοντες τὰς ἡμέρας, μίαν μὲν διάγουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ παρὰ τοῖς Θεοῖς, μίαν δὲ ἐν ὑπογείοις τῆς Θεράπνης ἴσην τὴν ζωὴν ἐκπληροῦντες. De hac permutatione vide Hom. Odyss. λ. v. 299. Coniunctionem autem δὲ hîc expono γάρ. Qua in significatione vsurpatam apud autho- rem nostrum, passim videre est.

Θεράπνας. Dor. pro comm. Θεράπνης. De hac voce dictum vlt. Ep. 11. Pyth. vbi & poëta hanc Dioscurorum fabulam attingit. ἀμπιπλάντες. Poëticè pro ἀναπιπλάντες, partic. verbi ἀναπίπλημι, τὸ ἐκπληρόω. impleo.

ἐπεὶ τοῦτον. Hoc est, ἐπειδὴ μᾶλλον εἵλετο τὸν αἰῶνα τοῦτον ὁ Πολυδεύκης, δηλαδὴ ἐκ διαδοχῆς ζῆν καὶ θνήσκειν, ἢ πάμπαν θεὸς ὢν ἐν οὐρανῷ οἰκεῖν, ἀδελφοῦ Κάστορος ἐν πολέμῳ θανόντος. Ante οὐρανῷ est ellipsis præpositionis ἐν.

τὸν γὰρ Ἴδας. Idas hîc Apharei Messeniæ regis fuit filius: qui quanquam erat fratre Lynceo natu minor, illi tamen antecellebat.

ἀμφὶ βουσίν. Boues has aliquis metaphoricè exponere possit γυναῖκας: sicut & μία βοῦς. Od. 4. Pyth. exponitur necessariò μία γυνή. Sic poëtæ verba responde- bunt historiæ quam Schol. refert, quum ait Idam & Lynceũ desponsatis Phœbe, & Elaira Leucippi filiabus, Castorem & Pollucem inuitasse ad nuptialem celebritatem, à quibus tamen raptæ sunt sponsæ. De quo raptu Pausanias in Laconicis; & Lycophron v. 546. obscurè eum attingit.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| A Taygeto autem speculans & obtuens Lynceus Castorem in trunco quercus sedentem vidit. Is enim fuit omnium hominum visu acutissimus. Tum Lynceus & Idas fratres velocibus pedibus accesserunt confestim, & magnum facinus; scilicet necem Ca- | ἀπὸ Ταϋγέτου πεταυγάζων ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενον· κείνου γὰρ ἐπιχθονίων πάντων γένετ' ὀξύτατον ὄμμα. λαιψηροῖς δὲ πόδεσσιν ἄφαρ | Quum à Taygeto obtuens vidit Lynceus quercus in trunco sedentem. Illius enim hominum omnium fuit acutissimus visus. Velocibus autẽ pedibus statim accesserunt, & ma- |

ſtoris perpetrarunt: ipſique Apharei filij graue etiam malum Ioue opem ſuis ferente paſſi ſunt. Nam Pollux Ledæ filius repentè acceſſit illos perſequens. Illi verò prope Apharei patris ſepulchrum ſtantes venienti reſtiterunt.

ἐξικέσθαν, καὶ μέγα ἔρ-
γον ἐμήσαντ' ὠκέως,
καὶ πάθον δεινὸν παλάμαις Ἀφαρη-
τί-
δαι Διός. αὐτίκα γὰρ
ἦλθε Λήδας παῖς διώκων. τοὶ δ' ἔναν-
τα στάθεν τύμβῳ σχεδὸν πα-
τρωΐῳ.

*gnum facinus patrarunt celeriter, & paßi ſunt graue malum auxilio Apharetidæ Iouis. Statim enim aduenit Ledæ filius perſequens. Illi verò contrà ſteterunt ſepulchrum prope paternum.*

ἀπὸ Ταϋγέτου. De Taygeto diximus Pyth. Od. 1. ſtroph. 4. Porrò videtur deeſſe coniunctio aliqua, vt pote δὲ poſt Ταϋγέτου. Sequitur ποταυγάζων, quod rectè legi puto, & ſignificare προσβλέπων, à ποτὶ Dor. pro πρὸς, & αὐγάζω: vnde expono *obtuens*, hoc eſt, *fixis oculis aſpiciens*, vt par eſt eum facere qui aliquem explorat. Quare mendosè legi exiſtimo πεδαυγάζων *pedibus micans*. Nam omni ratione caret hæc lectio. Neque conuenit πεδαυγάζων tanquam à πέδα pro μετὰ & αὐγάζων.

ἥμενον. Si legas ἡμένω, referes ad Caſtorem: ſi ἡμένως vt Schol. Doricum erit pro ἡμένοις: & ad ambos Caſtorem & Pollucem referetur. De Lynceo, vt omnium hominum fuit perſpicaciſſimus, vide Adag. Eraſmi.

ἐξικέσθαν. Dor. pro ἐξικέσθην, dualis numeri Aor. 2. med. ἐξικόμην. à them. ἐξικνέομαι. Quare non quærenda eſt ſyncope poëtica, vt facit Schmidius, qui putat ſic dictum pro ἐξικέσθησαν.

μέγα ἔργου ἐμήσαντο. Planè vitioſa eſt hæc lectio. Nec multo melius habet Aldus, μέγα ἔργον ἐμήσαντο. Mihi videtur optima Schmidij emendatio, qui legit μέγα ἔργον ἐμάσαντο. Neque enim hic recordatione, ſed actione eſt opus. Et Schol. iſta exponit μέγιστον ἔργον κατειργάσαντο. Et certè ἐμήσαντο, eſt Aor. 1. med. ἐμησάμην, verbi μήδομαι, quod aliquādo ſignificat ἐργάζομαι, vt Il. κ. τόσα γὰρ κακὰ μήσατ' Ἀχαιούς: quod μήσατο exponitur ab interprete εἰργάσατο.

καὶ πάθον δεινόν. Hoc eſt, δεινὸν ἔργον ὑπέστησαν οἱ Ἀφαρέως υἱοὶ τῇ Διὸς βοηθείᾳ. Porrò Ἀφαρητίδαι, patronymicum eſt quo denotantur Idas & Lynceus: & Λήδας παῖς eſt Pollux ſuperſtes, mortuo Caſtore, διώκων perſequens Idam & Lynceum vt fratris necem vlciſceretur.

τοὶ δὲ Poët. pro οἱ δὲ: nempe Apharetidæ. ἔναντα στάθεν. h. e. ἐξ ἐναντίας ὑπέστησαν περὶ τὸν τάφον τοῦ πατρός. Porrò στάθεν. Bœot. & negl. augm. pro ἐστάθησαν 3. perſ. plur. Aor. 1. paſſ. verbi ἵστημι. Et σχεδὸν. ſignif. ἐγγύς: ſicuti Pyth. Od. 5. ἀνδριάντα σχεδὸν, *prope ſtatuam*.

περίφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. ιβ'. μετάφρασις.

Quo ex ſepulchro politum lapidem, cui inſculptū

ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄ-
γαλμ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον

*Hinc cùm corripuiſſent ſtatuam Plutonis,*

ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύ-
κεος. ἀλλ' ᾧ νιν φλάσαν,
ᾧ δ' ἀνέχασαν. ἐφορμα-
θεὶς δ' ἄρ', ἄκοντι θοῷ
ἤλασε Λυγκέος ἐν πλευραῖσι χαλ-
κόν.
Ζεὺς δ' ἐπ' Ἴδᾳ πυρφόρον
πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν.
ἅμα δ' καίοντ' ἔρημοι.
„ χαλεπὰ δ' ἔρις ἀνθρώ-
„ ποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.

*politum ſaxum, inierunt pectori Pollucis: ſed nō eum colliſerunt, neque inhibuerūt. Quin irruens, iaculo acuto adegit Lyncei in latera æs. Iupiter autem in Idam igniferum contorſit fuliginoſum fulmen: ſimul autem comburebantur deſerti. Adeò graue eſt in contentione verſari cum potentioribus.*

erat Plutonis ſimulachrū, corripuerunt, cúmque in Pollucis pectus proiecerunt, quem tamen non offenderunt, nec inhibuerūt quin impetu facto in Lynceum, cuſpide munitum æneâ acutum iaculum in latus eius adegerit. Tum etiam Iupiter ignifero fulmine fuliginoſo Idam percuſſit: & ambo ſcilicet Lynceus & Idas omni auxilio deſtituti, combuſti ſunt. Ex quo euentu apparuit exitialem eſſe hominibus contentionem quæ cum præſtantioribus intercedit: quales fuêre Caſtor & Pollux, quorum defenſionem Iupiter pater ſuſcepit.

ἔνθεν. Nempe ἐκ τοῦ πατρῴου τύμβου. Ἁρπάξαντες Dor. pro comm. ἁρπάσαντες. ἄγαλμ' Ἀΐδα vt vult Aretius, eſt defuncti hominis ſtatua, qui iam apud Plutonem degit: ſed nulla talis ſignificatio harum vocū reperiri poteſt. Quare ſimplicius exponere par eſt, *Plutonis ſtatuam*, quæ inſculpi potuit ſepulchro.

φλάσαν. Negl. augm. pro ἔφλασαν. Aor. I. act. ἔφλασα, verbi φλάω, Atticè pro cōm. θλάω *frango, collido*. ἀνέχασαν eſt etiam Aor. I. act. ἀνέχασα verbi ἀναχάζω *inhibeo, ſiſto*, quod Schol. exponit ὑποχωρῆσαι ποιῶ, *retrocedere facio*.

ἄκοντι θοῷ. Hoc eſt, σιδηρᾶ αἰχμῇ δόρατος ἤλασεν εἰς πλευρὰς Λυγκέος. Sic apud Homerum, ἤλασεν ἔγχος, *adegit haſtam*,

ἐπ' Ἴδᾳ. Monet Schol. Idam à nonnullis intelligi Phrygiæ montem illum: ſed cognitu facilis eſt huius ſententiæ abſurditas. Intellige hîc Apharei filium.

ἅμα δ' καίοντο. Dixit contortum fulmen in vnum Idam, quia Lynceus à Polluce lethale vulnus acceperat: vnde non opus eſſet, vt Iouis telo peteretur. Id tamen non obſtat quominus vtriuſque cadauer ignifero fulmine combuſtum fuerit. Pauſanias in Meſſeniacis teſtatur Idam fulmine fuiſſe occiſum.

ἔρημοι. Hoc eſt, στερηθέντες βοηθείας: & καίοντο legendum, pro ἐκαίοντο: atque imperfectum pro præterito vel Aoriſto ſumendūm.

χαλεπὰ Dor. pro comm. χαλεπή. Gnome qua monet non eſſe cum præſtantioribus contendendum. q. d. δεινὴ ἡ ἔρις τοῖς ἀνθρώποις ἡ κατὰ τῶν κρεσσόνων. αὐτὴν οὖν δεῖ ἀποδιοπομπεῖσθαι. Vide Adag. *Fuge procul à viro maiore*. Porrò hîc eſt Hypallage, ὁμιλεῖν κρεσσόνων ἀνθρώποις, pro κρέσσοσιν ἀνθρώπων ὁμιλεῖν. Nec vt putat Schmidius Schol. ellipſin facit præpoſitionis κατὰ, vt dicat ὁμιλεῖν κατὰ κρεσσόνων. Quod ſi feciſſet ſuæ exegeſi ὁμιλεῖν inſeruiſſet. Non abſimilis eſt gnome hæc, νεῖκος δ' κρεσσόνων ἀποθέσθαι ἄπορον, Od. 10. Olymp. 2. Ep.

παράφρασις.

His prostratis protinus ad fortem fratrem Tyndarides ille Pollux denuo accessit: quem nondum extinctum, sed frigido anhelitu adhuc respirantem inuenit. Tum vtique simul lachrymas fundens & ingemiscens, alta voce clamauit. O pater Iupiter fili Saturni, qua ratione potero liberari graui luctu quem excitat mors fratris? Mortem etiam mihi ô rex immitte vt cum hoc vita defunctus iaceam. Perit honor illi qui priuatus est amicis. Nec tam fidum reperire possim, cùm pauci mortales in re incerta fidi sint:

στροφὴ ε. κῶλ. ια.

ταχέως δ' ἐπ' ἀδελφεοῦ
βίαν πάλιν χώρησεν ὁ Τυνδαρίδας,
καί μιν οὔπω τεθναότ', ἄσθματι δὲ
φρίσσοντ' ἀναπνοὰς ἔκιχεν.
θερμὰ δὲ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς,
ὄρθιον φώνασε. πάτερ
Κρονίων, τίς δὴ λύσις
ἔσσεται πενθέων; καὶ ἐμοὶ θάνατον σὺν
τῷδ' ἐπίτειλον, ἄναξ.
οἴχεται τιμὰ φίλων τατωμένῳ
„ φωτί. παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ
„ βροτῶν,

μετάφρασις.

*Statim autem ad fratrem strenuum rursus accessit Tyndarides, & eum nondum mortuum, sed anhelitu rigentem respiratione inuenit. Calidas autem inspergens lachrymas suspiriis, altum clamauit. Pater Saturnie quænam liberatio erit à luctibus? mihi quoque mortem cum hocce immitte, ô rex. Perit honor amicis orbato viro: paucíque in ærumna fideles* sunt *mortalium*,

ἀδελφεοῦ βίαν. Phrasis qualis βίη Ἡρακλέος, Πριάμου, &c. pro ἐπ' ἰσχυρὸν ἀδελφὸν Κάστορα. πάλιν χώρησεν. Hoc est, ὑποστρέψας ἦλθε.

ἄσθματι. Hanc phrasin sic duobus verbis reddit Schol. πνευστιῶντα κατέλαβεν. idque rectè. Et cùm vulgati codices omnes legant φρίσσοντ' ἀναπνοᾶς ἔκιχεν. Schmidius ob metrum legit φρίσσοντα πνοὰς ἔκιχεν. Ego ἀναπνοὰς seruare malo, συνίζησιν faciendo ex πνοάς. Nam ἀναπνοὰ est *spiritus reciprocatio*, quæ anhelanti crebrior est.

ἐπίτειλον. Est imper. Aor. 1. act. ἐπέτειλα: à verbo ἐπιτέλλω: quod poëta noster vsurpat in significatione τοῦ ἐπιστέλλω, ἐφίημι, ἐπιπέμπω.

οἴχεται. Gnome qua vtilitatem amici indicat. τατωμένῳ. Dor. pro τητωμένῳ. Verbum autem τητάομαι est poët. pro στερέομαι, στερίσκομαι.

παῦροι μ. Querimonia qualis illa Theognidis.

Πολλοί μὲν πιστοὶ καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
Ἐν δὲ σπουδαίῳ πρήγματι παυρότεροι.

Hic Pindari locus citatur in Adagio *fœlicitas multos habet amicos*, titulo *Amicitia*.

παράφρασις.

adeò vt participes alieni

ἀντιστρ. κῶλ. ια.

χρημάτου μεταλαμβάνειν.

μετάφρασις.

*ita vt sint partici-*

laboris & ærumnarum eſſe velint. Sic locuto Iupiter obuiam proceſſit, & hoc illi reſpondit. Tu Pollux meus es filius. Sed Caſtorē hūc Tyndarus cū tua matre congreſſus, vt pote marit⁹, mortali ſemine mortalem genuit. Verùm age, quanquam tu es immortalis, ille mortalis ratione parentum, horum tibi optionem concedo tamen. Si velis mortem fugiens, & odioſam ſenectutem deuitans, incola cœli mecum eſſe, cum Minerua, & cum Marte qui funeſtam gerit haſtam,

ὣς ἔννεπε. Ζεὺς δ' ἀντίος ἤλυθέν οἱ,
καὶ τόδ' ἐξαύδασ' ἔπος. Ἐσσί μοι υἱ-
ός. τόνδε δ' ἔπειτα πόσις
σπέρμα θνατὸν ματρὶ τεᾷ πελάσαις
ἔσταξ' ἥρως. ἀλλ' ἄγε τῶν-
δέ τοι ἔμπαν αἵρεσιν
πάρδιδωμ'. εἰ μὲν θάνατόν τε φυγὼν καὶ
γῆρας ἀπεχθόμενον,
αὐτὸς Οὔλυμπον θέλεις οἰκεῖν ἐμοὶ,
σύν τ' Ἀθαναίᾳ, κελαινεγχεῖ τ' Ἄρει,

*pes laboris. Sic fatus eſt. Iupiter autem obuiam ei proceßit, & hoc protulit verbum. Es mihi filius: hunc autem poſtea maritus ſemen mortale, cum matre tua congreßus ſtillauit heros. Sed age, tibi tamen horum optionem trado: ſiquidem mortémque vitãs, & ſenectutem odioſam, ipſe Olympum cupis incolere mecum, cúmque Minerua, & atram gerente haſtam Marte,*

ἐξαύδασε. Negl. augm. & Dor. pro ἐξηύδησε. ab ἐξαυδάω. πελάσαις Aeol. pro πελάσας. ἔσταξε Aor. 1. act. verbi στάζω ſtillo. Virgil. dixit *diſtillat ab inguine virus*, loquens de ſemine prodeunte. πάρδιδωμι per ſyncopen pro παραδίδωμι.

αὐτὸς Οὔλυμπον. Hoc colon, aliquot ſyllabis caret: ideóque Schmidius legit αὐτὸς Οὔλυμπον κατοικῆσαι θέλεις. At malim Scholiaſtæ verba ſumendo legere, αὐτὸς Οὔλυμπον θέλεις οἰκεῖν ἐμοί. Ita vt ἐμοὶ regatur à σὺν ſequente. Scholiaſtes autem habet οἰκεῖν σὺν ἐμοί. Ac veriſimile eſt Iouem ita locutum eſſe, ſiquidem qui cœli eſt incola, cum ipſo etiam habitat.

κελαινεγχεῖ. Mars κελαινεγχὴς appellatur. q. d. κελαινὸν. i. μέλαν ἔγχος ἔχων. *nigram, atram, funeſtam haſtam habens.* Nam ille belli Deus cæde fit funeſtus. Cæterùm mentionem facit Mineruæ & Martis bellicoſorum Deorum, apud ſtrenuum Heroëm verba faciens.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. ιβ. μετάφρασις.

hac ſorte frui tibi licet. Quòd ſi pro Caſtore tuo fratre contendis, omniúmque rerum tuarum æquali portione conceſſa dimidiū impertire cupis: dimidia quidem temporis parte debes in terra iacere, dimidia verò in ſplendido cœlo,

ἔστι σοὶ μὲν τούτων λάχος.
εἰ δὲ κασιγνήτου πέρι
μάρνασαι, πάντων δὲ νοεῖς
ἀποδάσσασθαι ἴσον.
ἥμισυ μέν κε πνέοις γαί-
ας ὑπένερθεν ἐών,
ἥμισυ δ' οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν.

*eſt tibi vtique horum ſors. At ſi pro fratre contendis, omniúmque in animo habes diuidere æqualem portionem: dimidium quidem ſpires ſub terra exiſtens*

scilicet alternis diebus viuere & mori, modò sub terra, modò in aureis cœli domibus versando. Quare postquam Iupiter sic locutus est, non diu ancipiti mente ambigens deliberauit vtrum eligeret: sed impetrata hac venia, vt alternis ambo viuerent & morerentur, Castoris aurea mitra insignis,

ὣς ἄρ᾽ αὐδάσαντος, ὃ
γνώμᾳ διπλόαν θέτο βουλάν.
ἀνὰ δ᾽ ἔλυσεν μὲν ὀφθαλμόν, ἔπειτα δὲ φωνὰν
χαλκομίτρα Κάστορος.

*dimidium verò cœli in aureis domibus. Sic locuto* Ioue, *non in mente duplicem fecit deliberationem: sed resoluit quidem oculum, postea etiam vocem area mitra ornati Castoris.*

primùm quidem oculum, deinde verò vocem obscuris mortis vinculis liberauit: & sic fratrem ad viuos reuocauit.

εἰ δ᾽. Hoc est, εἰ δὲ ὑπὲρ Κάστορος τοῦ ἀδελφοῦ διαμάχῃ. Porrò μάρναμαι poët. est pro μάχομαι: & hic cum Aldo legendum est μάρνασαι, non vt reliqui μάρνασθαι, ídque propter metrum, sensúmque simul.

ἀποδάσασθαι. Metri causa cum σσ duplici legendum, infin. Aor. I. med. verbi ἀποδάζομαι, τὸ ἀπομερίζομαι.

ἥμισυ. Nimirum τοῦ χρόνου: ídque ἐναλλάξ. Cœli domos aureas, *hoc est*, pulchras appellat. Porrò ὁ γνώμᾳ διπλόαν θέτο βουλάν. h. e. οὐ κατεμερίσθη τὴν γνώμην. ἀλλ᾽ εὐθέως ἐπὶ τὸ ἕτερον ἐχώρησεν, nempe ἐπὶ τὸ τὴν εὐδαιμονίαν τῷ ἀδελφῷ μερίσασθαι.

ἀνὰ δ᾽ ἔλυσεν. Tmesis pro ἀνέλυσεν. Et hæc dicuntur de Polluce, qui cùm elegerit participem facere fratrem suæ fœlicitatis, dici potest, eum ad viuos reuocasse.

χαλκομίτρα. Sic ob metrum legendum, vt in Scholijs habetur: non autem χαλκεομίτρα. Est autem χαλκομίτρας poët. vocab. ὁ χαλκῆν μίτραν φέρων.

ΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ ΠΡΥΤΑΝΕΙ Τενεδίῳ, υἱῷ Ἀρκεσίλα.

ARISTAGORAE PRAEsidi Tenedio, filio Arcesilæ.

## ΕΙΔΟΣ ΙΑ.

## ODE XI.

## ARGVMENTVM.

*Occaſionem laudandi Ariſtagoram præbuit poëtæ, magiſtratus annuus ab eo in patria Tenedo ſuſceptus, qui vt ſit fortunatus Veſtam rogat. Interim virum hunc commendat à recta ipſius & collegarum adminiſtratione, pietate & hoſpitalitate. Item à patre Arceſilao & à iuuenilibus certaminibus, à maioribus Piſandro & Melanippo. Et quia nunquam ſe commiſit maioribus certaminibus, Olympijs Pythijs, Nemeïs, & Iſthmijs, culpam reijcit in parentes, qui iuuenem illis committere non ſint auſi. Atque hinc arripit occaſionem damnandi audaciam & metum, eorúmque medium laudandi.*

παράφρασις.

O Saturni & Rheæ filia, proinde Iouis ſupremi Dei, regníque ſociæ Iunonis ſoror Veſta, quæ curias publicas ſortita es, in quibus ſacer ignis tibi conſecratus aſſeruatur, & ſtatuæ eriguntur: quæſo te benigno animo in prytaneum Tenedium, qui tuus eſt thala-

στροφὴ α. κῶλ. ϛ.

Παῖ Ῥέας ἅ τε πρυτανεῖα λέλογχας Ἑστία,
Ζηνὸς ὑψίστου κασιγνήτα καὶ ὁμοθρόνου Ἥρας,
εὖ μὲν Ἀρισταγόραν δέξαι τεὸν ἐς θάλαμον.
εὖ δ' ἑταίρους ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας,

μετάφρασις.

*Filia Rheæ quæ prytanea ſortita es Veſta, Iouis altiſſimi ſoror, & throni ſocræ Iunonis, bene quidem Ariſtagoram excipe tuũ in thalamum, bene etiam ſocios illuſtre prope ſce-*

mus, prope tuum insigne sceptrum, excipe cùm Aristagoram, tum eius collegas, qui te honore prosequentes, operam dant vt iustitiam per quam rectæ stant respublicæ, insula Tenedus obseruet.

οἵ σε γεραίροντες ὀρθὰν φυλάσσοισι Τένεδον,

*ptrum, qui te honorantes rectam custodiunt Tenedum,*

Ἀρισταγόρα. Aristagoras Lesbius fuit patria, filius Arcesilæ, qui cùm iuuenis esset se in certaminibus exercuit, nō maioribus illis, sed minùs celebribus alijs, ob quæ circiter sedecim coronas obtinuit. Et cùm iam virilem attigisset, creatus est magistratus, qui πρυτάνης appellabatur, ídque in Tenedo Insula quæ Lesbi est. De Tenedi explicatione, vide Strab. lib. 13. vide & Stephanum.

Παῖ Ῥέας. Exordium ab inuocatione Vestæ, quæ fuit filia Rheæ & Saturni, vt refert Hesiodus in Theog. v. 453. Sortita prytanea dicitur, quia ipsi consecratus erat ignis, & in palatijs seruabatur, præsertim Athenis in prytaneo per matronas. Apud Aegyptios quoque ignem seruabant, eundem venerabantur Persæ, Delphis ignis sacer erat, Romæ à Vestalibus virginibus custodiebatur. Vestæ etiam statua in Prytaneis erat. Quid sit πρυτανεῖον, quid ἑστία omitto breuitatis causa, siquidem de his sat multa apud Etymologos, & in Lexicis collecta reperiuntur.

Ζηνὸς ὑψίστου. Soror est Iouis, quia ex ijsdem parentibus prognata est. Iupiter appellatur ὕψιστος, quia Deorum supremus erat apud Ethnicos. Iouis ὁμόθρονος Iuno, quia eius soror & coniux fuit, ac proinde Διῒ συμβασιλεύουσα.

τεὸν ἐς θάλαμον. Nimirum intelligit τὸ πρυτανεῖον, qui Vestæ thalamus erat, siquidem focus in curia publica ignem sempiternum habebat.

εὖ δ' ἑταίρους. Repete ἀπὸ κοινοῦ, δέξαι. & ἑταίρους *socios*, *collegas* intellige τοὺς συμπρυτανεύοντας: nam plures simul hoc magistratu fungebantur. Athenis erant quingenti, in decem classes diuisi, secundum numerum tribuum. Singulæ tribus quinquaginta habebant.

ἀγλαῶ σκάπτω. Genitiuus est Doricus, pro comm. ἀγλαοῦ σκήπτρου: quare nonnulli codices malè subscribunt. ι. τῷ ω. Vox πέλας casum satis indicat: nam genitiuum regit.

οἵ σε. Hoc est, οἵ τινές σε τιμῶντες οἱ πρυτάνεις, ἐν δικαιοσύνῃ φυλάσσουσι τὴν Τένεδον. Porrò φυλάσσοισι Doricum est pro comm. φυλάσσουσι.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ϛ'. | μετάφρασις.

ac sæpenumero te Dearum primam modò libationibus, modò nidore sacrificiorum venerantur. Quos etiam delectat Musica, ipsis tum voce tum lyra in celebritatibus resonare solita.

πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν θεῶν,
πολλὰ δὲ κνίσᾳ. λύρα δέ σφιν βρέμεται, καὶ ἀοιδά,
καὶ Ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀενάοις

*sæpe quidem libationibus venerantes te primam Dearum, sæpe verò nidore. Lyra autem apud ipsos perstrepit & cantus, Iouísque*

Qui præterea Iouis hoſpitalis in honorem ius hoſpitalitatis ſtudioſè colunt, ac ſine intermiſſione paratas hoſpitibus menſas habent. Velim igitur vt omnis moleſtiæ immuni corde magiſtratum annuum glorioſè tranſigat Ariſtagoras:

ἐν τραπέζαις. ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος
δωδεκάμηνον περάσαι, σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ.

*hoſpitalis ritus iuſtus obſeruatur perennibus in menſis. Itaque glorioſè magiſtratũ duodecim menſium perficiat cum inuulnerato corde.*

πολλὰ μὲ. Epexegeſis eſt eius quod dixit, nempe Ariſtagoram, eiúſque collégas Veſtam honorare. Primus honos conſtat λοιβαῖς, hoc eſt, σπονδαῖς: alter κνίσσᾳ, hoc eſt, θυσίαις. Illud quidem erat ἱερὸν ἄπυρον, hoc verò ἔμπυρον. Eſt enim λοιβὴ vini effuſio: & libatio. Et definit Plato λοιβὰς, δι' ὑγρῶν θυσίας. κνίσσα. Nidor aſſatarum carnium, aut pinguedinis, aut olei.

πρώταν. Dor. pro comm. πρώτην. Primam Dearum vocat, inquit Schol. καθ' ὅσον ἀπ' αὐτῆς ἤρχοντο. Nam ab hac auſpicabantur ſua ſacra propter ignis religionem, quo in ſacrificijs erat opus. Deinde ſacerdotes à Iano & Veſta principium precationis faciebant. Vide Adagium ἀφ' ἑστίας ἄρχου.

λύρα δέ σφιν. Laus à Muſices ſtudio, tum voce, tum inſtrumentis. q. d. αὐτοῖς ἥ τε λύρα καὶ ἡ ἀοιδὴ κατὰ ταῖς πανηγύρεις ἠχεῖ. Verbum βρέμεσθαι idem ſignificans quod βρέμειν, poëticè nunc vſurpatur.

καὶ ξενίου Διὸς. Laus ab hoſpitalitate. q. d. ξενίου Διὸς θέμις ἀποσώζεται παρ' αὐτοῖς ἐν ἀδιαλείπτοις τραπέζαις. vno verbo φιλόξενοί εἰσι. Quid ſit ἀέναος videre eſt Od. 1. Pyth. in hæc verba ἀενάου πυρὸς & 14. Ol. in ἀέναον τιμάν.

ἀλλὰ σὺν δόξᾳ. Hoc eſt, ἀλλὰ σὺν εὐδοξίᾳ τὴν ἐνιαυσίαν ἀρχὴν διανύσειεν. Obſeruandum Scholiaſten legiſſe περάσαι nunc in optat. modo, nunc in infinit. Nam hoc modò explicat διανύσειεν: modò παράσχου διανύσαι. Sed prior expoſitio melior mihi videtur. Nonnulli legunt πέρασαι imperat. modi Aor. 1. med. Præterea τὸ ἀλλὰ non videtur mihi aduerſatiuum, ſed concludendi vim habere, vt paſſim apud authorem hunc.

τέλος δωδεκάμηνον. Vulgata interpretatio exponit, *ſpatium duodecim menſium:* ſed malè. Etenim τέλος hîc ſignificat ἀρχὴν, ſeu πρυτανείαν. *magiſtratum, dignitatem, officium.*

σὺν ἀτρώτῳ. Hoc eſt, σὺν ἀλύπῳ, ἀπταίστῳ, ἀβλαβεῖ. Metaphorica vox. Porrò cum Aldo legendum eſt κραδίᾳ metri cauſa.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. θ. μετάφρασις.

cuius patrem Arceſilam eo nomine beatum prædico, quòd cum admiranda corporis ſtatura & forma, congenitam animi intrepidi fiduciam habet. Quæ

„ ἄνδρα δ' ἐγὼ μακαρίζω
„ μὲν πατέρ' Ἀρκεσίλαν,
„ καὶ τὸ θαητὸν δέμας, ἀτρεμίαν τε ξύγ-
„ γονον.
„ εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων,

*Ego autem virum quidem prædico beatũ patrem Arceſilam, etiã propter admirandum corpus, & audaciã con-*

corporis animíque dotes faciunt vt homo plerunque caducæ conditionis suæ obliuiscatur. Quanquam par est, vt quicunque opibus & forma præstat alijs, suíque roboris præstabile specimen in certaminibus edidit, vlteriorem fœlicitatem non quærat, séque nimium efferat: sed agnita fragilitate humana meminerit animam suam mortalibus membris inuolui, sibi mortem vltimam rerum lineam esse oppetendam, tandémque cadaueri terram in sepulchro induendam.

" μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλων,
" ἔν τ' ἀέθλοισιν ἀρι-
" στεύων ἐπέδειξεν βίαν,
" θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέ-
" λη,
" καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσ-
" σόμενος.

genitam. Si verò quis opes possidens, forma superabit alios, & in certaminibus primus obtinens specimen ediderit roboris, mortalibus meminerit se amictum membris, & postremam omnium terram induturum esse.

αὐδᾶν. Laus Aristagoræ à patre Arcesila, cuius corporis formam, animíque fiduciam commendat. θαητὸν δέμας, appellat τὸ θαυμαστὸν σῶμα, quibus verbis bona corporis, formam, robur, & si quæ sunt alia, complectitur.

τὰν ἀτρεμίαν ξύγγονον. Dubitat Schol. vtrum his verbis Ατρεμίαν ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφὴν dicere velit, an τὴν συγγενομένην αὐτῷ ἀφοβίαν. Posterior sententia mihi probatur: siquidem animi intrepidi fiducia quasi hæreditaria erat in illa familia, vt colligere est ex strophe γ. huius Odes.

εἰ δέ τις. Sententia qua monet homines suæ fragilitatis, ne caducis bonis nimium efferantur. ὄλβον intellige πλοῦτον hoc loco. Quod ad παραμεύομαι attinet, consule 1. Pyth. in hæc verba ἀμεύσασθαι αὐτούς: vbi simplex ἀμεύομαι satis expo-suimus.

περιστέλλων μέλη. Metaphorica locutio, sumpta à vestibus: vt & in ἐπιεσσόμενος: quod reduplicat σ. metri causa, éstque particip. fut. med. ἐπιέσομαι. verbi ἐπιέω. De quo diximus Od. superiore, antistr. 3. in ἐπιεσσάμενος. Porrò τελευτὰν substantiuum pro adiectiuo τελευταίαν sumit. Vide hac de re Adagium, *Homo Bulla*.

παράφρασις. στροφὴ β. κῶλ. ς. μετάφρασις.

Porrò par est vt boni ciues laudibus prosequãtur, & dulcibus carminibus ornatum Aristagoram decantent, qui ex vicinarum vrbium certaminibus sexdecim insignes victorias luculenta valdéque glorioso pancratio reportauit, quibus sibi, claræque patriæ coronarum decus peperit.

ἐν λόγοις δ' ἀστῶν ἀγαθοῖσί μιν αἰνεῖ-
σθαι χρεών.
καὶ μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελ-
λιζέμεν ἀοιδαῖς.
ἐκ δ' περικτιόνων ἑκκαίδεκ' Ἀρισ-
ταγόραν
ἀγλααὶ νῖκαι, πάτραν τ' εὐώνυμον
ἐστεφάνωσαν πάλᾳ,
καὶ μεγαύχει παγκρατίῳ.

*Porrò sermonibus ciuium bonis quidem laudari par est, & mellisonis ornatum carminibus celebrari. Ex vicinis autem sexdecim Aristagoram illustres victoriæ coronarunt, patriámque celebrem lucta, & valdè gloriabundo pancratio.*

ἐν λόγοις δ' ἀστῶν. Laudaturus Aristagoram à victorijs quas ex certaminibus

vicinarum vrbium reportauit, admonet ciues officij, docétque illos debere εὐφημίαν præclaro ciui, tum διὰ λόγων, tum διὰ ἀοιδῶν.

μελιγδούποισι. Dat. Ion. & poët. pro μελιγδούποις. Eſt autem μελίγδουπος vocabulum poët. ex μέλι *mel*, & δοῦπος *ſtrepitus*. q. d. *dulciſtrepus*. Inſeritur autem γ metri & euphoniæ gratia. δαιδαλθέντα expone κοσμηθέντα: & ſubaudi Αριστᾶγόραν, de quo hoc dicitur. Porrò μελιζέμεν Ion. pro comm. μελίζειν. Et actiuum pro paſſiuo μελίζεσθαι, ídque Atticè.

ἐκ δ' ἀμφικτιόνων. Hoc eſt, ἐκ δὲ τῶν περιοίκων ἑξ καὶ δέκα νίκαι ἀγλααὶ πάλῃ καὶ παγκρατίῳ Αρισταγόραν, καὶ εὔδοξον αὐτοῦ πάτραν στεφάνῳ ἐκόσμησαν. Vocem ἑκκαίδεκα iungo cum ἀγλααὶ νῖκαι; at alij cum ἀμφικτιόνων, & ſubaudiunt ἀνταγωνιστῶν: ſed prior conſtructio clara eſt, nihílque extrinſecus aſſumit. Porrò ἀμφικτίονες, ſunt γείτονες, περίοικοι, nẽpe οἱ περὶξ κτίσαντες οἰκήσεις, παρὰ τὸ κτίω, pro quo in vſu κτίζω, ſynonymum cum apud oratores, tum apud poëtas ἀμφικτίονες.

μεγαυχεῖ. Sic commodè legitur metri cauſa, non μεγαλαυχεῖ. Pancratium μεγαυχὲς appellatur, *valdè glorioſum*: quia genus hoc certaminis laborioſum erat, & duobus conſtabat: res autem quò eſt difficilior, eò plus gloriæ procreat.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ϛ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Et niſi parentes, qui magis ignominiam victi metuebant, quàm victoris gloriam ſperabant, filium, alioqui neceſſarijs corporis dotibus ad obeunda celebriora certamina inſtructũ, impediuiſſent quominus Pythia Delphis, & Olympia in Elide celebrari ſolita tentaret, aſſeuerare auſim futurum fuiſſe, ſaltem mea ſententia, vt inde victorias reportaret, & ex Caſtalia, colléque Saturni honorificentiùs quàm luctatores aduerſarij in patriam rediret, | ἐλπίδες δ' ὀκνηρότεραι γονέων, παιδὸς βίαν<br>ἔσχον ἐν Πυθῶνι πειρᾶσθαι καὶ Ὀλυμπίᾳ ἀέθλων.<br>ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, ἐμὰν δόξαν, παρὰ Κασταλίᾳ,<br>καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολὼν ὄχθῳ Κρόνου,<br>κάλλιον ἂν δηριώντων ἐνόστησ' ἀντιπάλων, | *Spes autem ſegniores parentum, filij robur impedierunt quominus in Pythone periculum faceret & in Olympia certaminum. Per iuſiurandum enim, mea ſententia, ad Caſtaliam, & ad bene conſitum arboribus profectus collem Saturni, pulchrius quàm pugnantes rediſſet aduerſarij,* |

ἐλπίδες. Præoccupatio qua ſuſpicionem tollit ignauiæ, quòd Ariſtagoras nullam quatuor ſacrarum victoriarum reportarit: reijcit enim omnem culpam in parentes quos metus prohibuit, qui magis ignominiam victi metuebant quam victoris gloriam ſperabant. Spes ſegniores opponit παιδὸς βίᾳ, vt innuat filio non defuiſſe robur ad certamina ſacra.

ἔσχον. Hoc eſt, ἐνεπόδισε: ſimplex pro compoſito ἀπέσχον, vel ἐπέσχον, quum Pythonem & Olympiam nominat, Pythia & Olympia innuit.

ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον. Iureiurando ſuam ſententiam confirmat. In his verbis obſeruа primùm particulã μὰ, quæ propriè in negatione vſurpatur: ſed præfixo ναὶ apud

poëtas affirmat. Hoc in iuramento nullum Deum nominat; sed per ipsam iuramenti religionem iurat. Atque hîc monet Schol. Veteres ad vitandum iuramentum, solitos omittere Deorum nomina, & per ipsum ὅρκον asseuerare, & hæc Hesiodi verba citat.

Ὅρκον θ᾽ ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους
Πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ.

Cæterùm ante ἐμὰν δόξαν subaudi κτ᾽. Iterum per Castaliam Pythia, per collem Saturni Olympia significat.

ὄχθῳ Κρόνου. Collis hic Saturno sacer erat: & εὔδενδρος vocatur ob oleastros ibi ab Hercule plantatos. Vox ὄχθος & λόφος idem sunt.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. θ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| cùm hymno choreali ob successum accepto festum quinquennale ab Hercule institutum decorasset, & comam purpureis oleastri ramis redimitam retulisset. Hoc pacto cùm parentes Aristagoræ de viribus eius & dexteritate dubitassent, à præclaris certaminibus ad quę natura erat idoneus ipsum auerterunt. Hoc autem inter mortales homines vsuuenit, vt alius qui magnificè nimis de se sentit & inanis gloriæ œstro percellitur, maiora suis viribus aggrediens, preclarorum cœptorum successu excidat: alius qui nimis humiliter de se sentit, & se ipso minorem sese iudicat, animo fiat pusillo, qui cùm audacia careat, virum alioqui ad res præclaras natura comparatum, tanquam manu à tergo trahens, eas capessere non finit. | πενταετηρίδ᾽ ἑορτὰν Ἡρακλέος τέθμιον κωμάσαις, ἀνδησάμενός τε κόμαν πορφυρέοις ἔρνεσιν. ἀλλὰ βροτῶν τὸν μὲν κενεόφρονες αὖχαι ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον. τὸν δ᾽ αὖ καταμεμφθέντ᾽ ἄγαν ἰσχὺν, οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν, χειρὸς ἕλκων ὀπίσσω, θυμὸς ἄτολμος ἐών. | *quinquennale festũ,* Herculis ad *institutionem hymnò choreali prosequutus, redimitúsque comam purpureis ramis. Sed mortalium alium vana cogitantes gloriationes à præclaris* facinoribus *expellunt: alium verò contrà reprehendentem nimium* suum *robur, à propriis aberrare facit bonis, manu trahens retro animus audacia carens.* |

πενταετηρίδ᾽ ἑορτάν. Attico more ὑπερκτικὸν ἀντὶ ἐπιθέτου, scilicet πενταετηρικὴν ἑορτήν: sicuti epod. 1. τελευταῖ γᾶν pro τελευταίαν γῆν: sic & Nem. 10. Ἑλλάνα στρατὸν, pro Ἑλληνικόν. Isthm. Od. 1. ὁπλίταις δρόμοις, pro ὁπλιτικοῖς: sic Lucianus Ἑλλάδα γλῶτταν pro Ἑλληνικὴν dixit.

τέθμιον. *Lex, mos, ritus ab aliquo institutus*, est vocab. poët. pro comm. dicas τεθμός, & θεσμός, παρὰ τὸ τίθημι *institue*. Isthm. Od. 6. τέθμιον σαφέστατον, *institutum certißimum*. Nem. Od. 10. Epod. 2. τεθμὸν dixit, quod hîc τέθμιον. κωμάσαις dicitur is qui victoria est potitus: quanquam is nec canit, nec carmen componit, sed occasionem componendi dat poëtæ.

ἀνδησάμενος. Syncope pro ἀναδησάμενος. Mirum autẽ quòd loquens de oleastro, dicit πορφυρέοις ἔρνεσι: neque enim purpurei coloris est: & magis propriè

Olym. γ. appellauit oleastri coronam γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας. Sed fortè dixit *purpureis ramis*, pro *valdè pulchris & excellentibus*. Nam purpureus color apud veteres magno erat in pretio. Aldus & Romana legunt ἐν πορφυρέοις: vbi cum ἐν sit otiosum, Schmidius vt metro satisfaciat vult legi ἐμπορφυρέοις.

ἀλλὰ βροτῶν. Locus communis de iactantia, & metu. q. d. ἡ μὲν καύχησις καὶ ἀλαζονεία μάταια φρονοῦσα τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν διὰ τὸ παρὰ τὸ πρέπον καὶ δύναμιν ὀρέγεσθαι τῶν καλῶν, παρεσκεύασεν ἀποτυχεῖν αὐτῶν. τοὺς δὲ φύσει ἰσχυρὸν ὄντα, μετριάζοντα δὲ, καὶ τὴν αὑτοῦ δύναμιν καταμεμφόμενον ἡ ἀτολμία ὥσπερ χειρὸς εἰς τοὐπίσω ἕλκουσα, τῶν ἰδίων καλῶν σφαλῆναι πεποίηκε.

κενεόφρονες. Hoc est, κενεὰ seu κενὰ φρονοῦσαι. Nam ὁ καὶ ἡ κενεόφρων, fit à κενὸς, *vanus*, & φρονέω *cogito*. αὖχαι. Vox hæc αὔχη, fit à καύχη reiecto κ. pro καυχήσεις. vide Nem. 9.

στροφὴ γ. κώλ. ς.

συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἦν, τό τε
Πεισάνδρου πάλαι
αἷμ' ἀπὸ Σπάρτας (Ἀμύκλαθεν γὰρ
ἔβα σὺν Ὀρέστᾳ,
Αἰολέων στρατιὰν χαλκεντέα δεῦρ'
ἀνάγων)
καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰν κεκραμένον
ἐκ Μελανίπποιο μά-
τρωος. ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ

μετάφρασις.

*Conijcere facile est valdè, & Pisandri antiquum sanguinem è Sparta (ab Amyclis enim profectus est cum Oreste Aeolum exercitum ære armatum huc adducens) & ad Ismeni fluenta ex Melanippo materno progenit ore. Antiquæ enim virtutes*

παράφρασις.

Quod autē dico, Aristagorā nisi à parentibus qui de ipsius viribus dubitabant, Pythia & Olympia decertare prohibitus fuisset, victorem meo iudicio ex Pythone, & Olympia rediturum fuisse, conijcere perquam facile mihi est, cùm paternum genus à prisco Pisandro Lacone ducat (qui Amyclis profectus cum Oreste coloniam Aeolensium in Lesbum, Tenedúmque proinde Insulam deduxit) & maternum à Melanippo Thebano qui ad Ismenum Bœotiæ fluuium habitauit. Nam clarorum progenitorum antiquæ virtutes, quæ illis natura insitę fuerunt

συμβαλεῖν. A digressione ad institutum rediens, laudat Aristagoram Pindarus à paterno, maternóque genere, illud ad Pisandrum, hoc ad Melanippum referens. Putat Aretius poëtam referre ad superiora, vt hic sit sensus, Arcesilao facile fuisse cognoscere virtutem filij ex maiorum virtutibus. Ego malim poëtam hìc rationem reddere suæ sententiæ, quum paulò antè dixit, καὶ μὰ γὰρ ὅρκον, ἐμὰν δόξαν, &c. Hoc tibi declarabit Latina paraphrasis.

ἦν. Hìc puto sumptum pro ἐστί. Præposterè autem hæc mihi videtur intelligere Schol. quum dicit ex Aristagoræ virtute facile esse dignoscere ipsum à Pisandro Lacone, & Melanippo Thebano originem ducere; cùm contrà eo quòd ex his progenitoribus claris ortum ducat, conijcere sit facile eum quoque clarum futurum fuisse, nisi parentes nimis metuissent. Etenim fortes creantur fortibus & bonis, vt plurimum.

Πεισάνδρου. Pisander Lacon ex Amyclis cum Oreste in Lesbum migrauit, &

Tenedum

Tenedum incoluit, eò deducta Aeolensium virorum colonia. De hac re vide Strab. 13. nempe quomodo Aeolica Græcorum colonia ſeſe per totam Aſiæ oram diſperſerit.

τό τε. Hic articulus τὸ cum πάλαι eſt coniungendus, vt æquipolleat adiectiuo παλαιόν. Dorica ſunt Σπάρτας, Αμύκλαθεν, ἔβα, Ορέσα, pro comm. Σπάρτης, Αμύκληθεν, ἔβη, Ορέστη.

ςρατιαὶ. Scholiaſtes interpretatur ἀποικίαν *coloniam*. Sed quia erat hæc multitudo armata, ideo ςρατιὰν χαλκεντέα appellat. Vox hæc χαλκεντὴς occurrit 1. Nem. Legebatur autē in alijs codicibus χαλκεντέων referendo ad Αιολέων ſed Schmidius ob metrum legere mauult χαλκεντέα referendo ad ςρατιὰν, quod probo: ſed eâdem opera debebat Latinè interpretari, *are armatum*.

καὶ παρ' Ισμηνοῦ ῥοάν. Intellige τ' Ισμηνὸν ποταμὸν Βοιωτίας. Hinc colligere eſt Thebanum fuiſſe Melanippum, qui bellica fortitudine Thebanis antecelluit. Hic Argiuis Thebas oppugnantibus Tydeum vulnerauit, & Meciſteum Adraſti filium occidit, ipſe poſtea cæſus fuit ab Amphiarao. Qua de re vide Nem. 10. antiſtr. 1. in hæc verba Διομήδεα ἄ.

παράφρασις.

referri & recuperari ſolent, poſtquam per aliquot generationes intermiſſæ fuerunt. & poſterorum nōnulli auitum robur cum ignauia cōmutarunt. Quēadmodum enim arua nigra, proindéque natura fœcunda, fructum continua ſerie annorum non ferunt: nec ſingulis, ſed alternis annorum periodis & recurſibus odoratum florem, quæ ipſarum ſunt diuitiæ, producere queunt. Sic & diuina prouidentia facit vt mortales homines progeniem habeant nunc degenerem, nunc patria virtute pollentem.

ἀντιστρ. κῶλ. 5.

ἀμφέροντ', ἀλλασσόμεναι γενεαῖς
ἀνδρῶν σθένος.
ἐν σχερῷ δ' οὔτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν
ἔδωκαν ἄρουραι,
δένδρεα τ' οὐκ ἐθέλει πάσαις ἐτέων
περιόδοις
ἄνθος εὐῶδες φέρειν, πλούτῳ ἴσον,
ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι, καὶ
θνατὸν οὕτω σθένος ἄγει

μετάφρασις.

*recuperantur, mutantes generationibus hominum robur. Nec continua ſerie nigra fructum dant arua: arboréſque nolunt omnibus annorum recurſibus florem odoratum ferre, diuitijs parem, ſed alternis. Et mortale ſic robur ducit*

ἀμφέροντ'. Per ſyncopen, ſiue pro ἀναφέροντι Dor. pro comm. 3. perſ. ἀναφέρουσι: ſiue pro ἀναφέρονται. Nam ἀναφέρειν aliquando ſignificat ῥαΐζειν. Et ἀναφέρεσθαι *referri*, & ſimilia. Vtrumuis acceperis, commodum ſenſum habebis.

ἐν σχερῷ. Hoc eſt, ἐφεξῆς: vt & Ep. vlt. 1. Nem. Poteſt legi coniunctim ἐνσχερῷ, vt & ἐπισχερῷ. Vocem περιόδοις legit Schmidius περόδοις licentia poëtica: quanquā Grammatici τὸ περὶ, & τὸ περὶ tum à paſſione apoſtrophi, tum à vocalis abiectione planè liberant.

ἄνθος. De flore tantùm loquitur, cùm fructus à conſequenti ſit etiam intelligendus. ἄνθος dicit πλούτῳ ἴσον, ob copiam. Quod attinet ad ἐθέλει æquiualet τῷ δύναται. vide exempla in Lexicis. ἀμείβοντι ſupple χρόνῳ.

NNnn

παράφρασις.

At verò confilium Iouis quem ad exitum tendat, mortalium nulli eft perfpicuum. Et quanquam futuri euentus præfcij non fumus, animos tamen attollimus, inque fuperbiam illabimur, opera multa moliẽtes quorum certum fucceffum nobis pollicemur. Tam arctis enim fpei vinculis toti obligamur, vt quicquid in mentem venit, quantumuis impoffibile fit, fperare non pudeat. Itaque quod temere aggreffi fumus, non confequimur. Nec mirum: fiquidem etiam eorum quæ cum deliberatione & confilio, difficultatibus prudenter præuifis fufcepimus, euentus non ftatim fequuntur, fed in temporis thefauro reconditi differuntur. Cæterùm laboribus noftris mediocre lucrum captare debemus: nec rerum quas affequi impoffibile eft, ftudio capi: quas nihilominus plerique in vetitum nitentes, & negata cupientes, infaniore defiderio perciti aucupantur.

ἐπῳδ. κῶλ. θ.

μοῖρα. τὸ δ᾽ ἐκ Διὸς ἀνθρώ-
ποις σαφὲς οὐχ ἕπεται
τέκμαρ. ἀλλ᾽ ἔμπαν μεγαλανορίαις
ἐμβαίνομεν,
ἔργα τε πολλὰ μενοι-
νῶντες. δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ
ἐλπίδι γυῖα, προμα-
θείας δ᾽ ἀπόκεινται ῥοαί.
κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέ-
μεν.
ἀπροσίκτων δ᾽ ἐρώτων ὀξύτεραι
μανίαι.

μετάφρασις.

*fatum. A Ioue autem homines certus non fequitur exitus: & tamẽ in fuperbias ingredimur, opera multa molientes. Vincta funt enim impudenti fpe membra: & prouifionis reconditi funt fluxus. Lucrorum autem oportet* certum *modum venari. Inacceßarum autem cupiditatum acriores* funt *infaniæ.*

τὸ δ᾽ ἐκ Διός. Ex præcedente fentẽtia qua diuinam prouidentiam dotes generis humani familijs per vices diftribuere docuit, facit vt aliæ gnomæ fequantur, quibus moneat indirectè Ariftagoram, quo pacto magiftratum gerere debeat. Prima eft de incertitudine rerum futurarum: q.d. ἡμεῖς δ᾽ οἱ ἄνθρωποι οὐ προγινώσκομεν τὸ ἐκ τοῦ Διὸς ἀποβησόμενον τέλος. Quam in fententiam rectè Horatius

*Prudens futuri temporis exitum*
*Caliginofa nocte premit Deus.*

ἀλλ᾽ ἔμπαν. Taxat hominum arrogantiam qui etfi fint futurarum rerum nefcij, multa moliuntur adeò fuperbiunt naturæ vitio: q. d. ἀλλ᾽ ὅμως μεγαληγοροῦμεν, μεγάλα πολλὰ φροντίζοντες ὑπὲρ ἑαυτοὺς, καίπερ οὐ προγινώσκομεν τὸ τέλος. His verbis tacitè Ariftagoram monet vt moderatè viuat, fibíque ab iftiufmodi fuperbia caueat hoc magiftratu fungendo.

δέδεται γάρ. Ratio cur arrogantia turgentes homines multa magnáque moliantur: nempe quia in fpem facilè eriguntur, fe fua vota confequuturos. δέδεται eft emphaticum, quo innuit eo magis naturæ humanæ vitium, quæ ab affectibus potiùs regitur quàm eos rationis fræno coërcere queat. ἐλπίδα vocat ἀναιδῆ quia eam non pudet vel impoffibilia fperare: quia etiam qui fpe exciderunt iterum fperare audent. γυῖα autem dicit, per membra etiam mentem notando quæ concipit fpes.

προμαθείας δὲ ἀπόκεινται ῥοαί. Hoc eft, τὰ δὲ προνοίας καὶ βουλῶν ἀνθρωπίνων αἱ ἐκβάσει ἀποκείμεναι ἀναβάλλονται. Quibus verbis oftendit, humanam quoque prudentiam

non ſemper valére: nec quicquid conſilio prouiſum à nobis putamus, id ſtatim accidere, etſi paratum nobis euentum putemus, qui tamen differtur.

ἀπόκεινται. Schol. exponit ἄποθεν ἡμῶν κεῖνται: non malè. Ego putem ſumptam eſſe metaphoram, ab ijs rebus quæ reſeruantur, & tanquam in theſaurum reconduntur, vt eorum vſus differatur: vt poëta innuat eas etiam res quæ cum conſilio & prudentia ſuſcipiuntur, euentum plerunque tardiorem ſortiri quàm putemus. Sic alibi poëta vocabulum ῥοαὶ videtur pro *euentibus* vſurpare, vt quũ ait, ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι. Porrò προμαθεία eſt Dor. pro comm. προμηθεία, hoc eſt, πρόνοια, σκέψις, βουλή.

κερδέων δ'. Tacitè etiam monet fugiendam eſſe auaritiam. Solent autem quibus eſt commiſſa reip. adminiſtratio plerique rem ſtudiosè facere, & quibuſuis ex rebus lucrum captare. Sed modum huius ſeruandum eſſe docet magiſtratui & principi. θηρευέμεν. Ion. pro θηρεύειν, hoc eſt, ζητεῖν, vſitatiſſima metaphora à venatoribus ſumpta.

ἀπροσίκτων δ'. Taxat hominum dementiam, qui nituntur in vetitum ſemper, cupiúntque negata: maioríque rerum impoſſibilium deſiderio tenentur quàm poſſibilium. ἀπροσίκτοις ἔρωτας appellat ἐπιθυμίας ἀμηχάνοις ὧν οὐκ ἔστι τυχεῖν: vel τὰ ἐρώμενα ſeu ἐπιθυμηθέντα ὧν ἐφικνεῖσθαι ἀδύνατον. Cæterùm ἀπρόσικτος, eſt comp. ex α. priu. & πρὸς, & ἱκτὸς à verbo ἱκνέομαι, vt ſit ἀπροσπέλαστος. q.d. πρὸς ὃν ἱκνεῖσθαι καὶ πελάζειν οὐκ ἔξεστι.

*Pindari Nemeorum finis.*

# DE PINDARI
## ISTHMIORVM TITVLO.

QVARTVS & vltimus Pindaricę periodi titulus eſt, *Iſthmia* vel *Iſthmionicæ* : quia hoc libro continentur encomia quorundam qui victoriam Iſthmiaco ex certamine reportarunt, ídque poëtę ætate. Hi ſacri ludi nomen acceperunt ab Iſthmo Corinthiaco vbi celebrari ſolebant. *Iſthmum* dixêre geographi *anguſtias terræ dirimentis duo maria.* Vnde Galeno στεναὶ γῆς διέξοδοι, μεταξὺ δυοῖν θαλαττῶν, definitur. Nomen habet à ſimilitudine τοῦ ἰσθμοῦ, quæ eſt pars μεταξὺ τοῦ σώματος καὶ τοῦ στομάχου, vt Galenus ait in 26. aphor. ſic dicta ὅτι δι' αὐτοῦ ἴεται τὰ σιτία. Ita vt quemadmodum cibi per faucium anguſtias in ventriculum deferuntur: ſic per Iſthmum maris, quaſi per collum ex continenti ad Inſulam, peninſulam-ue eatur. Quanuis autem multi ſint Iſthmi, celeberrimus tamen eſt Corinthiacus, inter Aegæum & Ionium mare, cuius latitudo eſt 36. ſtadiorum, teſte Herodoto l. 6. Hic Neptunus cognomento Iſthmius templum habuit picearum arborum luco circunclusum, de quo Strabo l.8. Pauſan. in Corinth. Prope hoc Iſthmios ludos Græci celebrabant, per quorum tempus fœdera dicta Iſthmia durabant. Horum primus author fuit Siſyphus Corinthiorũ rex. Nam cùm Ino maritum inſanum fugiens ex petra Molucide cum filio Melicerta in mare deſilijſſet, Melicertæ cadauer à delphine quodam in littus deductum eſt, & à Siſypho inuentum ſepultúmque ab Amphimacho & Donacino. Sed cùm Corinthij peſte vexarentur, reſpondit Apollo, non priùs deſituram luem, quàm funebre certamen Melicertæ inſtituiſſent. Quod cùm illi ſegniùs facerent, & peſtilentia magis magíſque labefactarentur, iterum Apollinem conſuluerunt, qui reſpondit, honorem perpetuum eſſe Melicertæ inſtituendum. Tum Siſyphus Athamantis frater, ludos Iſthmios in Melicertæ honorem inſtituit, quem vt Deum marinum nomine Palæmonem iam colebant, ex Nereidũ monitu quibus ſaltantibus occurrerat Siſyphus. Noctu autem agebantur eo tempore, initiorum potiùs, quàm ſpectaculorum ſpeciem præ ſe ferentes. Sed cùm illo in primis Græciæ in tractu graſſarentur latrones, Scyron, Sinníſque qui πιτυοκάμπτης vocabatur : atque ideo hinc peregrini arcerentur, aliquandiu

intermiſſa ſunt hæc certamina : donec Theſeus ſublatis illis ea renouauit,& ex nocturnis diurna fecit : & imitatione Herculis qui Olympia Ioui conſecrarat, Iſthmia Neptuno dedicauit. Quæ quidem quinto quoq; anno celebrabãtur,ſi credendũ Plinio.l.4. c. quinto:cui aſſentitur Solinus c.12. Sed fide dignior eſt Pindarus qui Nem.6.Ep.2.docet tertio quoque anno celebrari ſolita, quum ait ταυροφόνῳ τριετηρίδι τίμασε ποσειδάνιον ἂν τέμενος. Quam ſententiam ſequitur Schol. inquiens, τὰ ἴσθμια διὰ τριετηρίδος ἄγεται. Præmium victori dabatur *Pinus*,vnde πιτυονῖκαι dicebantur ijdem qui Ισθμιονῖκαι:ratio eſt quia marina eſt arbor:maris inſtar infrugifera : & quia καταχθόνιον τὸ φυτὸν erat. Veriſimilius tamen eſt coronam pineam victori datam,in memoriam cæſi πιτυοκάμπτου. Vide quæ Plutarchus lib. 5. συμποσιακῶν hac de re dicit. Poſteà σέλινον ξηρὸν loco pinus datum eſt,vt contrà Nemeonicis χλωρὸν σέλινον. Ratio mutationis hæc fuit,quia *Apium*, aquatica eſt planta Neptuno conueniens,quia etiam feralis, funebri Melicertæ certamini inſeruiens : quæ feralibus epulis adhibebatur & ſepulchris.Iſtiuſmodi corona vſque ad Pindari tempora, & vltra manſit. Sed tandem,vt ſcribit Plutarchus,denuo recepta eſt pinus.Omnis generis certamina in Iſthmijs vſitata fuêre,vt in Olympijs,Pythijs, & Nemeis. Iſthmiorum præſides fuerunt Corinthij,vt ex Strabone colligere eſt,qui libro 8 dicit de ipſis,συνετέλουν τὸν ἀγῶνα : & ex Pauſania in El.pr. ἰσθμικὰς σπονδὰς ἐπήγγειλαν. Sed quãdo à L. Mummio Corinthus expugnata fuit,tranſlatũ eſt ad Sicyonios hoc officium.Sed mox reſtituta Corintho redditus eſt Corinthijs hic honos,quo potiti ſunt quandiu hi ludi ſteterunt.Multa ex authoribus congeri poſſent de his aliíſque ludis quorum victores nonnullos hymnis celebrat Pindarus:ſed pauca hæc ſufficient ad enarrationem authoris propoſitam, in qua breuitatem cum perſpicuitate coniungere ſtatuimus.

# ΠΙΝΔΑΡΟΥ

## ΙΣΘΜΙΑ.

ΗΡΟΔΟΤΩ ΘΗΒΑΙΩ, ἅρματι.

HERODOTO THEBANO, curru victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Α.

ODE I.

## ARGVMENTVM.

*Herodotus Thebanus laudatur ab Isthmica victoria, à patre Asopodoro: comparatur etiam cum Castore & Iolao. Tandē poëta precatur in peroratione, vt Dei benignitate post hac etiam Pythiorum & Olympiorum victoriam adipiscatur.*

παράφρασις.

O bellicosis viris clara Thebe, mea patria, quam matris instar colo, quanquam me detinet compositio carminis quod Delijs promisi, tamen tuum negotium quod interim sese offert, cuiuis alij occupationi anteponam. Verùm ô Dele aspera,

στροφὴ α. κῶλ. ζ.

Μᾶτερ ἐμά, τὸ τεόν, χρύσασπι
Θήβα,
πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτε-
ρον
θήσομαι. μή μοι κραναὰ νεμεσά-
σαι
„ Δᾶλος ἐν ᾇ κέχυμαι. τί φίλτε-
ρον

μετάφρασις.

*Mater mea, tuum, aureo clypeo insignis Theba, negotium etiam occupatione mea potius. Ne mihi aspera succenseat Delus, in „ qua effusus sum. Quid charius quàm veneran-*

in qua celebranda toto animo sum effusus, noli mihi succensere propterea quòd cœptum hymnum differo tantisper dum patriæ satisfecero. Quid enim viris bonis charius esse debet quàm venerandi parentes & patria, quibus priusquam alijs obsequi & officia præstare tenemur? Cede paulisper, ô Apollini sacra Dele, & da priorem locum meæ patriæ. Ego vtique persoluam beneficium ad quod erga vtramque sum deuinctus.

„ κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;
εἶξον ὦ 'πολλωνιάς. ἀμφοτέρων τοι
Χαρίτων
Θεοῖς ζεύξω τέλος,

di parentes bonis? Cede ô Apollinaris Dele. Amborum vtique beneficiorum Dijs iuuantibus coniungam persolutionem:

Ηροδότῳ Θηβαίῳ ἅρματι. Herodotus Asopodori filius, fuit ciuis Thebanus: quanquam πατρῴαν ἄρουραν Ορχομενοῖο dixit poëta στροφ. 3. huius Odæ. vbi videbimus, quo pacto Asopodorus, eiúsque filius Herodotus Thebani fuerint. Porrò titulus in plerisque non habet genus victoriæ, quod cùm ex textu satis certò colligatur, adhibendum putauimus.

μᾶτερ ἐμά. Dor. pro comm. μῆτερ ἐμή. Apostrophe ad patriam sub nomine Thebes Nymphæ, quæ Asopi & Metopes filia credita est, noménque dedit vrbi: vnde auiam Metopen vocat poëta Od. 6. Ol. ep. 4. ματρομάτωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς εὐανθὴς Μετώπα. Patria autem dicitur omnium ciuium communis mater: ideo hoc nomine ipsam compellat.

χρύσασπι. Epitheton Thebarum χρύσασπις, q. d. χρυσῆν ἀσπίδ' ἔχουσα. quo bellicosos viros Thebanos fuisse innuit, & pulchrorum armorum amantes. Eandem Od. 6. Ol. πλάξιππον appellat.

τεὸν πρᾶγμα ὑπέρτερον θήσομαι. Hoc est, τὸ σὸν πρᾶγμα προτίθημι πάσης ἀσχολίας. Futurum med. θήσομαι Dor. pro comm. θήσομαι. à verbo τίθημι. τὸ ὑπέρτερον æquipollet τῷ κρεῖσσον, seu πρότερον.

μή μοι. Hoc est, μή μοι νεμέσησον ὦ πετρώδης Δῆλε. Delus κραναὰ vocatur quemadmodum ab Homero in hymnis

Τὴν μὲν ἐν Ὀρτυγίῃ, τὴν δὲ κραναῇ ἐνὶ Δήλῳ.

Etenim aspera fuit propter Cynthum montem, vt monet Strabo l. 10.

νεμεσάσαι. Qui sumunt hanc vocem in 3. pers. sing. Opt. νεμεσήσαιμι, scribunt νεμεσάσαι Dor. pro comm. νεμεσήσαι. Sed commodè in infinit. sumetur & circunflectetur, implebítque vicem imperatiui, nam hic quoque est illius modi vsus passim, vt initio Phocyl. μήτε γαμοκλοπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν. Sic alia erit apostrophe perelegans. Δᾶλος autem, Dor. pro Δῆλος, & nominatiuus pro vocatiuo sumetur Atticorum more.

ἐν ᾇ κέχυμαι. Hoc est, ἐφ' ᾗ νῦν πᾶς ἔγκειμαι, In quam nunc totus incumbo: κεχυμένος Græcis dicitur qui πᾶς καὶ ὅλος est aliqua in re: vt εἰς ἀφροδίσια κεχυμένος.

τί φίλτερον. Gnome qua excusat dilationem promissi hymni: quum dicit viri boni esse patriæ debita officia quibusuis alijs anteponere. Atque hîc τοκέας dicit pro patria ipsa, quæ parentum instar esse debet.

εἶξον ὦ 'πολλωνιάς. Hoc est, ὑποχώρησον ὦ τοῦ Απόλλωνος ἱερά. Vocatur Apollonias Delus, quia ibi nato Apollini sacra fuit. Et in his illatio est. q. d. Cùm præferenda sit patria cuiuis alieno solo, concede Thebis priorem locum. Refert Scho-

liaſtes poëtam à Ceis rogatum fuiſſe vt Deliacum pæana ſcriberet, Apollini nimirum ſacrum hymnum, quem cum choro in Delum mitterent. Quem cùm promiſiſſet, & iam ſcriberet, interim Herodotus Thebanus Iſthmicam victoriã curru conſequutus eſt. Quod vt accepit poëta, ratus ſui officij eſſe ciuem patriámque cuiuis alij anteponere, carmen promiſſum Ceis, & iam inchoatum differt, donec ciui & patriæ ſatisfecerit. A quo officio ſeſe apud Delum excuſat.

ἀμφοτέρων τοι. Hoc eſt, ἀμφοτέροις χαρίσομαι ὀφειλομένην ἀοιδὴν, καὶ τελέσω. Hic τοι, non eſt Doricum pro σοι, quaſi referatur ad εἶζον ὦ πολλωνιάς: ſed eſt affirmatiua particula, i. *ſanè, vtique*. Nam non duo beneficia promiſerat Delo, ſed vnum: videlicet pæana. Et ſequentia ſatis explicant hoc ἀμφοτέρων, reſpicere tum ad promiſſum Ceis carmen in gratiam Phœbi Delij, tum ad encomium victoriæ Iſthmicæ à Thebano Herodoto partæ.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ζ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| & intonſam comam ferentem Phœbum in Ceo mari cincta Inſula cum viris Inſularibus, & mari vallatum Iſthmum Corinthiacum, hymno meo qui à choro canetur, celebrabo. Quoniam locus ille ex certaminibus ſuis, ſex coronas Thebanis, apud quos regnauit olim Cadmus, præbuit, ad decus & honorem patriæ ob præclaras victorias. Quæ quidem fuit natale ſolum intrepidi Herois Herculis Alcmenæ filij, | καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν Φοῖβον χορεύων<br>ἐν Κέῳ ἀμφιρύτῳ, σὺν ποντίοις<br>ἀνδράσιν, καὶ ταὶ ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ<br>δειράδ᾽. ἐπεὶ στεφάνους ἓξ ὤπασε<br>Κάδμου στρατῷ ἐξ ἀέθλων,<br>καλλίνικον πατρίδι κῦδος. ἐν ᾇ καὶ τὸν ἀδείμαντον Ἀλκμήνα τέκε | *& coma intonſum Phœbum choreali hymno celebrans in Ceo circunflua cum maritimis viris, & mari vallatũ Iſthmi collum: quoniam coronas ſex præbuit Cadmi populo ex certaminibus, præclaram ob victoriam patriæ decus, in qua etiam intrepidum Alcmena peperit* |

καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν. Explicat geminas gratias. q.d. καὶ τὸν Ἀπόλλωνα κώμῳ ὑμνῶν, ἐν τῇ Κέῳ νήσῳ ἀμφιθαλάσσῳ σὺν τοῖς νησιώταις ἀνδράσι, καὶ τὸν Ἰσθμόν. Apollo vocatur ἀκειρεκόμας terminatione Dor. pro comm. in ης. q.d. τὰς κόμας ἄτμητος, ex α priuat. κείρω *tondeo*, & κόμη *crinis*. Idem eſt ἀκερσεκόμης.

χορεύων. Hoc eſt, μετὰ χοροῦ ὑμνῶν. Neque enim ipſe choreæ intererat Pindarus canendo carmini non idoneus: ſed hymnum τοῖς χορευταῖς canendum componebat.

Κέῳ. Inſula eſt ex Cycladibus vna Κέως, vel Κῶς, vel Κέα. Vocatur ἀμφίρυτος (quod vocabulum aliquando geminum ρ habet) quia eſt ἀμφιθάλασσος. Eius incolæ πόντιοι pro νησιῶται dicuntur, non incommodè: ſiquidem mari alluitur Inſula.

καὶ ταὶ ἁλιερκέα. Periphraſis Iſthmi. Schol. δειράδα interpretatur ἐξοχὴν: quia altior mari eſt terra, eminétque ſupra aquas. Expono *collum*, ſumendo licentia

Pindarica, vocem δειρὰς, quæ *iugum*, *collem*, significat, pro δειρὴ: siquidem per Isthmum intelligitur terrę angustia per quam quasi per collum itur ad Insulam. Vocat ἀλιερκέα, quia est inter duo maria. Quid significet ἀλιερκὴς iam vidimus Ol. 8.

ἐπὶ στεφάνοις ἐξ ὤπασε. Series contextus indicat satis, hoc de Isthmo intelligi, & poëtam innuere velle sextam esse victoriam quam ex Isthmijs non Herodotus solus, sed Thebani in genere adepti sunt: quorum sextus victor Isthmiorum intelligendus Herodotus. Quare non immorabor refutandis absurdis aliorum sententijs, quorum varietatem habet Schol.

Κάδμου στρατῷ. Passim τ λαὸν, vocat στρατ Pindarus. Hîc Thebanos Cadmi populum appellat, vt pote quorum rex fuit Cadmus.

πατρίδι κῦδος. Nam præclari ciues præclarè gestis rebus patriæ gloriam pariunt.

ἐν ᾇ. Digressiuncula ad Herculem, à quo tanquam à conciue laudat Herodotum, & periphrasticè heroëm illum designat, quem στέρμα ἀδείμαντον vocat Nem. 10. Ep. 1.

παράφρασις.

ῥ quem olim ferox Geryonæ canis perhorruit, quum ipsius herum occîdit, eiusque boues in Græciā abegit At ego cùm honorarium carminis munus Herodoti victoriæ, quam adeptus est quadrigis, componere statuerim: siquidē non habuit aurigam à quo regerentur equorum habenæ, sed eas propria dexteritate rexit, hymnum ipsi adornare volo, qualem meriti sunt olim Castor aut Iolaus, qui inter priscos heroas præstantissimi aurigæ fuerunt, ille apud Lacedæmonios, hic apud Thebanos:

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

παῖδα, θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα
φρίξαν κύνες.
ἀλλ᾽ ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων
τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας,
ἀνία τ᾽ ἀλλοτρίαις οὐ
χερσὶ νωμάσαντ᾽, ἐθέλω
ἢ Καστορείῳ, ἢ Ἰολάου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ.
κεῖνοι γὰρ ἡρώων διφρηλάται Λακεδαίμονι καὶ Θήβαις ἐτέκνωθεν κράτιστοι.

μετάφρασις.

*filium, feroces quem olim Geryonæ horruerunt canes. At ego Herodoto struens honorarium munus ob currum quadrijugum, in quo frana alienis non rexerit manibus, volo aut Castoreo, aut Iolai adaptare ipsum hymno. Illi enim inter heroas curruum agitatores Lacedæmone & Thebis geniti sunt præstantissimi.*

θρασεῖαι τόν ποτε. Enallage numeri: nam Geryon seu Geryones vnicum habuit canem. Canis autem meminit, quia rerum herilium est custos: & ipse potiùs ab Hercule deterritus, quàm ipse Herculem deterruit. Γηρυόνα Dor. genit. pro Γηρυόνου. φρίξαν negl. augm. pro ἔφριξαν. Canis ille vocabatur Orthus, de quo Hesiod. in Theog. ver. 309. Ὄρθον τε κτείνας, καὶ βουκόλον Εὐρυτίωνα.

ἀλλ᾽ ἐγώ. Interrumpit ilico aduersatiua particula digressionem, vt Herodotum propiùs laudet à propria virtute. Hîc Ἡροδότῳ sume Dor. pro Ἡροδότου &

construe cum ἅρματι τεθρίππῳ. q.d. ἐγὼ τὸ μὲν γέρας κατασκευάζων ἅρματι τεθρίππῳ Ἡροδότου, ἐθέλω αὐτὸ ὃ νωμάσαντα χερσὶν ἀλλοτρίαις ἡνίας, ἐναρμόσαι ἢ Καστορείῳ, ἢ Ἰολάου ὕμνῳ.

αἰνία, Fit à recto Dorico αἰνίον prò comm. ἡνίον. vt Pyth.4. αἰνία τ' αὐτ' ἐρετμῶν. Laudatur Herodotus quòd proprijs manibus rexerit habenas. Quod cùm Castor Lacedæmonius, & Thebanus Iolaus fecerint, & encomium eximium consequuti sint, simile Herodoto vult componere. Apparet autem clarè satis, poëtam comparare Herodotum cum Castore & Polluce: nec intelligi καστόρειον illud de quo Pyth.2. Porrò ex hac collatione capit occasionem digrediendi ad Castoris & Pollucis laudes.

ἐτέκνωθεν. 3. pers. plur. Bœotica pro ἐτεκνώθησαν, à verbo τεκνόω, *liberos procreo. gigno.*

| παράφρασις. | στροφὴ β. κῶλ. ζ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| quíque plurima experti certamina, præmia quoque plurima reportarunt: quo factum est vt partis pro multiplici victoria coronis, ædes suas tripodibus, lebetibus, aureísque phialis ornarint. Porrò certamina in quibus illorum virtus patefacta est & inclaruit, sunt gymnici ludi, quibus in stadio nudi athletæ exercentur: est & cursus qui ab armato athleta & scutum gestante perficitur. | ἔν τ' ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων,<br>καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον,<br>καὶ λεβήτεσσι, φιάλαισί τε χρυσοῦ<br>γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων.<br>λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετὰ<br>ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν, ἔν τ' ἀσπιδοδού-<br>ποισιν ὁπλίταις δρόμοις. | *& in præmijs attigerunt multa certamina, & tripodibus ornauerunt domum, & lebetibus, & phialis aureis gustantes coronas victrices. Fulget autem manifesta virtus inque nudis stadijs illis, inque scutistrepis armatis cursibus.* |

ἔν τ' ἀέθλοισι. Congeries certaminum Castoris, & Iolai. Hæc phrasis primi coli habet hypallagen: nam dicendum erat, ἔν τε πλείστοις ἀγῶσι θίγον ἀέθλων. Suspicor autem lectum fuisse τύχον pro θίγον.

τριπόδεσσιν Ion. & poët. pro τρίποσιν. Item λεβήτεσσιν pro λέβησι: & φιάλαισι pro φιάλαις. Sumitur γευόμενοι metaphoricè, pro μεταλαβόντες.

λάμπει δὲ. Declarat certaminum genera in quibus lucrati sunt præmia, primùm gymnicos ludos, in quibus athletæ nudi certabant; deinde & ὁπλιτικὸν δρόμον: quem armati cursores in stadio currebant. ἀσπιδοδούποις appellat, quia scutum gestabant quo strepitum edebant. ἀσπιδόδουπος, dicitur ὁ ἀσπίδι δουπῶν. Porrò ὁπλίταις δρόμοις dicit pro ὁπλιτικοῖς δρόμοις, accipiendo substantiuum pro adiectiuo, more Attico.

παράφρασις.

Neque verò solùm illis excelluerunt, sed etiã alijs. Nam qualiter, quantáque cum laude iacula lapideósque discos manibus emisêrunt! Nondum enim tum temporis institutum erat quinquertium, quod quinque certaminibus, videlicet iaculo, disco, cursu, saltu, & lucta constat, quibus omnibus sigillatim erat vincendum, próque omnibus simul præmium accipiendum: sed singula certamina propriam habebant victoriam, erátque præmium pro vnoquoque separatim & priuatim victori constitutum. Et cùm vterque horum suo in solo, alter Thebis vbi Dirce fons est, alter in Laconia vbi fluuius Eurotas, certamina prosperè crebróque exhausisset, plurimis coronis redimitum caput retulerunt, ob quos apud suos conspicui fuerunt.

ἀντιστρ. κῶλ. ζ.

οἷά τε χερσὶν, ἀκοντίζοντες αἰ-
χμαῖς,
καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις ἷεν!
οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἔτ᾽. ἀλλ᾽ ἐφ᾽
ἑκάστῳ
ἔργματι κεῖτο τέλος. τῶν ἀ-
θρόοις
ἀνδησάμενοι θαμάκις
ἔρνεσιν χαίτας, ῥεέθροισί τε Δίρκας
ἔφανεν,
καὶ παρ᾽ Εὐρώτα πέλας.

μετάφρασις.

*O qualiter manibus, iaculantes hastis, & saxeis quandoque discis, emiserunt! Nondum enim erat quinquertium: sed vnicuique facto propositum erat præmium, quorum confertis redimiti frequẽter frondibus comas, & apud Dirces fluenta conspicui fuerunt, & apud Eurotam in propinquo.*

οἷά τε χερσίν. Cum admiratione hæc sunt proferenda. Hîc mentionem facit duorum tantùm certaminum è pentathli numero, scil. ἄκοντος & δίσκου. Nam olim nondum erat institutum quinquertium, quod erat ἅλμα, δίσκος, ἀκόντιον, δρόμος, πάλη.

καὶ λιθίνοις ὁπότε. Duo faciunt vt mendi suspectus sit hic locus; vnum quòd ὁπότε indefinitè sumatur: alterum quòd syllaba 3. vocis ὁπότε sit breuis, cùm ratio metri longam postulet. Sed non liquet quomodo sit aliter legendum.

ἷεν. Hæc 3. est pers. plur. imperf. vel per syncopen formati pro ἵεσαν: vel Bœoticè, sicuti fit in 3. plur. Aor. 1. pass. vt huius Odes Ep. 1. ἐπέκνωθεν pro ἐπεκνώθησαν.

ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ. Hoc est, κατιδίαν δὲ καὶ διαλελυμένως ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἀγωνίσματι ὑφειστήκει τὸ νικηφορῆσαι καὶ στεφανοῦσθαι. Docet antequam πένταθλος ἀγὼν fuisset institutus, singulis certaminibus priuatim & separatim propositam fuisse victoriam & præmium: sed coniunctis quinque illis, simul omnibus excellendum fuisse, vt corona compararetur.

τέλος. Hæc vox à Schol. exponitur τὸ νικηφορῆσαι, hoc est νίκη: exponitur & στέφανος. Nam vtrumque finis est certaminis, *victoria* nimirum, & *corona*. Illa significatione occurrit Ol. Od. 10. Δόρυκλος δὲ τέλος πυγμᾶς φέρε. Sic & in his Od. 11. τέλος μαχᾶν τέμνειν. Et certè certaminis finis est *victoria*, & à consequenti *præmium*.

τῶν. Artic. præpos. pro subiunct. ὧν, videlicet ἐργμάτων. i. ἀγωνισμάτων. ἀθρόοις hoc est, πλείστοις. & ἔρνεσιν Metonymia materiæ pro forma, h. e. στεφάνοις. ἀνδησά-

μϑυοι: syncope poëtica, pro ἀιαδησάμϑυοι, & ἔφανεν 3.pers. plur. Bœot. pro comm. ἐφάνησαν. Aor. 2. pass. ἐφάνlω. Sic autem declaranda tota sententia, ὧν τινων ἐργμάτων, ἥρωων ἄκοντος ϗ δίσκυ σεφάνοις πλείςοις τὰς κεφαλὰς ἀναδησάμϑυοι, ἔνδοξοι ὤφθησαν ὁ μ κτ Θήβας, ὁ ῗ κτ Λακεδαίμονα. Porrò χαίτας denotat τlὼ κεφαλlὼ. Nam non comæ, sed caput corona redimiebatur; sed quia totum caput occupant capilli, ideo illis tribuitur, quod capiti proprium est.

Δίρκας Dor. pro comm. Δίρκης. Dirce fons Thebis, à quo Dircæus poëta dictus ab Horatio, *Multa Dircæum leuat aura cycnum.* Εὐρώτας autem est Laconiæ fluuius. Innuit autem τοῖς ἐπιχωρίοις ἀγῶσι claruisse Iolaum Thebis, Castorem Lacedæmone: quemque natali in solo.

πέλας. Hoc vocabulum addit poëta vt dicat *propè*, videlicet non in alieno solo & procul à patria, sed in proximè instituto certamine. Porrò solum est subaudiendum πέλας sine regimine. Nam sic construi debet necessariò sententia, ἀναδησάμϑυοι χαμάκις ἔφανεν πέλας παρὰ ῥεέθροισι Δίρκας, ϗ παρ' Εὐρώτᾳ: sic τὰ παρὰ tum ῥεέθροις, tum Εὐρώτᾳ seruiet.

παράφρασις.

Iam autem Iolaë Iphiclis fili, qui popularis es Thebanorum originem habētium à viris illis Chthonio, Hyperenore, Peloro, Vdæo, & Echione, quos dentiū draconis satu Cadmus creasse fertur. Tu quoque Castor nate Tyndaro, qui inter Lacones, Achæos olim dictos ab Achæo rege, incolis excelsam Therapnes sedem, valete. Hæc de vobis in præsentia dixisse sat est. Nunc ego Neptuno qui præest Isthmijs, diuinæ Isthmo vbi illa celebrantur, Onchestóque Bœotiæ oppido eidem Neptuno sacro, sitóque ad Copaidis seu Cisiphi ripas, carmen componens, volo huius victoris Herodoti laudibus interserere præconium celebris fortunæ, quæ patrem ipsius Asopodorum comitata est,

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

Ἰφικλέος μϑὺ παῖς, ὁμόδαμος<br>ἐὼν<br>σπαρτῶ γϑύει,<br>Τυνδαρίδας δ', ἐν ἀχαιοῖς ὑ-<br>ψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος,<br>χαίρετ'. ἐγὼ ῗ Ποσειδά-<br>ωνί τ', Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ<br>Ὀγχησιαισίν τ' αἰόνεσσιν περι-<br>σέλλων ἀοιδὰν,<br>γαρύσομαι τοῦδ' ἀνδρὸς ἐν<br>τιμαῖσιν ἀγακλέα ταὶ Ἀ-<br>σωποδώρου πατρὸς αἶσαν,

μετάφρασις.

*Iphiclis quidem filius popularis existens generis Spartorum, Tyndarides autem, apud Achæos alti soli Therapnes inhabitans sedem, Saluete. Ego verò Neptunóque Isthmóque diuinæ, Onchestiísque ripis concinnans cantionem, celebrabo huius viri inter honores perinclytam Asopodori sortem,*

Ἰφικλέος μ παῖς. Conclusio digressionis per salutationem, quam offert conuerso ad vtrumque Iolaum & Castorem sermone. Compellatio illa fit non vocatiuo, sed nominatiuo, ídque Atticorum more, qui nominatiuum & vocatiuum eundem faciunt. Iolaum denotat per Iphiclis filium; & Castorem per Tyndariden.

ὁμόδαμος Dor. pro ὁμόδημος: quæ vox occurrit Ol. Od. 9. σπαρτῶ γϑύει intellige.

Thebanos. Hac de voce vide Pyth. ϑ. ſtr.4. Creditũ fuit, vt ſatis indicat Schol. Cadmum ſatu dentium draconis homines comparaſſe, qui tamen omnes mutuis ictibus ceciderint, quinq; exceptis Chthonio, Hyperenore, Peloro, Vdæo, & Echione, qui σπαρτοὶ. h.e. *ſati* dicebantur. *Pauſan. in Bœot.*

ἐν Ἀχαιοῖς. Non ſimpliciter ſignificat ἐν Ἕλλησι ſicut exponit Schol. ſed in Laconia. Primùm enim ſoli Lacones & Argiui ex omnibus Peloponneſi incolis dicti ſunt Ἀχαιοὶ, ab Achæo vtrorumque populorum rege. Sed pulſi ab Heraclidis in eam regionem migrarunt quæ Achaia nunc appellatur. *Pauſan. in Ach.*

ὑψίπεδον. Quærit Schol. cur Therapnen appellet ὑψίπεδον ἕδος: quæ eſt κώμη Λακωνίας, ſiquidem Homerus κοίλην Λακεδαίμονα dixit. Quod ita ſoluit, dicens, cauam Lacedæmonem ab Homero dici reſpectu vicinarum vrbium: & à Pindaro ὑψίπεδον, διὰ τὰς τῶν οἰκούντων ἀρετάς τε καὶ εὐδοξίας. Ideóque ὑψίπεδον interpretatur ἔνδοξον. Cæterùm ὑψίπεδος vox eſt poëtica pro ὑψηλός. q. d. ὑψηλὸν πέδον ἔχων.

χαίρετε. Valedicentis eſt hoc verbum hoc loco. Cuius vſum vide multis declaratum apud Lucianum, *Pro lapſu inter ſalutandum.*

ἐγὼ δ'. Epanodos ad laudes Herodoti, quem laudaturus à patre Aſopodoro, Neptuni mentionem obiter facit, vt illius qui Iſthmia ſibi ſacra gubernabat: Iſthmi, vt certaminis loci, quem diuinum, ob templum Apollinis ſacróſque ludos, appellat: Oncheſti vt eidem ſacri.

ζαθέᾳ. Iſthmum facit fœminei generis, ídque Ion. & Att. ſicuti & ἡ τάρταρος, apud Heſiod.

Ὀγχηστίαισιν τ' αἰόνεσσι. Periphraſis Oncheſti, quæ eſt Bœotiæ ciuitas ſacra Neptuno, vt docet Homerus

Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος.

Habet nomen ab Oncheſto Neptuni filio, & ſita eſt ad Copaidem lacum, quę & Cephiſia palus vocatur: ideóq; ripas huic vrbi tribuit. αἰόνεσσι. Datiuus Ion. & poët. pro αἰόσι. Doricè autem effertur αἰὼν pro ἠϊών.

περιστέλλων. Hoc eſt, θεραπεύων, ἐντρεπίζων, παρασκευάζων. Metaphorica vox. & ἀοιδάν. Dor. pro comm. ἀοιδήν. h.e. ὕμνον.

γαρύσομαι. Hoc eſt, καὶ ἐν τοῖς ἐπαίνοις τοῦδε νικηφόρου ὑμνήσω τὴν τοῦ Ἀσωποδώρου πατρὸς εὐδαιμονίαν. Itaque per τοῦδ' ἀνδρὸς intellige Herodotum, & per τιμὰς, laudes ipſas. Vox ἀγακλῆς occurrit Ode 9. Pyth.

παράφρασις.

Volo & Orchomenum laudare, vbi Aſopodorus tanquam in patria terra habitauit, quum illum in calamitoſa fortuna verſantem hoſpitio excepit, grauiſ-

στροφὴ γ. κῶλ. ζ.

Ὀρχομενοῖό τε πατρῴαν ἄρουραν·
ἅ νιν ἐρειδόμενον ναυαγίοις,
ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς ἐν κρυόεσσᾳ

μετάφρασις.

*Orchomeníque auitum aruũ: quod ipſum innixum tabulis ex naufragio, ex immenſo mari in horrendo exce-* ſima ſeditione

fima feditione Thebis ex-pulfum,& exiguis duntaxat fuarum facultatũ partibus fuffultum, quas vt naufra-gij reliquias colligere po-tuerat. Sed poftea fors ipfi congenita effecit, vt redin-tegrata fœlicitate in pri-ftinum ftatum reftitutus

δέξατο συντυχίᾳ. νῦν δ' αὖτις ἀρ-
χαίας ἐπέβασε πότμος
συγγενὴς εὐαμερίας. ὁ πονήσαις δ' ὁ νόῳ
καὶ προμάθειαν φέρει.

*pit cafu. At nunc rur-fus in priftinam refti-tuit eum fortuna cõ-genita tranquillitatẽ. Qui autem ærumnas pertulit, animo proui-dentiam reportat.*

fuerit, tranquillámque vitam Thebis exegerit, hac calamitate prudentiùs fe gerere edoctus: fiquidem pifcator ictus fapit, & nocumenta funt documenta.

Ὀρχομενοῖό τε. Ion. genit. pro Ὀρχομενοῦ. Hanc vrbem, Afopodori patrium aruum appellat, non quòd effet natale ipfius folum, fed quòd Thebis in fedi-tione quadam pulfus eò fugiffet, ibíque tanquam in patria habitaffet, & com-moda omnia facilè inueniffet. Eft autem ibi patria vbi bene eft: &

*Omne folum forti patria eft, vt pifcibus æquor,*
*Vt volucri vacuo quicquid in orbe volat.*

Variæ tamen funt interpretum hac de re fententiæ, quas breuitatis caufa omit-to, fiquidem nihil habent coloris. Orchomenus autem de qua hîc agitur, eft in Bœotia. Eiufdem nominis vrbes aliæ funt in Theffalia, Macedonia, Arcadia, & Eubœæ Caryftia, de quibus vide geographos.

ἅ νιν. Hæc duo relatiua pertinent alterum ad præcedens colon, alterum ad nomen Afopodori. q. d. ἡ Ὀρχομενοῦ πατρῴα ἄρουρα αὐτὸν Ἀσωπόδωρον ἐδέξατο ἐν φει-κτῇ συντυχίᾳ ναυαγίοις ἐξ ἀμετρήτου θαλάσσης σωθεῖσαν ἐρειδόμενον. Allegoria eft qua fi-gnificat Afopodorum ex grauiffima feditione multum detrimenti cepiffe, & ex tumultu aliquid de rebus fuis fubduxiffe, cuius opera fefe in alieno folo fu-ftentaret.

ἐρειδόμενον. Hoc Schol. exponit βαρυνόμενον: quod mendofum effe puto, & pro φερόμενον irrepfiffe. Neque enim bona phrafis eft βαρυνόμενον ἐπὶ τῆς ναυαγίας, fed φερόμενον ἐπὶ τῆς ναυαγίας.

ναυαγίοις. Omnes excepto Schmidio legunt ναυαγίαις. Sed cùm *nauium fra-gmenta*, vel (vt loquitur Cicero) *tabulas ex naufragio* intelligat, meliùs legas ναυαγίοις. Nam etfi ναυαγία & ναυάγιον fignificẽt πᾶσαν ναὸς ἀπώλειαν: tamen ναυά-γιον peculiariter dicitur, *nauis fragmentum, ídque quod facto naufragio reperi-tur & colligitur*, vide Lexica. Ideóque ναυαγίοις interpretare, vt Aemilius Portus, *naufragij tabulis*, vel (fi mauis Ciceronis vti verbis) *tabulis ex naufragio*: vel etiam fimpliciter *naufragijs*. Nam hac ναυαγία fignificatione vfurpatur à Cice-rone, quum ait, Naufragium reip. colligere, & communem falutem reficere. Refpicit autem ad id quod non raró accidit, vt aliqui nauium diffolutis tabu-lis innixi in portum incolumes euadant. Quod in nauigatione Pauli contigif-fe teftantur Acta Apoftol. cap. 27.

ἀμετρήτας Dor. pro comm. ἀμετρήτης. Nomen ἀμέτρητος eft comm. generis: poëtæ tamen huius generis vocabula fœminea quoque in terminatione ha-bent, vt ἀθανάτη, ἀμβρότη & fimilia.

νυῶ δ' αὖτις. Allegoricè etiam Aſopodori reditum in patriam deſcribit. ἀρχαίαν εὐαμερίαν, intellige priſtinam fœlicitatem, qua Thebis, quæ propriè erat eius patria, quondam fruebatur. Doricum eſt εὐαμερία pro comm: εὐημερία: propriè *diei bonitas*, *ſerenitas* εὐδία: metaphoricè εὐτυχία, εὐποτμία, *proſpera fortuna.*

ἐπέβασε. Dor. pro comm. ἐπέβησε. 3. perſ. Aor. 1. ἐπέβησα, verbi ἐπιβαίνω, quod hîc tranſitiuè ſumitur pro ἐπιβιβάζω licentia poëtica: vt Il. θ. v. 129. ὅν ῥά τε θ' ἵππων ὠκυπόδων ἐπέβησε.

πότμος συγγενής. Fortuna congenita poëtæ eſt, quæ ab ineunte ad cadentem vſque vitam comitatur: vocauit eandem δαίμονα γενέθλιον Olymp. 13. antiſtr. 5. quem locum vide. Item occurrit πότμος συγγενής. Nem. 5. ſtr. 3.

ὁ πονήσαις ὁ. Gnome qua docet παθήματα eſſe μαθήματα: eámque oſtendit Aſopodoro conuenire, cui πεῖρά τοι μαθήσιος ἀρχὴ fuit. Vide in hanc rem, adagium *Piſcator ictus ſapit.*

παράφρασις.

Quod ad Herodotum autem attinet, is nullis ſumptibus neque laboribus pepercit, vt ſpecimina ſuæ virtutis ederet: ob idque non eſt inuidendus, ſed laudandus. Nam ſi virtus vt in lucem prodeat, facit vt generoſus animus tum laboribus incumbat, tum impẽſis nullis parcat, cùm ſine vtroque incognita manere ſoleat, æquum eſt vt quicunque virtutis ſpecimen edidit his præſtitis, citra omnem inuidiam carmine magnifico laudem & gloriam conſequatur à poëta docto; ſiquidem facile eſt illi leue hoc munus impertire, bonáque verba pro laboribus omnigenis dare, quibus commune victori & conciuibus erigat & excitet ornamentum.

ἀντιστρ. κῶλ. ζ.

„ εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται πᾶσαν ὀργάν,
„ ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,
„ χρή νιν εὑρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον
„ μὴ φθονεραῖσι φέρειν γνώμαις. ἐπεὶ
„ κοῦφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ
„ ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν ἔπος εἰπόντ' ἀγαθόν,
„ ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.

μετάφρασις.

*Quod ſi virtus repoſitum habet omne ſtudium, pariter in ſumptibus & laboribus, oportet eam nactis magnificam gloriationem non inuidis tribuere animis: ſiquidem leuis* eſt *donatio viro ſapienti, pro laboribus omnigenis verbum dicendo bonum, commune erigere decus.*

εἰ δ' ἀρετᾷ. Peracta laude Aſopodori, redit ad Herodotum quem duplici nomine laudat, quòd tum ſumptibus, tum laboribus virtutem exerceat. Hæc duo autem, *ſumptus*, & *labores* coniungit Od. 5. Olymp. αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται. Neceſſe igitur eſt eum qui virtutem exercere vult, opes habere vnde ſumptus faciat, & impigrum eſſe vt labores ſuſcipiat. Nam multorũ virtutibus obſtat res anguſta domi, & ἄπονον ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες: nil ſine magno vita labore dedit mortalibus. Horum vtrumque ad hoc ipſum neceſſarium docet idem Pindarus Iſthm. 6. antiſtr. 1.

πᾶσαν ὀργάν. Subaudi κτ'. Vt fit hæc constructio εἰ δ' ἀρετᾷ κτ' πᾶσαν ὀργὰν κατάκειται ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις, &c. Sume ὀργὰν Dor. pro ὀργὴν & vt sæpe iam accepit poëta, expone ἐπιτήδευμα. Mendosè quidam legerunt αἱ δ' ἀρεταὶ κατάκειται pro. κατάκεινται. Alij εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται: quasi poëta de Herodoto dicat, *quòd si virtuti incumbit*. Quod series contextus reijcit. Nam generalis est sententia, quam Herodoto relinquit applicandam.

χρὴ νιν. Hoc νιν relatiuum est ad ἀρετά. & εὑρόντεσσι, est dati. Ion. & poët. pro εὑροῦσι. Authoris mens hæc est, χρὴ δὲ τοῖς αὐτὴν ἀρετὴν πόνῳ καὶ δαπάνῃ κεκτημένοις ὕμνον δίδοναι, καὶ μὴ φθονεῖν.

ἀγάνορα κόμπον. Intellige ὕμνον qui continet τὸν ἐκ τῶν κατορθωμάτων ἔπαινον. Is qui hymnum debet scribere est poëta. γνώμαις, hoc est νόῳ, vel καρδίᾳ. Obscuriùs exponitur *sententijs*, clariùs *animis*.

ἐπεὶ κούφα. Ratio cur vir ob præclarè gesta laudari debeat, prima quia facile est id præstare ἀνδρὶ σοφῷ *viro sapienti*, nimirum *poëtæ*. Poëtas autem dici σοφοὺς à Pindaro, docuimus in hæc verba σοφῶν μητίεσσι, quæ extant str. 1. 1. Ol. Odæ. Facilem donationem dicit, quia verba pro factis reponuntur, illa autem leuia, hæc grauia sunt: præterea bonus poëta ex facili fluentem hymnum componit.

παντοδαπῶν. Hoc est, παντοίων. & εἰπόντι non εἰπόντα intelligendum, vt cum precedente ἀνδρὶ σοφῷ construatur. & ὀρθῶσαι subaudire vult ante se ἕνεκα τοῦ: vt hic sit horum verborum sensus, ἐπεὶ ῥᾳδία δόσις ἐστὶ σοφῷ ἀνδρὶ, ἔπος ἀγαθὸν εἰπόντι ἀντὶ μόχθων παντοίων, ἕνεκα τοῦ ὀρθῶσαι ξυνὸν καλόν. Quod tibi exponet etiam Latina paraphrasis.

ξυνὸν καλόν. Appellat meo iudicio, κοινὸν κόσμον *commune decus & ornamentum*. Nam toti ciuitati ciuis vnius laus ornamento cedit. τὸ καλὸν autem substantiuè significare *ornamentum, decus*, probari potest exemplis, vt quum Eurip. ait τὸ καλὸν τοῦ βίου. eâdem significatione poëta dixit καλῶν ἐπιχωρίων. Od. vij. 2. colo 1. str. Et in his est 2. ratio cur vir ob præclarè gesta laudandus sit, quia vtile est, & communi ciuium honori cedit.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ιά. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Cùm autem hominum alij aliam mercedem, exãtlatorum laborum dulce solatium exigant: alijs quidem lucrum, alijs honor placet. Ita pecudum pastores, agricolæ, aucupes, & quicunque maritimo negotio victitant, nautæ, piscatores, mercatores, victũ comparare, ventrísque famem propulsare conten- | μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀν-<br>θρώποις γλυκύς,<br>μηλοβότᾳ τ', ἀρότᾳ τ', ὀρνι-<br>χολόχῳ τε, καὶ ὃν πόντος τρέ-<br>φει.<br>γαστεὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων<br>λιμὸν αἰανῆ τέταται.<br>ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις, ἢ πολεμίζων, ἀρη- | *Merces enim alia alijs hominibus dulcis ob facta, pastoríque, aratoríque, aucupíque, eíque quem mare alit. Quiuis autem illorum ventre famem à ventre propulsare contendit. At qui in certaminibus, aut præliians, re-* |

dunt : quod si effecerint, sat iucundam laborũ mercedẽ acceperint. Sed athletæ militésque per virtutis templum ad templum honoris aditum habere conãtur : & re pręclarè gesta vnicam laudis mercedem captant. Quoniam quicunque vel in certaminibus, vel in bello strenuè se gessit, & laudes per carmina historiam-ue, splendidum ornamentum accepit, lucrum fecit maximum : siquidem laus, quam scriptis mandata fortium virorum præclara facinora, tum peregrinorum tum ciuium linguis suppeditant, virtutis amplissimum est præmium.

ται κῦδος ἁβρὸν,
εὖ ἀγορηθεὶς, κέρδος ὕ-
ψιστον δέχεται, πολιατᾶν
καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον.

*portarit decus splendidum, laudatus accipit lucrum summũ ciuium & peregrinorum linguæ florem.*

μισθὸς γὰρ. Vt laudem honestissimum esse virtutis præmium ostendat, vtitur collatione præmiorum, quæ alijs vitæ generibus proponuntur. Alia vitæ genera victum quærunt, & laboris præmium hoc putant: sed athleticæ & militiæ studiosi, honorificam laudem pro præmio reposcunt. Videt autem quiuis quanto interuallo lucrum ab honore distet.

μηλοβότᾳ. Dor. dat. à Dor. recto μηλοβότας, pro comm. μηλοβότης, h.e. ὁ τῶν μήλων βότης, vno vocabulo, νομεὺς, ποιμὴν. propriè significat *ouium pastorem*: sed hîc in genere sumitur pro quorumuis pecudum pastore. Αρότᾳ Dor. etiam dat. à recto Dor. ἀρότας, pro comm. ἀρότης h.e. γεωργὸς. Porrò ὀρνιχολόχος est ὁ τὰς ὄρνιθας λοχῶν: aliàs ὀρνιθοθήρας, ὄρνιθας θηρεύων, *qui auibus insidiatur, qui aues captat*. Doricè effertur pro ὀρνιθολόχος: Nam ὄρνις habet comm. in genit. ὄρνιθος, & Dor. ὄρνιχος.

καὶ ὃν πόντος τρέφει. Intellige τὸν ἔμπορον cum Chrysippo, τὸν ἁλιέα cum Didymo, præterea τὸν ναύτην. Nam mercatores, piscatores, & nautas alit mare.

γαστέρι δὲ πᾶς τις. His verbis declarat finem propositorum vitæ generum, qui omnibus hic est, vt à ventre famem arceant, hoc est vt rem faciant, & ad victum necessaria comparent. Vide Latin. paraphrasin. Αἰανὴς hîc dicitur λιμὸς vt vult Schol. vel χαλεπὸς, παρὰ τὸ αἶ αἶ: vel διηνεκὴς παρὰ τὸ αἰὲν. Hoc vocabulum iam occurrit Pyth. Od. 1. & 4. τέταται exponitur σπεύδει: metaphora sumpta ab ijs quæ intenduntur ad aliquid perficiendum. Sic Pyth. ια. ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι. Cæterùm hanc sententiam sic declarabis, πᾶς τις τὸν λιμὸν χαλεπὸν ἀποθεραπεύων, ἐπίκειται τοῖς ἔργοις, καὶ κάμνει.

ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις. Infert laudem, quæ est virtutis præmium, omnia præmia longè superare.

εὖ ἀγορηθεὶς. Hoc est ἐγκωμιασθεὶς, εὐλογίας, εὐφημίας τυχὼν. Participium ἀγορηθεὶς h. e. ῥηθεὶς, λεχθεὶς, fit vel à præsenti ἀγορέομαι: vel à verbo ἀγορέω, pro quo inserto υ dicitur ἀγορεύω. πολιατᾶν. Dor. pro πολιτῶν. à recto poëtico πολιήτης, pro comm. πολίτης. γλώσσης ἄωτον puta τὴν εὐφημίαν.

παράφρασις. | στροφὴ δ. κῶλ. ζ. | μετάφρασις.

Porrò decet nos gratiam

ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου σπειρόμενον υἱὸν

*Nos autem decet Sa-*

referentes Neptuno Saturni filio terram tridēte quatienti, vicinúmq; Onchefti oppidum tenenti, eum equi artísque equeftris inuentorem, ac de curru Herodoti, cui victoriæ fuit author, bene meritum hoc hymno celebrare. Decet etiam tuos filios compellare Amphitryo, fcil. Herculem, & nepotem Iolaum: fiquidem Herculea & Iolaia certamina Thebis obtinuit. Præterea par eft Orchomeni Minyei meminiffe, vbi Minyea; & celebris Eleufinij luci Cereri facri, vbi Demetria: & Eubœæ vbi Bafilea profperè exercuit curruli certamine, quod flexis duodecies ad metam rotis perficitur.

γείτον' ἀμειβομένοις, εὐεργέταν ἁρμάτων ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι. καὶ σέθεν Ἀμφιτρύων παῖδας προσειπεῖν, τὸ Μινύα τε μυχὸν, καὶ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσῖνα, καὶ Εὔβοιαν ἐν γναμπτοῖς δρόμοις.

*turni quaßatori terræ filio vicino gratiam referentes benemerito de curribus, præfidi curfuum equeftrium hymnum canere: & tuos Amphitryo filios compellare, & Minyæ receßum, & Cereris inclytum lucum Eleufinem, & Eubœam in inflexis curriculis.*

ἄμμι. Herodoti nomine poëta gratias agit Dijs & Heroibus, quorum facris in certaminibus profperè rem gefferat. Primùm quidem Neptuno qui Ifthmijs præerat, & quem υἱὸν Κρόνου appellat, fiquidem Saturnus hunc etiam ex Rhea habuit: deinde σεισίχθονα nomine deducto à σεισμὸς *concußio*, verbali verbi σείω *quatio*, & χθὼν *terra*: idem ἐνοσίχθων & ἐνοσίγαιος. Tertiò γείτονα duplici nomine, tum quia Onchefti, quod eft Thebis vicinum oppidum, colebatur, tum quia Neptunus ἱππόδρομος Thebis templum habebat. Quartò εὐεργέταν ἁρμάτων, quia vt pote præfes certaminis Deus victoris currum direxit. Poftremò ἱπποδρόμιον, quia fuit ἵππων δοτὴρ, & εὑρετὴς τῆς ἱππικῆς: quam ob caufam Menelaus Il. ψ. Antilochum in equeftri certamine per Neptunum iurare iubet.

ἀμειβομένοις. Hoc conftrue cum ἄμμι. & expone ἀντιδιδοῦσι τὸν ὕμνον, αὐτῷ τῷ εἰς τὸ νικηφόρον εὐεργετῶν.

καὶ σέθεν. Apoftrophe ad Amphitryonem: cuius filios intelligit Herculem & Iolaum κατ' σύλληψιν. Nam Amphitryonis filius fuit Hercules, & Iolaus eius nepos ex Iphicle filio. Hac gratiarum actione innuit Herodotum Ἡράκλεια & Ἰόλαεια Thebana certamina profperè fubijffe.

τὸ Μινύα τε μυχὸν. Intellige Ὀρχομενὸν Bœotiæ oppidum, quod Μινύειον cognominabatur, ad differentiam aliarum eiufdem nominis vrbium. Minyas enim fuit rex, à quo & populi ipfi fubjecti Minyæ vocati fuerunt. Huius filius fuit Orchomenus à quo vrbs nomen accepit, vbi Minyea celebrabantur.

καὶ τὸ Δάματρος. Quando mentionem facit Eleufinis, qui vicus eft Atticæ, innuit Herodotum Δημήτρεια & ἀνακαλυπτήρια, quę ibi in Cereris & Proferpinæ honorem agebantur, obiuiffe & viciffe: quorum corona ex hordeo erat.

καὶ Εὔβοιαν. Hic βασίλεια celebrari folebant ad quæ Herodotus fe etiã contulit, & victor redijt, ἐν γναμπτοῖς δρόμοις. Quia curruli certamine in omnibus illis vfus fuerat. Currus autem τέλειοι duodecies, πῶλοι octies ad metam inflectebantur, vnde γναμπτοὺς δρόμους dicit, & Olymp. Od. 3. ftroph. 3. δωδεκάγναμπτον τέρμα δρόμου. vide locũ. In fine Od. 13. Ol. annotauim' Gereſtia celebrari in Eubœa.

**παράφρασις.**

Addo etiam ô Protesilaë funebre certamen, quod in dedicato loco Græci ab excidio Troiano reduces tibi Phylacæ instituerunt, vt te primum in bello Troiano interfectum meminissent, quum primus, nemine id audente, è naui desilijsti. Multas præterea victorias enumerare possem, quas Herodoti equis Mercurius impertiuit: sed proposita hymni breuitas prohibet quominus id faciam. Ac certè sæpe etiam fit, vt hoc lectori iucundius laudatóque viro gloriosius sit, quum laudum multitudo paucis perstringitur, & rerum præclarè gestarum nonnihil reticetur.

**ἀντιστρ. κῶλ. ζ.**

Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δ' ἀνδρῶν Ἀ-
χαιῶν
ἐν Φυλάκᾳ τέμενος συμβάλλο-
μαι.
πάντα δ' ἐξειπεῖν ὅσ' ἀγώνιος Ἑρ-
μᾶς
Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις, ἀ-
φαι-
ρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων
ὕμνος. ἦ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπα-
μένον, εὐ-
θυμίαν μείζω φέρει.

**μετάφρασις.**

*O Protesilaë, tuum quoque virorum Achiuorum in Phylaca delubrum addo. Omnia autem eloqui quæcunque certaminum præses Mercurius Herodoti dedit equis, aufert breuem mensuram habens hymnus. Certè sæpe quod est silentio præteritum, voluptatem maiorem affert.*

Πρωτεσίλα. Apostrophe ad Protesilaum: in qua perspicuum est Herodotum laudari à Protesileorum certamine, quo vicit. q. d. ὦ Πρωτεσίλαε συγκαταριθμοῦμαι τῇ τοῦ Ἡροδότου νίκαις τὸ σὸν ἐν Φυλάκῃ τέμενος, ὅπου οἱ Ἀχαιοὶ Πρωτεσιλεῖα ἐτελείωσαν σοί. Vocatiuus Pindaricus pro Πρωτεσίλαε: à recto Πρωτεσίλας: sic apud eundem Μενέλας, Ἀρκεσίλας, pro Μενέλαος, Ἀρκεσίλαος.

ἐν Φυλάκᾳ. Phylace, vrbs Phthiotidis non procul à Thebis, vltra montem Othryn ad ortum, hinc desumptorum militum dux fuit Phylacensis Protesilaus, qui cùm primus, nemine alio id audente, è naui desilijsset, ab Hectore fuit occisus. Cuius rei in memoriam Græci reduces ἐπιτάφιον ἀγῶνα ei instituerunt.

πάντα. Syllepsis qua reliquas omnes victorias complectitur, innuítque fuisse equis partas, & tribuit fauori Mercurij qui fuit θεὸς ἐναγώνιος. Doricum est Ἑρμᾶς pro comm. Ἑρμῆς. & Ἡροδότω pro comm. Ἡροδότου: vt sit hæc constructio, ἔπορεν ἵπποις Ἡροδότω.

βραχὺ μέτρον ὕμνος ἔχων. Nihil clarius est quàm poëtam sibi proponere βραχυλογίαν: vt simpliciter hoc intelligatur, nec dicatur βραχὺν μισθὸν ἔχων ὁ ὕμνος. vt vult Schol. Quare sic reddenda sententia. Ἀλλὰ τοῦ ἐμοῦ ὕμνου βραχύτης οὐκ ἐᾷ διεξελθεῖν ὅσας νίκας ὁ τῶν ἀγώνων προστάτης Ἑρμῆς ἐχαρίσατο τοῖς τοῦ Ἡροδότου ἵπποις.

τὸ σεσωπαμένον. Hoc est, τὸ γὰρ σεσιγημένον καλῶς μείζονα τῷ ἐγκωμιαζομένῳ χάριν καὶ εὔκλειαν φέρει. Hoc fit duplici nomine, vt cedat honori alicuius quum laudum ipsius nou fit enumeratio, tum quia modestiæ videtur esse multa tacere quæ dici potuissent: tum quia auditori relinquitur cogitandum innumerabiles es-

ſe virtutes illius perſonæ quæ laudatur. σεσωπαμένον. Dor. & metri cauſa, pro σεσιωπημένον, niſi fiat συνίζησις & legatur σεσιωπαμένον. Poteſt hîc in dubium reuocari vtrum ἐυθυμία referri debeat ad eum cuius laudes ad amuſſim non recitantur, an ad lectorem, auditorem-ue. Scholiaſtes refert ad laudatam perſonam, & ἐυθυμίαν exponit χάριν, ἔυκλειαν. & ſic videntur omnes accepiſſe. Poſſit tamen hoc non incommodè ad lectorem auditorem-ue referri, quoniam ἐυθυμία, τὴν ἡδονὴν ſignificare poteſt hoc loco. Fieri autem ſolet, vt qui alium breuiter laudari vident, iucundiùs id ferant quàm longiora præconia, & ſingularum virtutum encomia.

παράφρασις.

Cæterùm optem vt contingat ipſi vt ſplendidis carminibus vocalium Muſarum afflatu dictatis euehatur, quibus tanquam alis in altum attollatur, & per virorum ora volitet, quum Pythone victoriam reportarit, & Olympiorum præmium lucratus, eximijs oleaſtri ad Alpheum plantati ramis, vnde coronæ contexuntur, manum impleuerit, non in proprium duntaxat ſed etiam patriæ Thebarum ſeptem portis inſignium honorem. Huiuſmodi autem gloriam conſequutus eſt, vt poſt funera etiam ſit victurus, quandoquidem nec laboribus nec opibus pepercit, quò inſitum virtutis ſtudium exercitatione promoueret. Quod quicunque non facit, ſed domi concluſas diuitias ſeruare, quàm ijs ad rerum præclararum ſtudia vti mauult, alióſque irridere gaudet, qui ad bonam exiſtimationem per præclara facinora conſequendam ijs liberali manu vtuntur, non intelligit ſe animam ingloriam orco in tributum debitam exhalaturum, nec beneficio virtutis poſt funera victurum.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

εἴη μιν ἐυφώνων πτερύγεσσιν ἀερ-
θέντ᾽ ἀγλααῖς
Πιερίδων, ἔτι καὶ Πυθό-
θεν, Ὀλυμπιάδων τ᾽ ἐξαιρέ-
τοις
Ἀλφεοῦ ἔρνεσι φράξαι
χεῖρ᾽ ἀντιμὰν ἑπταπύλοις
Θήβαισι τεύχοντ᾽. εἰ δέ τις ἔνδον νέμει
πλοῦτον κρυφαῖον,
ἄλλοισι δ᾽ ἐμπίπτων γελᾷ,
ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων οὐ
φράζεται δόξας ἄνευθεν.

μετάφρασις.

*Contingat ipſum vocalium alis ſublatum ſplendidis Pieridum, adhuc & ex Pythone, Olympiadúmque eximijs Alphei ramis munire manum, gloriam ſeptiportibus Thebis parantem. Quòd ſiquis intus fouet diuitias occultas, aliiſque inſultans ridet, animam orco pendere non cogitat ſine gloria.*

εἴη μιν. Voto concludit, quo optat vt Herodotus præter multas alias victorias, conſequatur Pythicam & Olympicam, ob eáſque patrię honorem augens, encomiaſticis carminibus celebretur: & hæc prima pars epilogi.

πτερύγεσσιν, Ion. & poët. pro πτέρυξι. Splendidas Pieridum alas appellat carmina, quibus qui laudatur, veluti in ſublime attollitur, volitátque per ora hominum, ac proinde redditur celebris & immortalis.

Πυθόθεν. Hoc eſt, ἐκ Πυθοῦς, vel Πυθῶνος. Eſt autem poët. aduerbium quod fit vel per ſyncopen à Πυθωνόθεν & hoc à Πυθὼν: vel à Πυθὼ, cuius genitiuus eſt Πυθόος: hinc rejecto σ finali formari poteſt Πυθόοθεν, & per ſyncopen Πυθόθεν.

Ολυμπιάδων. Hoc eſt, Ὀλυμπικῶν ἀγώνων: qua ſignificatione occurrit Ol. Od. 1. τὸ κλέος Ὀλυμπιάδων. & Od. 2. Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν Ἡρακλέης: & alibi ſæpe. ἐξαιρέτοις Ἀλφεοῦ ἔρνεσι. Hoc eſt, κοτίνῳ *oleaſtro*, vel vt paſſim loquitur Pindarus ἐλαίᾳ *olea*. Nam ab Hyperboreis allatum oleaſtrum plantauit in Olympia Hercules, vt eſt Ol. Od. 3. Alpheus autem eſt Elidis fluuius. Porrò ἐξαίρετα ἔρνη dicit non ratione materiæ, (non enim magni momenti ſunt oleaſtri rami) ſed ratione vſus, quia ἐξαιρέτου ἀγῶνος νίκης erant præmium.

φράξαι χεῖρα. Hoc eſt, πληρῶσαι χεῖρα. Manus autem implebatur ramis oleaſtri, quum accipiebatur corona capiti circumponenda: quò fit vt hæc verba Schol. exponat στεφανωθῆναι. Paucis autem & perſpicuè ſic reddas hanc periodũ. εἴη αὐτῷ τοῖς εὐφώνων μουσῶν ὕμνοις ἐπίδοξον γεγονότα ἐκ τῶν Πυθιάδων, ἐκ τῶν Ὀλυμπιάδων, τοῖς ἐξαιρέτοις κοτίνου στεφάνοις πληρῶσαι χεῖρα, δόξαν Θήβαις ἑπταπύλοις ἀπεργαζόμενον.

εἰ δέ τις ἔνδον νέμει. Altera pars epilogi qua docet Herodotum fuiſſe diuitem & diuitijs ad virtutem vſum, atque hinc factum vt rebus præclarè geſtis claruerit: cùm contrà auari obſcuri permaneant. Eóque nomine eundem antiſtr. 3. laudauit, inquiens, εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται, &c. Interim monere vult qualis ſit auarorum animus, nimirum illiberalis, immodeſtus, virtutis & honoris contemptor. Fuſius autem hæc in paraphraſi Latina declarabuntur.

ἔνδον. Occultatas diuitias vituperat Theocritus quum ait,

> Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μύριος ἔνδοθι χρυσὸς
> Κείμενος; οὐκ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις.

& Horat.

> *Nullus argento color eſt auaris*
> *Abdito terris.*

ἄλλοισι. Non ſanè pauperioribus, ſed τοῖς δι' εὐδοξίαν ἀναλίσκουσι, vt meo iudicio rectè exponit Schol. Quod attinet ad lectionem Chryſippi qui ἀλαοῖσι legit non ἄλλοισι: nec metro ſatis, nec ſenſui omnino conuenit: nec refutatione opus habet, cùm ἀλαοῖσι ἐμπίπτων γελᾷ, *cæcis inſultans ridet*, non ſit ad rem.

ψυχὰν Ἀΐδα. Dorica hæc ſunt, pro comm. ψυχὴν Ἀΐδῃ. Hoc autem ſibi vult poëta, οὐ διανοεῖται ὅτι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν Ἀΐδῃ περιστέλλει ἄδοξον. Metaphora notanda in τελέων, ſumpta à tributis quæ penduntur & ſoluuntur. Morti autem tributum homines pendunt, quum animam efflant.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝ-τίνῳ, ἅρματι.

XENOCRATI AGRIgentino curru victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Β.

ODE II.

## ARGVMENTVM.

*HVnc hymnum in Xenocratis Isthmionicæ laudem ad Thrasybulum scribit & mittit Pindarus per Nicasippum. In limine mercenariam Musam esse dicens, tacitè beneficium muneris pro laudis officio poscit. Tum Xenocratem laudat 1. ab Isthmia, 2. à Pythia victoria. 3. ab Olympica. 4. ab auriga Nicomacho. 5. à maioribus. 6. liberalitatem in præcones certaminum commendat, & hospitalitatem. 7. Morum facilitatem. 8. equestre studium. 9. pietatem. 10. hospitalitatis constantiam: quas virtutes vnà cùm suis hymnis æternitate dignas esse iudicat.*

παράφρασις.

Prisci quidem poëtæ lyrici, quales Ibycus, Anacreon, Alcæus, quãdo Musarum aureis redimiculis insignium currum conscẽdebant, vt versus ad lyram, qua inclyti erant, canendos componerent, ex mente celeri mellisonos hymnos eiaculabantur in gratiam

στροφὴ α. κῶλ. η.

Οἱ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε
φῶτες, οἱ χρυσαμπύκων
ἐς δίφρον μοισᾶν ἔβαινον,
κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμε-
νοι,
ῥίμφα παιδείοις ἐτόξευ-
ον μελιγάρυας ὕμνους,
ὅστις ἐὼν καλὸς εἶχεν ἀφροδίτας

μετάφρασις.

*Prisci quidem, ô Thrasybule, viri, qui redimicula aurea habentium in currũ Musarum ascenderunt, cũ inclyta cithara obuiã procedentes, celeriter pusionibus factos eia-*

pusionum suorum, quum aliquis illorum forma decorus, venustatem illã, qualis in pomis autumnalibus apparet, corpore vultúque præ se ferebat, & se ad Veneris formosæ iucundissimas voluptates maturum admonebat.

εὐθρόνου μνάστειραν ἀδίστων ὀπώραν.

*culabantur mellisonos hymnos, quicunque existens pulcher habebat Veneris pulchro throno insidentis admonitorem iucundißimum autumnum.*

Ξενοκράτει. Hic Xenocrates ille est in quem scripsit Pindarus sextam Odã Pythiorum. Artemon, qui de Siculis scripsit, hunc Theronis fuisse cognatum asserit. Aristarchus Thrasybuli fratrem putat: sed patrem potiùs Græcus Scholiastes: cuius vera est sententia, vt satis ex Pythiorum sexta liquet, & ex huius fine, vbi πατρῴαν ἀρετὰν appellat *paternam virtutem*, quam ne sileat Thrasybulum hortatur. Præterea Schol. addit hunc fratrem fuisse vxoris Hieronis, in quem Ol. 1. & 2. Pyth. scriptæ sunt.

ἅρματι. Deest hoc in aliĳs editionibus: quod titulo addendum censui, siquidem ex contextu constat hunc curruli certamine vicisse.

εἶδος. Hunc victorialem hymnum Scholiastes appellat ἀποστολικὸν, quia per Nicasippum quendam, siue tabellarium, siue choragum missus est ad Thrasybulum Xenocratis filium. Author est Asclepiades missum Xenocrati statim ab Isthmica victoria mortuo. Quod duplici nomine verum videtur: tum quia licèt laus ad Xenocratem pertineat, ad Thrasybulum tamen scribitur: tum quia semper in præterito, nunquam in præsenti sermo est, & tanquam de aliquo qui fuerit, & vixerit, poëta loquitur. Atque idcirco Diodotus Aristophanius, θρῆνον potiùs quàm encomium, hoc εἶδος esse existimauit.

οἱ μὲν πάλαι. Exordium ducit poëta ab apostrophe ad Thrasybulum; & mores veterum poëtarum, ac recentiorum comparat, illos amatorĳs hymnis delectatos nullam exegisse mercedem, hos mercenarios esse dicit. Cur autem sic orsus sit Pindarus ex Callistrato colligere est, cuius sententiam referunt Scholia. Putat Callistratus Pindarum cùm meritam mercedem non accepisset à Xenocrate ob ipsius parcitatem, eum compellare Thrasybulum filium, in eúmque non in patrem hunc hymnum canere: & quod de pecunia interserit, esse querimoniæ, ac si velit vt ille mercedem meritis comparem largiatur. Attamen eiusmodi sunt poëtæ verba, vt laudes personæ potiùs tractare, quàm mercedem exigere videatur: quanquam verbum sapienti sat est.

φῶτες. Legit Scholiastes φύντες: quòd si seruetur, hæc erit constructio. οἱ μὲν πάλαι φύντες, h.e. γεγονότες: & πάλαι erit aduerbium sine articulo, qui iungetur cũ φῶτες. Si verò retineamus φῶτες sic construes, vt οἱ iungatur cum πάλαι, & dicatur pro παλαιοὶ.

οἱ. Sic legendum, vt habent Scholia, potiùs quàm ὅσοι: quoniam alioqui abundaret syllaba. Musas χρυσάμπυκας appellat, hoc est, τιμίας per synecdochen. Est autem ἄμπυξ propriè ornamentum quoddam muliebris capitis. Vide Od. 5. Olymp. μοναμπυκίᾳ col. 15. strophes 1.

δίφρον μοισᾶν. Mufis currum tribuit,vt & Ol. 9. ep. 3. allegoricè fignificare volens fublime poëfeos dicendi genus : atque his verbis poëtas circumloqui-tur,eófque lyricos,quum addit φόρμιγγι συναντόμενοι. q. d. οἱ μὲ παλαιοὶ ποιηταὶ λυρικοὶ. Sic quatuor vocabulis quatuor prima cola expones.

κλυτᾷ. Citharam ab effectu celebrem vocat μετωνυμικῶς : & innuit poëta illos poëtas lyra redditos infignes & celebres.

ῥίμφα παιδείους. Hoc eft, ῥαδίως μουσικοῖς τόξοις ἔβαλον τοὺς παιδικοὺς ὕμνους. Notat tacitè lyricos qui antiquiores fe fuerunt, & dum laudare videtur quòd non fuerint mercenarij,vituperat quòd illicitis amoribus indulferint, fuúmq; ignē carmine teftati fint. Qui fi non exigebant mercedem ab alijs, ipfis fat amplæ mercedi cedebat,quòd fuos amores canendo fouerent, & blando verfu pufiones amatos fibi conciliarent. Anacreon rogatus cur non Deos,fed pueros caneret. Quia,inquit,hi noftri funt Dij.

ῥίμφα. Hoc eft, ῥαδίως. Nam quod celeriter fit,id facilè ac fine moleftia perficitur. Fit à ῥίπτειν. Porrò παιδείους ὕμνους intellige, τοὺς εἰς παῖδας, vel potiùs εἰς παιδικὰ ὑμνουμένους. Et τοξεύειν vfurpat more fuo poëta qui arcum appellat *ingeniū*, poëtam *fagittarium*, & carmina *fagittas*.

ὅστις ἐὼν. Elliptica oratio,vbi fupplendum videtur ἐκείνου.

ἀφροδίτας εὐθρόνου. Hoc eft, τῆς καλῆς ἀφροδίτης μνήμην ἐμποιοῦσαν τῆς τοῦ σώματος ὥραν, καὶ τὸ τοῦ κάλλους ἄνθος. Venus appellatur εὔθρονος ob pulchritudinem, ὀπώραν appellat ætatem maturam ad Venerem, quia tum efflorefcit iuuenum venuftas, quemadmodum autumno pomorum decerpendorum gratus color. Hanc ætatem appellat ἁδίσταν μνάστειραν ἀφροδίτας,non tanquam procam quæ Veneris voluptates ambiat,fed quòd amatores moneat fe ad Venerem effe maturam. Nā hîc agit de viris qui pufiones amant,non de pufionibus qui viros ardeant:alioqui prima acceptio non eft incommoda, fed huic loco non conuenit. Porrò μνάστειρα fœmineum eft à μναστὴρ, vtrumque Doricum pro μνήστειρα & μνηστήρ. Vide Pyth. Od. XI. & Nem. I. ἁδίσταν Dor. pro ἡδίστην.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Nondum enim Mufa lucri amans erat, nec quemadmodum operarij operā mercede locabat. Neque à Terpfichore Lyricorum magiftra dulces cantilenæ, molli vocis fono pronunciandę, fuáque fuauitate adblandientes, atque argenti in fronte mentionem facientes vendebantur. Sed hoc tempore permittit vt Ariftodemi Lacedæmonij | ἁ μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής<br>πω τότ' ἦν, οὐδ' ἐργάτις,<br>οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι<br>μελίφθογγοι ποτὶ Τερψιχόρας<br>ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα,<br>μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.<br>νῦν ἐφίητι τὸ τ' Ὠργείου φυλάξαι<br>ῥῆμα τῆς ἀληθείας ἄγχιστα βαῖνον, | *Mufa enim nondum cupida lucri erat, neque mercenaria : neque vendebantur dulces mellifonæ à Terpfichore,deargentatæ facies, mollem habentes vocem cantilenæ. At nunc permittit Argiui feruare dictum veritatem proximè accedens,* |

apophthegma obſeruetur, qui pauper factus, & ab amicis derelictus, veriſſimum eſſe comperit tanti quemque fieri quantum poſſidet; vnde meritò dixit,

ἁ μοῖσα γὰ. Muſam metonymicè poëtas appellat, qui gratis, nulla ſpe præmij canebant. ἐργάτις fœmineum à maſculino ἐργάτης, eſt propriè *operaria quæ mercedem laboris accipit*. Hinc ἐργάτις μοῖσα rectè dicitur *mercenaria muſa*, ἡ μισθῶ συντάττουσα τὰ ποιήματα, vt loquitur Schol. In οὐ & πω tmeſis, pro οὔπω. Porrò Callimachus taxans Simonidem qui primus pro carmine mercedem popoſcit, vſurpat vocem ἐργάτις, de ſe dicens, οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν μοῦσαν ὡς ὁ Κεῖος Ὑλίχου νέπους. Vnde in prouerbium venerunt Simonidis cantilenæ. Vide Adag. Eraſ. titulo *Proprij commodi ſtudium*.

ἐπέρναντο. Hoc eſt, ἐπωλοῦντο. Verbum πέρνασθαι eſt poëticum, pro quo cōm. dicimus πωλεῖσθαι, πιπράσκεσθαι. Vide magnum Etymol γλυκεῖαι, μελιφθόγγοι, μελιγάρυες ſunt ſynonyma. μελιγάρυες ὕμνοι dicti Ol. XI. & μελίφθογγοι μοῖσαι. Ol. 6. Synonymum eſt & μαλθακόφωνοι. Non tamen otioſa ſunt, ſi ſenſu quem Latina paraphraſis habet, accipi rectè poſſunt.

ποτὶ. Dor. pro comm. πρὸς hic ſignificante ἀπὸ. & Τερψιχόρας fit mentio, quia Lyricorum poëtarum putata eſt Muſa.

ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα. Hoc eſt κοσμηθεῖσαι, καὶ λαμπρυνθεῖσαι. Sumpta metaphora à vaſis quibus illinitur argentum, vt decora videantur. Interim vult monere tanquam aliud agens, pecunias poëtæ in mercedem encomij dandas. vide Latinam paraphraſin.

νῦν ἐφίητι. *Hoc tempore permittit*, videlicet Muſa. Dor. eſt ἐφίητι pro comm. ἐφίησι, à verbo ἐφίημι *permitto*. τ' Ὠργείου Dorica craſis pro τοῦ Ἀργείου, ſic ου articuli, & A prima litera nominis in ω coaleſcunt, & mutantur. Fuit hic Ariſtodemus, vt monent Scholia. Argiuus dicitur, quanquam erat Spartanus, ſicuti Spartanam Helenam Homerus Argiuam dixit. Quod mirum non eſt, ſiquidem tota Peloponneſus, olim Argos dicebatur. Hunc Andron Epheſius inter ſeptem Græciæ ſapientes recenſet. Hic pauper factus, & amiſſa amicorum ſocietate, dixit χρήματα χρήματ' ἀνὴρ, volens innuere, vt puto, pecunias amicis anteponendas, cùm nullus pauperi ſit amicus. Vide Adagium *Pecuniæ vir*. in Chil. Eraſmi titulo *Diuitiæ*.

τὸ ἀλαθείας ἄγχιστα βαῖνον. Hoc eſt, ἀληθέστατον. Nihil enim eſt tam verum quàm quod Ariſtodemus innuere voluit, nempe tanti quemque fieri quantum poſſidet. Vnde Horatius

*Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti quantum habeas, ſis.*

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ζ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Pecuniæ, pecuniæ vir, maximũ homini ſunt præſidium, quas qui habet in | χρήματα χρήματ' ἀνήρ. ὃς φᾶ, κτεάνων θ' ἅμα λειφθεὶς καὶ φίλων. | *Pecuniæ, pecuniæ vir. Qui hoc dixit, opibus ſimul & amicis fuit* |

pretio eſt. Quò autem hæc tendant, ſcilicet ad mercedis petitionem, lubens dicerem, niſi tibi ſapienti verbum ſat eſſet. Cæterùm ſtatui rem tibi notiſſimam encomio celebrare, ſcilicet Iſthmiacam victoriã equis curru iunctis à patre tuo Xenocrate partam: cuius largitor fuit Neptunus, qui coronam ex ſicco apio, apud Corinthios, qui Dorienſium colonia conſtabant, decerpto miſit ipſi ad redimiendum comatum caput,

ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφὸς, οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω,
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν
τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις,
Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμαν
πέμπεν ἀναδεῖσθαι σελίνων,

*deſtitutus. Sed enim es ſapiens, non ignota cano, ſcil. Iſthmiam equis victoriam, quam Xenocrati largitus Neptunus Doriorum ipſi coronamentum ad comam miſit redimiendam apiorum,*

χρήματα χρήματ'. Emphaſis eſt in hac ἐπιζεύξει: qua augetur commendatio pecuniarum, quas ab experientia cenſet primas tenere. φᾶ Dor. & negl. augm. pro ἔφη. λείφθη ſic lego cum Schmidio Aeol. pro λείφθη ſumens, tam ratione metri, quàm phraſeos inconcinnæ.

ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφος. Hæc verba claudere puto ſuperiora omnia, eo ſenſu quo oſtendit Latina paraphraſis. Itaque puncto noto: nouúmque ſenſum ab his ordior, οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω. & ante Ἰσθμίαν ſupplendum δηλαδὴ exiſtimo. Ita luce clarior erit hic locus.

ἵπποισι. Intellige ἅρματι, quandoquidem primo colo ſtr. 2. εὐάρματον ἄνδρα dicit. ὀπάσαις Ion. partic. pro comm. ὀπάσας. Quod omnes habent ἀναδεῖσθαι corrumpit metrum: ideo legendum ἀναδεῖσθαι citra ſyncopen, ante quod ſupple ἕνεκα τοῦ.

Δωρίων. Hoc eſt, Κορινθίων, Ἰσθμίων. Nam Dorienſes Alete duce Corinthum occuparunt. σέλινα ξηρὰ hic intellige: nam viridia Nemeonicæ, ſicca Iſthmionicæ accipiebant.

παράφρασις. — στροφὴ β. κῶλ. ια. — μετάφρασις.

vt virum curruli certamine preſtantem, Agrigentinorúmque decus ac lumen honore cumularet. Quinetiã in Pythone prope quam eſt Criſa, latè potens Apollo vidit ipſum, ipſíque Pythicæ victoriæ decus impertiuit. Eodem etiam ferè tempore cùm apud ſplendidas egregijs ciuibus Athenas, Athenienſium quondam Erechthei ſubditorum inclytos hono-

εὐάρματον ἄνδρα γεραίρων,
Ἀκραγαντίνων φάος.
ἐν Κρίσᾳ δ' εὐρυσθενὴς εἶδ' Ἀπόλλων μιν, πόρε τ' ἀγλαΐαν.
καὶ τόθι κλειναῖς Ἐρεχθειδᾶν χαρίτεσσιν ἀραρὼς
ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις, οὐκ ἐμέμφθη
ῥυσιδίφρου χεῖρα πλαξίπποιο φωτός,

*currru præſtantem virum honorans, Agrigentinorũ lumen. Apud Criſam quoque eum latè potens vidit Apollo, præbuitque ei decus: & ibi inclytis Erechthidarum gratijs ornatus, ſplendidas apud Athenas, non conqueſtus eſt de manu gubernatrice currus viri ſtimulatoris equorum,*

res, ex re illorum ſacris in ludis præclarè geſta reportaſſet, non vituperauit aurigæ ſui Nicomachi equeſtris viri manum currus gubernatricem,

ἐυάρματον. Hæc vox occurrit Pyth. Od. 2. vbi ἐυάρματος Ἱέρων dictus eſt. φάος Ἀκραγαντίνων, hoc eſt, Ἀκραγαντίνων λαμπρότατος καὶ ἐνδοξότατος.

ἐν Κρίσᾳ. Laus à Pythica victoria q.d. ὁ γὰρ Ἀπόλλων ἰδὼν αὐτὸν ἐν Πυθῶνι πάρεχε τὴν νίκην καὶ ἀγλαὸν ἐποίησε. Nam à decore, quod eſt conſequens, victoriam antecedentem innuit. Εὐρυσθενὴς Ἀπόλλων quoniam non ſolum calore omnia calfacit, ſed luce etiam totum terrarum orbem perfundit.

καὶ τόθι. Hoc aduerb. alibi ſæpe τοπικῶς ſumitur: nunc ſenſus omnino poſtulat vt nõ τοπικῶς accipiatur: & intelligamus, *tunc*, nẽpe vno eodémque anni tempore & Pythia, & Athenienſia certamina obtinuiſſe.

Ἐρεχθειδᾶν Dor. pro comm. Ἐρεχθειδῶν. Athenienſes Erechthidæ ab Erechtheo rege dicti. Xenocrates dicitur eorum inclytis gratijs accommodatus, quod celebrium apud ipſos certaminum victorijs potitus fuerit. Quicquid autem præclari eſt inter homines id poëta noſter χάριτας nuncupat, vt lector ſedulus comperiet. Non liquet autem an Panathenæa, an Eleuſinia, an Heraclea, an Panellenia, an aliud ibi celebrari ſolitum certamen intelligatur. ἀραρὼς Dor. pro ἀρηρὼς, ideóque longa eſt ſecunda ſyllaba.

ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις. Non ob ſoli fertilitatem hoc epitheton tribuit Athenis, ſed ob loci claritudinem. Nam κραναὰι *aſperæ* ſunt Athenæ, vnde illud epitheton ipſis tribuit Olymp. ζ. Sed doctis & ſapientibus ciuibus claræ. Quod ſit Athenarum mentio, euincit nullo pacto hîc intelligi Olympia, quanquam nonnulli hac ſunt in ſententia.

ῥυσίδιφρον. Hoc eſt ἡνιοχικήν. Nam ῥυσίδιφρος eſt ὁ ῥύων, ἐρύων τὸν δίφρον, *regens currum*. Schol. ἀπὸ μέρους explicat ἀντὶ τοῦ, ῥᾳδίως καὶ ἀμεταγώγως τὰς ἡνίας ἐυθυνοντα, quæ ſynecdoche non eſt incommoda.

πλαξίπποιο. Ion. & Dor. pro πληξίππου. Hoc vocabulum iam occurrit Ol. 6. vbi dicit πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτικτεν. Hæc autem non Theroni tribui, ſed Nicomacho, per ſe clarum eſt, nec contra alias ſententias probatione indiget.

παράφρασις.

qua in tempore, vtque res poſtulare videbatur, omnes habenas quadrigarum verſabat. Quem etiam Saturnij Iouis Elei ſacerdotes, præſcriptum certaminis tempus alta voce indicere ſoliti agnouerunt, ab ipſo alicubi in Sicilia hoſpitio benignè excepti: & ad veneranda victoriæ genua prolapſum, gratulabunda voce ſalutarunt,

ἀντιστρ. κῶλ. η.

τὰν Νικόμαχος κατὰ καιρὸν
νέμε πάσαις ἀνίαις.
ὅν τε καὶ κάρυκες ὡρᾶν
ἀνέγνων, σπονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλείου, παθόντες
πού τι φιλόξενον ἔργον.
ἁδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ
χρυσέοις ἐν γούνασι πιτνῶντα νίκας,

μετάφρασις.

*quam Nicomachus opportunè verſauit omnibus habenis: quem etiã præcones temporũ agnouerunt, ſacerdotes Saturnij Iouis Elei, affecti* ab eo *alicubi aliquo hoſpitali beneficio, & iucundum ſpirante ipſum ſalutarũt voce, aurea in genua collapſum victoriæ,*

ταὶ Artic. præpoſit. pro ſubiunct. ἐῶ. Dor. pro τὴν: eſtque relatiuum ad χεῖρα, cuius dexteritate habenæ adminiſtrantur. πάσας dicit, quia variæ ſunt habenæ diuerſorum equorum, quas omnes regere debet auriga prout res exigit.

νῶμε. Sic rectè legit Schmidius, ne quid detrimenti capiat metrum. Quinetiam ſic planior erit ſententia cùm de re iam facta agatur; non autem de præſenti, aut ſolita actione ſimpliciter, vt in præſenti legatur νωμᾶ. Putat autem Schmidius hoc νῶμε eſſe præteriti medij νένωμα rejecto augmento. Quia tamen incommodiùs reijcitur hoc in tempore augmentum, velim vt deducatur ab Aor. 2. act. ἔνωμον, ες, ε. ablato augm. νῶμε. Prima autem & 2. coniugatio circunflexorum verborum, ſi deſinat in ω non purum, format Aor. 2. fut. 2. & præter. medium.

ὅν τε κάρυκες. Agitur nunc de victoria Olympica quam Xenocrates adeptus eſt. ὅν τε ſcil. τὸ νικηφόρον. κάρυκες ὡρᾶν ſunt οἱ κηρύσσοντες τὴν ὥραν τοῦ Ολυμπιακοῦ ἀγῶνος. Iidem appellantur σπονδοφόροι: videlicet ἱερεῖς τὰς σπονδὰς φέροντες. Κρονίδα Dor. pro Κρονίδου & Αλείου pro Ηλείου h. e. τοῦ ἐν Ηλιδι Διὸς. Victorem autem ἀνέγνων, ὡς προσπαθόντες τι παρ' αὐτοῦ διὰ τῆς φιλοξενίας. Itáque laudat ab hoſpitali beneficentia erga Iouis Elei ſacerdotes præſtita.

ἀδυπνόῳ. Hoc eſt ἡδείᾳ. Poët. & Dorica vox ἀδύπνοος ab ἡδὺς & πνοή. Iucundum ſpirat vox, quæ laudes pronuntiat: quales contingere potuerunt Xenocrati Olympionicæ.

χρυσέοις ἐν γουνάσι πιτνῶντα νίκας. Schol. hoc exponit, τὸ τιμίας νίκης τοῖς γόνασι προσελθόντα, vno vocabulo νικῶντα. Ex quibus apparet ab eo lectum χρυσέας νίκας quum exponit τιμίας: verùm perinde eſt legas χρυσέας, vel χρυσέοις, illud ad νίκας, hoc ad γουνάσι referetur, ſeruato eodem ſenſu, & dithyrambica phraſi, in qua eſt proſopopœa.

πιτνῶντα. Hoc eſt πίπτοντα: à verbo poët. πιτνέω quod occurrit alibi, vt Ode Pyth. 8. & Ol. Od. 2. ſtr. 2.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ζ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| ſua in terra, quam Olympij Iouis appellant delubrum: vbi Theron & Xenocrates Aeneſidemi filij victoriam conſequuti, immortales honores acceperunt. Atque ideò veſtrę familiæ, ô Thraſybule, nec amabilium chorealiũ hymnorum, nec magnifica dulcedine ſublimium carminum expertes ſunt. | γαῖαν ἀνὰ σφετέραν,<br>τὰν δὴ καλέοισιν Ολυμπίου Διὸς<br>ἄλσος, ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου<br>παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν.<br>καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι,<br>οὔ τε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,<br>οὔ τε μελικόμπων ἀοιδᾶν. | *terra in ſua, quam vocant Olympij Iouis delubrum: vbi immortalibus Aeneſidemi filij in honoribus mixti ſunt. Et ideo non ignare vobis ſunt dom°, neq; hymnorum chorealiũ, ô Thraſybule, amabilium, neque mellito ſono gloriantium cantionum.* |

γαῖαν ἀδὰ σφετέραν. Hoc eſt ἐν ἰδίᾳ γῆ: proinde ἐν Ὀλυμπίᾳ: quod manifeſtè docet ſequens ἐπεξήγησις: vbi ταὶ Dor. pro τῶ, & artic. præp. pro ſubiunct. ἐῶ. & κηλέοισιν Dor. & metri cauſa pro κηλέοισι.

ἵνα. Nempe ἐν ἄλσει Διὸς Ὀλυμπίου, ἀθανάτοις ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν, hoc eſt, ἔτυχον τῶ ἀθανάτων ἀπὸ τῆς νίκης τιμῶν. Duobus modis hoc fiebat, nam ſtatuæ in Olympia, Iouis delubro dedicabantur memoriæ Olympionicarum: præterea carmine decantati, poſt funera viuebant. Porrò ἔμιχθεν Bœot. eſt pro comm. ἐμίχθησαν.

Αἰνησιδάμου παῖδες. Aeneſidemi filijs Olympicas victorias tribuit in genere: vnde colligere eſt, Xenocratem & Theronem hic denotari, qui patrem Aeneſidemum habuerunt. Idcirco mirum eſt Scholiaſten Aeneſidemi filios dicere Theronem & Dinomenem: cùm Od. 1. Pyth. Epod. 3. Dinomenem faciat Hieronis filium.

καὶ γὰρ. Hoc loco ſignificat *ideo*. Nam victoriæ ſunt carminum cauſa. ἀγνῶτες hoc eſt ἄπειροι: & ἐντὶ Dor. pro εἰσὶ. Et μελίκομπος. fit à μέλι & κόμπος, vel κομπέω. q. d. φωνῇ μέλιτος βόπον γλυκεῖᾳ κομπῶν. *voce mellis inſtar dulci glorians*. Ideo ὑψηλῶν ᾠδῶν exponit Schol.

παράφρασις. | στροφὴ γ. κῶλ. ιη. | μετάφρασις.

Neque enim ſalebroſa eſt, arduáque via, quū quis honorifica præconia ducere vult ad illuſtrium virorum familias: imò illos carmine cohoneſtare facillimum eſt. Atque vtinam ſuauitate & excellentia mei carminis reſpondere poſſem meritis Xenocratis, qui morum præſtantia reliquos homines longè ſuperauit. Is quidem ciues in conuerſatione reuerebatur, eratque inter ipſos uenerabilis.

οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης
ἁ κέλευθος γίνεται,
εἴ τις εὐδόξων ἐς ἀνδρῶν
ἄγοι τιμὰς Ἑλικωνιάδων.
μακρὰ δισκήσαις ἀκοντίσαιμι τοσοῦθ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
ἔσχεν. αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν,

*Neque enim ſcopulus, neque ardua via*
*exiſtit, ſiquis illuſtriū*
*in virorum ædes aduehat honores Heliconiadum. Iacto procul*
*diſco eiaculer tam longè, quàm mores Xenocrates ſupra homines*
*ſuaues habuit. Venerabilis quidem erat cum ciuibus conuerſando,*

οὐ γὰρ πάγος. Hoc eſt, οὐ βαχεῖα γὰρ, ἀλλὰ ῥᾳδίος καὶ εὐεπίφορος ἡ ὁδὸς γίνεται τοῖς τοὺς εὐδόξους ὑμνοῦσιν ἄνδρας. Eſt igitur ἀπολογία qua reddit rationem cur Aeneſidemi filiorum familiæ encomiaſticis hymnis cohoneſtatæ fuerint: ſcil. quia cùm ſint viri præclari facile fuit illos grauibus laudibus proſequi.

πάγος. Exponitur ab Homeri Schol. & Euſtathio πετρώδης ἐξοχὴ, ὀξεῖα πέτρα, εἰς ὕψος ἀνέχουσα πέτρα, ὀξύτης ὄρεινὴ: quæ ſignificatio conueniet huic loco, cùm allegoricè difficilem rem denotet poëta, huiuſmodi autem ſcopulus eſt inacceſſus.

εἰς ἀνδρῶν. Subaudi οἶκον, vel δόμον. ſicuti εἰς ᾅδου, pro εἰς οἶκον ᾅδου: & ſimilia. Ἑλικωνιάδων. i. μουσῶν: quòd Helicon mons pro ſede Muſarum capiatur. τιμὰς, intellige τοὺς ὕμνους καὶ τὰς ᾠδάς.

μακρὰ

μαλερὰ δισκήσαις. Noua προκατασκευὴ ad laudes morum & ftudiorum Xenocratis : & cupit tam longè alios fuperare poëfi, quàm Xenocrates morum fuauitate reliquis hominibus antecelluit: vel faltem tam excellenter ipfum encomio profequi,quam ipfe fupra alios moribus fuit iucundis. Difci iactu metaphoricè fua carmina fignificat,vt aliàs crebrò telorum vibratione.

δισκήσαις Particip. Aeol. pro comm. δισκήσας. Aor. 1. act. ἐδίσκησα : cuius thema δισκέω, τ̀ δίσκον βάλλω *iacio difcum.* ὀργυὰ. i. τ̀ βόπον. Sic autem exponenda hæc metaphora & fententia, μακρῶς τ̀ ἐμὸν λόγον ῥίψας καὶ τ̀ νικηφόρον ἐγκωμιάζων, ὑπερβαλοίμην τοὺς ἄλλους, ὁπόσον ὁ Ξενοκράτης βόπον ἔσχεν πάντων ἀνθρώπων ἡδύτερον.

αἰδοῖος μὲ ἦν. Laus à facili cum ciuibus commercio. Vocabulum autem αἰδοῖος tam actiuè quàm paffiuè fumi poteft : ideóque ἀμφίβολον eft, vtrum Xenocrates dicatur ἐν βοπῇ ἄξιος ὁμιλῶν τοῖς ἀστοῖς, *veneratione dignus inter ciues conuerfans* : an verò αὐτὸς ἐνβεπόμενος ἐν τῷ τοῖς ἀστοῖς ὁμιλεῖν, *ipfe reuereri folitus ciues cum quibus conuerfabatur.* Vtro modo fumas, Xenocratis laudi cedet.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Equorum nutritionem curabat iuxta Græcorum omnium legem, qua diuites omnes in reip. vtilitatē equos alere tenebantur. Sacra autem Dijs conuiuia omnia religiosè & fedulò obferuabat. Nihil verò finiftri vnquam ipfi accidit, vt menfam hofpitalē adornare defineret. Sed ea fuit ipfius fortuna, vt tum æftiuo tum hyberno tempore, tecto dapibúfque commodis & conuenientibus hofpites excipere & recreate poffet. | ἱπποτροφίας τ̀ κομίζων<br>ἐν Πανελλάνων νόμῳ.<br>καὶ θεῶν δαῖτας προσέπτυ-<br>κτο πάσας. οὐδέποτε ξενίαν<br>οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστει-<br>λ' ἱστίον ἀμφὶ βράπεζαν.<br>ἀλλ' ἐπέρα, ποτὲ μὲν Φᾶσιν θερεί-<br>αις,<br>ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς<br>ἀκτάς. | equorúmque nutritiones curans fecundū omnium Græcorum ritum, & Deorum epulas amplexabatur omnes: nec vnquam hofpitalē ventus violentus infpirans contraxit velum circa menfam : fed traijciebat quidem ad Phafim æftiuo tempore: hyeme autem nauigās Nili ad ripas. |

ἱπποτροφίας τε. Commendatio à ftudio altufæ equorum : quam ex lege curabat. Erat enim, *inquit Aretius*, Græcis communis lex, qua ditioribus neceffum erat equos alere ad patriæ vtilitatem.

κομίζων. Sic malo legere cum Schmidio, quàm cum alijs νομίζων. Etenim clarior ita fiet locus: & facile fuit in graphicum iftiufmodi errorē incidere, à quo torquetur Scholiaftes, qui hanc fententiam interpretatur, modò ἱπποτροφεῖν αὐτὸς ἐν Ἕλλησι νομοθετῶν : ac fi diceret poëta, Xenocratem leges Græcis ferre, fuper equorum altura : modò νόμιμον ἐν Ἕλλησιν εἰδὼς τὸ ἱπποτροφεῖν, ac fi diceret, eum fcire apud Græcos lege fancitum vt equi alerentur : modò ἱπποτροφίας νομίζων καὶ σέβων τῷ τ̀ Ἑλλήνων νόμῳ καὶ ἔθει : quæ tertia expofitio proximè accedit ad mentem authoris : quæ cùm fit huiufmodi, conuenientius erit κομίζων quàm νομίζων. Hoc autem Schmidius interpretatur *procurans equorum alturam* : quod quidem admitterem, fi mihi conftaret Xenocratem hoc habuiffe munus vt infpector

esset alturæ equorum : nam *procurare* propriè est *ex munere & officio aliquid curare*, vt quum alienarum rerum administrationem aliquis suscipit. Idcirco simplex *curans* malui:ad vitandam ambiguitatem:etsi *procuro*,apud Apuleium significet, *studiosè curo.*

ἐν νόμῳ. Hoc est, κτ' νόμον καὶ ἔθος,πάντων Ελλήνων.Doricè dixit Πανελλανων,pro comm.Πανελλήνων.

καὶ Θεῶν δαῖτας. Laus à pietate in Deos, quam sacris Deorum conuiuijs Xenocrates profitebatur. Nonnulli codices legunt δίαιτας cum Schol. qui πανηγύρεις interpretatur. Eôdem res redit: nam diebus festis sacra conuiuia fiebant· Emphaticum hic est προσέπτυκτο *amplexabatur* : quo denotatur summum studium.

οὐδέποτε. Laus à constanti hospitalitate, quam nihil sinistri interrupit, οὖρος qui propriè est *ventus secundus*, nunc est *ventus violentus* : & Scholiastes φθόνον significari putat. Ego sanè malim exponere *sinistrum casum* qui minuens opes minuat hospitalitatis studium : ideóque hanc allegoriam ita declarat Latina paraphrasis. ἐμπνεύσαις Aeol. particip. Aor. 1. act. pro comm. ἐμπνεύσας.

ἀλλ' ἐπέρα. Allegoria qua innuit poëta, tantum abesse vt quicquam coëgerit Xenocratem vela contrahere, minúsque hospitalitati studere, cùm contrà æstatis,& hyemis commoditates omnes habuerit, quibus hospites recrearet. Nam quum dicit illum æstiuo tempore Phasin adire solitum, innuit eum hospitibus dapes,ædésque præbuisse illi tempestati conuenientes : quum verò ad Nilum hyeme,innuit eundem hospitibus omnia aduersus illud anni tempus commoda,tum ad victum tum ad domicilium suppeditasse. Etenim Phasis est vrbs Colchidis frigidæ regionis.Nilus autem est Aegypti calidæ : siquidem illa ad septentrionem,hæc ad meridiem sita est. Vide quo sensu sumat Erasm. in Adag. *Ad Phasin nauigauit*,titulo *Perficiendi.*

παράφρασις.

Cæterùm quia mortalium hominum mentes ad inuidendum eximijs viris sunt propensæ, nolim vt ad improborum illorum vitandam inuidiam Thrasybulus paternam virtutem silentio prætereat, seruatis in priuata domo, itáque suppressis hymnis meis. Neque enim ea mente Xenocratis laudes carmine sum prosequut⁹,vt illud,quemadmodum imposita suę basi statua, loco non mouea-

ἐπῳδ. κώλ. ζ.

μή νυν, ὅτι φθονεραὶ
θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες,
μήτ' ἀρετάν ποτε σιγάτω πατρῴαν,
μηδὲ τούσδ' ὕμνους. ἐπεί τοι
οὐκ ἐλινύσοντας αὐτοὺς εἰργασάμαν.
ταῦτα Νικάσιππ' ἀπονέμειον, ὅταν
ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς.

μετάφρασις.

*Ne igitur, quoniam inuidæ mortalium circum mentes pendent spes, neque virtutem vnquam taceat paternam, neque hosce hymnos : quoniam non vt sint otiosi eos feci: Hæc Nicasippe redde, quum ad hospitem meum familiarem veneris.*

tur: ſed vt vndiquaque perferatur, omnibúſque laudati viri virtus innoteſcat, meáque poë-ſis inclareſcat. Tu verò Nicaſippe, hæc ad Thraſybulum, hoſpitem familiaritate mihi con-iunctum præconia laudum perfer, & redde quum ad eum perueneris.

μὴ νυν. Sic ſcribendum, & νυν pro expletiua coniunctione ſumendum: alio-qui ſi νῦν ſcriberetur; error eſſet in metro. In his mens poëtæ eſt, vt Thraſybu-lum moneat ne inuidiam metuat, ideóque patris virtutem ſileat, ſuppreſſis ſuis hymnis quos non fecit vt immobiles maneant, ſed vt vndiquaque laudes Xe-nocratis perferant.

φθονεραὶ ἐλπίδες, ſunt διαθέσεις φθονεραὶ, quæ περὶ τὰς φρένας ἀνθρώπων κρέμανται. Hoc ſibi vult poëta, ὅτι φθονερῶς διάκεινται οἱ ἄνθρωποι μὴ σιγάτω τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετὴν. Ho-ratius dixit,

*Inuidiam placare paras virtute relicta?*

Pindarus vult dicere,

*Inuidiam placare paras virtute ſilentio præterita?*

σιγάτω. Nempe Thraſybulus: vbi notandum poëtam non directè alloqui nunc illum: niſi fortè legendum ſit σίγασον: quanquam omnes habent σιγάτω. Vi-de in paraphraſi quomodo intelligat hæc poëta.

ἐπεὶ τοι. Ratio cur nolit ſuum hunc hymnum ſupprimi: ita vt non veniat in vulgus: quia ſcopus ipſius eſt vt laudes clarorum virorum, quas canit, per om-nes regiones deferantur: quo fit vt Nem. 5. ita exorſus ſit, Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ' ὥς' ἐλινύσοντά μ' ἐργάζεσθαι, &c.

ἐλινύσοντας. Sic in futuro legendum, non ἐλινύοντας in præſenti. q. d. non feci hymnos vt futuros immobiles: ſic etiam eâdem emphaſi, loco Nem. 5. citato, ἐλινύσοντα legimus: propriè quidem ſtatuæ dicuntur ἐλινύειν, quòd otioſæ ſtent in loco.

ταῦτα Νικάσιππε. Apoſtrophe ad Nicaſippum ſiue tabellarium, ſiue nuntium, qua concludit hymnum. ἀπόνειμον, hoc eſt, ἀνάγνωθι, *lege, recita*: cuius ſignifica-tionis exemplum profert Schol. à Sophocle deſumptum, qui in Ἀχαιῶν συλλόγῳ, ſic loquitur. σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτύχας ἔχων, ἀπόνειμον. Ego putem ſimplici-ter ἀπόνειμον ſignificare *redde, exhibe*: Nam ſolummodo literas reddunt, non legunt tabellarij.

ἠθαῖον. Hoc eſt ἠθάδα, συνήθη. Nam ab ἦθος fit, & hoc ab ἔθος. Magnum Ety-mol. in ἑταῖρος, ait ἠθεῖος Doricè formari ἠθαῖος quia ει in αι mutant vt pro εἶθε dicunt αἴθε. Quòd ſi legeretur ἠθεῖον ſignificare poſſent, *diuinum, venerandum*, quod epitheton magis honorificum eſſet. Pro hoc habet Cratandri editio Αἰ-τναῖον: minùs bene: nam Agrigentinus fuit Thraſybulus, non Aetnæus ciuis, ab Aetna quæ priùs Catane dicebatur.

ΜΕΛΙΣΣΩ ΘΗΒΑΙΩ, ἵπποις.

MELISSO THEBANO, equis victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Γ.

ODE III.

## ARGVMENTVM.

*MElissus Thebanus laudatur à Pythia & Isthmia victoria, à patris & matris maioribus, Cleonymo & Labdacidis: item à diuitijs quas cum animi moderatione possidebat.*

παράφρασις.

Quisquis hominum bene fortunatus, celebribus certaminibus inclaruit, & potentia propter amplam diuitiarum possessionem pollet: nec tamen istiusmodi bonorum satietate ita turget, vt animo fiat insolenti, dignus est qui apud ciues bene audiat, & laudibus decoretur, qualis Melissus istiusmodi virtutibus instructus. Cùm autem, ô Iupiter, mortales homines magnis virtutibus à te donentur, æquum est vt eas tibi acceptas ferant, quò diutius illarum beneficio fœlices maneant. Nam eo-

στροφὴ α. κῶλ. ι.

Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις,
ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις,
ἢ σθένει πλούτου, κατέχει
φρασὶν αἰανῆ κόρον,
ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.
" Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕ-
" πονται
" ἐκ σέθεν. ζώει δὲ μάσσων
" ὄλβος ὀπιζομένων. πλαγί-
" αις
" δὲ φρένεσσιν οὐχ ὁμῶς πάν-
" τα χρόνον θάλλων ὁμιλεῖ.

μετάφρασις.

*Siquis hominum fœlicitatem adeptus, aut cum illustribus certaminibus, aut vi diuitiarum cohibet animo teteram petulantiam, dignus est qui præconijs ciuium immisceatur. O Iupiter, magnæ autem virtutes mortales comitantur ex te. Viuitque diuturnior fœlicitas reuerentium: peruersis verò mentibus non pariter omne per tempus florens conuersatur.*

rum qui numen reuerentur solet fœlicitas esse diuturnior : contrà verò non eodem modo, cum impijs,quorum obliquæ sunt mentes,florendo perseuerat.

Μελίσσῳ. Melissus patria Thebanus, & Telesiadæ filius fuit : auum paternum habuit Cleonymum : maternum genus ab Oedipi prosapia, vt ex hoc hymno colligere est.

ἵπποις. Genus victoriæ. Vicit igitur ἱπποδρομίᾳ: putátque Schol. epigraphen habere ἵπποις : quòd incertum sit vtrum κέλητι an τεθρίππῳ vicerit. Verùm quia non ἵππῳ, sed ἵπποις habet, facilè patet eum celete non vicisse, qui solitarius equus erat. Quia verò dicitur congenitam maiorum virtutem sequutus qui curruli certamine claruerunt,concludendum est illum τεθρίππῳ vicisse,tum in Isthmo,tum in Nemea.

εἴ τις ἀνδρῶν. Ipso in limine Melissus laudatur à fœlicitate, quam adeptus est propter victorias, diuitias, animíque moderationem : ob quas etiam virtutes ciuium laude dignus sit. εὐτυχήσαις partic. Aeol. pro comm. εὐτυχήσας ab εὐτυχέω.

σθένει. Exponitur ἐν à Schol. σθένος πλούτου dicit, tum ratione copiæ, tum præcipuè ratione roboris. Nam quantum valeat opulentia,cuiuis notum. φρασίν, occurrit Pyth. 4. & Nem. 3. αἰανής. Pyth. 1. stroph. 5. Item κόρος ibid. & Ol. 1. & 13. Hîc μετωνυμικῶς significat ὕβριν : quæ satietatis est comes. εὐλογίαις μεμίχθαι, vno verbo εὐλογεῖσθαι. Sic declares periodum totam, Εἴ τις ἐπιτυχὼν νίκης ἐνδόξων ἀέθλων, ἢ πολλοῦ πλούτου, δύναται κόρον φέρειν μὴ ἐξυβρίζων, ἄξιός ἐστιν εὐλογεῖσθαι ὑπὸ τῶν πολιτῶν.

Ζεῦ μεγάλαι δ' ἀρεταί. Gnome qua bonorum quæ possident homines originem Deo tribuit: similis gnome reperitur Ol. 9. Ep. 1. & Pyth. 1. str. 3.

ζώει δὲ μάσσων. Hoc est, ἡ δὲ τῶν ἐντρεπομένων εὐδαιμονία χρόνον πλείονα παραμένει αὐξανομένη, τοῖς δὲ σκολιόφρεσιν ἀνθρώποις οὐχ ὁμοίως θάλλουσα συνακολουθεῖ. Quod attinet ad vocem μάσσων iam occurrit Ol. 13. Nem. 2. Verbum ὀπίζομαι habes Pyth. 4. Ep. 4. Hîc non *prouidè ago* velim exponere,sed *reuereor*, vt innuat poëta fœlicitatem eorum qui Deum reuerentur esse diuturniorem & sit ἀντίθεσις in πλαγίαις φρένεσι.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ε. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Et cùm laudes sint præmia rerum præclarè gestarum, operæpretium est vt vir strenuus hymno cohonestetur, illúmque gratulabundo sermone extollat & euehat, qui choreali carmine illum celebrat. Itaque mihi laudandus est Melis- | εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα.<br>χρὴ μὲν ὑμνῆσαι τὸν ἐσλόν.<br>χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς<br>χαρίτεσσιν βαστάσαι.<br>ἔστι δὲ καὶ διδύμων ἀέθλων Μελίσσῳ<br>μοῖρα, πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι<br>γλυκεῖαν | *Illustrium autem factorũ* sunt *præmia: celebrare quidem oportet* virum *bonum : oportet etiam choreali hymno celebrantē blandis gratijs extollere. Est autē etiam & geminorum* |

ſus,qui proſpera ſorte vſus, animum ad dulcem hilaritatẽ conuertit, quãdo duorum certaminum coronas accepit, alteram quidem in Iſthmo Corinthiaco; alteram in Nemea leonis pectoroſi ab Hercule occiſi nemore: atque ita præconi occaſionem præbuit Thebas proclamandi

ἦτορ, ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ
δεξαμένῳ στεφάνους, τὰ δὲ κοί-
λᾳ λέοντος ἐν βαθυστέρ-
νου νάπᾳ, κάρυξε Θήβαν

*certaminum Meliſſo ſors*, ad *conuertendum ad hilaritatem dulcem cor, in vallibus Iſthmi aſſequuto coronas: deinde in cauo leonis pectoroſi nemore proclamauit Thebam*

εὐκλεῶν δ᾽ ἔργων. Præparatio ad alias Meliſſi laudes: nam in genere dicit virum præſtantem eſſe laudandum, in ſpecie infert Meliſſum eſſe laudibus proſequendum. vox ἄποινα iam occurit Ol. 7. & alibi. ὑμνᾶσαι. Infin. Dor. pro ὑμνῆσαι.

χρὴ δὲ κωμάζοντα. Hoc eſt, χρὴ τὸν ἐγκωμιαστικὸν λόγον παρέχοντα, τὸν ἐσθλὸν ὑψῶσαι καὶ μετεωρίσαι χάρισι. Verbi κωμάζειν duplex eſt ſignificatio apud Pindarum: ſæpe ſignificat ὕμνῳ ὑμνεῖν: ſemel, χορεύειν Iſthm. Od. 7. κώμαζ᾽ ἔπειτ᾽ ἐν ἁδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ. Non memini ſignificare *victoriale conuiuium exhibere*. Siue autem κωμάζοντα referas ad poëtam, ſiue ad Meliſſum, commodus erit ſenſus. Nam Meliſſus dici poteſt, *ſaltare* vel *choreas celebrare*: ſiquidem in victoris honorem inſtituebatur chorea.

βαστάσαι. Hîc ſignificat ὑψῶσαι. Metaphora ſumpta à baiulis qui onus in humeros attollunt.

ἔστι δὲ διδύμων. Hoc eſt, διπλῶν ἀέθλων καὶ νικῶν ἐστὶ τῷ Μελίσσῳ μοῖρα. Geminam victoriam, non alteram quidem in Iſthmo, alteram in Nemea partam, ſed vtrobique duas celebrare videtur. Non tamen aduerſabor ijs qui hîc & illic vnam volent eſſe partam: imò in eorum partem potiùs inclinabo.

πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι. Rectè Schol. ellipſin τοῦ ὥστε ſupplet, quam in verſione adhibui, ne lector hæreat. Quinetiam alia eſt ellipſis ante ἐν βάσσαισιν. Nam ſupplendum τὰ μὲν, cui reſpondet ſequens τὰ δὲ: qualis etiam ellipſis alibi occurit.

βάσσαισιν. Dor. & poët. pro βήσσαις. Hoc eſt, βασίμοις τόποις. Quod vocabulum occurrit Pyth. 3. βάσσαισι Παλίου. Periphraſi denotat Nemeam quum νάπαν λέοντος vocat. Nam ibi Nemeæi leonis ab Hercule occiſi fuit ſpelunca. βαθύστερνον appellat hunc κατ᾽ ἐξοχὴν, quia quanquam leones profundo ſunt pectore, nihilominus hic alijs maior, erat etiam pectoroſior.

κάρυξε Θήβαν Negl. augm. & Dor. pro ἐκήρυξε Θήβην: & ſimplex pro compoſito ἀνεκήρυξε. Non ipſe quidem Thebas proclamauit, ſed propter ipſum potitum victoria præco.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| equeſtris curſus certamine | ἱπποδρομίᾳ κρατέων. | *equeſtri curſu victor.* |

victoriam adeptus : & ſe à congenita maiorum virtute non degenerare, re ipſa comprobauit. Scitis vtique vt olim curruli certamine gloriam conſequutus eſt Cleonymus paternus eius auus. Conſtat etiam maternum eius à Labdaco genus quadrigis certaſſe, quorum crebris victorijs diuitias acquiſiuerunt. Sed illorum tamen variabilis fuit fortuna, pérque vices immutata: nec mirum : quandoquidem is rerum humanarum eſt ſtatus, vt ætas, dum voluũtur dierum rotæ, alia aliam, modò in bonum, modò in malum, mutationem aduehat: ſoliſque Dijs parcat, qui extra fortunæ aleam ſunt, nec eius telis ſauciari poſſunt.

ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν
σύμφυτον οὐ κατελέγχει.
Ἴστε μὰν Κλεωνύμου
δόξαν παλαιὰν ἅρμασι.
καὶ ματρόθε Λαβδακίδαισι
σύννομοι, πλούτου διέστι-
χον τετραοριᾶν πόνοις.
„ αἰὼν δὲ κυλινδομέναις
„ ἁμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξ-
„ άλλαξεν. ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες
„ θεῶν.

*Quare virorum virtutem non dedecorat cõgenitam. Scitis vtique Cleonymi gloriam antiquam curribus partã. Et ex materna parte Labdacidis coniuncti per diuitias ambularunt quadrigarum laboribus. Tempus autem voluentibus diebus, alia aliàs immutauit viciſſim : ſed tamen inuulnerabiles filij Deorum.*

ἱπποδρομία. Nomen hoc generale κέλητι & τεθρίππῳ tribui poteſt : hinc Scholia vtro certamine vicerit Meliſſus non docent : ſed rationes initio attulimus, quibus curruli agone victoriam adeptum illum demonſtrauimus.

ἀνδρῶν δ' ἀρετάν. Hoc eſt, τὴν συγγενῶν ἀρετὴν οὐ καταισχύνει : cuiuſmodi phraſis alibi occurrit. Locus eſt laudis à maioribus, quorum ſtirpi σύμφυτον ἀρετὴν habuit Meliſſus.

ἴστε μάν. Apoſtrophe, vt puto ad Thebanos, quibus Meliſſi maiores noti eſſe poterant : præcipuè verò Cleonymus eius auus paternus, & Teleſiades pater, de quo ſequenti Oda fit mentio.

ματρόθε. Idem dicitur ματρόθεν Dor. pro comm. μητρόθεν. Nonnulli mendosè legunt μακρόθεν: ſiquidem poſt paternum genus, par eſt materni meminerit, vt probet Meliſſum à nullis degeneraſſe maioribus. Non conſtat autem à quo Labdaci poſterorum ortum ducat.

Λαβδακίδαισι σύννομοι. Hoc eſt, οἱ Λαβδακοῦ ἀπὸ μητρὸς ἀπόγονοι. Metaphoricè σύννομος vſurpatur hîc pro συνεζευγμένος. συγγονος : cùm propriè ſit ὁ σύν τινι νεμόμενος καὶ στρεφόμενος. Porrò πλούτου διέστιχον expone, διὰ πλούτου ἤρχοντο κεκτημένοι τοῦτον τεθρίππων νικαφορίαις. Interim Labdacidas à diuitijs & fortitudine commendat.

αἰὼν δέ. Concluſio Odes duabus conſtat ſentẽtijs : prior eſt de fortunæ inconſtantia, qualis extat Od. ſequenti ſtr. 1. Item Ol. 2. antiſtr. 2. Ol. 7. ep. vlt. verto κυλινδομέναις ἁμέραις *voluentibus diebus*, vt dixit Virg. *voluentibus annis*. quod Homer. dixit περιπλομένων ἐνιαυτῶν. Obſeruandum autem poẽtam reſpicere velle ad ea quæ in progenie Labdaci acciderunt. Hic florentiſſimum regnum accepit, Laius eius filius ab Oedipo filio fuit occiſus, Oedipus matrem Iocaſtam neſcius vxorem duxit : huius poſteri Eteocles & Polynices de regno dimicarunt.

ἄτρωτοί γε μάν. Hoc eſt, οἱ δὲ Θεοὶ μόνοι τὴν εἰς κακὸν μεταβολὴν οὐκ ἔχουσι. Vt παῖδες ἰατρῶν, παῖδες Ἑλλήνων dicuntur ἰατροὶ, Ἕλληνες: ſic & παῖδες Θεῶν, ipſi Dij. Altera ſententia de Deorum immutabili ſtatu. q.d. τὰ τῶν ἀνθρώπων εὐμετάπτωτα, τὰ δὲ τῶν Θεῶν ἀμετάβλητα. Hac de re vide Eraſm. in Chil.

ΤΩ ΑΥΤΩ ΜΕΛΙΣΣΩ, ΕΙΔΟΣ Δ.

EIDEM MELISSO, ODE IV.

## ARGVMENTVM.

*Euſdem cum ſuperiore argumenti eſt hic hymnus quo victorem Meliſſum de integro celebraturus, eum laudat à Cleonymidis maioribus, à ſplendore & antiquitate patriæ, ab hoſpitalitate, à iuſtitia, à præclaris maiorum ſtudijs, ab Iſthmia, Attica, & Sicyonia victoria, ab aurigæ induſtria, cui Orſeæ nomen.*

παράφρασις.

Quandoquidem, ô Meliſſe, facilè aditum Iſthmiaca victoria quam adeptus es, mihi patefeciſti, ſuppetit mihi diuino Muſarum & Apollinis munere immenſa via, qua me ad tuas, tuorúmque maiorum laudes conferam, & encomiaſtico carmine celebrem virtutes, quibus aſſiduo Dei beneficio florentes Cleonymi nepotes mortale vitæ curriculum

στροφὴ α. κῶλ. ι.

Ἔστι μοι τῶν Θεῶν ἕκατι
μυρία παντᾶ κέλευθος
ὦ Μέλισσ᾽. εὐμηχανίαν
γὰρ ἔφανας ἐν Ἰσθμίοις,
ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώ-
κειν.
αἷσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες
αἰεὶ
σὺν Θεῷ θνατὸν διέρχον-
ται τὸ βίου τέλος. ἄλλοτε
δ᾽ ἀλ-

μετάφρασις.

*Eſt mihi Dijs volentibus immenſa quoquouerſum via, ô Meliſſe. Facilitatem enim exhibuiſti in Iſthmijs, veſtras virtutes hymno proſequendi: quibus Cleonymidæ florentes ſemper Dei beneficio emetiuntur vitæ terminum. Aliàs autem*

culum emetiuntur. Inter quod decurrendum ſiquid ſiniſtri experti ſunt; communi hominum fortunæ tribuendum. Nam in omnes homines, citra vllius exceptionem, aliàs alius ventus ingruens, rerum humanarum ſtatum agitat.

ἄλλοτ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώποις ἐπαΐσσων ἐλαύνει.

*alius flatus omnes homines ingruens agitat.*

εἵδος δ'. Quoniam hoc encomium idem cum ſuperiore metrum habet, eidémque inſcribitur, nonnulli vnum idémque cenſuerunt: & Aldina editio vtrumque coniunxit. Diuerſum tamen à præcedente eſt: quia breuiter repetit laudes, quas ibi attigerat. In eodem autem encomio tautologia non conueniret.

ἔστι μοι. Quoniam fortè alterius hymni breuitas Meliſſo non placuerat, videtur ſe excuſare, quòd id fecerit non quia deſit poëtica facultas, ſed quia liberum id facere. Et fortè per otium non licuerat poëtæ fuſiùs perſequi laudes quum priorem hymnum compoſuit: nunc verò id facit quum otio abundat.

τ' Θεῶν. Deeſt articulus in omnibus codicibus, præter quam apud Schmidium, qui eum addidit vt metrum perficeret, & συνίζησιν facit in Θεῶν, vt ſæpe fit. Deos autem intellige, Apollinem & Muſas: vel ſi mauis Deos in genere. Obſeruãda poëtæ modeſta pietas, qui quod habet, acceptum Deo fert. q. d. τῶν μουσῶν ἐπιτρεπόντων ἔστι μοι πανταχοῦ πλείστη καὶ εὐμαρὴς ἡ ὁδὸς τῶν ὕμνων ὦ Μέλισσε· τὰ γὰρ Ἴσθμια νικήσας, πεποίηκας εὐμήχανον τὰς προγονικὰς ὑμῶν ἀρετὰς αὐξάνειν.

Κλεωνυμίδαι. Maiores Meliſſi vocat Cleonymidas, à Cleonymo paterno auo. διέρχεται τὸ βίου τέλος, dicit metaphora ſumpta à viatoribus, & laudat Cleonymidas ab aſſiduo rerum præclararum ſtudio.

ἄλλοτε δ'. Similis ſententia ei quæ occurrit ſuperiore hymno, αἰὼν δὲ κυλινδομέναις, &c. His verbis, calamitates quæ in familiam virtutibus illuſtrem irrepſerunt, excuſare conatur, ab inconſtantia rerum humanarum, quæ πάντας ἀνθρώπους ἐλαύνει, atque ita ne virtutem quidem colentibus, magnatibuſ-ue parcit.

οὖρος. Hæc vox propriè ſecundum ventum ſignificat, hîc ſimpliciter ἄνεμον. Od. 2. huius libri antiſtr. 3. aduerſum ventum. Hîc comparatur noſtra vita variæ nauigationi, quæ modò ſecundis, modò aduerſis ventis agitatur, vt docet experientia.

ἐπαΐσσων πάντας. Notanda conſtructio verbi ἐπαΐσσω cum accuſat. Quod fit vi præpoſitionis ἐπὶ, ex qua componitur verbum ἐπαΐσσω poëticum, pro ἐφορμῶμαι. *irruo, ingruo, impetum facio.* Sic antiſtrophe 3. Nem. 5. ἤτοι μεταΐξαις σε, pro μετὰ σὲ ἀΐξας. Vt hîc ἐπαΐσσων πάντας, pro ἀΐσσων ἐπὶ πάντας.

παρέφρασις. | ἀντιστρ. κώλ. α. | μετάφρασις.

Tui autem progenitores

τοὶ μὲν ὦν Θήβαισι τιμά-

*Illi igitur Thebis ho-*

ex antiqua Labdaci Thebarum regis familia oriundi Thebis in pretio fuisse feruntur. Hi vicinarum regionum peregrinos hospitio excipere solebant, hi moderato animo viri, à clamosa streperáque inuidia prorsus erant alieni. Quinetiam omni in negotio perfecta virtute administrato tantam gloriam adepti sunt, quantam quiuis defunctorum & superstitũ virorum, de quorum præclaris factis testimonia per homines feruntur. Rebus autem strenuè gestis ita excelluerunt vt summum virtutis culmen attigerint: adeò vt quemadmodum nulla via est vltra Herculis columnas:

ευντες ἀρχᾶθεν λέγονται,
πρόξενοι τ' ἀμφικτιόνων,
κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ
ὕβριος. ὅσσα δ' ἐπ' ἀνθρώπους ἄητ-
ται
μαρτύρια φθιμένων ζωῶν τε φω-
τῶν
ἀπλέτου δόξας, ἐπέψαυ-
σαν κατὰ πᾶν τέλος. ἀνορέαις
δ' ἐσχάταισιν οἴκοθεν στά-
λαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις.

norati antiquitus dicuntur: hospitésq; circum habitantium, tumultuosæque expertes cõtumeliæ. Quæcunque autem inter homines spirantur testimonia defunctorum, viuorúmque virorum immensæ gloriæ, attigerunt secundum perfectionem omnem. Strenuitatibus verò domesticis extremas columnas attingunt Herculis.

τοὶ μὲν ὧν. Nimirum Cleonymidæ, quorum laudes persequitur ab antiquitate generis honorati apud Thebanos. ἀρχᾶθεν. Dor. pro ἀρχῆθεν. Hoc est. ἐξ ἀρχῆς, quod Pyth. Od. 9. occurrit. Respicit autem ad Cadmum & Labdacidas, à quibus descendunt. τοὶ poët. pro οὗτοι: vel ἐκεῖνοι. ὧν. Dor. pro comm. οὖν.

τιμάεντες. Poëtica vox τιμάεις Doricè dicitur pro comm. τιμήεις. poët. pro τίμιος. *honoratus*. Suspicari autem quis possit, nec abs re, hic legendum esse τιμαθέντες Dor. pro τιμηθέντες.

πρόξενοι. Hic compositum pro simpl. ξένοι. Vide Lexica in hanc vocem. Porrò ἀμφικτιόνων legendum censeo, siquidem non solùm περιοίκοις interpretatur Schol. sed etiam verisimilius est hanc gentẽ hospitium vicinis præbuisse, quàm Amphictyonibus, qui amplissimum illud Græciæ consilium ab Amphictyone Heleni filio creatum constituebant. Porrò locus hic laudis est ab hospitalitate. Synonyma sunt poëtica ἀμφικτίων, & περικτίων: illud ab ἀμφὶ hoc à περὶ & κτίων, compositum: de quo Nem. XI.

κελαδεννᾶς. Dor. pro comm. κελαδεννῆς. q. d. ἐστερημένοι, καὶ παντελῶς ἀλλότριοι ὄντες θορυβώδους ὕβρεως: ac proinde οὐχ ὑβρισταὶ ὄντες, ἀλλ' ἥμεροι, καὶ πρᾷοι. Dicitur κελαδεννὴ ὕβρις, inquit Chrysippus, διὰ τὸ λάλους εἶναι τοὺς ὑβριστάς. Puto quòd κελαδεννὸς hic possit exponi *clamosus, streperus*, à κέλαδος. *strepitus, clamor*. Alioqui κελαδεννὸς est *celebris, clarus*. Laus ab animi moderatione.

ὅσσα δ' ἐπ'. Comprehendit συλληπτικῶς omnes virtutes maiorum Melissi, q. d. ὁπόσα δ' ἀρετῆς μαρτύρια καὶ τῶν θανόντων, καὶ τῶν ζώντων ἐπ' ἀνθρώπους φέρεται, τούτων ἐν παντὶ πράγματι ἐντελῶς ἐπέτυχον. Vocabulum ἄνται, Schol. exponit φέρεται: propriè tamen significat πνέεται *spiratur*. Nam ἄω, & ἄημι significant πνέω: vnde passiua vox ἄημαι spiror. Quare videtur ἄνται significare, πνεύματος δίκην φέρεται, *instar venti fertur*. Ideóque vulgata versio non satis propriè vertit *volitat*.

ἀπλέτου δόξας. Hoc est, μεγάλης δόξης: & à consequente gloria innuitur virtus antecedens.

ἀνορέαις. Laus à fortitudine. q. d. τῇ ἀπὸ οἰκείᾳ ἀνδρείᾳ ἐξοχώτατοι ἐγένοντο. ὥστε μὴ ζητεῖν δύνασθαι μείζονα. Ambiguum fanè eft, vtrum poëta velit innuere illos ad extremum vfque terrarum orbem inclaruiffe fortibus factis, an potiùs fortitudine tanta præditos fuiffe, vt non liceat in ea virtute vlterius progredi. Malim ego pofteriore fenfu: vt colligere eft ex fequentibus καὶ μηκέτι, &c.

στάλαισιν Dor. & poët. pro στήλαις. Notanda Pindarica conftructio verbi ἅπτομαι cum datiuo: fic νεμέᾳ θιγέμεν Nem. Od. 4. ἀρεταῖς θιγοῖσα Pyth. 8. Alioqui reperiuntur hæc verba fere femper cum genitiuo: rarò cum accufatiuo.

παράφρασις. | ἐπῳδ. κώλ. ια. | μετάφρασις.

* fic non longiùs in virtute progredi detur, & altiorem ad gradũ promoueri. Præterea equorum alturæ ftudiofi fuerunt, atque ita Marti placuerunt, vt bello præftantes apparuerint. Sed enim non omnes in eo fœlici euentu vfi funt, cùm vno die belli tempeftas, niuis confertim cadentis inftar afpera, beatam illam domum quatuor viris orbarit. Nunc autem viceuerfa poft hybernam hanc variabilium menfium caliginem; hoc eft, poft triftem illam calamitatem ver puniceis rofis lætum ortum eft, hoc eft, lætitiæ fuppeditata eft materia ob victoriam Ifthmicam Meliffi,

καὶ μηκέτι μακροτέραν
σπεύδειν ἀρετάν.
ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο,
χαλκέῳ τ' Ἄρει ἅδον.
ἀλλ' ἀμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ
τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο
τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμωσεν μάκαιραν ἑστίαν.
νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον
ποικίλων μηνῶν ζόφον
χθὼν ὥστε φοινικέοισιν ἄνθησεν ῥόδοις.

*Et ne longiùs progredietem affectes virtutẽ, equorũq; nutritores fuerunt, æreóque Marti placuerũt. Sed enim die in vna afper nimbus belli quatuor viris orbauit beatam domum. Nunc autem poft hybernam mutabilium menfium caliginem, terra velut purpureis floruerunt rofis.*

καὶ μηκέτι. Hoc eft, μὴ πορρωτέρω τῆς θεοῖς ἀρετῆς σπουδάζειν. Docet modum effe in virtutis ftudio ftatuendum, nihílque fupra vires humanas affectandum: fimilis autem allegoria iam fæpe occurrit apud authorem noftrum. σπεύδειν Infin. pro imperat.

ἱπποτρόφοι. Laus ab equorum altura, quod ftudium erat nobiliorum & opulentiorum apud Græcos. Laus etiam à bellica virtute fequitur, quum dicit, χαλκέῳ τ' Ἄρει ἅδον, hoc eft, πολεμικοί, vel πολέμου ἔμπειροι ἦσαν. Hîc ἅδον eft Aor. 2. act. verbi ἁδέω, i. ἀρέσκω *placeo.*

ἀλλ' ἀμέρᾳ γάρ. Breuis digreffio ad nuperam calamitatem à Cleonymidis in bello acceptam, cuius meminit quum bellicæ illorum virtutis mentionem facit. Atque hoc exemplo & Meliffi probat modò triftia, modò læta accidere.

νιφὰς πολέμοιο. Calamitatem hanc excufat à magnitudine belli, quæ quanta fuerit, vox νιφὰς exprimit, quæ fignificat, *niuem magna vi defcendentem.* Quantum autem nocumenti niuium copia afferat, experiuntur qui ad Alpes habitant, vbi fæpenumero iumenta, homines perduntur, domus obruuntur. Vo-

ces has μάκαιραν ἑστίαν expoſuimus prima Olympiorum.

νῦν δ' αὖ. Latina paraphraſis allegoriam iſtam ſatis explicat. Menſes ποικίλοι dicuntur, ob temporum inconſtantiam, aliàs pluuiæ, aliàs venti, aliàs niues, alias aliæ tempeſtates oriuntur. Schol. exponit καθὸ ποικίλα ἐν χρόνῳ γίνεται, vel quia ποικίλους καρποὺς producunt. Sed huc non pertinet poſterior expoſitio: prior aliqua ratione conuenit. Vide Chil. Eraſ. in adag. *Sequitur ver hyemem*, vbi mendosè legitur χθὼν ἄτε φοινικίοις ἄνθος ῥόδοις. Negligitur augm. tempor. in ἄνθησεν.

παράφρασις.

diuino conſilio: ſiquidē Neptunus qui terram tridente concutit, Oncheſtúmq; incolit, ſacrúmque Iſthmi Corinthiaci templum, quod ante Corinthi mœnia extructū eſt, Cleonymidarum illorum proli, videlicet Meliſſo, admirandam victoriam Iſthmicam dedit, ob quam laudatorius hic hymnus illi contexitur: & eâdem opera occaſionem præbuit antiquā glorioſorum illius familiæ factorum famam obſopitā & iacentem è lecto educendi: cuius nunc excitatæ fulgor talis eſt inter homines, qualis luciferi inter reliqua aſtra conſpicui.

στροφὴ β. κῶλ. ι.

δαιμόνων βουλαῖς. ὁ κινητὴρ δὲ γᾶς, Ὀγχηστὸν οἰκέων,
καὶ γέφυραν ποντιάδα
πρὸ Κορίνθου τειχέων,
τόνδε πορὼν γενεᾷ θαυμαστὸν ὕμνον
ἐκ λεχέων ἀνάγει φάμαν παλαιὰν
εὐκλεῶν ἔργων. ἐν ὕπνῳ
γὰρ πέσεν· ἀλλ' ἀνεγειρομένα
χρῶτα λάμπει, ἀωσφόρος θαητὸς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις.

μετάφρασις.

*Deorum conſilijs. At quaſsator terræ, Oncheſtum incolens, & pontem marinum, ante muros Corinthi, hunc largitus generi mirificum hymnum ex lectis reducit famam antiquā illuſtrium facinorum. In ſomnum enim inciderat: ſed excitata corpore fulget, lucifer conſpicuus vt aſtra inter alia.*

ὁ δὲ κινητὴρ γᾶς. His verbis denotare vult Neptunum, cui ſacram vrbem Oncheſtum fuiſſe vidimus Iſthm. α. Oſtendit autem quomodo poſt calamitatem, Dei conſilio lætitia orta ſit. Itaque Neptunus conceſſa Meliſſo Iſthmica victoria, occaſionem poëtæ dedit Meliſſum, & cum eo Cleonymidas laudandi, quorum iacentem & obſcuratam rebus aduerſis famam, virtute ſua excitauit, & illuſtrem reddidit Meliſſus: ſiquidem ſuæ victoriæ præconem Pindarum nactus eſt.

γεφύραν ποντιάδα, &c. Iſthmi Corinthiaci deſcriptio: quem *pontem marinum* appellat, quoniam anguſtum illud collum, quo continenti cohæret ſemiinſula, pontem videtur referre. Hîc ποντιάς, poëticum eſt; pro ποντία h. e. θαλασσία. vt & Nem. 4. ποντιὰς ἅλμα.

τόνδε πορών. A conſequenti hymno victoria antecedens intelligenda. γενεᾷ h. e. τῷ ἀπογόνῳ αὐτῶν Μελίσσῳ. Quod autem obſcurata aliquandiu Cleonymidarum fama denuo clareſcit, illud Neptuni beneficio tribuit, & allegoricè ac per proſopopœam elegantem repræſentat. Fingit enim famam

antiquam in lecto ad tempus obſopitam ab eo excitari.

ἀωσφόρος. Alij legunt ἑωσφόρος quod perinde eſt: hîc habes pulchram ſimilitudinem, quam Horatius imitatus dicit,

*micat inter omnes*
*Iulium ſydus velut inter ignes*
*Luna minores.*

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ι. | μετάφρασις.

Quæque Meliſſe, cùm tui maiores Eleuſine fertili ſolo Atticæ, Eleuſinia, & Sicyone Pythia ab Adraſto inſtituta certamina curru viciſſent, illorum laudes promulgauit, authórque fuit, vt quemadmodum tu nunc à me, ſic ab illius temporis poëtis, inſcripto folijs carmine laudarentur. Neque nō hi communibus in Græciæ celebritatibus, ſcilicet Olympijs, Pythijs, curruli certamine fortes ſe præbuerunt, quando cum quibuſlibet Græcis, qui ex tota Grecia certatum venerant, congredi non dubitarunt, & in comparandis equis ſumptus facere gauiſi ſunt. Quòd ni virtute & factis inſignes fuiſſent, nulliúſque rei præclaræ periculum feciſſent, chartæ illos ſilerent, & in notitiam non veniſſent.

ἅ τε κ' ἐν γουνοῖς Ἀθανᾶν
ἅρμα καρύξαισα νικᾶν,
ἔν τ' Ἀδραστείοις ἀέθλοις
Σικυῶνος, ὤπασε
τοιάδε τῶν τότ' ἐόντων φύλλ' ἀοιδᾶν.
οὐδὲ παναγυρίων ξυνᾶν ἀπεῖχον
καμπύλον δίφρον, Πανελλάνεσσι δ' ἐριζόμενοι, δαπάνᾳ
χαῖρον ἵππων. τῶν ἀπειράτων γὰρ ἄγνωστοι σιωπαί.

*Quæ & in fertili ſolo Athenarum currum cùm promulgaſſet viciſſe, ínque Adraſteis certaminibus Sicyonis, præbuit talia eorum qui tunc erant folia cantionum. Neque à celebritatibus communibus abſtinuerunt curuum currum: ſed cum vniuerſæ Græciæ viris certantes, ſumptu gauiſi ſunt equorum. Inexpertorum enim in notitiam non veniunt ſilentia.*

ἅ τε. Relatiuum hoc pertinet ad præcedens φάμαν. Meminit autem duarum victoriarum: vnius Atticæ, alterius Sicyoniæ, quæ pertinet ad Meliſſi maiores, non ad Meliſſum ipſum, ſicuti patet ex ſerie contextus.

ἐν Poët. pro ἐν: & γουνοῖς Ἀθανᾶν dicit, vt Eleuſinem Cereri ſacram denotet, qui locus erat Atticæ, alioqui aſperæ, fœcundus. Quod ſi ita eſt, obliquè Eleuſinia innuit: alioqui quo Atticorum certaminum genere vicerint in Attica, vbi diuerſa erant, non declarat.

καρύξαισα. Dor. & Aeol. pro κηρύξασα: & νικᾶν enallage temporis pro νενικηκέναι. De Adraſteis certaminibus i. Pythijs ab Adraſto inſtitutis, vide. Nem. θ.

τοιάδε. Hoc eſt, ὁποῖα νῦν ἐγώ σοι γράφω. Porrò φύλλ' ἀοιδᾶν dicit, quia folijs vtebantur ad ſcribendum, vt charta nunc vtimur. Quare *folia carminum* ſunt ipſa carmina folijs inſcripta. Sic πέταλα νεικέων, quia contentiones folijs inſcribebantur, vt oblatæ iudicibus dirimerentur. Ode 8 Iſthm. ſect. ε.

οὐδὲ παναγυρίων. Laus eorundem Meliſſi maiorum à ſtudio certaminum, & fortitudine huiuſmodi, qua certamen cum viris ex vniuerſa Græcia congeſtis

non detrectarent. ξυνᾷ Dor. pro ξυνῷ. Quod epitheton vt & vox Πανελλανὶς, facit vt fortè intelligere oporteat Melissi maiores Cleonymidas interfuisse sacris certaminibus illis quatuor, ad quæ certaturi & spectaturi viri ex vniuersa Græcia confluebant, quia communes erant celebritates. Atque hi quidem laudantur à fortitudine quam præ se tulerunt, cùm non dubitarent congredi cum quibusuis: sed non à victorijs, quibus si potiti fuissent, earum meminisset. Qui sentiunt poëtam his verbis significare Cleonymidas quibusuis cum viris, ex quibuscunque locis & certaminibus atque vbiuis locorum, congressos esse, non reijciuntur à me. Eliget lector vtramlibet sententiam.

δαπάνᾳ χαῖρον ἵππων. Denuo à sumptibus quos Cleonymidæ faciebant in comparandis & alendis equis, hîc laudantur.

τῶν ἀπειράτων γὰρ. Hoc est, τῶν γὰρ μὴ πεπειραμένων τῆς ἁμίλλας, οὐδεμία μνήμη ἐστί. Quare per antithesin probat Cleonymidas fortes fuisse. Nam nisi tales fuissent, in notitiam non venissent. Vide Latinam paraphrasin.

παράφρασις.

Quòd siqui viri præclari non fiunt illustres, sed obscuri manent, istud ob fortunam accidit, quæ antequam adueniat victoria, quò, vt ad vltimum finē, respiciunt decertantes, quibus dat quem vult euētum, obscuram incertámque sese præbet. Præterea quia quandoque etiam viri deteriores præstantiorem dolo correptum supplantant. Notissimum est vobis Aiacis Telamonij viri fortis & bellicosi exemplū, cui quantumuis tali, deterior Vlysses à Græcis est antepositus, quum iudicarunt vtri danda essent Achillis arma. Sed cùm impatienter ferret Aiax obscuratam ab illis suę strenuitatis gloriam, subque diei exortum præ doloris impatientia suo se gladio confodisset, hac actione Græcos quotquot militatum ad Troiam venerant, falsi iudicij accusauit.

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας
καὶ μαρναμένων,
πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.
τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος.
καὶ κρέσσον', ἀνδρῶν χειρόνων
ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψαισ'. ἴστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν
φοίνιον, ταν ὀψίᾳ
ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ
φασγάνῳ, μομφὰν ἔχει
παίδεσσιν Ἑλλάνων, ὅσοι Τρῴανδ'
ἔβαν.

μετάφρασις.

*Est verò incertitudo fortunæ etiam certantium, antequam finis summus adueniat. Horum enim dat euentū, & præstantiorem, virorū deteriorum supplantat ars corripiens. Nostis vtique Aiacis robur cruentum, quo sera in nocte confosso suo ense, culpat filios Græcorum qui ad Troiam profecti sunt.*

ἔστιν δ' ἀφάνεια. Occurrit obiectioni quæ fieri potuisset contra quod dixit τῶν ἀπειράτων γὰρ ἄγνωστοι σιωπαί. Dixisset enim aliquis, *Atqui etiam viri præclari non fiunt semper illustres.* Respondet hoc fieri ob incertitudinem fortunæ, quæ cùm res humanas regat, dignis præmia non semper reddit. Item aliquando accidere, vt deterior arte non virtute præstantiorem superet. Quod Aiacis exemplo probat, qui quanquam erat Vlysse in bello præstantior, Vlyssis tamen dolosa eloquentia factum est, vt Achillis armis priuatus fuerit, quorum legitimus erat hæres.

ἀφάνεια τύχας. Poëticè loquitur, pro ἀφανὴς τύχη. Porrò μαρναμένων sumit pro ἀγωνιζομένων. Nam hic de certantibus in sacris ludis, non de bellum gerentibus agere videtur. τέλος ἄκρον; intellige τῆς νίκης. Hanc sententiam citat Erasm. in Chil. titulo *Festinatio praepropera*, in hoc adag. *Ante victoriam encomium canis.*

τῶν δὲ. Alij sic legunt. q.d. *horum quae μαρναμένοις accidunt; causa est fortuna.* Alij legunt τῶν τε. q.d. τῶν τε καὶ τῶν, *horum atque illorum* finem dat, scilicet *prosperum, vel sinistrum euentum.* Sed prior sententia commodior mihi videtur.

τέχνα Dor pro comm. τέχνη. Hoc loco *dolum, fraudem* significat. καταμάρψαισα est particip. Aeol. pro καταμάρψασα. à καταμάρπτω, quod occurrit Nem. Od. 3. vbi dicit poëta Θέτιν κατέμαρψεν.

ἴστε μάν. Exemplo Aiacis probat propositam sententiam: quod notissimum erat Melisso, quum dicit ἴστε *scitis.* Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον. Periphrasis pro Αἴαντα φοίνιον. Sic Nem. 3. Αμαζόνων ἀλκὰν dixit. Emphasis etiam in his est, vt Αμαζόνας ἀλκίμους, & ἄλκιμον Αἴαντα innuere velit, quemadmodū & in hac *Herculis* periphrasi, βία Ηρακλέος. Nota autem est ex Homero Aiacis virtus bellica, qua praeditus multos aduersarios marte profligauit, ob ídque videtur dici φοίνιος, quòd saepe sanguinem hostium effuderit.

τάν Dor. pro τήν: & artic. praeposit. pro subiunct. ἥν. nempe ἀλκάν. q.d. ἴστε τὸν Αἴαντα φοίνιον ὃς αὐτοχειρὶ πεσὼν, τοὺς Ελλήνας, ὅσοι πρὸς Τροίαν ἦλθον, ἐμέμψατο. Hac de Aiacis αὐτοχειρίᾳ vide Homerum. Item Sophoclis Flagelliferum.

ὀψίᾳ ἐν νυκτί. Circunstantia temporis quo se confodit gladio Aiax. Quam & habet Sophocles in Flagellifero, & à Schol. citatus Aethiopidis author. Illi sub diluculum dicunt Aiacem sibi violentas manus attulisse. Est autem ὀψία νὺξ, videlicet τὸ ὀψὲ. i. τὸ ἔσχατον τῆς νυκτὸς, ac proinde necessariò τὸ περὶ ὄρθρον.

ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ. Nonnulli putant τὸ περὶ hîc esse otiosum: sed & eodem sensu à Thucydide vsurpatur περὶ δοράτιοις ἐπείροντο, *hastilibus interficiebantur.* Et Sophocli Aiax dicitur κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπετὴς, hoc est, περικεκυλισμένος, περικεκλιμένος, *ense confossus.*

μομφὰν ἔχει παίδεσσιν. Non intellecta loquendi formula Graeca, corruptus est huius loci sensus. Nam exposuerunt *culpatur apud omnes filios Graecorum*, quod quidem meritus erat, siquidem seipsum occiderat. Verùm mens poëtae haec est, vt demonstret Aiacem αὐτοχειρίᾳ sua Graecos accusasse κακοκρισίας. Nam vult probare aliquando fieri vt dolus virtutem supplantet. Sic Vlysses arte eloquentiae captauit beneuolentiam Graecorum, & Marte praestantiorem Aiacem superauit iudicio illorum, qui Vlyssis oratione captati, ipsi potiùs quàm Aiaci arma Achillis deberi censuerunt. Caeterum μομφὰν ἔχειν, est μέμφεσθαι, vel ἐγκαλεῖν, interpreti Aristophanis. Sic apud Eurip. in Phoeniss. v. 780. ὥστε μοι μομφὰς ἔχειν: *adeò vt mihi succenseat.* Itaque rectè Chrysippus hoc intelligit, quum ita exponit poëtae verba: ἴστε τὸν Αἴαντα, ὃς μέγας ὢν, ὀνειδος τοῖς Ελλησι περιεποίησε, τὴν κακοκρισίαν αὐτῶν φανερὰν ποιήσας.

παίδεσσιν Ελλάνων. Hoc est Ελλησι: sicut & παῖδες Θεῶν pro Θεοί. Deinde Τρωΐανδε Poët. & Dor. pro Τροίηνδε. Hoc est εἰς Τροίην, vel Τροίαν. Hic omitto quod Schol. quaerit, nimirū cur Aiacis hic fiat mentio. Etenim friuola mihi videntur, & hinc aliena.

παράφρασις.

Quanquam autem præmio merito virtutis defraudatus eſt Aiax, quum Vlyſſi malè præſtantiori habito Græci Achillis arma dederunt: ipſum tamen Homerus vtique per homines toto terrarum orbe diſperſos, carmine ſuo reddidit honoratiſſimum, ipſiúſque virtutem quantum in Græcis erat proſtratam, erexit, pérque diuinorum verſuum rhapſodias paſſim memorauit, vt à poſteris Homeridis & rhapſodis in luſibus animíque delectationibus canerentur. Illa enim poëſis quam quis præſtabili metro compoſuit, immortaliter reſonans procedit. Imò terram omnium fructuum feracem peragrat, & maria traijcit eximium carmen, cuius beneficio rerum præclarè geſtarum ſplendor manet inextinctus.

ςροφὴ γ. κῶλ. ι.

ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμακε δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν,
κατὰ ῥαπτῶν ἔφρασεν
θεσπεσίων ἐπέων, λοιποῖς ἀθύρειν.
τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἕρπει,
εἴ τις εὖ εἴπῃ τι. καὶ πάγκαρπον ἐπὶ χθόνα, καὶ διὰ πόντον
βέβακεν ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.

μετάφρασις.

*At Homerus vtique* eum *honorauit inter homines, qui eius omnem erigens virtutem,* eam *per conſutiles memorauit diuinos verſus, ad ludendum poſteris. Hoc enim immortale ſonans procedit, ſiquis bene aliquid dixerit* in laudem alicuius: *& omnifructiferam per terram, & per mare vadit facinorum radius inſignium inextinctus ſemper.*

ἀλλ' Ὅμηρος. Homeri laudibus erectam fuiſſe Aiacis virtutem à Græcis floccifactam innuit Pindarus. Nec Chryſippus rectè cenſet iſta de Vlyſſe eſſe accipienda, vt ſit ſenſus, ἀλλ' ὅμως χείρονα ὄντα Ὀδυσσέα τετίμακεν Ὅμηρος. Rationes eius ſunt, quia Ilias eſt commune multorum encomium, Odyſſea vnius Vlyſſis. Quia Odyſſea magis ῥαψῳδεῖται quàm Ilias, ideò κατὰ ῥάβδον ἔφρασε, de Odyſſea intelligendum. Sed etſi nexus orationis hanc Chryſippi ſententiam ſatis refutat: reſpondere inſuper poſſumus nihil obſtare quominus hæc de Aiace accipiantur, ſiquidem ſatis eſt vt conſtet eum ab Homero fuiſſe laudatum: & ῥαψῳδεῖσθαι vtrique libro Homeri commune eſt.

ὀρθώσαις Aeol. pro comm. ὀρθώσας. Eſt emphaticum hoc vocabulum, vt innuat Aiacis virtutem κακοκρισίᾳ Græcorum proſtratam, ſed Homeri laude erectam. vide Il. β. v. 738. & alibi paſſim. Appellatur ἕρκος Ἀχαιῶν. Cum Hectore μονομαχίᾳ contendit. Achilli ſecundus prædicatur.

κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν. Ad virgam *ſeu* baculum canere tributum fuit in genere poëtis omnibus: in ſpecie verò ῥαψῳδοῖς Homeri, qui centones eius circunferentes & canentes victum quærebant, & ῥάβδον lauream inter canendum tenebant: ideóque ῥαβδοῦχοι & ῥαβδῳδοὶ appellabantur. Porrò ῥάβδον conſtruendum videtur cum ἐπέων, & exponendum ςίχον, vt ordo & ſeries intelligatur, ac σύνθεσις, vt ἐπέων ςίχας dixit Pyth. δ. Sed vt dicam quod ſentio: ſiquidem in voce ῥάβδον vltima breuis eſt, quæ longa debet eſſe, credo legendum eſſe κατὰ ῥαπτῶν ἐπέων

θεσπεσίων

θεσπεσίων ἐπέων, per consutiles diuinos versus memorauit. Etenim præpositio κατ' hac significatione genitiuum regit, vt apud Homer. κατ' ὄρεος per montem. Præterea passim varijsque in locis commemoratur Aiacis virtus, quod rectè denotabit præpositio Per. Et sic metro satisfiet, imò facilior erit series verborum, clariórque sententia. Neque opus erit vt dicamus, quoad generale τὸ ἐπέων ipsum Homerum notare: quoad speciale, eos per quos id fecit, scil. ῥαβδῳδοὺς, vel ῥαψῳδούς. Sic neque se torquebit quisquam vt ῥάβδον, coactè exponat στίχον, nec ῥαψῳδίαν.

λοιποῖς ἀθύρειν. Hoc est, τοῖς ἐπισσομένοις ἀνθρώποις μέλπειν. Vt intelligas Homeri posteros, præcipuè verò Homeridas de quibus Nem. 2. Sic igitur hanc periodum explico, ἀλλὰ τοῦτον Ὅμηρος Αἴαντα τιμιώτατον ἀπειργάσατο διὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κακοκρισίας πεσόντα παρ' αὐτοῦ ἀρετὴν ἐπανορθώσας, κατ' θεσπεσίων ῥαπτῶν ἐπέων ἔφρασεν, τοῖς ἐπισσομένοις ἀνθρώποις ἐν θυμηδίαις μέλπειν.

ἀθύρειν. Hoc non simpliciter significat vel *ludere*, vel *canere*: sed vt exponit Schol. ἐν παιδιαῖς, καὶ θυμηδίαις ᾄδειν. *in lusibus, animique delectationibus canere*, ἀθύρω est *ludo*, *lusito*, simpliciter sumptum.

τοῦτο γὰρ. Ratio cur postea venturis hominibus, canendum reliquerit suum carmen: nimirum quia nunquam interit quod rectè dicitur. Itaque laus hæc est carminum Homeri, quæ quia præclara sunt, ideo ad posteros venerunt, nec moritura vnquam sunt. Tacitè autem innuere vult, magis honorificum fuisse Aiaci, quod eum laudauit, quàm quòd Vlyssi data sunt arma Achillis. Nam interijt donum illud, sed viuit laudatorium Homeri carmen.

ἕρπει Intellige πορεύεται. Nam ἕρπειν propriè est *in ventrem serpere*: sed poët. est βαδίζειν, vt apud Sophocl. ἐξόδοις ἕρπειν κενάς, *ire per vias vacuas*. Vox φωνᾶεν extat exposita initio 9. Olymp. εὖ εἴπῃ. Hoc est καλῶς εἴπῃ. Quod solam qualitatem carminis hic denotat non laudis materiam. Nam non laudis materia, immortale reddit carmen: sed compositio carminis elegans.

βέβακεν Dor. pro βέβηκεν, quod seruit duabus præpositionibus præcedentibus ἐπὶ καὶ διά. Porrò ἀκτὶς καλῶν ἔργμάτων est *splendor fortium factorum*, vel *illa illustrans hymnus*. Metaphoricè vsurpatur ἀκτὶς sumpta translatione à sole. Et ἀκτὶς ἄσβεστος dicitur *hymnus praclarus*, quia (vt præcedentibus poëtæ verbis vtar) ἀθάνατον ἕρπει, εἴπις εὖ εἴπῃ τι.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ι. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Vtinam propensum in me Musarum animum nanciscar, quarum afflatu, eam hymnorum facem splendidam etiam Melisso Telesiadæ filio accendam, quę sit victoriæ pancratio reportatæ dignum coronamen- | πρόφρονων μοισᾶν τύχοιμεν<br>κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων,<br>καὶ Μελίσσῳ, παγκρατίου<br>στεφάνωμ' ἐπάξιον,<br>ἔρνεϊ Τελεσιάδα. τόλμᾳ γὰρ εἰ-<br>κὼς | *Propensas Musas nanciscamur ad illā accendē-dū facē hymnorū, et iā Melisso, pancratio coronam dignam, stirpi Telesiadæ. Audaciæ enim similis* quoad |

tum. Iis autem animi corporíſque eſt dotibus, vt vincere poſſit, ſi certamen illud aggrediatur. Nam feris grauitérque frementibus leonibus in labore certaminis ſuſtinendo ſimilis eſt, quoad animi magnitudinem; quoad conſilium verò & prudentiam vulpi, quæ impetum aquilæ reſupinata cohibet. Quando autem cum adverſario confligendum eſt, virtute & dolo rem gerere par eſt, imò quiduis tentandum & moliendum quò vincatur & profligetur.

θυμὸν ἐειβρεμεταν̃ θηρᾶν̃ λεόντων
ἐν πόνῳ. μῆτιν δ', ἀλώπηξ,
αἰετοῦ ἅτ' ἀναπτναμένα
ῥόμβον ἴσχει. χρὴ δ' παν̃ ἔρδοντ' ἀμαυρῶσαι τ ἐχθρόν.

*animum grauiter frementium beſtiarum leonum in labore, prudentia verò, eſt vulpes, aquilæ quæ ſupinata impetũ cohibet. Oportet autem quidlibet faciendo labefactare aduerſarium.*

προφερόνων. Epanodus à digreſſione fluens à præcedente ſententia. Nam poſtquam dixit immortale eſſe præclarum encomium, & inextinctum præbere ſplendorem virtuti, ſubiungit εὐκτικῶς, vt ſibi contingat accendere iſtiuſmodi laudem Meliſſo pro pancratij victoria. q.d. γένοιτό μοι προθύμων τυχόντι μουσῶν ἅψαι τοιοῦτον πυρσὸν ὕμνων καὶ Μελίσσῳ Τελεσιάδου υἱῷ, ἐπάξιον ὄντα στέφανον παγκρατίου. Votum autem hoc non eſt pro victoria iam parta, ſed ad quam conſequendam dotibus animi corporíſque præditus eſt Meliſſus.

πυρσὸν ὕμνων. Continuata metaphora ſic appellat ἐγκώμιον ob quod lucet virtus, alioqui in tenebris manſura. ἔρνεϊ Τελεσιάδα conſtrue cum præcedenti Μελίσσῳ. Eâdem metaphora Apollo & Diana Nem. ς. ἔρνεα Λατοῦς dicuntur. Τελεσιάδα Dor. genit. pro comm. Τελεσιάδου. Porrò patronymicum eſt pro nomine proprio. Τελεσιάδης pro Τελεσίας: ſic Nem. 6. Σωκλείδης pro Σωκλῆς dici putatur. Hac de re conſule Magn. Etymol. in Patronymicorum tractatione. Conſule & Euſtathij Indicem.

τόλμᾳ γὰρ. Hinc ſumitur votum, quòd Meliſſus leonem robore, vulpem prudentia referat: quibus munitus poſſit pancratio vincere; quam victoriam illi exoptat. Quum autem Meliſſum leoni & vulpi ſimilem dicit poëta, Congregat (quod aiunt) cum leonibus vulpes, *hoc eſt*, res diſſimiles & impares coniungit, vt obſeruat Eraſmus in Chil. titulo *Diſſimulitudinis*. Leonum inſtar fortes & animoſos Homerus θυμολέοντας appellat.

θυμὸν. Hîc obſerua ἔλλειψιν τοῦ κατὰ, vt & in ſequenti μῆτιν. Ἐειβρεμεταν̃ θηρᾶν. Dor. genit. pro comm. ἐειβρεμετῶν θηρῶν. Ἐειβρεμέτας Dor. pro comm. ἐειβρεμέτης, ex iiſdem compoſitum, quibus ἐείβρομος, quod occurrit Ol. Od. XI. θὴρ autem κατ' ἐξοχὴν leo, quandoque vocatur, vt Il. γ. θηρὶ ἐοικὼς, hoc eſt, λέοντι. Ineptè quidem θηρᾶν putarunt eſſe infinit. modi verbi θηράω. Sed hoc cum per ſe ſatis cadat, refutare non eſt opus.

αἰετοῦ ἅτε. Hoc ἅτε relatiuum eſt ad ἀλώπηξ. Dor. pro ἥ. q.d. ἥπερ ἀλώπηξ ἀνακεκλιμένη ὑπτία ἐπέχει τὴν τοῦ ἀετοῦ ὁρμήν. Vulpecula robuſtiores aues (vt ſunt Aquila, vultur,) captatura, humi ſeſe tanquam mortuam reſupinat, eáſque vnguibus & dentibus aduolantes excipit, quum id minimè obſeruant.

ῥόμβος. Hoc eſt, ὁρμή. quæ vox occurrit Ol. Od. 13. Hîc ſignificat impetum

aquilæ vulpem ex alto petentis, & ſeſe per gyros ſenſim demittentis.

ἀναπτυάμβα Dor. pro comm. ἀναπτυαμβὸν, hoc eſt ἀνακεκλιμβὸν, ὕπτια vide ἀναπτυάμβυ Ol. Od. 6.

χρὴ ᾗ πᾶν. Sententia qua docet in certamine finem eſſe victoriæ, quam quocunque tandem modo mediòque conſequi licet. Nam (vt ait Virgil.) dolus an virtus quis in hoſte requirat? Porrò his verbis videtur excuſare velle Meliſſum, qui ſi congrediatur aliquando cum proceriore, is qui humili ſit ſtatura, non mirum fuerit, ſi arte & ingenio quod deeſt corpori compenſabit. Qui putant hæc de victoria pancratio iam parta dici, putant etiam poëtam innuere velle Meliſſum arte non robore rem geſſiſſe, & reſupinato corpore viciſſe.

ἀμαυρῶσαι. Hoc eſt, ἄδοξον καταστῆσαι: vel ἐλαττῶσαι: ſicuti apud Heſiod. Ῥεῖα δέ μιν μαυρῶσι θεοί.

παράφρασις. — ἐπῳδ. κῶλ. ιε. — μετάφρασις.

Atque hoc quidem facere poſſit Meliſſus, qui quanquam non eſt procerus ac ingens vt Orion, ſed pre illo ſtatura viſu contemptibili, hoſti tamen cum quo pugnam committet, facilè fiat grauis. Qualis Hercules Alcmenæ filius, vir ſtatura quidem præ gigante breuis, ſed animo inflexibili præditus, qui ab antiqua Cadmi ditione Thebis, in frumenti feracem Libyam ad domos Antæi profectus eſt vt compeſceret immanem & crudelem gigantem, hoſpites occidere ſolitum, quorum cranijs, amputatis Neptuni templum operiret.

οὐ γὰρ φύσιν Ὠαριώνειαν ἔλαχεν.
ἀλλ' ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι,
συμπεσεῖν δ' αἰχμᾷ βαρύς.
καί τοι ποτ' Ἀνταίου δόμους
Θηβᾶν ἀπὸ Καδμειᾶν, μορφὰν βραχὺς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος,
προσπαλαίσων ἦλθ' ἀνὴρ
τὰν πυροφόρον Λιβύαν,
κρανίοις ὄφρα ξένων
ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι.

*Non enim ſtaturam Orioneam ſortitus eſt: ſed contemptibilis quidem aſpectu, ad confligendum autem haſta grauis. Atque adeò ad Antæi ædes Thebis à Cadmeis, ſtatura breuis, ſed animo inflexibilis, colluctaturus venit vir in triticiferam Libyam, cranijs vt hoſpitum Neptuni templum operientem cohiberet.*

οὐ γὰρ φύσιν. Comparatione cum Hercule, Meliſſi ſtaturam humilem excuſat. φύσιν, Hoc eſt ἡλικίαν; qua ſignificatione vſitatius eſt φυὰ quàm φύσις, quam poëta Ὠαριωνείαν appellat. i. ὑπερμεγέθη. Nam Orion ingens fuit, Oto & Ephialto, qui ἐννεόργυιοι erant, procerior, authore Homer. Od. λ. v. 308. Porrò Ὠαριώνειος epentheſi poëtica τοῦ α effertur, pro Ὠριώνειος, ſicuti Ὠαρίων pro Ὠρίων.

ὀνοτὸς. Hoc eſt μεμπτὸς, ψεκτὸς, εὐκαταφρόνητος. Fit hæc vox ab ὀνόω *vitupero, contemno*. Idem ὄνομαι. Vocem αἰχμᾷ ſumit pro ἀγῶνι vel ἄεθλῳ.

καί τοι ποτ'. Exemplum Herculis qui quanquam hominum vulgo procerior erat: ſtatura tamen cedebat Anteo, qui ſexaginta cubitis altior erat, teſte Strab.

l.17.& Plutarcho in vita Sertorij, à quo Antæi ſepulchrum apertum fuiſſe dicit, & corpus 60 cubitorum repertum. Vide Nat.Com.hanc Antæi & Herculis luctam referentem. ποτ᾽. per apoſtrophen pro ποτὶ Dor.pro comm. πρὸς. Schol.pro ποτὲ ſumit.

Ἀνταίου δόμοις. Fortè intelligit Lyxum oppidum, qui locus Antæi regia dicitur. Θηβᾶν Καδμειᾶν. Dor.genit.pro comm. Θηβῶν Καδμειῶν: vbi epitheton notandum ad differentiam aliarum eiuſdem nominis vrbium.

μορφάν. Hoc eſt, τὸ σῶμα μικρὸς κατὰ τὸν Ἀνταῖον. τὸν δὲ θυμὸν ἀκαταμάχητος. Libyam πυροφόρον appellat ratione illius partis quæ ad Aegyptum accedit: alioqui magnas habet ſolitudines.

κρανίοις ὄφρα. Quod Pindarus tribuit Antæo, Bacchylides ab Eueno, Sophocles ab Oenomao, alij à Diomede Thracio factum memorant.

παράφρασις.

Qui Alcmenæ filius poſtquam vniuerſum terrarum orbem peragraſſet, & cani maris profunda præcipitia habentis latitudinem inueniſſet, & nauigationibus freta manſuefeciſſet ſublatis è medio latronibus, in cœlum inter Deos relatus conſcendit. Et nunc apud Iouem ægide armatũ præſtantiſſima fœlicitate fruẽs habitat, & à Dijs immortalibus, quibus eſt dilectus, honore afficitur: idémque aurearum ædium dominus, Heben habet vxorem, & Iunonis antea infenſæ eſt gener.

στροφὴ δ. κῶλ. ι.

υἱὸς Ἀλκμάνας. ὃς Οὔλυμ-
πονδ᾽ ἔβα, γαίας τε πάσας,
καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς
ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ
ναυτιλίαισί τε πορθμὸν ἁμερώ-
σαις.
νῦν δὲ παρ᾽ Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλ-
βον
ἀμφέπων ναίει, τετίμα-
ταί τε πρὸς ἀθανάτων φίλος,
Ἡ-
βαν τ᾽ ὀπυίει χρυσέων οἴ-
κων ἄναξ, καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

μετάφρασις.

*filius Alcmenæ: qui Olympum adijt, terráſque omnes, & in præceps profundi cani maris inueniſſet latitudinem, nauigationibuſq; fretum manſuefeciſſet. Nunc verò apud Aegiochum pulcherrimam fœlicitatem amplectẽs habitat, & honore affectus eſt ab immortalibus,* illorum *amicus, Hebæque concumbit, aurearum ædium dominus, genérque Iunonis.*

ὃς Οὔλυμπονδ᾽ ἔβα. Hoc eſt, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη. Ὄλυμπος metri cauſa Οὔλυμπος, & pro *cœlo* vſurpatur. γαίας πάσας καὶ ἁλὸς θέναρ ἐξευρὼν dicitur Hercules, quia cùm ad Gades nauigaſſet, ibi terræ maríſque terminum conſtituit. Nam nec mare nec terra vlterior olim reperiebatur. Non ſolùm autem nauigatione, ſed etiam terreſtri peregrinatione mundi plagas omnes manſuefecit, occiſis feris, & latronibus. Quid ſit βαθυκρήμνος, vidimus iam Nem. Od.9.& quid θέναρ Pyth. Od.4. hîc τὸ πλάτος ſignificat. ἁμερώσαις. Aeol.pro ἁμερώσας.& hoc Dor.pro ἡμερώσας ab ἡμερόω. *cicuro, manſuefacio.* Vide Nem.Od. 3.de his laboribus Herculis.

πορθμόν. Intellige fretum Herculeum inter Hiſpaniam & Africam, vel in genere mare. Quòd ſi metro ſatisfacere velis, lege πορθμοὺς in plurali.

νῶϋ. Peractis nimirum terra maríque peregrinationibus, & laboribus. Iouem hîc ἀντονομαστικῶς appellat Αἰγίοχον. Hercules eſt γαμβρὸς Ἥρας, quia Hebe eius eſt vxor, quæ ex Iunone abſque patre ortum duxit. Sic de Romulo aliíſque nonnullis heroibus Horat.Ep.ad Auguſt.2.lib.

*Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux,*
*Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti.*

Od. 8. l. 4.

*ſic Iouis intereſt*
*Optatis epulis impiger Hercules.*

παράφρασις.

Cui ſupra Electridem, vnam ex ſeptẽ portis Thebarum, ab Electra Cadmi ſorore dictam, vbi fanum habet, eiúſque ex Megara filiorum eſt ſepulchrum, nos Thebani ciues epulum ſolenne ſacrúmque quotannis adornantes, recentibúſque coronis aras cingentes, honore etiam augemus parentales dies, quibus eâdem opera victimas adolemus fortibus & bellicoſis octo filijs quos illi Megara Creontis Thebanorum regis filia peperit. Durat autem hoc ſacrificium à ſolis occaſu ad ortum: adeò vt per totam noctem flamma perennis exoriens nidoroſo fumo ſurſum ſublato aërem feriat.

ἀντισρ. κῶλ. ι.

τῷ μὲ Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν
δαῖτα πορσύνοντες ἀστοὶ,
καὶ νεόδματα στεφανώ-
ματα βωμῶν, αὔξομεν
ἔμπυρα χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόν-
των,
τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρεοντὶς
υἱούς.
τοῖσιν ἐν δυσμαῖσιν αὐγᾶν
φλὸξ ἀνατελλομένα συνεχὲς
παννυχίζει, αἰθέρα κνι-
σᾶντι λακτίζοισα καπνῷ.

μετάφρασις.

*cui quidem Electras ſupra* portas *epulum adornantes ciues, & recens ſtructa coronamenta altarium, cumulamus inferias ære inſtructorum octo mortuorum, quos Megara peperit ipſi Creontis* filia *filios: quibus in occaſu radiorum* ſolis *flamma exoriens aſsidue pernoctat, ætherem nidoroſo feriens fumo.*

τῷ μὲ. Nimirum Ἥρας γαμβρῷ, ac proinde Herculi, cui, & eius ex Megara filijs octo, diuini poſt mortem honores habiti ſunt. Porrò hic articulus τῷ, vel pro ſubiunct. ᾧ vel loco pronominis τούτῳ, poët. ſumendus eſt.

Ἀλεκτρᾶν. Dor. genit. pro Ἠλεκτρῶν. ſubaud. πυλῶν. Ἠλέκτραι vel Ἠλεκτρίς, vna ex ſeptem Thebarũ portis verſus Platæas, ab Electra ſorore Cadmi dicta. *Pauſan. in Bœot.* Prope hanc olim habitauit Amphitryo, item Hercules, fuit & ibi Herculis ex Megara filiorum ſepulcrum, ipſiúſque Herculis fanum, vnà cum Gymnaſio & ſtadio, quorum vtrumque ab Hercule nomen eſt mutuatum. Hic Thebani quotannis Herculi ſacra fecêre, eiúſque ex Megara octo filijs.

δαῖτα πορσύνοντες. Hoc eſt, τὴν θυσίαν παρέχοντες. Nam quum veteres ſacra faciebant, epulum inſtituebant. Quod attinet ad verbum πορσύνω, alia ſignificatione occurrit Pyth. 4. in his πρὸς οἶκον τοῦτον πορσύνοντ᾽ ἄγω, alia etiam eadem in Oda, καὶ τόδε συνθέμενος ῥῆμα πόρσυνε. vide locum.

νεόδματα στεφανώματα βωμῶν. Schol. exponit νεωστὶ στέμματα βωμῶν, fortè quia

quotannis aræ recentibus coronis ornabantur. Chryſippus ipſas aras ἐκ περιφερ-στεως dici putat. Abſurdum autem prorſus eſt quod κατ' παραγωγὴν idem νεόδματα pro Νέμεα dici putarit. Nulla enim Nemeorum hic mentio. Νεόδματος Dor. pro comm. poët. νεόδμητος. q. d. νέον ſeu νεωστὶ δμητὸς h. e. νεόδμημένος *recens ſtructus.* Fit δμητὸς à 3. perſ. præt. paſſ. δέδμημαι verbi δέμω, *ſtruo.*

ἔμπυρα. Scholiaſtes exponit τὰ ἔντομα *cæſas victimas*, quæ poſtea adolentur. Suidas τὰ καιόμενα ἱερεῖα, & Heſych. τὰ καιόμενα ἱερὰ *victimas quæ cremantur.* Ex his πυρκόοι, ſeu θυοσκόοι futura conijcere ſolebant.

χαλκοαρᾶν. Dor. genit. plur. pro comm. χαλκοαρῶν. A recto Dor. χαλκοάρας, comm. χαλκοάρης. Ambiguum autem vtrum deduci debeat à χαλκὸς & ἀρό-μενος. i. αἰρούμενος. i. φονευθεὶς. quia occiſi ſunt ab Hercule: vnde Schol. χαλκοαρᾶν interpretatur βιαιοθανάτων *per vim occiſorum*: & hanc vocem paſſiuè ſumit. An verò à χαλκὸς & ἄρω, hoc eſt ἁρμόζω, *adapto* q. d. ὁ χαλκὸν h. e. χαλ-κᾶ ὅπλα ἀραρότα σώματι ἔχων *qui ærea arma corpori adaptata habet*: quo ſenſu Schol. ſumpſiſſe videntur, exponendo etiam χαλκοαρᾶν, τῶν πολεμικῶν. Atque hoc modo malim interpretari, quia veriſimilius eſt poëtam laudare velle hos Herculis filios à bellica virtute, quàm cædis illorum à patre perpetratæ mentionem facere.

ὀκτώ. De numero liberorum Herculis ex Megara variant ſententiæ: item de nominibus. Poëta noſter octo numerat, ſed non nominat. Dionyſius ἐν πρώτῳ κύκλων, *vt notat Schol.* duos habet, ſcil. Θηρίμαχον & Δηϊκόοντα: tertiúſque ex Euripide eſt Λεοντόδημος. Aeneas Argiuus quatuor recenſet. Θηρίμαχον, Κρεοντιά-δην, Δηϊκόοντα, Δηΐονα. Pherecydes quinque, Ἀντίμαχον, Κλύμενον, Γλῆνον, Θηρίμα-χον, Κρεοντιάδην, quos in ignem à patre coniectos dicit. Batus ſeptem Πολυδώ-ρον, Ἀνίκητον, Μηκιστόφονον, Πατροκλέα, Τοξόκλειτον, Μενεβρόντην, Χερσίβιον. Menecrates octo fuiſſe aſſerit, ſed nomina non recenſet. Hos Ἀλκαΐδας non Ἡρα-κλεΐδας nominatos fuiſſe teſtatur, cùm pater ipſorum nondum Ἡρακλῆς appellaretur.

θανόντων. Quis occiderit hos viros, variant ſententiæ. Nam alij ab Hercule occiſos volunt, adacto ad inſaniã Iunonis ira, vnde fit vt Caſſandra apud Lycophronem, τεκνοραίστην appellet Herculem. Socrates Augiæ dolo cæſos teſtatur. Alij à Lyco rege Neptuni filio: alij à peregrinis interfectos putant. Hyginus in fabulis narrat, Lycum Neptuni filium, cùm putaret Herculem periiſſe, Megaram Herculis vxorem ducere, filióſque Therimachum, & Ophitem interficere voluiſſe: ſed interueniſſe Herculem, & Lycum occidiſſe. Poſtea Herculem à Iunone inſanum redditum fuiſſe, illóſque filios ſuos Therimachum & Ophitem interfeciſſe.

τὸν. Artic. præpoſit. pro ſubiunct. ὅς. Porrò alij Μεγέρα, alij Μεγάρα, atque ſic quidem meliùs legunt. Hæc fuit Creontis Thebanorum regis filia: quam ſibi non ſat fauſtis auſpicijs coniunctam Hercules ratus dimiſit, vt refert Pauſan. in Phoc. Alia Megara fuit Celei vxor, ac Triptolemi mater. Porrò Κρεοντὶς patronymicum eſt nomen à Κρέων.

τοῖσιν. Ion. & poët. artic. præpoſit. pro ſubiunct. οἷς. & δυσμαῖσιν, pro δυσμαῖς.

αὐγᾶν Dor.genit.plur.pro comm.αὐγῶν,supple τοῦ ἡλίου. Annotat Schol. Heroibus vesperi totáque nocte sacra fieri solita: Dijs verò mane.

ἀντελλομένα Dor.pro comm. ἀνατελλομένη, h. e. ἀναφαινομένη. Propriè enim ἀνατέλλειν, de sole dicitur & de Luna.

συνεχὲς παννυχίζει. Hoc est, συνεχῶς λάμπει διὰ πάσης τῆς νυκτός. Vel δι' ὅλης τῆς νυκτός, μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου πυρκαϊὰ μένει.

λακτίζοισα Dor,pro λακτίζουσα. Dura,dithyrambicáque metaphora,pro ψαύουσα, θιγγάνουσα τοῦ αἰθέρος. vel πλήττουσα τὸν αἰθέρα. Fortè tamen voluit innuere fumum attolli & quandoque repelli ab aëre,quemadmodū qui calcitrant, calcaneum ferunt referúntque. λακτίζειν τὸν ἀέρα dixit Lucianus in Gymnasijs sub initium.

κνισάεντι καπνῷ. *Fumus* dicitur *nidorosus* ob adipem & carnes quæ assantur, flamma autem fumum attollit & volutat. Vnde Homerus Κνίση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ. Doricum est κνισάεις pro comm. poët. κνισήεις, εντος, & per crasin κνισοῦς, οῦντος.

παράφρασις.

Et cùm hæc celebritas constet ex sacrificijs, ludísque funebribus biduo peragendis, priori die sacra faciunt, posteriori anniversaria certamina, vbi robur corporis operatur, finem celebritatis facientes, peragunt. Atque in his quidem, Herculeis videlicet ludis, Melissus hic, myrtea corona funebribus ludis adhiberi solita ter pro tribus victorijs euasit conspicuus. Quarum duas quidem ætate virili est consequutus, scilicet secundam & tertiā: vnam autem, eámque primam cùm puer esset, & prudentissimo consilio aurigæ Orseæ bono temonis gubernatori obtemperasset: quem simul cum ipso, ad gratiam vtrique instillandam, iucundo hoc meo encomio decanto.

ἐπῳδ. κῶλ. ιε.

καὶ δεύτερον ἆμαρ ἐτεί-
ων τέρμ' ἀέθλων
γίνεται, ἰσχύος ἔργον.
ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
μύρτοις ὅδ', ἀνὴρ διπλόαν
νίκαν ἀνεφάνατο, παίδων
τὰν τρίταν πρόσθεν, κυβερ-
να-
τῆρος οἰακοστρόφου
γνώμᾳ πεπιθὼν πολυβού-
λῳ. σὺν Ὀρσέᾳ δέ νιν
κωμάζομαι, τερπνὰν ἀποστάζων
χάριν.

μετάφρασις.

*& postera dies anniuersariorum terminus certaminum est, roboris opus. Ibi dealbatus caput myrtis hicce, Vir duplicem victoriam conspiciendam prabuit: puerorum tertiam antea, gubernatoris temonem regentis consilio obsequutus prudentißimo. Cum Orsea igitur ipsum celebro hymno, iucundam destillans gratiam.*

καὶ δεύτερον ἆμαρ. Intellige hîc τὴν ὑστεραίαν sequentem diē à sacris: non autem τὰς ἑξῆς ἡμέρας δύο μετὰ θυσίαν. *biduum post sacrum.* Nam horum duorum quæ in ambiguo relinquit Scholiastes, illud videtur verisimilius. Anniuersarium hoc festum Heraclea vocabant: postridie sacrificiorum celebrabatur ἐπιτάφιος ἀγών. Eadem & Iolea, ab Iolao nominabantur.

τέρμ' ἀέθλων. Hoc est, τέλος ἀγωνισμάτων ἐνιαυσίων. Hoc enim festo & celebri

certamine clauditur & terminatur annua ſolennitas.

ἰσχύος ἔργον. Hæc certamina ſunt ἰσχύος ἔργον: quia non ingenio, ſed robore certamen initur. Lucta, curſus, aliáque id genus, robore perficiuntur.

ἔνθα. Nempe in Ioleis, ſeu Herculeis. λευκωθεὶς, hoc eſt στεφανωθεὶς, vel κοσμηθεὶς. Nam dealbari non poteſt caput, myrtea corona, ſiquidem viridis eſt myrtus. Quare λευκόω. *dealbo*, ſume pro λαμπρῶς κοσμῶ. ſiquidem quod λευκὸν eſt, idem eſt λαμπρὸν. Myrto autem coronabantur victores Ioleorum, & Herculeorum, quia certamen erat funebre; mortuis autem & funebribus ludis adhibebantur myrteæ coronæ.

ὅδε. Intellige Meliſſum ad quem totus redit finem hymni facturus poëta. Poſt hanc vocem ſcribendum eſt comma. Nam ſequentia denotant non perſonam, ſed ætatem qua tres his Thebanorũ certaminibus victorias reportauit. Quare ἀνὴρ ὢν δὶς κατὰ τὸν ἐπιχώριον ἀγῶνα ἐνίκησε. παῖς δὲ ὢν πρόσθεν τὴν τρίτην νίκην ἐνίκησε. Quod diſertè oſtendit poëta, quum ait ἀνὴρ διπλόαν νίκαν ἀνεδήσατο, παίδων τὰν τρίταν πρόσθεν. Quare errat Schol. quum hoc exponit δὶς μὲν ἐν παισίν. ἅπαξ δὲ ὅτε ἐγένετο ἀνήρ.

τὰν τρίταν. Cùm de tribus victorijs loquatur, duáſque iam enumerauerit, ſupereſt tertia: quæ quanquam eſt ordine prima, quia ætate puerili obtigit, tertia vocatur, quia duæ poſteriores ætate virili partæ, priore loco ſunt declaratæ.

οἰακοστρόφου. Epitheton aurigæ ἀπὸ τοῦ τὸν οἴακα στρέφειν. Significat autem οἴαξ tum *clauum, gubernaculum nauis*, tum *temonem*.

γνώμα Dor. pro γνώμη. Hoc eſt βουλή. Quod ad πεπιθὼν attinet, iam occurrit Od. 3. Pyth. in his γνώμαν πεπιθών. Tribuitur puero auriga peritus, qui procul dubio vocabatur Orſeas: ſiquidem hunc cum Meliſſo celebrare vult. Cùm autem ad hæc certamina equeſtria non ſit opus vnctore, ſed auriga, ideo puto hallucinatos eſſe eos qui cum Scholiaſte, Orſeam ἀλείπτην eſſe dixerunt.

νιν. Intellige Meliſſum. κωμάζομαι, Hoc eſt ὑμνέω. qua ſignificatione apud poëtam ſæpe occurrit. τερπνὰν Dor. pro comm. τερπνήν. Porrò τερπνὰν χάριν appellat τερπνὸν ἐγκώμιον.

ΦΥΛΑΚΙΔΑ

ΦΥΛΑΚΙΔΑ ΑΙΓΙΝΗΤΗ, παγκρατίῳ.

PHYLACIDAE AEGINETAE, pancratio victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Ε.

ODE V.

# ARGVMENTVM.

*HOc encomium constat Phylacidæ laudibus sumptis à victoria tum Isthmiaca tum Nemeęa, à fratre Pythea victorijs claro, à maioribus Aeacidis, patre Lampone, patria bonis legibus instructa, maiorum Aeginetarum rebus præclarè gestis, tandem ab vnctore Pythea.*

παράφρασις.

O Thia Solis mater celeberrima, tui causa, videlicet cũ hic tuus filius aurũ pro symbolo habeat, homines existimarunt aurum esse possessionum cæterarũ præstantissimam. Nam qui è nauibus instructis in mari contendunt, quíque in terris ex curribus decertant, in prælijs, quorum ob veloces mutationes incertus est euentus, admirabiles fortitudine se præstant, ídque ô regina studio parãdi auri quod in pretio habent, quódque optando, te honorant:

στροφὴ α. κῶλ. η.

Μᾶτερ ἁλίου πολυώνυμε
Θεία,
σέο γ' ἕκατι καὶ μεγασθενῆ νόμισαν
χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων.
καὶ γὰρ ἐριζόμεναι
νᾶες ἐν πόντῳ, καὶ ἐν ἅρμασιν ἵπποι,
διὰ τεὰν ὦ 'νασσα τιμὰν,
ὠκυδινάτοις ἐν ἁμίλλαις θαυμασταὶ πέλονται,

μετάφρασις.

*Mater Solis multi nominis Thia, tui causa etiam præpotens existimarunt aurum homines præstantius cæteris. Nam certantes naues in mari, & in curribus equæ, propter tuum ô regina honorem volubilibus in prælijs admirandi existunt,*

Φυλακίδα. Phylacides Lamponis filius, auum habuit Cleonicum, fratrem Pytheam, qui omnes certaminibus insignes fuerunt: quò fit vt hoc & sequenti hymno eorum mentionem honorificam faciat: & à Nemeæa victoria Pytheam Nem.5. laudarit. De Aegina, & pancratio alibi dictum.

εἶδος ε. Quæritur an ordine recto collocati sint hi duo hymni, quintus & sextus. Existimat Schol. sextum εἶδος priùs quinto compositum, ideóque ei præponendum. Sextum enim vnius Isthmicæ victoriæ meminit, nec alteram tacuisset, si eam tum Phylacidas consequutus fuisset. Hoc verò quintum duas Isthmicas victorias recenset. Is autem qui Pindari Odas ordine collocauit, deceptus est (vt putat Hephæstion) verbis hisce Odæ sequentis, δεύτερον κρατῆρα Μοισαίων, quæ ad hoc εἶδος respicere existimauit: cùm tamen respiciant potiùs ad quintum Nemeorum Pytheæ scriptum. Sed cùm nullius sit momenti tam exquisita ordinis obseruatio, nihil immutandum videtur.

μᾶτερ. Exordium sumitur ab auri commendatione: quod vt elegantius reddat poëta, per apostrophen compellat Thiam matrem Solis, cui aurum tanquã symbolum tribuitur. Solent autem chymici singulis planetis suum metallum assignare, Soli aurum, Lunæ argentum, Saturno plumbum, Ioui stannum, Marti ferrum, Veneri æs & cuprum, Mercurio hydrargyrum. Ex hoc autem loco poëtæ, id iam veteres commentos esse colligere est. Porrò Thia mater Solis ab Hesiodo etiam in Theogonia dicitur, in his,

Θεία δ' ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε σελήνην
Γείναθ' ὑποδμηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

Θεία autem, vt docet Schol. dicitur Solis mater, quòd sit ἡ θέας, καὶ ἡ ὄψεως αἴτιος ὁ ἥλιος, vel ἀπὸ τοῦ θεῖν. Nam Sol indefinenter lucet, cœlum percurrens.

πολυώνυμε. Vulgata versio rectè habet, & κατὰ λέξιν *multi nominis*: vt apud Horatium, *multi nominis mulier*, dicitur *quæ celeberrima* est. Cauendum est legas vno vocabulo *multinominis*: nam significat, *qui multa habet nomina*, quod poëta hoc loco non vult. Scholiastes voce τιμία non sat exprimit emphasin huius epitheti, quod πολύφημον significat, & ἔνδοξον. sicuti πολυώνυμον Κιλίκιον ἄντρον Pyth. Od.1.

σέο γ' ἕκατι. Hoc est, διὰ σέ. *propter te* vt pote Solis matrem, Sol autem aurum pro symbolo habet, tum propter colorem, tum propter materiæ soliditatem, quam radij solares ita constrinxerunt, vt vix ab igne dissoluatur.

καὶ μεγασθενῆ. Hoc est, καὶ ἄγαν ἰσχυρὸν τὸν χρυσὸν, περιοσῶς τῶν ἄλλων κτημάτων νομίζουσιν οἱ ἄνθρωποι. De auri potentia vide Oden Horatij, cuius initium, *Inclusam Danaën turris*, &c. & passim apud authores. περιώσιον. Hæc vox in Lexicis satis exponitur.

καὶ γάρ. Ratio propositionis de præstantia auri, quam probat, à nauigationibus, à bellis, & certaminibus. Nam propter aurum, *hoc est*, diuitias ista suscipiuntur. Naues dicuntur ἐριζόμεναι ἐν πόντῳ siue διὰ τὸ ἐμπορεύεσθαι, siue διὰ τὸ πολεμεῖν, καὶ ναυμαχεῖν.

ἵπποι. *Equæ* commodiùs quàm *equi*, hîc dicentur, propter ἐριζόμεναι fœmineum præcedens, quanquam per ζεῦγμα, masculinum genus subiungere liceret.

Equæ autem vſitatiores fuerunt, præſertim in certaminibus, vnde Virgil. *Eliadum mittit palmas Epirus equarum.* Per naues, naualia, per currus & equos terreſtria prælia intellige. Nam, vt paſſim liquet, veteres ex curribus pugnabant.

ὦ ̓ νασσα. Pro ὦ ἄνασσα, ſicuti ὦ ̓ ναξ pro ὦ ἄναξ, ὦ ̓νθρωπε pro ὦ ἄνθρωπε. tribuit autem Thiæ quod auro propriè competit, & τίμιον eſt apud homines. Ita ab Horatio *regina pecunia* nuncupatur.

ὠκυδινάτοις. Dor. pro comm. ὠκυδινήτοις. Ὠκυδίνητος, eſt poët. vox comp. ex ὠκὺ aduerb. pro ὠκέως, *celeriter*: & δινητὸς *volubilis*, à δινέω, *agito, voluo*. Atque hoc tribuitur prælijs metonymicè, quod conuenit præliantibus, quos oportet agiles & veloces eſſe, vt ab aduerſario ſe tueantur, eúmque vincāt. Vel ipſa prælia vocantur ὠκυδίνητα ob celerem mutationem quæ in ipſis accidit.

θαυμαστοὶ. Si ita legamus, vel referetur ad ἵπποι, genere maſculino: vel ad νᾶες & ἵπποι, ídque genere fœminino. Solent autem Attici & poëtæ in compoſitis & deriuatis adiectiuum maſculinum nominibus ſubſtantiuis adiungere. Nonnulli legunt hîc θαυμασταὶ, æquè bene.

παράφρασις.

Sed non ſunt huiuſmodi athletarum vota, qui gloriam duntaxat expetunt. Nam qui vel lucta qua manuum robur exercetur, vel curſu quo pedum celeritas probatur, crebras victorias reportauit, & coronatus redijt, voti compos factus eſt, & ex certaminum contentionibus optatam gloriam obtinuit: in quibus Deorum ope & beneficio virorum virtus & fortitudo probatur. Duo autem ſunt quæ ſi florentes & vigentes opes comitentur, vitæ iucundum florem alunt & fouent,

ἀντιστρ. κῶλ. η.

ἐν δ' ἀγωνίοις ἀέθλοισι ποθει-
νὸν
κλέος ἔπραξεν, ὅν τιν' ἀθρόοι στέ-
φανοι,
χερσὶ νικάσαντ', ἀνέδησαν ἔθει-
ραν,
ἢ ταχυτᾶτι ποδῶν.
κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀν-
δρῶν.
δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον
μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλ-
πνιστον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ,

μετάφρασις.

*ſed in contentionibus certaminum optabilem gloriam obtinuit ille, quem frequentes coronæ, manibus victoriam adeptum, redimierunt comam, aut velocitate pedum. Iudicatur autem fortitudo propter Deos virorum. Duo verò vitæ florē ſola paſcunt ſuauiſſimum, florida cum fœlicitate,*

ἐν τ' ἀγωνίοις. Tertium enumerationis membrum de certaminibus, quorum duas duntaxat ſpecies, curſum & luctam, proponit: ad hæc autem aurum etiam requiritur. Et quanuis duorum tantùm mentionem faciat, cætera non excludit. Hoc Scholiaſt. οἰκείως ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ἁρμάτων ſumit. Et cùm ſequatur κλέος ἔπραξεν dicit poëtam ſuo more à plurali numero ad ſingularem delabi. Sed abſurdum eſt, ſiquidem conſtrui poteſt, cum ὅντινα, ſubaudito ἐκεῖνος: vt omnes alij interpretes agnouerunt. Porrò non mihi ſatisfacit aliorum expoſitio in hunc locum. Quod ad me attinet puto Pindarum dicere velle, res miras ab homini-

bus, naualibus & terreſtribus prælijs fieri ſtudio diteſcēdi, ſed in certaminibus ludíſque ſacris gloriam tantùm ex victoria captari. Itaque vt hanc ſtudiorum diuerſitatem exprimam, quæ mihi magis probatur, lego ἐν δ' ἀγωνίοις ἀέθλοις, &c. vbi δὲ aduerſatiua erit particula pro ἀλλά. Iudicet lector.

ἔπραξεν. Hoc eſt, περιεποίησεν *acquiſiuit*. Ante ἔθειραν ſubaudi præpoſitionem κατὰ. q.d. ὅν τινα στέφανοι πολλοὶ, ἀνέδησαν κατ' ἔθειραν. Lege νικάσαντα Dor. pro νικήσαντα, & ταχυτᾶτι, pro ταχυτῆτι. Per manus, pedúmque celeritatem, curſum & luctam innuit.

κρίνεται δ' ἀλκά. Hoc non malè exponit Scholiaſtes δοκιμάζεται δὲ ἡ τῶν ἀνδρῶν ἀλκὴ τῇ τῶν Θεῶν εὐμαθείᾳ. Item περίεστι δύναμις διὰ τοὺς Θεούς. Nam hîc agitur de bellis & certaminibus, in quibus hominum fortitudo probatur, non ſine numine: ſiquidem ἐκ Θεῶν πᾶσαι μηχαναὶ, &c. Hæc autem interpretatio, διὰ τοὺς Θεοὺς, & τῇ τῶν Θεῶν εὐμαθείᾳ facit vt mihi videatur Schol. legiſſe δαίμονας; quod cùm Aldina editio habeat, retinendum puto: & ſic conſtruo, ἀλκὰ δὲ ἀνδρῶν κρίνεται διὰ δαίμονας. vide Latinam paraphraſin. Aretius διὰ δαίμονα interpretatur, διὰ πλοῦτον: ſed malo Scholiaſten ſequi, illum verò refutare nolo vt ſim breuis.

δύο δέ τοι. Similis ſententia occurrit Pyth. Od. 1. ep. vlt. Olymp. 7. antiſtr. 1. & in fine 5. Olymp. Quanquam autem indefinitè videtur ad quemlibet pertinere, tamen peculiariter reſpicit ad Phylacidam, quem, vt puto, ſignificare vult his vitæ bonis eſſe munitum, & monere vt his acquieſcens vlterius altiúſque non tendat. ζωᾶς ἄωτον ἄλπνιστον meo iudicio vocat, illas hominis ætates quæ ad res gerendas ſunt aptæ, quæque ſunt tāquam flos vitæ humanæ iucundiſſimus & ſuauiſſimus, vel innuit poëta vitam illam hominis eſſe ſemper florentem & ſuauem quum quis εὖ πάσχει, & εὖ ἀκούει. μοῦνα metri cauſa poët. pro μόνα. & ποιμαίνοντι Dor. pro comm. ποιμαίνουσι. metaphoricè, pro θάλπουσι.

ἄλπνιστον. Schol. exponit τὸ ἥδιστον, καὶ προσηνέστατον. Hoc vocabulum planè eſt Pindaricum, & videtur eſſe deducendum tanquam ab ἀλπνὸς rejecto θ. pro θαλπνὸς. Quemadmodum autem καλὸς habet comparat. καλλίων, ſuperl. κάλλιστος: ſic formabitur ἀλπνίων, ἄλπνιστος. Compoſitum ἔπαλπνος habemus Pyth. Od. 8. Legunt plerique ἀνέλπιστον, alij τὸ ἄλπιστον eodem ſenſu: ac ſi poëta dicere velit ἄωτον ἀνέλπιστον ζωᾶς *florem vitæ inſperatum*: quia paucis iſtiuſmodi fœlicitas cōtingit: quò reſpiciens Schol. ἀνέλπιστον exponit δυσέλπιστον, *quod vix ſperare poſſis*.

εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ Schol. exponit ἀνθηρᾷ σὺν εὐδαιμονίᾳ: *cum florenti fœlicitate*. Et fortè quia ὄλβος *diuitias* ſignificat ſæpiſſime, *vigentes diuitias* innuere vult.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| videlicet cœptorum ſucceſſus, & laus: vt quum quis in virtutis ſtudio rem pro- | εἴ τις εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ.<br>μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι. πάντ' ἔχεις, | *ſiquis rem proſperè gerens bene audiat. Ne quæras Iupiter fieri:* |

εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.
" θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.
τὶν δ' ἐν Ἰσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετὰ
Φυλακίδα κεῖται. Νεμέᾳ δ' καὶ ἀμφοῖν,
Πυθέᾳ τε, παγκρατίου. τὸ δ' ἐμὸν,
οὐκ ἄτερ Αἰακιδᾶν
κέαρ ὕμνων γεύεται.
σὺν χάρισιν δ' ἔμολον
Λάμπωνος υἱοῖς,

*omnia habes, si ad te horum sors peruenerit "bonorũ. Mortalia mortales decent. Tibi autẽ apud Isthmum duplex florens virtus ô Phylacida reposita est: in Nemea etiam ambobus, ô Pytheáque pancratij. Sed meum non sine Aeacidis cor hymnos gustat. Cum Gratijs autem veni Lamponis filijs,*

ſperè gerit, indéque nominis celebritatem conſequitur. Quorum bonorum cuicunque ſors obtigerit, omnia quæ capere poteſt humana conditio, poſſidet: cúmque mortales mortalia deceant, diuinitatem affectare non debet. Tibi autem hæc obtigerunt, Phylacida, qui virtutis ſpecimẽ edidiſti partis duabus apud Iſthmum pancratij victorijs, vnáque in Nemea eodem certamine, vt & tu frater illius Pythea. Quoties autem Aeginenſem aliquẽ celebro, eo ſum animo, vt Aeacidarum laudes attingere velim. Itaque in gratiam & honorem Lamponis filiorum, gratioſo carmine me confero.

εἴ τις. Refert ea duo quæ mortalibus ad beatitudinem perficiendam neceſſaria ſunt, ſcil. τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὸ εὖ ἀκούειν. Quæ exponenda cenſeo quemadmodum Od. Pyth. I. τὸ δὲ παθεῖν εὖ, πρῶτον ἀέθλων. Itaque hunc locum ex illo explica. Exiſtimo igitur poëtam dicere velle ὅτι ἐπιτυχεῖν ἀέθλων καὶ ἀγῶνος, καὶ κατὰ τὴν ἀρετὴν εὖ πρᾶξαι, ἐπιτυχόντα δ' ἀνυμνεῖσθαι, ἄκρα ἐστὶν εὐδαιμονία. Nam hîc agitur de athleta cuius ſummam fœlicitatem in victoria & laude ponere ſolet Pindarus. Quare qui hoc interpretati ſunt, *Siquis commoditatibus vitæ fruens, bene audiat*: verborum quidem ſignificationem, ſed non mentem authoris expreſſiſſe mihi videntur. Quod hîc λόγον ἐσλὸν ἀκούειν, dicit poëta ἀδεῖαν ἀκοὰν κλύειν I. Pyth. Od. antiſtr. 5.

μὴ μάτευε. Simile conſilium dat Olymp. Od. ε. μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι. Hîc obſerua eum cùm priùs indefinitè loqueretur, nunc loqui ac ſi quempiam directè alloquatur. Vero autem eſt conſentaneum hæc in Phylacidæ gratiam dici, quem à diuitijs, à virtute athletica, & prædicatione poëtica, ſummam, quanta poteſt mortali contingere, beatitudinem accepiſſe innuit. Quia autem homini accidit maiora ſemper capeſſere, eum, alióſque omnes ita fortunatos officij monet, vt his acquieſcant, & contenti hîc ſubſiſtant.

πάντα ἔχεις εἴ σε. Rectè Schol. hoc exponit, ἀπόχρη γάρ σοι τὸ τῆς εὐδαιμονίας τὸ μέγεθος, ἐάν σε τούτων καλῶν μοῖρα τις καταλάβῃ. Itaque eum in Latina paraphraſi ſequimur. Atque hæc eſt prima ratio cur vlteriorem fœlicitatem homo quærere non debeat: nimirum quia omnia habet quorum capax eſt hominis conditio: altera ſequitur, quia mortales mortalia decent.

τὶν δ' ἐν Ἰσθμῷ. Abſoluto exordio venit ad Phylaciden, ad quem in eo reſpexiſſe iam oſtendimus. Primùm igitur laudat ipſum à duplici victoria Iſthmica; quam pancratio partam accipimus à ſequentibus. θάλλοισ' ἀρετὰ, Dor. pro comm. θάλλουσ' ἀρετή.

Νεμέᾳ ϑ̓. Supple ἀπὸ κοινοῦ, præpositionem ἐν: quanquam ſæpe etiam omittitur in hiſce. καὶ ἄμφοιν. Scilicet *tibi, tuóque fratri Pytheæ*. Ideóque Schol. ſubaudit σοὶ, ante Πυθέᾳ τε quod in datiuo non incommodè ſumit. Quod ſi Πυθέα ſit vocatiui caſus, repetendum erit poſt ἄμφοιν, τὸ Φυλακίδα, hoc pacto ἐν Νεμέᾳ δὲ καὶ ἄμφοιν, Φυλακίδα, Πυθέα τε θάλλοισα παγκρατίου ἀρετὰ κεῖται. Eligat lector: mihi perinde eſt vtrouis modo accipias. Quod ad Pytheæ victoriam Nemeæam, laudatur ε Nem.

τὸ δ' ἐμὸν. Dicit ſe ſolere Aeacidarum mentionem facere quotieſcunque aliquem Aeginetam laudat, quod paſſim videre eſt. Atque hic locus eſt laudis à maioribus Aeacidis ad quos Phylacidæ & Pytheæ genus refert. Item à Lampone patre. Hoc autem ſic explico, ἡ δὲ καρδία μου οὐκ ἄνευ τῆς τῶν Αἰακιδῶν μνήμης τῶν ἐγκωμίων ὑμετέρων γεύεται, ἀλλὰ κἀκείνους ὑμνῶ μεθ' ὑμῶν.

σὺν χάρισι δ'. Hoc eſt, σὺν χαρίεντι ὕμνῳ εἰς τοὺς Λάμπωνος υἱοὺς ἦλθον εἰς ταύτην τὴν εὔνομον πόλιν Αἴγιναν. Perperam Schol. σὺν χάρισι καὶ σὺν Λάμπωνος υἱοῖς explicat. Nam σὺν, ἀπὸ κοινοῦ non eſt capiendum: cùm ſenſus ſit poëtam cum Gratijs in Aeginam veniſſe in gratiam filiorum Lamponis. Itaque υἱοῖς in datiuo, non ablatiuo ſumendum. Hinc autem arguere poſſis communem eſſe Phylacidæ & Pytheæ fratribus hunc hymnum.

παράφρασις.

ad ciuitatem illam Aeginam bonis legibus inſtructam. Cuius ſtudia cùm ad puram donorum diuinorũ viam calcandam, nec vũlgarem proinde, ſed diuinã virtutem exercendam ſint cõuerſa, nemo inuidia percitus ægrè ferre debet, quòd laudes ipſius pro laboribus, ob quorum ſucceſſus meritò gloriari poſſit, meis hymnis immiſceo. Etenim nihil inuſitati facio, cùm heroës qui bellica fortitudine claruerunt, ſui nominis prędicationem lucrati ſint, & carminibus quæ ad citharam, tibiámque ſonorum varietate iucundam cani ſolent, in perpetuum celebrentur.

στροφὴ β. κῶλ. η.

ταύδ' ἐς εὔνομον πόλιν. εἰ δὲ τέτραπται

θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαράν,

μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότ', ἀοιδᾷ

κιρνάμεν αὐτὶ πόνων.

καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ

λόγον ἐκέρδαναν. κλέονται

δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν, ἐν αὐλῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς

μετάφρασις.

*in hanc bonis legibus inſtitutam ciuitatem. Quod ſi conuerſa eſt diuinitus datorum operum viam in puram, ne inuideas gloriationem conſentaneã carmine me miſcere pro laboribus. Etenim ex heroibus ſtrenui bellatores famam lucrati ſunt: celebrantur autem ínque citharis, in tibiarúmque omniſonis clamoribus*

πόλιν. Aeginam intelligit vrbem Aeginæ inſulæ: cuius à iuſtitia, boníſque legibus laudes in alijs quoque Aeginenſium victorum hymnis habemus.

εἰ δὲ τέτραπται. Noua ſententia qua Aeginam laudat à virtute diuinitus data. Metonymicè autem ciues intellige, & ex ciuibus præſtantiſſimos. Quibus ſuam

laudem afferit non esse inuidendam, siquidem hoc aliorum exemplo facit, qui heroës clarissimos celebrarunt, quibus ex officio debetur merita merces laudis. τέθαπται nempe Αἴγινα πόλις εὔνομος. Videtur autem commendari hæc ciuitas à fortitudine bellica, cuius specimen nauali prælio aduersus Xerxem edidit. Quod colligere est ex eo quòd rationem reddens cur non inuidenda sit illi sua laus, dicit καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ. Exemplum autem de simili debet accipi.

θεοδότων ἔργων. Opera præclara suo more Deo accepta refert. θεόδοτος idem ac θεόσδοτος, quod occurit Pyth. 4. vbi θεόσδοτον δύναμιν dixit. ἂν pro ἀνὰ per. Vox κόμπος occurrit eadem significatione Isthm. 1. Od. antistr. 3. vbi, quemadmodum hîc, præclaris viris laudem dicit non inuidendam. κιρνάμεν Ion. & Dor. pro κιρνᾶν, à κιρνάω *misceo*: hîc metaphoricè sumitur.

κόμπον ἐοικότα. Hoc est, ὕμνον προσήκοντα πρὸς τὸ ἀπολαμβάνειν ἐξ αὐτοῦ κόμποις αὐτῶν τῶν κατορθωμάτων. Porrò ἐοικὼς hîc exponi debet, *congruens*, *consentaneus*, imò etiam *meritus*: qua significatione dicit Homerus ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ: *merita morte iacet*.

καὶ γὰρ Ratio superioris assertionis, à consuetudine hactenus obseruata. Heroes πολεμισταὶ. h. e. ἀνδρεῖοι. λόγον h. e. φήμην, καὶ ἐγκωμιαστικὸν ὕμνον. Emphaticè dicit ἐκέρδαναν. Nam re præclarè gesta, lucri hoc fecerunt, ac proinde citra fauorem, atque ex merito laudem consequuti sunt. Εκέρδαναν cum Schol. est legendum, vt satisfiat metro. Nam δα breue est in Aor. 2. at longum in primo.

κλέονται δ'. Hoc est, ὑμνοῦνται δ' ἔν τε κιθάραις καὶ αὐλῶν τ' ποικίλαις συμφωνίαις. Verbum κλέομαι poët. est pro comm. κλείομαι, in voce passiua, ab actiua κλείω. *laudo*. hoc habet Homer. Odyss. γ.

ἐγὼ δ' ἐν πᾶσι Θεοῖσι
Μήτι τε κλέομαι.

φορμίγγεσσιν Dat. Ion. & poët. pro comm. φόρμιγξι.

παμφώνοις. Hyperbole pro πολυφώνοις, vnde fit vt Schol. exponat ποικίλαις. Idem ὁμοκλαῖς interpretatur συμφωνίαις. Porrò ὁμοκλὴ fit ab ὁμοῦ & κέκλεσθαι *simul hortari*, teste Eustathio. éstque *hortamentum, quod fit cum vociferatione*: vnde ὁμοκλάω vel ὁμοκλέω *hortor vociferando*. συμφωνία autem αὐλῶν hîc appellatur ὁμοκλὴς quia χορευτὰς sua varietate ad saltationem aptè obeundam excitat, ac velut hortatur. Alias significationes huius vocabuli pete ex Lexicis.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Quinetiam encomiasticæ orationis materiam, Iones beneuolentia venerationem consequuti, disertis oratoribus præbuerunt. Exempli causa, in illustribus solennium sacrificiorũ | μυρίον χρόνον. μελέται δ' σοφισταῖς Διὸς ἕκατι πρόσβαλον σεβιζόμενοι. ἐν μὲν Αἰτωλῶν θυσίαισι φαεν-ναῖς, | in infinitum tempus: commentationem verò sophistis Iouis voluntate præbuerunt in veneratione habiti. In Aetolorum quidem sa- |

diebus, Oenei filij strenui apud Aetolos; equorum agitator & auriga peritissimus Iolaus apud Thebanos, Perseus apud Argiuos, Castor & Pollux bellica fortitudine clari apud Lacedæmonios, quorum ciuitatem Eurotas fluuius præterlabitur, honore afficiuntur.

Οἰνεΐδαι κρατεροί.
ἐν δ' Θήβαις ἱπποσόας Ἰόλαος
γέρας ἔχει. Περσεὺς δ' ἐν Ἄργει·
Κάστορος δ' αἰχμὰ, Πολυδεύ-
κεός τ' ἐπ' Εὐρώτα ῥεέθροις.

*crificijs illustribus Oenidæ strenui. Thebis autem equorum agitator Iolaus honorem habet Perseus verò Argis: & Castoris virtus bellica, Pollucísque ad Eurotæ fluenta.*

μυρίον χρόνον. Hoc rectè exponit Schol. πάντα χρόνον, vel διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. *per omne tempus*, h. e. *in perpetuum*.

μελέταν δ' σοφισταῖς. Hoc est, καὶ τοῖς ῥήτορσι λόγων, vel ἐγκωμίων φροντίδα. Schol. τοὺς ποιητὰς per σοφιστὰς, intelligit, quia poëtas σοφοὺς appellabant, vt vidimus 1. Ol. Od. str. 1. in σοφῶν μητίεσσι. Sed vt neque Scholiasten, neque eum sequutos ego sequar, facit propria nominis σοφιστὴς significatio, quæ quondam hæc erat, λογογράφος, ῥήτωρ. de qua plura pete ex Lexicis. Item vox μελέτη, quæ est, *commentatio*, item *declamatio*, &c. vide etiam Lexica.

Διὸς ἕκατι. Phrasis poëtica. hoc est, διὰ τὴν τοῦ Διὸς γνώμην. Et σεβιζόμενοι h. e. τιμώμενοι, σεβόμενοι, θαυμαζόμενοι. Porrò προσβαλον. Aor. 2. negl. augm. pro προσέβαλον: à verbo προσβάλλω, quod Schol rectè exponit παρέχω: quod & παρατίθημι, & παραβάλλω rectè exponas.

ἐν μὲν Αἰτωλῶν. Confirmatio per exempla. Primum ab Aetolis. Οἰνεΐδαι ab omnibus legitur præterquam à Schmidio, qui quia Οἰνεὺς non Οἰνεεὺς dicitur, rectè legit Οἰνεΐδαι. Oeneus fuit rex Aetoliæ, filios habuit Meleagrum, & Tydeũ, Tydeus Diomedem. Hi rectè κρατεροὶ vocantur ob fortitudinis specimina quę ediderunt. Vocem φαεννὸς vide Pyth. 4. in φαεννᾶς ὀπός.

ἐν δ' Θήβαις. Secundum à Thebanis exemplum: apud quos Iolaia celebrantur, in Iolai honorem: qui dicitur ἱπποσόας, quia fuit Herculis auriga. Hoc autem vocabulum vide Pyth. Od. 2. in his τὰ μὲν ἱπποσόαισιν ἄνδρεσσι. Per γέρας, intellige τιμήν. Porrò tertium exemplũ ab Argiuis apud quos honoratur Perseus. Quartum à Spartanis apud quos Dioscuri coluntur: quorum *virtus bellica* metonymicè vocatur αἰχμή. De fluuio Eurota vide Ol. ς. str. β. παρ' Εὐρώτα πόρον. Quia autem hic est Laconiæ fluuius, poëta Spartam intelligi vult.

παράφρασις. ἐπῳδ. κῶλ. ια. μετάφρασις.

In Aegina verò insula, olim Oenone dicta, prædicantur heroes magnanimi, Æacus, eiúsque filij: qui bis idque duabus in expeditionibus, Ilium Troia-

Ἀλλ' ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες ὀργαὶ
Αἰακοῦ, παίδων τε. τοὶ καὶ σὺν μάχαις
δὶς πόλιν Τρώων πράθον, ἑσπόμενοι

*Sed in Oenona magnanimi spiritus Aeaci, filiorúmque. Qui & in prælijs bis vrbem Troianorũ euerterunt, norum*

norum vrbem populati sunt. Primùm quidē quando Herculem Telamon secutus est aduersus Laomedontem, qui pro liberata à ceto Hesiona promissos equos non dederat. Deinde quum Achilles Pelei filius, Achillis Neoptolemus, & Telamonis filij Aiax & Teucer, Atrei filios Agamemnonem & Menelaum, Menelai vxorem Helenam à Paride raptam repetentes, comitati sunt. Cuius

Ἡρακλῆϊ πρότερον,
καὶ σὺν Ἀτρείδαις. ἔλα νῦν μοι πέδοθεν.
λέγε τίνες Κύκνον, τίνες Ἕκτορα πέφνον,
καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον
Μέμνονα χαλκοάραν;
τίς ἄρ᾽ ἐσλὸν Τήλεφον
τρῶσεν ἑῷ δορὶ Καΐκου παρ᾽ ὄχθαις;

*sequētes Herculē priùs, & cum Atridis. Musa currum impelle nunc mihi à terra. Dic, quinam Cycnum, quinam Hectorem interfecerūt, & ducem exercitus Aethiopum intrepidum Memnonem ære instructum? quis strenuum Telephum vulnerauit sua hasta Caici ad ripas?*

belli posterioris in mentionem cùm inciderim, animum excita, ô Musa, & ex humili stylo in sublimem erige, dicque mihi, quinam Cycnum (neque enim vnus vir hoc præstare potuit) quinam Hectorem, intrepidúmque Aethiopum regem Memnonem æreis armis aptè instructum interfecerunt? Quis sua hasta strenuo Telepho in Mysia, per quam transit fluuius Caicus, vulnus inflixit?

ἐπὶ ἐν Οἰνώνᾳ. Postremum exemplum ab Aeginetis, apud quos Aeacus eiúsque filij sunt in pretio maximo. In hoc explicando diutius moratur cùm hic hymnus in Aeginensem virum sit conscriptus. De Oenona vide N.ε.Ep. 1. Οἰνώνᾳ Dor. pro Οἰνώνῃ h.e. Αἰγίνῃ. Dicuntur ὀργαὶ μεγαλήτορες Αἰακοῦ παίδων τε, pro Αἰακὸς καὶ αὐτοῦ παῖδες μεγαλόψυχοι ἢ ἀνδρεῖοι τὸ τρόπον.

πόλιν Poët. pro οἱ. Τρώων πόλιν Periphrasticè *Ilium*. πράθον. Per metathesin & rejecto augm. pro ἔπαρθον. Aor. 2. verbi πέρθω. Hanc historiam vide Olymp. Od. η. str. γ. & in precedentibus habes. Herculem sequuti sunt Telamon: Atridas, Agamemnonem scilicet & Menelaum, Aiax, Teucer, Achilles, Neoptolemus.

ἔλα νῦν μοι. Amplificaturus Aeacidarum laudes in persona Herculis, Musam vt pote in re ardua, inuocat. ἔλα est imperatiuus verbi ἐλάω à poëtis vsurpari solito, pro comm. ἐλαύνω: quod simpliciter sumptum significat, vel, *equum agitare*, vel, *currum impellere*. vt hoc loco. πέδοθεν. h.e. ἐκ τοῦ πέδου, ac proinde ἐκ ταπεινοῦ πέδου, εἰς ὕψος. Nam vis aduerbij è loco, hoc à consequenti significat. Quare non potest significare ἐπ᾽ εὐθείας ὁδοῦ, καὶ δι᾽ ὁμαλοῦ, *per rectam viam & planam*. Neque tota phrasis ἔλα πέδοθεν, exponi ἐξ ἀρχῆς ἀνύμνησον, *à principio cane*, vt vult Schol. quia laudes propositas, non petit poëta à primis rebus gestis: & duntaxat videtur petere, vt sublime laudis argumentum, non humili sed sublimi dicendi genere persequatur.

τίνες. Quanquam vnius Achillis facta recenset, nihilominus, plurali numero interrogat, vt magis illum laudet, quòd fecerit solus illud quod à multis fieri debuisset, adeò erat arduum. Iam autem str. ε. Olymp. Od. β. mētionem huius rei fecit: quem locum consule. χαλκοάραν. vide hanc vocem. Isthm. δ.

τίς ἄρ᾽. Sic legendum duplici de causa, scil. quia interrogatio id postulat, item ratio metri. Cratandrina editio meliùs habet quàm reliquæ omnes τίς δ᾽

ἄρ'. Nisi quòd δ' officit metro. Reliquæ præter metrum legunt γὰρ, non præter sensum: siquidem τίς γὰρ in interrogatione frequens est. Porrò cùm dixisset τίνες in plurali, nunc τίς in singulari dicit.

Τήλεφον. Tres enumeratos occîdit Achilles: Telephum hunc tantummodo vulnerauit. Nam cùm hic Mysiæ dux Græcos Ilium petentes à transitu per suã ditionem prohiberet, aliósque omnes præter Achillem & Patroclum fugasset, ab Achille hasta, quæ Pelias Iliad. π. appellatur, vulneratus est. Quum autem non posset curari vulnus, oraculum consuluit, à quo monitus est ab eadem hasta qua vulnus inflictum erat, petendum remedium. Itaque Achilli reconciliatus, ab eo ferruginem hastæ accepit, qua cum alijs conuenientibus rebus commixta, sanatus est.

Καΐκου παρ' ὄχθαις. Periphrasis pro, *in Mysia*. Nam Caicus est Mysiæ fluuius, vnde 4. Geor. Virgil. *Mysúsque Caicus*, dicit.

παράφρασις.

Hoc vtique fecerunt illi, quorum ob virtutem, patriam Aeginam insulam hominum fama illustrem prędicat. Olim autem oblata sunt illis ardua negotia, quæ virtutis suæ excelsa magnitudine peragerent. Et nunc de illorum fortitudine testimonium exhibere possit vrbs Aiacis Salamis, quam Aeginensium classis nauali prælio liberauit. quum ibi aduersus Xerxem confixêre, ac inter Græcos cæteros insignes victoriam obtinuêre, innumerabilibus hominibus cæsis, & tãquam copioso imbre, crebráque grandine Iouis voluntate oppressis.

στροφὴ γ. κῶλ. η.

τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν
διαπρεπέα νᾶσον. τετείχισται δὲ πάλαι
πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.
πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς
γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
κελαδέειν. καὶ νῦν ἐν Ἄρει
μαρτυρήσαι κεν πόλις Αἴαντος, ὀρθωθεῖσα ναύταις

μετάφρασις.

Illi scilicet *quibus Aeginam profert os patriam illustrem Insulam. Exstructa est autem iamdudum turris altis virtutibus conscendenda. Multa quidem rectiloqua lingua mihi tela habet ad resonandum de illis. Et nunc in bello testari poßit vrbs Aiacis constabilita à nautis*

τοῖσιν. Pindarus à Musa petijt plurali numero quinam Cycnũ, Hectorẽ, Memnonem occiderint: quis Telephum vulnerarit. Musa nunc respondet eodem numero, quanuis vnus hoc fecerit: ac dicit, illi quibus illustrem insulam Aeginam patriam profert os hominũ. In his obserua τοῖσιν artic. præposit. pro subiunct. οἷς: & hoc construe cum διαπρεπέα νᾶσον: & στόμα pro λόγος seu φήμη metonymicè. q. d. poëta: τούτοις πέφνον ἄνδρες οἷσιν διαπρεπῆ νῆσον Αἴγιναν πατρίδα ὁ λόγος ἀνθρώπων διαφημίζει.

τετείχισται δέ. Pergit laudare Aeginam ab antiquis, & recentibus virtutum speciminibus. Ab antiquis, quum dicit, τετείχισται δέ, &c. Hoc est, κατεσκεύασται δὲ πάλαι χαλεπὰ πράγματα πρὸς τὸ τὴν αὐτῶν μεγίστην ἀρετὴν ἀσκεῖν. Nam πύργος allego-

ricè mihi videtur hîc ſignificare, *ardua negoria*, quę ſe virtuti exigenda offerunt. A recentibus, quum dicit, καὶ νῦν ἐν ἄρει, &c. Cùm autem non obſeruatum fuerit, illud πάλαι & νῦν ſibi inuicem reſpondere, acceptum eſt hoc quaſi per *turrim* poëta ſignificet *hymnum*, & laudes iam olim ſat excelſæ Aeginetis eſſent extructæ: variáſque expoſitiones proponit Scholiaſtes. Ex paraphraſi Latina connexionem, & claritatem ſenſus accipe.

πολλὰ μ. Allegoricè dicit ſe habere amplam encomij materiam. Nam τοξεύματα ſunt ἐγκωμιαστικοὶ λόγοι. Et ſolet poëta tales metaphoras vſurpare, vt 2. Olymp. πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη. Porrò περὶ κείνων legendum: vt referatur ad ſuperiora τοῖσιν Αἴγιναν. Qui legunt περὶ κεῖνον, non video quò reſpiciant. κελαδέειν, etiam metri cauſa legendum videtur, non autem κελαδῆσαι: præter quam quod in hac ſententia infinitiuus præſentis melius ſonat quàm Aoriſti.

καὶ νῦν ἐν ἄρει. Metonymia notiſſima qua ἄρης pro πόλεμος ſumitur. Hîc intelligit bellum illud quod Xerxes Græciæ intulit. Conflixêre autem nauali prælio ad inſulam Salaminem: vbi Aeginetæ & nauium multitudine, & militari induſtria reliquis ſocijs antecelluerunt, vt refert Herodot. In Vrania.

πόλις Αἴαντος. Nimirum *Salamis*: cuius dominus hæreditario iure erat Aiax Telamonius. ὀρθωθεῖσα ναύταις. h. e. διασωθεῖσα κατορθωσάντων κατὰ τὴν ναυμαχίαν τῶν Αἰγινητῶν.

παράφρασις.

Vnde fit vt multa laudum habeam argumenta ad illos veridica lingua celebrandos. Attamen ô Muſa materiam hanc gloriandi noli nimia laudis amplificatione in præſentiarum extollere, ſed potiùs ob inuidiã paulùm ſilentio irriga. Non enim rectè geſtarum rerum laus ad homines, ſed ad Iouem, Iouem inquam, omnium dominum, bona maláque pro libito diſtribuentẽ, propriè pertinet. At verò victorum iſtiuſmodi facinora honorem merita, quæ nunc ſilentio irrigare volo, amant carmen encomiaſticum inſtar mellis delectabile, quo in præclaræ victoriæ laudem compoſito læti ouant. Cæterùm alius quiſpiam athletices ſtudioſus det operam

ἀντιστρ. κῶλ. η.

ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμὶς, Διὸς ὄμβρῳ,
ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.
ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ.
Ζεὺς τάδε, καὶ τὰ νέμει,
Ζεὺς ὁ πάντων κύριος. ἐν δ' ἐρατεινῷ
μέλιτι, καὶ τοιαῖδε τιμαὶ
καλλίνικον χάρμ' ἀγαπάζοντι. μαρνάσθω τις ἔρδων

μετάφρασις.

*in multis exitiali, Salamis, Iouis imbre, innumerorum hominũ grandinea cæde. Sed tamen gloriationem irriga ſilentio. Iupiter hæc & illa tribuit, Iupiter* inquam *omnium dominus. In amabili verò melle, etiam huiuſmodi honores ob præclaram victoriam gaudium amant. Contendat aliquis res gerens*

ἐν πολυφθόρῳ. *Iouis imbrem multis exitialem,* appellat ſtragem quam Græci,

præcipuè verò Aeginenſes Iouis auxilio ediderunt ad Salaminem:& φόνον χαλαζάεντα: quia telorum quaſi grandine perpetrata eſt, vel quia, vt ait Schol. τὸ τῶν πεπτωκότων πλῆθος ἰσάριθμον ἦν, τῷ χαλαζάεντι Διὸς ὄμβρῳ. cæſorum. multitudo par erat numero grandini Iouis. Innumerorum cædes, quia Perſicorum militum multitudinem non tam numero percensêre, quã area menſurare potuit Xerxes, teſte Herodot. l. 7. χαλαζάεις Dor. pro comm. poëtico χαλαζήεις *grandineus*, à χάλαζα *grando*.

ἀλλ' ὅμως. Referenda hæc ſententia ad ſuperiora, πολλὰ μὲν. Ideóque in paraphraſi Latina hæc duo coniunxi ad perſpicuitatem. κατάβρεχε σιγᾷ h. e. ἐπικάλυπτε σιωπῇ vt rectè exponit Schol. σιγᾷ ſumens in ſexto caſu, non autem aduerbialiter, vt vulgata verſio habet. Emphaſis eſt in metaphorico verbo καταβρέχω: vt innuat poëta, laudes Aeginetarum in ſilentium perpetuum non eſſe immergẽdas, ſed eo tantùm in præſentia rigandas, ac proinde inuidiæ cauſa non nimis ijs inſiſtendum, vt poſtea quaſi refectæ, in nouam occaſionem reſeruentur. Nã vt fœcundiora ſunt quæ irrigantur pluuia; ſic, vt idem Pindarus dicit Iſthm. ς. πολλάκι τὸ σεσωπαμένον εὐθυμίαν μείζω φέρει.

Ζεὺς τάδε. Rectè intelligas ἀντιθετικῶς, τὰ φαῦλα καὶ τὰ ἀγαθά. Nam bona maláque in Deorum poteſtate ſita eſſe credidit antiquitas prophana, vnde Heſiodus,

Ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς, ἀγαθῶν τε κακῶν τε.

Et cùm poëta modo egerit, de Perſarum ſtrage, & Aeginetarum Græcorúmque victoria, triſtem illis, his lætum exitum à Ioue vult immiſſum. Pia ſententia qua non ad homines, ſed ad Deum pertinere docet rerum præclarè geſtarum gloriam.

ἐν δ' ἐρατεινῷ. Dixerat Muſæ, vt gloriationem irrigaret ſilentio: nunc addit, victorum honores nihilominus hoc refugere, & amare καλλίνικον χάρμα ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι, quo periphraſticè, intelligit *hymnum qui dulcedine ſua lætiorem reddit præclaram victoriam*. Sic igitur, meo iudicio conſtruenda hæc ſententia χάρμα δὲ καλλίνικον ἐν ἐρατεινῷ μέλιτι, καὶ τοιαίδε τιμαὶ ἀγαπάζοντι. Vide paraphraſin. Cęterùm quot modis Schol. exponunt, tot etiam obſcurant & implicant. Porrò τοιαίδε τιμαὶ dicuntur τοιαῦτα κατορθώματα τιμῆς αἴτια. Nec de certaminum honoribus intelligendum, ſed ad glorioſam Græcorum, præcipuè verò Aeginetarum victoriam modò relatam, referendum. ἀγαπάζοντι Dor. pro comm. ἀγαπάζουσι.

μαρνάσθω τις ἔρδων. Regreditur ad Phylacidæ commendationem: quem à Cleonico auo paterno laudat, & à progenie ipſius, quam vt virtutis exemplar imitandam proponit. Eſt itaque προτρεπτικὸς λόγος. q. d. ἀγωνιζέσθω τις ἐν ἀγῶσι, καὶ αὐτεχέσθω τῶν ἄθλων γνοὺς καὶ ζηλώσας τὸ τοῦ Κλεονίκου γένος. Vocem μαρνάσθαι, propriè ſignificantem μάχεσθαι, abuſiuè vſurpat pro ἀγωνίζεσθαι.

| περιφέρεσις. | ἐπῳδ. κώλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| certaminibus, & circa illa | ἀμφ' ἀέθλοισιν, γενεὰν Κλεονίκου | *circa certamina, gen-* |

se occupet cognita virtute familiæ Cleonici aui paterni Phylacidæ, quæ tanquã exemplar imitatione digna est. Vtique tenebris non est obuelatum quod viri illi longis laboribus gesserunt. Neq; quantoscunque sumptus fecerint, hoc susceptã pro speratis cœptorũ euẽtibus solicitudinem vlla molestia affecit; cùm gratos successus obtinuerint. Porrò Pytheam vnctorem & magistrum inter athletas manuũ dexteritate pollẽtem ad percutiendum aduersarium, & prudentia valentem ad ei appositè reluctandum, prætermittere illaudatum nolo, quòd Phylacidæ in plagis infligendis impetum & celeritatem direxerit. Accipe igitur ipsi victori coronam ex apio, vittámque flaua lana contextam affer, quam coronæ super imponas. Cum his etiam nouum hunc hymnum mitte, quo huc illuc volante virtutis ipsius fama diuulgetur.

ἐκμαθών. οὔ τοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν. οὐδ᾽ ὁπόσαι δαπάναι,
ἐλπίδων ἔκνισ᾽ ὄπιν.
αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυιοδάμαις,
Φυλακίδα πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι,
χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.
λάμβανέ οἱ στέφανον.
φέρε δ᾽ εὔμαλλον μίτραν.
καὶ πτερόεντα νέον
σύμπεμψον ὕμνον.

*tem Cleonici quum cognouerit. Non sanè excæcatus est longus labor virorum: neque quanticunque sumptus* fuerint, *spei* hoc *curã molestia affecit. Laudo & Pytheam inter mẽbrorũ domitores, quòd Phylacidæ plagarum cursum direxerit, manibus agilem, prudentia reluctantem. Accipe ipsi coronam: & affer pulchros villos habentem mitram: & alatum nouum vnà mitte hymnum.*

οὔ τοι. Laudat familiam Cleonici à laudato laborum successu. q. d. οὐκ ἀποκέκρυπται, καὶ ἀφανής ἐστιν ἡ τῆς πολυχρονίων μόχθων σπουδή. Porrò ἀνδρῶν intelligit τὴν Κλεονίκου γενεάν.

οὐδ᾽ ὁπόσαι δαπάναι. Hic subaudi ἐγένοντο. Et ante ἔκνισε subaudi τοῦτο: vt hic sit sensus: οὐδ᾽ ὁπόσαι δαπάναι ἐγένοντο, τοῦτο τὴν μέριμναν περὶ τῆς μελλούσης νίκης ἐλύπησε. Malo construere ἐλπίδων cum ὄπιν quàm cum δαπάναι. Nam qui sperant, illi de futuro soliciti sunt aut saltem cogitant. Quidam ἔκνισε cum plurali δαπάναι iungunt, quasi sit Pindarica quædam figura: vt non solùm plurale neutrum, sed & masculinum, & fœmininum cum verbo singulari iungatur. Sed insolens illud est: & quanuis Ol. ια legamus μελιγάρυες ὕμνοι, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, tamen suspectus est mendæ locus: qui sic corrigendus videtur; ὑστέρων ἀρχὰ λόγων τέλλεται. Nam in istiusmodi sententijs verbum cum alterutro iungi potest. Sic & Latini loquuntur, vt *Omnia pontus erat*. Aristarchus apud Schol. hoc ita exponit, οὐδὲ ὁπόσαι δαπάναι αὐτοῖς ἐγένοντο, ἐπὶ τῇ ἐκβεβηκυίᾳ ἐλπίδων τῇ περὶ τὴν νίκην οὐκ ἔκνισε τῇ φωνῇ, ἀλλὰ τοὐναντίον ὕμνησε αὐτούς. h. e. *Neque quicunque sumptus ab ipsis facti sunt in spem obtentæ victoriæ, voce offendi, sed contrà ipsos hymno celebrauit*. Vbi videtur legisse, non ὄπιν, sed ὀπὶ voce. Eligat lector.

ἔκνισ᾽ ὄπιν. Eâdem significatione occurrit κνίζω. Nem. ε. ἐπῳδ. 2. τοὐδ᾽ ὀργαὶ κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι. De voce ὄπις: vide Pyth. 4. in ὀπίζομαι.

αἰνέω. Laus ab vnctore, qui Pytheas vocatur, non is quidem Phylacidæ frater, sed ei ὁμώνυμος; vt Scholia docent. γυιοδάμας. Dor. & poët. vox pro comm. poët. γυιοδάμης. q. d. ὁ τὰ γυῖα δαμῶν, siue propria, siue aduersarij. Nam sese mutuò

fatigāt athletæ certando. Itaque γυιοδάμας pro ἀθλητὴς ſumitur. Ante εὐθυπορήσαι ſubaudi διὰ τὸ, vel ἕνεκα τοῦ. Et verbum hoc ſume tranſitiuè pro εὐθύνειν, *dirigere*. q. d. εὐθὺ πορεύειν, *facere rectà ire*: vel ſi vis intranſitiuè ſumere, pro εὐθὺ πορεύεσθαι *rectà ire*, ſubaudi cum Schol. ποιήσαντα. Hæc vox occurrit hac ſignificatione Olymp. Od. 7.

χερσὶ δεξιόν. Pertinet hoc ad Pytheam, in quo manuum dexteritatem commendat & prudentiam, quæ tum ad infligendos, tum ad declinandos ictus neceſſariæ ſunt. πλαγᾶν Dor. pro πληγῶν. Curſum autem plagarum Scholia exponunt, τὴν τῶν πληγῶν ὁρμὴν τε καὶ σπουδήν.

λάμβανέ οἱ. Epilogus hymni per apoſtrophen, vt alij volunt ad Aeginam patriam: alij ad Muſam. Sed, cum Aretio, præconem potiùs alloquitur, qui victorem in cœtu publico proclamare & coronare ſolebat. Iubet vt hæc tria faciat, coronam ei ex apio ſumat: deinde afferat μίτραν εὔμαλλον, Hoc eſt, ταινίαν περιαπλεκομένην στεφάνοις ἐξ ἐρίου ξανθοῦ, ſiquidem vittam ex flaua lana contextam coronis ſuper ponebant. Tertiò vt ſimul cum corona, & vitta mittat hunc hymnum.

πτερόεντα. Alas hymno tribuit quia celeriter famam diuulgat, νέον eundem appellat, quia præferri ſolet nouum carmen priſco: vnde Ol. 9. αἴνει μὲν παλαιὸν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων.

ΦΥΛΑΚΙΔΑ, ΠΥΘΕΑ, Εὐθυμένει μάτρωι.

PHYLACIDAE, PYtheæ, Euthymeni auunculo.

ΕΙΔΟΣ ϛ. ODE VI.

# ARGVMENTVM.

TRes pancratiaſtas, Phylaciden, Pytheam fratres, & eorundem auunculum Euthymenem laudat à Nemeæa & Iſthmica victoria, & Olympicam habet in votis; item à Lamponis fœlicitate, virtute & victorijs: à maioribus Aeacidis, à maioribus Pſalychiadis, ab auo materno Themiſtio, ab

*Aegina patria. Inter quę eſt digreſſio ad Herculis, Telamonis, & Pelei hiſtoriam.*

παράφρασις.

Quemadmodum in lauti virorum conuiuij progreſſu, ſecundum craterem propinare ſolent: ſic ego florente Lamponis filiorum ſtrenuorum athletarũ virtute, ſecundum carmen encomiaſticum illis ſcribo. Primum quidem Ioui, cui funditus primum poculum, conſcripſimus, quum Pytheas pro Nemeæa victoria pulchrè coronatus eſt. Nunc autem ſecundum Neptuno Iſthmi domino, Nereidibúſq; quinquaginta conſcribo: quandoquidem Phylacides Lamponis filiorum natu minimus Iſthmia deuicit. Atque vtinam tertium Ioui Olympio ſeruatori, cuius tertium erat poculum, compingere contingat, & pro victoria Olympica ab illis poſt hac paranda, Aeginam dulcibus hymnis cohoneſtare.

ϛροφὴ α. κῶλ. ιγ.

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου,
δεύτερον κρατῆρα μοισείων μελέων
κίρναμεν Λάμπωνος εὐάεθλου γενεᾶς ὑπὲρ. Ἐν Νεμέᾳ
μὲν πρῶτον ὦ Ζεῦ τὶν, ἄωτον
δεξάμενοι στεφάνων.
νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμῷ, δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε πεντήκοντα, παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. εἴη δὲ τρίτον
σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμπίῳ, Αἴγιναν καταστένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

μετάφρασις.

*Florente virorum vt conuiuio, ſecundum craterem muſicorum carminum miſcemus Lamponis pro bona certatrice gente. In Nemea quidem primùm ô Iupiter tibi, flore accepto coronarum. Nunc autem in Iſthmo, domino, Nereidibúſque quinquaginta, filiorum natu minimo Phylacida vincente. Contingat autem tertium ſeruatori parantes Olympio Aeginam perfundere mellifonis carminibus.*

Φυλακίδα. De Phylacida facta eſt mentio Oda ſuperiore: de Pythea & Euthymene Nem. ε. De ordine huius & præcedentis Odæ dictum etiam initio ſuperioris. Non habet titulus genus victoriæ: ſed ex contextu colligitur illos viciſſe pancratio.

θάλλοντος ἀνδρῶν. Exordium κατ' σύγκρισιν ſumptam à crateribus qui in conuiuio propinantur. q. d. ὥσπερ ἀκμάζοντος συμποσίου δεύτερον κρατῆρα προπίνουσιν, οὕτω καὶ θάλλουσι Λάμπωνος υἱοῖς δεύτερον κρῦμα μουσικῶν ἐγκωμίων στήσομεν. Cum ὡς iungitur ὅτε, & ſignificat *vt, velut*, Pindarico vſu: cuius exemplum non ſuppetit mihi.

δεύτερον κρατῆρα. Tres in primis crateres in conuiuijs adhibebantur. Primus Olympio Ioui: ſecundus Terræ & Heroibus; tertius Ioui Seruatori. Hinc dixit Aeſchylus in ἐπιγόνοις.

Λοιβὰς Διὸς μὲν πρῶτον ὡραίου γάμου,
Ἥρας τε εἶτα τὴν γε δευτέραν κρᾶσιν
Ἥρωσι νέμω. εἶτα τρίτον Διὸς σωτῆρος εὐκταίαν λίβα.

Ita Pindarus duos iam ſcripſit hymnos: primum Ioui, propter Nemeæam vi-

ctoriam Pytheæ: ſecundum Neptuno & Nereidibus, propter horum Iſthmicas victorias: tertium canere optat, ſumpto ex victoria Olympica argumento. Hac igitur de cauſa comparat hunc hymnum cum ſecundo cratere, non quòd temporis, quo ipſum compoſuit, ſed quòd numeri, rationem habeat. Quare conſtat poëtam non reſpexiſſe ad præcedentem hymnum, vt volunt qui haſce Odas in ordinem redegerunt. Vide Eraſ. Chil. titulo *Perficiendi*, in hæc *Seruatori tertius.*

μοισείων. Sic lego, nomen adiectiuum genitiui pluralis, & ſic legiſſe videtur Scholiaſtes, qui exponit μουσικῶν. Sic μουσεῖος κέλαδος, in Epigr. *Muſicus cantus.* Hoc pacto ſatisfit metro, cùm priùs μοισᾶων legeretur, genit. plur. Ion. & breuis eſſet media ſyllaba, quam produci vult ratio metrica. Sic etiam durus duorum ſubſtantiuorum, quanuis poëtæ tolerabilis concurſus euitatur.

εὐάθλου γενεᾶς ὕπερ. Hæc Schol. exponit quaſi de Lampone dicta, quum ait, τουτέστιν, ὑπὲρ τῶν κατορθωμάτων τοῦ Λάμπωνος. Sed de filijs eius verba fiunt. q. d. ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν ἀθλητῶν τῶν Λάμπωνος παίδων. Nam γενεὰ eſt *proles*, & εὔαθλος, i. ἀγαθὸς τοὺς ἄθλους *in certaminibus ſtrenuus.*

ἐν Νεμέᾳ. Exponit propoſitionem. q. d. στεφάνων ἄωτον δεξάμενοι ἐν Νεμέᾳ, σοὶ ὦ Ζεῦ ἐκεράσαμεν τὸν πρῶτον κρατῆρα, τουτέστι τὸν πρῶτον ὕμνον ἐγράψαμεν. Et certè poëta Deum putatum certaminis præſidem, nunquam illaudatum laudando victores prætermittit. Alibi autem oſtendimus Nemea Ioui, qui inde Νεμέαιος dictus eſt, ſacra fuiſſe: in quibus pancratio vicit Pytheas, cui Nem. ε. ſcriptum eſt.

νῦν αὖτ᾽ ἐν. Hoc eſt, νῦν δὲ Φυλακίδου παιδὸς νεωτέρου τὰ Ἴσθμια νικήσαντος, τῷ Ἰσθμοῦ δεσπότῃ Ποσειδῶνι καὶ ταῖς Νηρεΐσι πεντήκοντα τὸν δεύτερον κρατῆρα κίρναμεν, τουτέστι, τὸν δεύτερον ὕμνον γράφομεν. Quæritur quis ſit hic δεσπότης. Neceſſariò eſt Neptunus qui Iſthmius appellabatur, & cui ſacra erant Iſthmia, ſacérque Iſthmus Corinthiacus.

Νηρεΐδεσσι. Poët. dat. pro comm. Νηρεΐσι: quarum numerum vide & nomina quinquaginta in Heſiodi Theogon. à v. 240 ad v. 264. Nereidum in Iſthmica victoria meminit, quia primæ Siſyphum monuerunt vt Iſthmios ludos inſtitueret: vt in libri huius titulum diximus. Porrò νικῶντος, per enallagen dicitur, pro νικήσαντος, vt alibi ſæpe.

εἴη δὲ τρίτον. Hoc eſt, γένοιτο δὲ τὸν τρίτον κρατῆρα κεράσαι, τουτέστι τὸν τρίτον ὕμνον γράψαι, αὐτοῦ τὰ Ὀλύμπια νικήσαντος. Tertius enim crater Ioui Seruatori libabatur, vt ex Aeſchylo docuimus: quod & ἐν ναυπλίῳ Sophocles docet,

Ζεῦ παυσίλυπε, καὶ Διὸς σωτηρίου
Σπονδὴ τρίτου κρατῆρος.

Hic λόγος eſt εὐκτικός. Votum enim facit pro nondum parta victoria Olympica, vt ei contingat, quò tertij hymni materia ſuppetat.

τρίτον. Rationem habent Scholia cur κρατὴρ τρίτος σωτῆρος Διὸς diceretur: nimirum quòd firmi manerent qui tertium poculum bibebant: qui verò ampliùs bibiſſent, contumelioſi, petulantéſque fierent. Hunc τρίτον κρατῆρα etiam

τέλειον

τέλειον appellabant, quia numerus ternarius eſt perfectus, initium, medium & finem habens, quibus in tribus ſita eſt perfectio.

καταστένδειν. Poculi metaphoram ſeruans dicit καταστένδειν pro αἰνμεῖν. Epitheton μελίφθογγος occurrit Ol.Od.6.

παράφρασις.

Summam autem fœlicitatem nacti ſunt, ſumptibus & labore virtutem inſitam exercentes, & gloriam ex ſucceſſibus conſequentes. Nam ſiquis hominum æquo animo ſumptus facit, & labores obit ad exercendas à Deo collatas virtutes, ipſíque fauens Deus, gloriam, cuius vehementi amore tenentur homines, parit: diuino munere honorem cõſequutus, ad ſummum fœlicitatis faſtigium peruenit, in quo tanquam iacta anchora ſtabilitus, fortunæ fluctibus manet inconcuſſus. In his ſtudijs verſatus Lampon Cleonici filius, ſenectutis emeritæ canitiem excipere, & ad Orcum ire optat. Ego autem venerandam Clothonem, eiúſque ſorores Parcas oro vt viri illius amici mei vota pro famæ claritudine ſecundent.

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

" εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε
" χαρεὶς
" καὶ πόνῳ, πράσσει θεοδμάτους ἀρε-
" τάς,
" σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
" δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς
" ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγ-
" κυ-
" ραν θεότιμος ἐών.
τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
ἀντιάσαις, ἀΐδαν, γῆ-
ρας τε δέξασθαι πολιὸν
ὁ Κλεονίκου παῖς. ἐγὼ δ' ὑψί-
θρονον
Κλωθὼ, κασιγνήτας τε προσ-
εν-
νέπω, ἑσπέσθαι κλυταῖσιν
ἀνδρὸς φίλου μοίρας ἐφετμαῖς.

μετάφρασις.

*Siquis enim hominum ſumptúque delectatus & labore, exercet à Deo ſtructas virtutes, ſimúlque ei Deus ſerit amabilem gloriam, extremitates iam ad beatitatis iacit anchorã, diuinitus honoratus exiſtens. Talium moru optat compos factus, Orcum, ſenectutémque canam excipere Cleonici filius. Ego autem alto throno inſidentem Clotho ſororéſque* eius *alloquor, vt ſequantur nobiles viri chari Parcæ preces.*

εἰ γάρ τις. Laus eſt ſumpta à tribus fœlicitatis partibus, prima eſt δαπάνη. ſecunda φιλοπονία: tertia δόξα. Huic aſſimilis ſententia occurrit antiſtr. 3. Od. 1. huius libri. Et ε Olymp. ep. 1. laborem, & ſumptus ad virtutem exercendam coniungit. Hic laudis locus primùm pertinet ad ſuprà dictos Lamponis filios, vt paraphraſis Latina oſtendet. Eandem autem laudem vltima epodo ſuperioris Odæ ijs tribuit. Deinde pertinet ad Lamponem patrem, cui eadem ſtudia tribuit.

πράσσει. Hoc eſt ἀσκεῖ. κατορθοῖ. θεοδμάτοις Dor. pro comm. θεοδμήτους. h.e. ὑπὸ θεῶν δεδομημένας καὶ κατεσκευασμένας. σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει δόξαν. Hoc eſt, ὁ Θεός τε αὐτῷ συμφυτεύει δόξαν ἐπήρατον. Per tmeſin lege σὺν & φυτεύει pro συμφυτεύει. Δαίμων autem, modò θεός, modò τύχη, à Schol. exponitur: atque eôdem res redit.

ἐσχατιαῖς ἤδη. Sic conſtrue, ἤδη βάλλεται ἄγκυραν πρὸς ἐσχατιαῖς ὄλβου: expone au-

tem ἐπ' ἄκρον ἐσχατόν εὐδαιμονίας ἀνθρωπίνης ὁρμίζει, ὥστε αὖ μὴ πορρωτέρω δύνασθαι προελθεῖν. Nota metaphora eſt à nauibus ſumpta, quæ anchoræ iactu firmantur, ne ventis vndíſque concuti queant. Vocem βάλλετ', apoſtropho notatam ſumo in præſenti βάλλεται cum Schol. & interpretor *iacit*, non *iecit*, vt vulgata verſio, aliíque nonnulli. Θεότιμος, poët. ὁ ὑπὸ Θεοῦ τιμώμενος, *qui à Deo honoratur.* vox hæc in lexicis non reperitur.

τοίαισιν ὀργαῖς. Hoc eſt, ὁ Κλεονίκου παῖς Λάμπων τοιούτοις τρόποις συντυχὼν, εὔχεται γῆρας τε καὶ θάνατον δέξασθαι. Laudat Lamponem, quòd in huiuſmodi ſtudijs, vt fœlicitatem huiuſmodi nanciſcatur, optet ad ſenium vſque & mortem perſeuerare: innuítque eundem his fœlicitatis partibus hactenus fuiſſe clarum.

ἀντιάσαις. Aeol. pro comm. ἀντιάσας. Commodè autem vtitur hoc Aoriſti participio: quo non ſolùm innuat Lamponem his fœlicitatis partibus eſſe defunctum hactenus, ſed poſt hac etiam defungi optare vſque ad extremum vitæ terminum.

ἀΐδαν, γῆρας τε. Hyſteron proteron: nam γῆρας præcedit θάνατον. Hîc dictum ἀΐδαν, à conſequenti: nam ἀΐδης eſt *Orcus*, ſeu *ſepulchrum* in quo mortui reconduntur.

ἐγὼ δ'. Votum Pindari pro amico Lampone. Petit à Parcis vt Lampon fiat votorum compos. Atque hîc non reſpicit ad votum pro Olympica victoria, nã iſtud eſt Pindari, non Lamponis: ſed ad fœlicitatem illam ſummam quã optat Lampon, quámque pro eodem poëta petit à Parcis.

ὑψίθρονον. Scholiaſtes τιμίαν interpretatur. Nam θρόνος eſt *ſolium*, ſeu *auguſta ſella*, in qua honorati homines ſedent. Et Parca dicitur ὑψίθρονος quòd in potentiam magnam ſit euecta.

κασιγνήτας τε. Iunge cum hoc vocabulo μοίρας, quæ ſunt Λάχεσις, & Ἄτροπος. Et προσεννέπω expone παρακαλῶ. σπέσθαι pro ἕπεσθαι: ſicuti σπομένων pro ἑπομένων 4. Od. Pyth. ep. 2. ἐφετμαῖς. h. e. εὐχαῖς: etſi propriè ἐντολὰς ſignificet. κλυταῖσιν, exponendum puto, περὶ vel ὑπὲρ τοῦ κλυτοῦ γενέσθαι. Itaque totam hanc ſententiam ſic recolligo & expono, ἐγὼ δὲ τιμίαν Κλωθὼ, καὶ τὰς μοίρας αὐτῆς ἀδελφὰς παρακαλῶ ἀκολουθῆσαι αὐτοῦ φίλου ἀνδρὸς εὐχαῖς ὑπὲρ τοῦ κλυτοῦ καὶ ἔνδοξον γίνεσθαι.

παράφρασις.

Soleo autem (& affero exploratiſſimum eſſe me id conſueuiſſe) vos ô Aeacidæ qui pulcris curribus eſtis inſignes, laudum rore perfundere, quoties ad hanc inſulam, aliquem eius ciuem celebraturus venio. Sexcentæ autem, eæque ampliſſimæ viæ vna ſerie

ἐπῳδ. κώλ. ια.

ὔμμέ τ' ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι

τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι,

τάνδ' ἐπιστείχοντι νᾶσον,

ῥαινέμεν εὐλογίαις.

μυρίαι δ' ἔργων καλῶν

τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι,

μετάφρασις.

*Et vos ô curribus aureis inſignes Aeacidæ, inſtitutum mihi dico certiſſimum eſſe, quum ad hanc inſulam venio, aſpergere vos laudibus. Infinitæ autem facinorum præclarorum*

fectæ funt, quibus veftrorum præclarè factorum encomia perferantur, & ad Nili fontes verfus Meridiem, pérque Hyperboreos ad Septentrionem. Neque adeò barbara, noftráque abhorrens à lingua ciuitas extat, cui fit inaudita gloria Pelei herois, & fortunati Deorum, Nerei fcilicet & Doridis generi, à quibus vxorem accepit Thetidem filiam.

καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν,
καὶ δι' Ὑπερβορέους. οὐδ' ἔστιν οὕτω
βάρβαρος, ὅτε παλίγγλωσσος πόλις,
ἅ τις οὐ Πηλέος ἀΐει κλέος
ἥρωος, εὐδαίμονος γαμβροῦ
Θεῶν.

*fectæ funt centum pedes latæ in ordine viæ, & ultra Nili fontes, & per Hyperboreos. Neque eft ita barbara, neque contrariæ linguæ ciuitas, quæ non Pelei audiat gloriam herois, fœlicis generi Deorum.*

ὔμμε. Laus à maioribus Aeacidis, ad quam apoftrophe ad ipfos tranfit, quorum laudes in genere proponit, quando χρυσαρμάτοις appellat, i. τιμίοις κτ' τὰ ἅρματα, *currruum ftudia auguftos*: deinde à fexcentis facinoribus præclaris, ob quæ famam à Meridie ad Septentrionem extenderunt, eofdem prædicat. In fpecie tres Aeacidas nominatim commendat, Peleum, Aiacem, Telamonem. Hoc ὔμμε, eft dualis numeri, quod licentia poëtica fumitur pro plurali, & Aeolicè formatur, & regitur à ῥαινέμεν.

τέθμιον μοι. Hoc eft, νόμιμον, καὶ συνήθες. Paulò pòft omnes legunt ἐπιστείχοντα: fed quia conftruendum eft cum præcedente μοι, legere malo ἐπιστείχοντι: & fic legiffe videtur Scholiaftes, quum hyperbaticam hanc periodum fic declarat optimè: ἐμοὶ ἢ τὴν δὲ τὴν νῆσον ἐπιπορευομένῳ, φερτέρους ὑμᾶς ὦ χρυσαρματοι Αἰακίδαι νόμιμόν ἐστι ῥαίνειν τοῖς ὕμνοις καὶ ἐγκωμιάζειν.

φαμὶ σαφέστατον. Hoc addit, quia quoties Aeginetam aliquem victorem laudat, in Aeacidarum præconium excurrere & digredi quandoque fufiùs folet.

μυρίαι δ'. Hoc eft, πολλαὶ ὁδοὶ καὶ μεγάλαι εἰσὶ κτ' τὸ ἑξῆς φέρουσαι εἰς τ' ὑμετέρων πράξεων τοῖς ὕμνοις, ὥστε τὴν εὔκλειαν ὑμῶν ἐπὶ τὰ πέρατα τ' γῆς ἥκειν, μέχρι Νείλου καὶ Ὑπερβορέων. Confideranda vox ἑκατόμπεδος quæ à Schol. exponitur μεγάλη. q. d. ἑκατὸν ποδῶν *centum pedum*: ficut ἑκατόμπεδον Hefychius exponit θέατρον ἑκατ' ποδῶν. Et hoc nomen erat Athenis templi quod Παρθενὼν quoque dicebatur, & ab omni parte centum pedes patebat. Vnde colligere eft locum hunc à fpatij magnitudine potiùs quàm à venuftate fic dictum. Quanquam Suidas διὰ κάλλος, καὶ εὐρυθμίαν, οὐ διὰ μέγεθος appellari voluerit: & ex hoc loco ftatuerit Aemilius Portus ἀκυρολογίαν & κατάχρησιν effe, quum ἑκατόμπεδοι κέλευθοι, à Scholiafte μεγάλαι exponuntur. Quòd fi legeretur ἑκατόμποδες, & alicuius exemplaris authoritate lectio niteretur, æquè bonum effet. Quod attinet ad χρῶ iam bis occurrit, videlicet Nem. prima, & vndecima.

πέραν. Legendum fic metri caufa, non πέρα. Νείλοιο Ion. pro Νείλου. παγᾶν Dor. pro πηγῶν. Cùm autem Nilus fit verfus Meridiem, innuit poëta virtutes Aeacidarum ad Meridiem vfque peruulgatas effe. De Nili fontibus, Herodot. l. 2. Paufan. in Attic. & Corinth. Cùm verò Hyperborei, de quibus Ol. 3. putentur Septentrionales populi, innuit eafdem ad Septentrionem effe perlatas.

οὐδ' ἐστι. Ex infinito numero tres excerpit: primum Peleum quem vbique fama cognitum teſtatur. Hîc παλίγγλωσσος Scholiaſtæ eſt τὴν γλῶσσαν ἀλλόκοτος: & Nem. Od. 1. ἐναντιόφημος. vide locum. ἀῦει. poët. pro comm. ἀκούει. Peleus *Deorum gener* eſt, quia Thetidem filiam Nerei & Doridis, marinorum Deorum, Ioue nuptias iſtas procurante, vxorem duxit, vt docet poëta Nem. ε. ſtr. γ. & Nem. δ. Ep. 3.

παράφρασις.

Nulla item cui non innotuerit virtus Aiacis filij Telamonis, & patris eius, quem promptum alacrémque militiæ ſocium Alcmena natus Hercules ad bellum æreis armis gaudens, cum Argiua manu nauibus aduerſus Troiam duxit, ad quam, ob Laomedontis perfidiam qui equos diuino ſemine ſatos, Herculi pro liberata Heſiona promiſſos non dederat, capiendam heroes laborarunt. Et cum illo Telamone belli ſocio Pergamiam arcem expugnauit: Meropum quoque gentes, quæ Coon Cariæ Inſulam adiacentem incolebant, interemit: item immaniſſimũ illum montis inſtar procerum gigantem Alcyoneum, qui boues Solis rapuerat, Phlegræis Thraciæ in campis factum obuium proſtrauit Hercules: nec arcui ſuo pepercit, ſed validis manibus grauiſonum eius neruum intendit.

στροφὴ β. κῶλ. ιγ.

οὐδ' ἄτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα,
καὶ πατρός· τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον
ἆγε σὺν Τιρυνθίοισι,
πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τρωΐαν,
ἥρωσι μόχθον Λαομεδοντιᾶν ὑπὲρ ἀμπλακιᾶν,
ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.
εἷλε δ' Περγαμίαν. πέφνεν δ' σὺν κείνῳ Μερόπων
τ' ἔθνεα, καὶ τὸν βουβόταν οὔρει ἶσον
Φλέγραισιν εὑρὼν Ἀλκυονῆ.
σφετέρας δ' οὐ φείσατο
χερσὶ βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

μετάφρασις.

*Neque quæ Aiacis Telamoniadæ, & patris, quem armis gaudens ad bellum duxit cum Tirynthijs promptum ſocium aduerſus* Troiam, quæ fuit *Heroibus labor pro Laomedontio delicto, in nauibus Alcmenæ filius. Cepit autem Pergamiam* arcem: *occiditque cum illo Tela*mone *Meropum gentes, & bubulcum monti æqualem Phlegris nactus Alcyoneum. Suo verò non pepercit manibus grauiſono* arcus *neruo*

οὐδ' ἄτις. Sequitur ſecundus ex Aeacidis Aiax, quem toto terrarum orbe celebrem reddidit Homerus. ἄτις Dor. pro ἥτις. Item Τελαμωνιάδα, pro comm. Τελαμωνιάδου. καὶ πατρὸς nimirum Τελαμῶνος. τὸν præpoſit. pro ſubiunct. ὃν. Porrò χαλκοχάρμαν Dor. pro χαλκοχάρμην h.e. χαλκοῖς ὅπλοις χαίροντα: quod epitheton referre potes ad πόλεμον, vel ad πρόφρονα σύμμαχον, videlicet Τελαμῶνα.

ἆγε. Dor. pro ἦγε. Synecdochicè dicit Τιρυνθίοισι, pro Ἀργείοις. Nam copias ex Argiuo ſolo, non ex Tirynthe tantùm collegerat, quæ vrbs eſt Argolidis, à qua Hercules Tirynthius heros dictus eſt.

ἥρωσι μόχθον. Subaudi γενομένην. Quod dicit, vel ratione heroum Troiam expugnantiũ: vel ratione heroũ expugnationẽ patientiũ: nam vtrinque labor

ingens exhauftus eft. Ego priori modo malo fumere. Hanc hiftoriam vidimus antiftr. 2. Nem. 3. Item ftroph. 2. Nem. 4. vbi & de Meropibus, & de Alcyoneo vna ferie loquitur, vide locum.

εἷλε δ᾽. Refer ad Ἡρακλέης, quod eft initio primi coli antiftrophes fequentis: & poft Περγαμίαν fubaudi ἀκρόπολιν. Pergama autem, Troiæ munitiffimam arcem appellarunt, exinde quamlibet arcem. σὺν κείνῳ nempe *Αἴαντος πατρὶ συμμάχῳ*. Porrò μερόπων exponimus, non vt vulgata *hominum*, fed *Meropum*: quia Meropes appellati funt Coi, quos Nem. 4. didicimus ab Hercule debellatos.

βουβόταν. Dor. pro comm. βουβότην. Alcyonei epitheton, quia boues Solis raptos abegerat.

σφετέρας δ᾽ οὐ. Hoc eft, χερσὶ δ᾽ κρατεραῖς νευρὰν βαρύφθογγον τείνας οὐκ ἐφείσατο τόξου: vno verbo σφοδρῶς ἐτόξευσε, vel κατετόξευσε. Ionicum eft βαρυφθόγγοιο pro βαρυφθόγγου.

παράφρασις.

Qui cùm Aeaci filium Telamonem ad nauigationis focietatem inuitatum iuiffet, ipfemet vt præco, eum coram conuiuis omnibus citauit. Ac Telamon quidem vir præftantiffimus hunc fortem bellatorem Amphitryonis filium in leonis exuuio ftantem, vini nectaris inftar fuauis libationibus aufpicari iuffit, & deauratam afperámque cælatura phialam qua vinũ excipiebatur, ei porrexit. Is autem extenfis ad cœlum manibus infuperabilibus, huiufmodi preces vocealta concepit. Si vnquã, ô Iupiter pater, meam precationem animo lubenti & alacri audiuifti,

ἀντιστρ. κῶλ. ιγ.

Ἡρακλέης. ἀλλ᾽ Αἰακίδαν καλέων
ἐς πλόον, κήρυξε πάντων δαινυμένων.
τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος
στάντα κελήσατο νεκταρέαις
σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν
Ἀμφιτρυωνιάδαν.
ἄνδωκε δ᾽ αὐτῷ φέρτατος
οἰνοδόκον φιάλαν χρυσῷ πεφρικυῖαν Τελαμών.
ὁ δ᾽ ἀνατείνας οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους,
αὔδασε τοιοῦτόν τι ἔπος. Εἴ
ποτ᾽ ἐμᾶν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
θυμῷ θέλων ἀρᾶν ἄκουσας,

μετάφρασις.

*Hercules. Aeaciden autem inuitans ad nauigationem, præconio citauit omnibus epulãtibus. Hunc quidem in exuuio leonis ftantem iuffit nectareis libationibus aufpicari fortem bellatorem Amphitryoniaden: porrexítque ipfi præftantiffimus vini exceptricem phialam auro horrentem Telamon. Ille verò tendens ad cœlum manus infuperabiles, protulit tale aliquod dictum. Si vnquam ô Iupiter pater, meam animo lubens precationem audiuifti,*

ἀλλ᾽ Αἰακίδαν. Non eft aduerfatiuum ἀλλά, nec refertur ad οὐ φείσατο præcedẽs: fed nouæ orationis initium facit: ideóque exponimus *autem*. Narrat autem vt Hercules ipfe Telamonem adijt, & tanquam præco eum inuitauit & citauit ad focietatem nauigationis aduerfus Laomedontem, de cuius expugnatione modò verba fecit.

ἐς πλόον. Hoc conuenit cum eo quod dixit Telamonem ἐν ναυσὶ ab Hercule ad Troiam deductum. Et certè commodum erat naui eò proficifci, fiquidem mare Aegæum prope Græciam eft,& Europam ab Afia diuidit: & inter Peloponnefum, cuius pars eft Argos, & Afiam vbi Troia fuit, interiacet.

κήρυξε. Vulgata exponit, *nauigationem voce praconis indixit*. Schmidius, *praconio affecit eum*, vt pote quem hac focietate præ alijs dignum iudicaret. Malim ego exponere,*citauit tanquam praco*. Nam neque hic laudis locus,neque præconis alius voce opus,cum ipfemet Telamonem adijffet, & verifimile fit Herculem honoris caufa proprio ore illum magni herois magnum filium ad συμμαχίαν inuitaffe. Aduenifle autem videtur cùm Telamon agitaret conuiuium, & fui aduentus rationem ante cætera reddendo, priùs quàm aliud ageret diceret-ue, eum rogaffe vt fibi expeditionem paranti fuppetias veniret.

τὸν μὲν ἐν ῥινῷ. Leonis Nemeæi exuuium circumferebat Hercules:quem hoc in habitu ftantem Telamon iubet à libatione conuerfationem hofpitalem inchoare.Ex qua actione colligimus antiquos,quum aliquem hofpitio excipiebant, folitos effe primùm Deo libandum vinum offerre.

κελήσατο.Negl.augm.pro ἐκελήσατο. Aor.med. ἐκελησάμην, à verbo κελέομαι, quod à barytono κέλομαι formatur.ἀνιδῦσι νεκταρέαις,h.e. ταῖς ἐξ οἴνου ἡδέος νέκταρος δίκην. Herculem Ἀμφιτρυωνιάδαν à putatitio patre Amphitryone dicit, & καρτεραίχμαν,hoc eft,πολεμικὸν,ὅπλοις δυνατὸν. & καρτεραίχμας Dor.pro comm.poët. καρτεραίχμης.h.e. ὁ καρτερὸς τὴν αἰχμήν.

ἄνδωκε.Dor.& poët.pro ἀνέδωκε,h.e.ὤρεξε. οἰνοδόκος h.e. οἴνου δεκτικὸς,Ion. pro οἰνοδόχος comm.verfo χ in κ. παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸν οἶνον.Hanc phialam χρυσῷ πεφρικυῖαν vocat,h.e.τῇ ποικιλίᾳ τοῦ χρυσοῦ τετραχυμένην. Et Ariftarchus metaphoram ab apris fumptam,qui fetis horrent,hîc agnofcit.

ὁ δ᾽.Nimirum Hercules. αὔδασε Dor.pro ηὔδησε,à verbo αὐδάω. Εἶπεν᾽. Oratio Herculis,quam quantum ftudiofus Telamonis conceperit, prima hæc verba indicant. θυμῷ θέλων,h.e.μετὰ προθυμίας,vel ἑκὼν.Porrò ἀρὰν intellige εὐχὴν,& ἀκούσαις fume negl.augm.metri caufa,pro ἠκούσαις.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. ια. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Nunc te, nunc te inquam precibus impenfis oro vt huic viro ex Eribœa coniuge animofum filium à fato impetratum, nobis qui adfumus hofpitem olim futurum exhibeas: qui quidem inuulnerabili fit corpore, quemadmodum hæc quæ me nunc inuoluit pellis leo- | νῦν σε νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις<br>λίσσομαι, παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας<br>ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἁμὸν,<br>μοιρίδιον τελέσαι·<br>τὸν μὲν ἄρρηκτον φυὰν,<br>ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται | *Nunc tibi, nunc precibus facris fupplico, filium audacem ex Eribœa huic viro, hofpitem noftrum, fatalem vt exhibeas: hunc quidem infracto corpore, quemadmodũ hoc exu-* |

nis: quam feram, primum omnium laborum meorum obiens, in Nemea interfeci: quique cum robore corporis, animi magnitudine simul sit præditus. Quæ cùm locutus esset Hercules, Deus in signum exauditæ à se precationis, magnam aquilam auium reginam ei misit, quo augurio exhilaratus, titillantem animum lætitiam sensit.

θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἀέθλων κτεῖνά ποτ' ἐν Νεμέᾳ. θυμὸς δ' ἑπέσθω.
ταῦτ' ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν Θεὸς
ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.
ἁδεῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιξεν χάρις.

uium me nunc circuit feræ, quam omnium primum laborum interfeci olim in Nemea. Animositas autem sit comes. Hæc illi loquuto misit Deus ducem auiū, magnam aquilam. Suaue autem intus ipsum titillauit gaudium.

νυῶ σε νυῶ. Hoc est, ἐπὶ τῷ παρόντος θείαις εὐχαῖς καθικετεύω, ἀνδρειότατον Τελαμῶνι ἐκ τῆς γαμετῆς Ἐριβοίας φύεσθαι παῖδα. Eribœa autem, quàm Peribœam nominat Pausan. in Attic. Alcathoi fuit filia, Alcathous rex Megarensium, & Pelopis filius. Hinc colligit Schol. Telamonem nondum susceptam prolem desiderasse.

ξεῖνον. Refer hoc ad παῖδα, quem futurum olim præsentibus conuiuis hospitem Hercules Telamoni vouet. ἁμὸν h. e. ἡμέτερον: quæ vox iam occurrit Od. 4. Pyth. in his, μνάσοντ' ἀναστάσαντες ἁμοῖς. Eundem παῖδα dicit μοιρίδιον h. e. *fatalem*, quasi iam à fato his precibus impetratum. Itaque Schol. malè Telamoni hoc tribuit, ac si poëta dicere vellet, λίσσομαι σε τὸν ἐμὸν φίλον Τελαμῶνα εὐτυχῆ τελέσαι, *rogo te vt amicum meum Telamonem fortunatum reddas*: cùm hæc sententia planam hanc constructionem requirat, νυῶ σε λίσσομαι τελέσαι ἀνδρὶ τῷδε μοιρίδιον παῖδα θρασύν, ξεῖνον ἁμόν. Post ξεῖνον ἁμὸν supplendum ἐσόμενον, γενησόμενον, vel tale quid.

τὸν μ̃. Hoc est, τὸν μ̃ ἐσόμενον ἄῤῥηκτον τὸ σῶμα, ὥσπερ ἄῤῥηκτόν ἐστι τόδε με περιπλανῶν δέρμα. Rogat igitur vt, quemadmodum leonina pellis quam circunferebat, erat inuulnerabilis, sic & filius Telamonis fieret inuulnerabilis. Ferunt autem Aiacem toto corpore fuisse inuulnerabilem, exceptis lateribus quæ quòd interposita esset pharetra, pelle leonina tegere non poterat Hercules cùm Aiaci ἀτρωσίαν voueret.

θυμὸς δ' ἑπέσθω. Sequatur nimirum ὁ θυμὸς τῇ φυῇ: vt quemadmodum corpore, sic etiam animo ἄῤῥηκτος esset Aiax: & robore simul atque animositate leoni similis.

ταῦτ' ἄρα. Exauditam à se filij precationem aquila immissa dicitur testari Iupiter. Vidimus in Olymp. Od. β. antistr. ε. Aquilam esse Iouis auem.

ἁδεῖα δ' ἔνδον. Hoc est, ἡδεῖα δ' ἡδονὴ αὐτὸν διέκνισε. Ex quibus videtur Schol. legisse χαρὰ *gaudium*, non χάρις *gratia, beneficium*. Quod si retineatur χάρις, sic exponendum puto, *iucundum autem beneficium* (scil. exauditæ precationis omē) *eum intus titillauit* h. e. *exhilarauit*. Ego vtique χαρὰ præferrem. Hic κνίζειν in bonam partem sumitur: sumpta metaphora ab ijs qui titillando risum velut lætanti mouent.

παράφρασις.

Et tunc, vt pote vir vaticinandi peritus, dixit. Habebis filium quem petis ô Telamon. Virum autem illum summopere robustum, & bellica fortitudine inter pugnantes turmas stupendum, Aiacem, ab auis quæ apparuerat nomine, denominauit. Itaque his dictis ilico consedit. Enimuero hîc mihi in Aeacidarum virtutibus narrandis subsistendum, quas si omnes enumerare vellem, iusto longior esset narratio. Ad Phylaciden, Pytheam, & Euthymenem mihi iam redeundum, ô Musa. Veni enim illis encomium è meo penu prompturus, quod & Argiuorum breuiloquentiam imitatis, paucissimus verbis persequar.

στροφὴ γ. κῶλ. ιγ.

εἶπεν τε φωνήσαις, ἅτε μάντις ἀνήρ.
ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς ὦ Τελαμών.
καί νιν ὄρνιχος φανέντος
κέκλετ' ἐπώνυμον εὐρυβίαν
Αἴαντα, λαῶν ἐν πόνοις ἔκπαγλον Ἐνυαλίου.
ὣς ἄρα εἰπὼν, αὐτίκα
ἕζετ'. ἐμοὶ δὲ μακρὸν πάσας ἀγήσασθαι ἀρετάς.
Φυλακίδᾳ γάρ τ' ἦλυθον Μοῖσα ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων, Εὐθυμένει
τε. τῶν Ἀργείων τρόπον
εἰρήσεταί που κ' ἐν βραχίστοις.

μετάφρασις.

*Dixitque loquutus vt vir vates. Erit tibi filius quem petis ô Telamon: & ipsum aui quæ apparuerat appellauit agnominem valdè robustum Aiacem, turmarum in laboribus stupendum Martis. Sic loquutus, ilico consedit. Mihi autem longum* esset *omnes commemorare virtutes. Phylacidæ enim veni ô Musa dispensator Pytheæque hymnorum, Euthymenique Argiuorum more dicetur vtique paucißimis* verbis.

εἶπέν τε. Significat Hercules Telamoni fore vt filium habeat. φωνήσαις Aeol. pro φωνήσας. ἔσσεται metri causa pro ἔσεται, & τοὶ Dor. pro σοὶ. In memoriam autem augurij ex quo coniecit nasciturum Telamoni filium, ab aquila quæ apparuerat αἴαντα vult appellari, nam αἰετὸς *aquila* est. Sophocles ab αἶ αἶ Aiacem introducit nomen suum deducentem, vt ad suam calamitatem alluderet. κέκλετ'. pro ἐκέκλετο. h. e. ὠνόμασε. Verbum autem κέκλομαι poëticum est, pro comm. κελεύω. At hîc est καλέω, ὀνομάζω. Hunc πολεμικώτατον fore prædicit, inquiens ἔκπαγλον ἐν πόνοις λαῶν ἐνυαλίου, h. e. λαῶν ἀρείων. ἔκπαγλος occurrit antist. 4. Pyth. 4.

ὣς ἄρα. Conclusio orationis Herculis, qua peracta sedit, cùm antè staret: vt σταὐτα ἐν ῥινῷ dixit paulò antè poëta.

ἐμοὶ δὲ. Præscindit longiorem futuram digressionem si Aeacidarum virtutes omnes commemorare vellet: parátque hac transitione sibi epanodon ad institutum encomium Isthmionicorum Aeginensium. q. d. ἐμοὶ δὲ ἀπείρατον λόγῳ τὸ τῶν Αἰακιδῶν πάσας ἀρετὰς διηγήσασθαι. ἦλθον δὲ συντόμως κατὰ τῶν Ἀργείων τρόπον ἐγκωμιάσων Φυλακίδαν, Πυθέαν, καὶ Εὐθυμένην.

ἀγήσασθαι, pro ἡγήσασθαι, & simplex pro composito διηγήσασθαι. ταμίας κώμων, hoc est, δοτὴρ τῶν ἐγκωμίων. Argiuorum autem morem notat, qui breuiloquentia, cõtrà quàm Iones delectabãtur. Hanc laudẽ ijsdẽ ex *Vlyße furente* Sophoclis tribuit Schol.

Παύτ'

Παύτ' οἶδα, πάντ' ἔλεξα ταῦτ' ἐπιτεταλμένα.
Μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

| παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. ιγ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| Et dicam vt illustres illi Lamponis filij, eisque materno genere coniunctus Euthymenes, pancratio tres victorias ab Isthmo, alias autem à Nemea frondosa sylua reportarunt. Quantam autem ob eas hymnorum sortem in lucē eduxerunt! Hinc effecerunt vt Psalychidarum tribus in Aegina vnde oriundi sunt, memoriam vegetāti gratiosorum hymnorum rore præstantissimè recreemus. Porrò instaurata Themistij aui materni domo, hanc vrbem Dijs charam incolunt. Lampon autem studium rebus gerendis adhibens, hanc Hesiodi sententiam, *Studium vtique opus promouet*, magni à se fieri testatur, ijsdémque verbis filios ad laborum studium hortatur. | ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίου, τρεῖς ἀπ' Ἰσθμοῦ, τὰς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας, ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μάτρως. ἀνὰ δ' ἄγαγον ἐς φάος οἵαν μοῖραν ὕμνων! τὰν Ψαλυχιδᾶν δὲ πάτραν, Χαρίτων ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ. τόν τε Θεμιστίου ὀρθώσαντες οἶκον, τάνδε πόλιν θεοφιλῆ ναίοισι. Λάμπων δὲ, μελέταν ἔργοις ὀπάζων, Ἡσιόδου μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος, υἱοῖσί τε φράζων παραινεῖ, | *Reportarunt enim victorias à pancratio, tres ab Isthmo: alias à frondosa Nemea illustres filiique & auunculus. Produxerunt autem in lucem qualem sortem hymnorū! Psalychidarum autem tribum, Gratiarum irrigant pulcherrimo rore. Themistijque instaurata domo hanc vrbem Dijs charam incolunt. Lampon autem studiū rebus gerendis adhibēs, Hesiodi valde honorat hunc versum, filiisque recensens eos hortatur,* |

ἄραντο γὰρ νίκας. Hoc est, τρεῖς ἐνίκησαν Ἴσθμια παγκρατίῳ ἀγωνιζόμενοι. Tres victoriȩ recensentur Isthmicæ, singulis vna. Nemeorum victorias non enumerat: Constat autem ex Nem. ε. Pytheam fuisse semel Nemeonicam. Nemea εὔφυλλος ob syluam appellatur. ἀγλαοὶ Inseruit his vocibus παῖδές τε καὶ μάτρως, ac παῖδες videlicet Λάμπωνος. Nonnulli legunt μάτρωες: sed illud ex Scholijs corrigendum, vbi obseruatur dictum μάτρωες, ἀντὶ τοῦ μάτρως. Asseritur autem ibidem, Poëtam συλληπτικῶς loqui; & Phylaciden bis Isthmia, & semel Nemea vicisse, Pytheam semel Nemea: supereßet vt referret an Euthymenes tertiam victoriam Isthmicam reportasset: sed id omittit: quod tamen ex Nem. ε. str. γ. colligere possumus. Ibidem etiam ait vocem μάτρως significare τὸν κατὰ μητέρα προσήκοντα: neque probari posse Euthymenem fuisse horum auunculum. Quod in his τεὸς μάτρως Nem. ε. antistr. 3. potiori ratione obseruauimus, vt ex loci sensu colligebamus.

ἀνὰ δ' ἄγαγον. Sic per tmesin legendum pro ἀνάγαγον δέ. Et prima syllaba producta, dictum ἄγαγον non neglecto augm. sed Dor. pro ἤγαγον. Porrò θαυμαστικῶς hæc dici vult Schol. q.d. ὁποίαν δὲ καὶ ἡλίκην ὕμνων μοῖραν ἀνήγαγον εἰς φῶς, ἐπὶ ταῖς

ἑαυτῆ ἀνδρείαις! Hîc tacitè ſua carmina commendat Pindarus, quæ paſſim aliјs præferre ſolet. Nec de ſui carminis dignitate tantùm hæc intelligi vult, vt puto, ſed etiam de numero encomiorum, quæ tria extant, nempe 5. & 6. Iſthmior. & 5. Nem. Odæ.

Ψαλυχιδᾶν. Dor. genit. pro comm. Ψαλυχιδῶν. Commendatio à tribu Pſalychidarum, quæ in Aegina fuit illo tempore illuſtris, ex qua fuerunt hi victores: qui eam hymnis ornant, quatenus cauſa ſunt cur eorum mẽtionem faciat poëta. Allegoricè καλλίςα δρόσος χαρίτων, ſunt victoriales hymni. ἄρδοντι Dor. pro ἄρδουσι, hoc eſt, καταβρέχουσι.

τόν τε Θεμισίου. Laus à Themiſtio auo materno, cuius Nem. ε. meminit. Hi illius nepotes dicuntur οἶκον ὀρθῶσαντες, non quòd lapſam erexerint: nihil enim tale hinc colligi poteſt: ſed quòd illius εὐδοξίαν ſua virtute inſtaurarint, & de nouo erexerint.

τάνδε πόλιν. Scilicet Aeginam, Inſulę ὁμώνυμον: quam Θεοφιλῆ *Deo charam* dicit, fortè quia florebat virtutibus & opibus; quas charis hominibus à Deo dari putabant veteres: vel quia Iupiter putatitius Aeaci pater, ei fauere credebatur in gratiam Aeacidarum nepotum.

Λάμπων δ᾽. Laus à Lampone patre, quem commendat à φιλοπονίᾳ, ſiue φιλεργίᾳ, quam ex Heſiodi præcepto ſectatur, quod Scholiaſtes ex ſemi verſu eius. l. 2. ἔργων promit, μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει.

υἱοῖσί τε. Lamponis alia laus, quòd non ſolùm ſuo exemplo, ſed documento etiam excitet filios ad φιλεργίαν. Lampon dicitur υἱοῖς φράζων, hoc eſt, λέγων τὸν στίχον ἢ ἔπος Ησιόδου ὅπερ τιμᾷ. Quid aut παραινεῖ? Nimirum μελέταν ἔργοις ὀπάζειν. Sed quorum ἔργων μελέτην intelligit? Puto τῶν ἄθλων ſeu τῶν ἀγώνων.

παράφρασις.

vt ſibi, patriæque ciuitati commune ornamentum, illis ad virtutem & gloriam comparatis, adducat & accommodet. Idem etiam ob beneficentiam erga hoſpites amatur: ac mediocritatem quidem animi ſtudio perſequitur: mediocritatem verò conſequutus retinet, eáque contentus manet. Ita verò eius mens & lingua conſentiunt, vt aliud in ore aliud in pectore non habeat. Rectè etiam dixeris, vt Naxia cos ęris domitrix, inter alias cotes præſtantiſ-

ἐπῳδ. κῶλ. ια.

ξυνὸν ἄστει κόσμον ἑῷ προσάγων.
καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται.
μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων,
μέτρα δὲ καὶ κατέχων.
γλῶσσα δ᾽ οὐκ ἔξω φρενῶν.
φαίης κέ νιν ἄνδρ᾽ ἐν ἀεθλητᾶισιν ἔμμεν,
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις
χαλκοδάμαντ᾽ ἀκόναν. Πίσω σφὲ Δίρκας
ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι

μετάφρασις.

*commune ciuitati decus ſuæ adducens: & in hoſpites ob benefacta amatur: mediocritatẽ quidem animo perſequens, mediocritatem verò etiam retinens. Lingua autem non eſt extra mentem. Diceres illum virũ inter athletas eſſe Naxiam, lapides inter alios, æris domitricem cotem. Potabo ipſos Dirces pura*

sima est : sic inter alios athletas virum illum excellere. Ego ipsis Dircæi fontis puram aquam dabo potandam, h.e. ipsis suarum virtutum laudes sitiētibus, carmen encomiasticum exhibebo, quod altè succin-

χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέτειλαν παρ' εὐτειχέσι Κάδμου πύλαις.

*aqua, quam altè succinctæ filiæ aurea veste ornatæ Mnemosynes, produxerunt iuxta bonis muris munitas Cadmi portas.*

ctæ, proindéque expeditæ Musæ filiæ Mnemosynes aureo peplo insignis, proindéque præclaræ, ad bene muratas Thebarum Cadmi vrbis portas mihi aspirantes suo afflatu dictarunt, & produxerunt in lucem.

ξυνὸν ἄστει. Hoc est, οἱ δ' αὐτῷ καὶ τῇ πατρίδι Αἰγίνῃ κόσμον συνάπτων. Nam puto poëtam innuere velle, Lamponem ea mente, Hesiodi præceptum, propriúmque exemplum filijs propofuisse, vt rerum gerendarum essent studiosi, ídque sibi illorum patri, patriæque commune esset decus & ornamentum. Putat Schmidius hoc de Lampone dictum, quòd bellum Persicum Xerxis in quo Aeginetarum, vt & Athieniensium virtus præcipuè emicuit, describens, haud dubiè summis præconijs Aeginam ornarit. Sed series contextus nihil tale respicere videtur.

καὶ ξένων. Laus ab Hospitalitate: q.d. ἀγαπᾶται δ' ἐπὶ τῇ φιλοξενίᾳ. Nam ξένων εὐεργεσίαις, passiuè debes intelligere *beneficia in hospites collata.*

μέτρα μέν. Laus à mediocritatis studio: vel etiam à rerum legitimarum & honestarum amore. Nam Schol. exponit μέτρα, τὰ προσήκοντα, *legitima*: puto etiam sumi posse pro μέτρια *honesta*. q.d. τὰ μέτρια μὲν καὶ προσήκοντα τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ μετερχόμενος, καὶ κατέχων, ἤγουν τὰ μέτρια διανοούμενος καὶ ἐνεργῶν.

γλῶσσα δ' οὐκ. Laus à prudentia. Nam lingua extra mentem non est, quando quis loquitur ea quæ meditatus est. Vel laus à candore animi & veracitate, quòd non aliter loquatur quàm sentit. Vide Erasmi Chil. in hoc adagium, *Lingua iurauit.*

φαίης κέ νιν. Laus à præstantia inter athletas, quam à comparatis auget. Comparationem autem declarat paraphrasis Latina. Naxus insula vna ex Cycladibus, cotum præstantia celebris. Hunc Pindari locum vide in Chil. Erasmi, titulo *fortitudinis*, in hoc *Adamantinus*.

χαλκοδάμαντ'. Hoc est, τὴν χαλκὸν δαμάζουσαν. Hoc epitheton coti tribuitur eo quod dum σίδηρον ποιεῖ τμητικὸν, & ξίφη ὀξέα ποιεῖ, interim æs aut ferrum absumit. Porrò ἀκόνη putatur dici, ex α extensiuo, & κονεῖν, τὸ λεπτύνειν, καὶ φθείρειν: quod facit cos dum ferrum vel æs exacuit.

πίσω σφὲ Δίρκας. Conclusio hymni, quæ ex breui primæ propositionis repetitione constat; eáque allegoricè profitetur se hosce omnes de quibus mentionem hoc hymno fecit, laudibus prosequuturum. Hanc allegoriam sat declarat Latina paraphrasis. Dirces puram aquam appellat, vt pote puris Musis sacram.

βαθύζωνοι. Periphrasis Musarum, quas Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα crediderunt. Mnemosyne χρυσόπεπλος vocatur. h.e. τιμία, σεμνὴ à veste.

ἀνέτειλαν. Hoc eſt, ἀνατεῖλαι ἐποίησαν. vel ἀνέφυσαν, ἀνέδωκαν. Hoc ſenſu ἀνατέλλω vſurpatur Il. ε. Τοῖσιν δ' ἀμβροσίην σιμόεις ἀνέτειλε. Periphraſis & ſynecdoche, παρὰ Κάδμου πύλαις, pro παρὰ Θήβαις.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗ ΘΗΒΑΙΩ, παγκρατίῳ.

STREPSIADAE THEBAno, pancratio victoriam adepto.

ΕΙΔΟΣ Ζ.

ODE VII.

## ARGVMENTVM.

*STrepſiadæ Thebani conterranei viri laudes Pindarus petit ab Iſthmiaca pancratij victoria, à corporis robore, & forma, ab animi virtute, à literarum ſtudio, ab eiuſdem nominis auunculo ſtrenuo viro, qui patriam fortiter defendendo mortem oppetiuit: cuius in laudibus paulùm immoratus, ad victorem reuertitur, quem ad vitę tranquillitatem hortatur, docétque non eſſe affectanda noſtris viribus maiora. Tandem Oden voto concludit orans Apollinem vt huic victori Pythiam quoque victoriam impertiat.*

παράφρασις.

Quonam, ô beata Theba, ornamentorum, quæ olim in tuo ſolo extiterunt, animum tuum maximè oblectaſti & recreaſti? An natalibus Bacchi quem in-

στροφὴ α. κῶλ. η.

Τίνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
καλῶν ἐπιχωρίων μάλιστα θυμὸν
τεὸν
εὔφρανας; ἦ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον

μετάφρασις.

*Quonam præteritorum, ô beata Theba, ornamentorum patriorũ maximè animum tuũ oblectaſti? an æriſtrepæ*

| | | |
|---|---|---|
| consum & bene comatum Iouis Semeléſque filium, cum æreis cymbalis ſtrepente Cerere coli ſolitum, quòd hæc ſicco, ille humido alimento nutricationem ſimul perficiant, in lucem edidiſti? An Herculis ortu, quum Deorum prǽſtantiſſimum Iouem, aureas etiam niues fundere valentem, media nocte excepiſti, | Δαμάτερος, ἀνίκ' εὐρυχαίταν<br>ἄντειλας Διόνυσον; ἢ<br>χρυσῷ μεσονύκτιον<br>νίφοντα δεξαμένα<br>τὸν φέρτατον Θεῶν, | aſſeſſorem Cereris quũ laticomum in lucem edidiſti Bacchum? aut auro media nocte ningentem quum excepiſti præſtantisſimum Deorum, |

Στρεψιάδῃ. Strepſiades hîc quis, qualis, & cuias fuerit ex argumento collige: eiuſdem nominis fuit auunculus eius: & Athenienſis quidam quem Ariſtophanis Nebulæ ſatis deſcribunt.

τίνι τῶν πάρος. Oſtenſurus poëta Thebas honore auctas eſſe ob pancratij victorem ciuem Strepſiadem, exordium ducit à generali propoſitione, *Thebas eſſe multis ornamentis patrijs claras & beatas*: & facta quorundam enumeratione, deſcendit ad Strepſiadem ipſum. Hoc proponit λόγῳ πευστικῷ, quum facta vel ad Nympham tutelarem, vel ad ciuitatem ipſam apoſtropha, quærit quonam ex illis patrijs ornamentis maximè ſit delectata. Hoc interrogatiuum τίνι conſtruendum cum τῶν πάρος καλῶν. Et τὸ καλὸν ſubſtantiuè eſt ſumendum, vt alibi iam oſtendimus, & Euripidis exemplo probauimus, qui τὸ καλὸν τοῦ βίου *decus* ſeu *ornamentum vitæ* appellat. vide ξυνὸν καλόν. antiſtr.3.prim.Iſthm.

τῶν πάρος. Hoc eſt, τῶν φθασάντων, vt rectè exponit Schol. Nam πάρος vt multa alia, præfixo articulo vim nominis habet.

ἢ ῥα. Primum Thebarum ornamentum Bacchus: quem appellat εὐρυχαίτην, quia erat ἀκερσεκόμης: vnde Coluth. ἀκερσεκόμης ζεφύρῳ συνελίζετο χαίτην. Et Epig. 2. Εὐχαίτα Διόνυσε, compellatur. Vt autem intonſus eſſe ſolebat, ac proinde amplam comam gerebat, ita imberbis fingebatur, ac proindè effœminatus & juuenis. Deinde Δάματερος πάρεδρον vocat inquit Schol. κατὰ μυστικὸν λόγον, quoniã ipſi aſſidet Ζαγρεὺς Διόνυσος, ab alijs dictus Ἴακχος ex Proſerpina natus, vel κατὰ τὸν φυσικὸν λόγον, quoniam ſiccum alimentum, quod Cereri tribuitur, comitatur humidum, ſcilicet vini vſus: vel quia edulis eſt vua, & ad potum parandum idonea. Quoniam autem Ceres cibi, Bacchus potus authores putabantur, ideo ſimul à veteribus colebantur.

χαλκοκρότου. Hoc eſt, χαλκὸν κροτούσης *æs pulſantis*. Epitheton eſt Cereris χαλκόκροτος: quia Cereris in ſacris ærea cymbala pulſabantur, quòd cùm filiam olim quæreret, cum cymbalorum tinnitu, & tympanorum pulſatione huc illuc curſitarit.

ἄντειλας. Pro ἀνέτειλας metri cauſa: hoc eſt ἐγέννησας, ἀνέδωκας ἐς φῶς. Eodem ſenſu ἀνατέλλω occurrit vltimo ſuperioris Odæ colo.

ἢ χρυσῷ. Secundum Thebarum ornamentum Hercules, quem ex Alcmena Amphitryonis vxore ſuſcepit Iupiter: quem χρυσῷ νίφοντα dixit, non vt Danaës, quam in auream pluuiam mutatus adiuit, meminiſſet. Nam hoc apud

Argiuos quorum rex fuit Acrisius Danaës pater, non apud Thebanos accidit. Sed vt indefinitè Iouis potentiam obiter denotaret, qui aurum etiam pluere possit, vt quum in imbrem aureum conuersus Danaën per impluuium accessit, & aureas niues Rhodo immisit, vt vidimus Olymp. ζ. Quare Schol. & alij interpretes eum sequuti, malè confundunt Alcmenæ, & Danaës fabulam.

μεσονύκτιον. Si velis substantiuè sumere, subaudi κτ'. Sin minùs licet adiectiuè sumere, vt quum μεσονύκτιον πνεῦμα vocat Aristocles *ventum de media nocte surgentem*, & Anacreon μεσονυκτίοις ὥραις, *mediæ noctis tempus*. φέρτατον Θεῶν Iouem periphrasticè vocat.

παράφρασις. | ἀντιστρ. κῶλ. η. | μετάφρασις.

quando ille Amphitryonis ædes ingressus, vxorem eius Alcmenam Herculea cum genitura conuenit? An ob Tiresiam vatem, cui diuinandi facultas prudentissima consilia suggerebat? An ab Iolaum Herculis aurigam, regendorũ equorum peritissimum? An ob Chthonium, Hyperenorẽ, Pelorum, Vdæum & Echionem strenuos bellatores, quos dentium draconis satu Cadmus creasse fertur? An ob victoriam de Adrasto Argiuorum rege reportatam, quem ex valido belli pro genero Polynice suscepti tumultu remisisti

ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέ-
τροις
σταθεὶς, ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοις
γοναῖς;
ἢ ἀμφὶ Τειρεσία πυκιναῖσι βου-
λαῖς;
ἢ ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;
ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολόγ-
χαν; ἢ ὅτε καρτερᾶς
Ἄδραστον ἐξ ἀλαλᾶς
ἄμπεμψας, ὀρφανὸν

*quum Amphitryonis in foribus stans, vxorem eius adiuit cum Herculeo semine? aut ob Tiresiæ prudentia consilia? aut ob Iolaũ equorum peritum? aut* ob *Satos bello indefatigatos? aut quando valido Adrastum ex tumultu belli remisisti, orbum*

ὁπότ'. Hoc est, ἡνίκα εἰς Ἀμφιτρύωνος ἐλθὼν οἶκον, τὴν γαμετὴν Ἀλκμήνην Ἡρακλέος γονῇ μετῆλθεν. Obseruandum θύρετρον idem esse quod θύρα: & impropriè hîc θύρετρα *valuas* exponi, quæ sunt δικλίδες.

ἢ ἀμφὶ. Hoc & sequens colon ratione sensus & metri deprauatũ, sic restitui vt habes in cõtextu, cùm habeãt vulgati libri, ἢ ὅτ' ἀμφὶ Τειρεσίαο πυκιναῖς βουλαῖς; Expunxi ὅτε quod turbat constructionem, nec habet quo referatur. Lego Τειρεσία synizesin faciendo duarum vltimarum syllabarum, & pro πυκιναῖς lego πυκιναῖσι. Quod vocabulũ expunxit Schmidius & pro ὅτε legit ποτὲ. Videat lector, vtrum sit consultius. Sic & sequente colo, legunt ἢ ὅτ' ἀμφὶ: sed ὅτε pariter expunxi.

Τειρεσία. Tiresias vates tertium Thebarum ornamentum, Iolaus quartum proponitur, huic Thebis Iolaia sunt instituta: illi verò Ephestia, in quibus ipsius simulachrum virilibus vestimentis exuebatur, & muliebribus ornabatur: quibus iterum mox ablatis, virilis habitus imponebatur, ad signi-

candam viri in fœminam,& fœminæ in virum mutationem, quam passus esse fertur.

ἱππόμητιν. Hoc est, τῆς ἱππικῆς ἔμπειρον. Nam ἵππος hîc metonymicè pro ἱππικὴ sumitur. Comp. vox ex ἵππος *equus* & μῆτις *consilium* παρὰ τὸ μήδεσθαι: q. d. τὴν ἱππικὴν μηδόμενος, ὁ ἱππόμητις. Hîc meminerit lector ἔυφρανας τεὸν θυμὸν seruire singulis sententijs, vsque ad ἀλλὰ παλαιὰ, quod est septimo Epodi colo.

ἢ σπαρτῶν. Quintum ornamentum Satorum, de quibus Ep.2.Od.1.Isthm.in Σπαρτῶν γένει. Notandum subaudiri præpositionem ἕνεκα, vel χάριν. Porrò ἀκαμαντολογχᾶν est genit. Dor. pro comm. ἀκαμαντολογχῶν. Ab ἀκαμαντολόγχης, poët. vocab. q. d. ὁ κατὰ τὴν λόγχην ἀκάμαντος, *infatigabilis hasta*, quæ pro μάχη metonymicè sumitur, ac proinde πολεμικώτατον sonat, sicut & ἀκαμαντομάχης Pyth. Od. 4.

ἢ ὅτε. Sextum ornamentum, victoria de Adrasto reportata. Hîc ἀλαλὴ, μάχην significat, διὰ τὰς θορυβώδεις φωνὰς inquit Schol. Alioqui est *militaris clamor*, in quo λὰ, λὰ crebrò repetitur, tum ad socios adhortandos, tum ad terrendos aduersarios. Vide Magn. Etymol. ἄμπεμψας syncope poëtica, pro ἀνέπεμψας, & ὀρφανὸν interpretare ὀρφανωθέντα, στερηθέντα. Hæc historia iam antè occurrit.

| παράφρασις. | ἐπῳδ. κῶλ. η. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| ad equis alendis aptum Argos accepra clade grauissima qua socijs innumeris priuatus est, & solus euasit? An quando Doricã Heraclidarum in firma sede apud Lacedæmonios collocasti, & ex te oriundi Aegidæ, secundum oraculi Apollinis Delphici responsa, Amyclas oppidum Laconiæ ceperunt & occuparunt? Omnibus his ornamentis animum vtique exhilarasti suo tempore. Sed, | μυρίων ἑταίρων, ἐς Ἄργος ἵππον;<br>ἢ Δωρίδ᾽ ἀποικίαν οὕνεκ᾽ ὀρθῷ<br>ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ<br>Λακεδαιμονίων; ἕλον δ᾽ Ἀμύκλας<br>Αἰγεῖδαι σέθεν ἔκγονοι,<br>μαντεύμασι Πυθίοις;<br>ἀλλὰ, παλαιὰ γὰρ εὕδει<br>χάρις, ἀμνάμονες δὲ βροτοὶ, | *infinitis socijs, ad Argos equestre? aut Doricam quando coloniam recto constituisti in malleolo Lacedæmoniorum? ceperúntque Amyclas Aegidæ tui posteri oraculis Pythijs? Enimvero, nam antiqua solet dormire gratia, immemores autẽ* sunt *mortales* eius rei, |

quandoquidem priscorum operum gratia dormire, nec apud posteros commemorari solet, imò rem illam homines obliuioni tradunt,

Ἄργος ἵππιον. Argos Achaiæ vrbs, de qua vide Plin. l. 4. Strab. l. 8. appellatur ἵππιον à Pindaro: sic & ab Eurip. in Taur. ὅταν ἐς Ἑλλάδ᾽, ἵππιόν τ᾽ Ἄργος μόλῃς. Ab Homero Il. γ. Ἄργος ἐς ἱππόβοτον. & Theoc. Id. Ἄργει ἐν ἱπποβότῳ κειμήλια. Argos aiunt esse magnis latísque spatijs explicatum, & ad cursum equorum aptum, præterea pascuis abundare: ita vt cùm Insulæ magna ex parte essent τραχεῖαι, hoc

χωεῖον esset & ἱππήλατον, & ἱππόβοτον, *agitandis, & alendis equis idoneum* : vnde Horat. l. 1. Carm. Od. 7. *Argos equis aptum* dicit.

ἡ Δωρίδ'. Septimum ornamentum: coloniæ in Peloponnesum deductio, & Amyclarum occupatio, ab Heraclidis, qui ex Attica & Bœotia eò se contulerunt. Hanc historiam Pyth. ε. antistr. γ. attingit. Heraclidæ in primis dicebantur Δωριεῖς. Heraclidæ autem, vt ait Schol. oraculum à Deo acceperunt, vt assumptis Aegidis Peloponnesum occuparent. Hi erant à maioribus Phlegræi. Hoc fecerunt illi, nec spe frustrati, sed Peloponneso potiti, Aegidas migrare iusserunt Thebas. Alij aiunt, Aegidas Thebis esse tribum, à qua socij aduersus Lacedæmonem iuerunt, & eam ceperunt. Alij, sic quosdam in Lacedæmone vocari, ab Aegeo quodam Thebano, qui Heraclidis in capienda Laconia opē tulit. Alij legunt Ἀργεῖδαι: quòd Argia vocaretur Aristodemi Heraclidarum nepotis vxor, ex qua natus Procles, & Eurysthenes qui Laconicam occuparunt. Aliter etiam hæc narrat. Aegidæ, inquit, est Thebarum tribus, vnde quidam Lacedæmonijs opem ferentes Spartam venerunt, quum excitatum esset bellum aduersus Amyclæos. Horum dux fuit Timomachus qui Lacedæmonijs omnia ad bellum disposuit necessaria, & ab ipsis honorum amplitudine cumulatus est. Atque hæc refert Aristoteles in Laconum rep. Plura vide apud Scholiasten, ex cuius varia historiæ narratione nihil certi potest colligi. Schmidius legit Αἰγιμίδαι & hoc refert ad Aegimij posteros, de quibus Pyth. α. str. 4. & Pyth. ε. ant. γ. Sed quid statuendum sit nondum video.

ἑστίχ' ὀρθῷ. Hoc est, vt exponit rectè Schol. ὅτε ἐπ' ἀσφαλοῦς στῆναι περιεκεύασας. Nam qui stat recto malleolo, firmus est. Stare autem nemo potest quin illæsa sit pars illa. Hinc Callimach. hymno εἰς Ἄρτεμιν v. 128. τῶ δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη. Hoc ipsum Latini innuunt hac phrasi, *Recto stare talo*. Hoc loco σφυρὸν omnes exponunt *talum*: sed propriè est *malleolus*: ἀστράγαλος verò *talus*, vt alibi docuimus. σφυρὸν Λακεδαιμονίων. Quia apud Lacedæmonios sedem firmam posuerunt.

μαντεύμασι Πυθίοις. His verbis docet Heraclidas consuluisse oraculum Apollinis Delphicum, cùm Peloponnesi repetitionem meditarentur.

ἀλλά. Puto esse poëtæ pro Theba responsionem ad præmissam interrogationem, cuius declarationem vide in paraphrasi Latina. Itaque Theben hortatur vt pro Strepsiade cum hymno choreas celebret. Quare ἀλλά, per hyperbaton puto construendum cum κώμαζε. Et παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις: puto esse rationem cur in præsentia Thebe non debeat priscorum illorum ornamentorum meminisse: & ἀμνάμονες δὲ βροτοὶ puto esse causam cur homines res gestas obliuioni tradant: nimirum quòd præclaro encomio non sint illustratæ. Interim videtur Pindarus flocci facere eos qui horum ornamentorū scriptis meminerūt, & se cū illis velle comparare, non autem negare quenquam laudes ipsorum literis mādasse. Nam Bacchi, Herculis, Iolai, Tiresiæ, Spartorum, Adrasti meminerunt Historiographi, & poëtæ. Cæterùm παλαιὰ χάρις, non est *vetus beneficium* (nō enim de beneficentia hic sermo) sed, vt interpretatur Schol. χάρις παλαιῶν ἔργων *priscorum*

*priſcorum operum gratia* ſeu *elegantia*. Nam agitur de ijs quæ apud Thebanos acta ſunt.

εὕδει. Hoc eſt, ἀφυπνώττει. Nota metaphora qua non extingui, ſed ſopiri memoriam rerum antiquarum & præclararum docet. Et cùm agatur de re conſueta inter homines, εὕδει expono *dormire ſolet*. Hîc exiſtimauit Ariſtarchus, vt refert Schol. Thebanos à Lacedæmonijs contumelia affectos. Sed generalis ſententia quæ ſequitur, hoc non conuenire hîc arguit.

παράφρασις.

quæ cum laude carminis inclyti, quod è doctiſſimi poëtæ vena fluxerit, non ſit coniuncta, præſtátque nouo ornamento oblectari, deinceps omiſſis illis, choreas cum hoc dulciſſimo hymno agitandas, lætitiæ indicium, in Strepſiadę gratiam inſtitue. Etenim vir ille admirabili robore & forma præſtantiſſima præditus, pancratij victoriã Iſthmicam reportauit: atque ita in virtutis ſtudio verſari ſolet vt præclaram indolem nullomodo dedecoret.

στροφὴ β. κώλ. η.

ὅ,τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν.
κώμαζ' ἔπειτ' ἄρ' ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ,
καὶ Στρεψιάδᾳ. φέρει γὰρ Ισθμοῖ
νίκαν παγκρατίου, σθένει τ'
ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορφάεις, ἄγει τ' ἀρετὰν
οὐκ αἶσχιον φυᾶς.

μετάφρασις.

*quæ non ad ſapientiæ florem ſummum inclytis carminum fluxibus peruenerit coniuncta. Choreas deinceps inſtitue dulci cum hymno, etiam Strepſiadæ. Reportat enim in Iſthmo victoriam pancratij, & robore ſtupendus, aſpectúque formoſus: moderatúrque virtutem non turpius indole.*

ὅ,τι μή. Cohæret cum ſuperioribus: & ſic declarari poteſt hæc allegorica ſententia, ἀμνήμονες γὰρ γίνονται οἱ ἄνθρωποι τούτου πράγματος, ὅπερ ἂν μὴ σοφωτάτου ποιητοῦ τύχῃ κλυταῖς ἀοιδαῖς αὐτὸ ἐγκωμιάσαντος. Appellat σοφίας ἄωτον ἄκρον *præſtantiſsimam poëſin*, vt & *poëtas* σοφοὺς appellauit alibi. Florem autem ſummum ſapientiæ, vel ſcientiæ meritò dicit optimam poëſin, quia nullum excellentius & ſublimius eſt illo dicendi genere. Deinde ἐπέων ῥοαὶ meo iudicio dicit ſumpta metaphora ab aquis quæ è viua ſcaturigine fluunt. Et carmina fluere dicuntur, quum ex facili ſcribuntur. Hinc dici ſolet *vena poëtica*. Et huc reſpiciens Ouid. dixit,

*Hoc ego Pegaſidas deduxi primus ad vndas,*
*Ne malè fœcundæ vena periret aquæ.*

κώμαζε. Hoc verbum κωμάζω *hymnis celebro* hac ſignificatione occurrit Nem. 10.11. & alibi: ſed hîc ſignificat κῶμον ἄγειν ſeu χορείαν χορεύειν. Et certè laudatorij hymni in ſaltatione choreali canebantur. Hîc legunt ἐν ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ: Sed πρόθεσις ἐν ſuperflua eſt, vel σὺν vt Schol. obſeruat: vna nanque ſufficit. Metrum autem poſtulat vt reijciatur ἐν: & ex Cratandri & Brubacchij editionibus ἄρ' ad marginem notatum, loco τοῦ ἐν in contextum alio-

qui syllabæ defectu claudicaturum introducatur.

Σβεψιάδᾳ. Datius Dor. pro Στρεψιάδῃ, hoc est, ἕνεκα τοῦ Στρεψιάδου, in gratiam & honorem Strepsiadæ. Et possumus cum Schol. hoc colon ita exponere, ὦ Θήβη ἐπὶ τῷ Σβεψιάδῃ χόρευε.

φέρει γὰρ Ισθμοῖ. Rationes propositionis: prima quia ἐν Ισθμῷ τὴν παγκρατίου νίκην ἤρατο. 2. quia robore corporis, 3. quia forma excellit. 4. quia præclaram indolem studio virtutis incumbens excolit. 5. à literarum amore. 6. ab auunculo Strepsiade.

ἰδεῖν τε μορφάεις. Hoc est, καλὸς ἰδεῖν. Similem laudem vide Ep. 1. Od. η. Olymp. Est autem μορφάεις Dor. pro comm. poët. μορφήεις h.e. εὔμορφος. ἄγει τ᾽ ἀρετὰν οὐκ αἴσχιον φυᾶς. Hoc exponit Schol. φέρει δὲ καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, οὐκ αἰσχύνουσαν τὴν τοῦ κάλλους εὐμορφίαν: & hunc sequitur Aretius. Sed quia φυὰ non εὐμορφίαν, sed εὐφυΐαν *ingenij dexteritatem*, seu *bonam indolem* significat, & præcedentia in quibus σθένει ἔκπαγλος, & ἰδεῖν μορφάεις dicitur, satis commendant à robore & forma Strepsiadem, & videtur laus generalior sequi, qua indolem eiúsque culturam commendat, ideo sic interpretor hæc verba, τὴν εὐφυΐαν οὐκ αἰσχύνει τὴν ἀρετὴν ἀσκῶν. Neque vana laus est: siquidem plerique præclaro sunt ingenio, sed id excolere exercitatione virtutis contemnunt.

παράφρασις.

Quinetiam ob eruditionem à formosis Musis haustam, illustris redditur: partúmque decus communicauit, & impertiuit. Strepsiadi auunculo cognomini, qui in bello æneis armis geri solito, fortiter pro patria pugnans occubuit: vnde honorem qui viris strenuis in laborum compensationem reponi solet, adeptus est. Quicunque enim charam patriam ab effusione sanguinis & strage pro virili tuetur,

ἀντιστρ. κῶλ. η.

φλέγεται δ᾽ ἰοπλοκάμοισι Μοί-
σαις.
μάτρωΐ θ᾽ ὁμωνύμῳ δέδωκε κοινὸν
θάλος,
χαλκάσπις ᾧ πότμον μὲν ἄρης ἔ-
μιξε.
τιμὰ δ᾽ ἀγαθοῖσιν ἀντίκει-
ται.
ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅστις ἐν
ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-
ζαν αἵματος πρὸ φίλας
πάτρας ἀμύνεται,

μετάφρασις.

*resplendet autem violaceum capillitium habentibus Musis: & auũculo cognomini dedit commune decus: æneo clypeo insignis cui mortem Mars intulit: sed honor virtutibus ex aduerso positus est. Sciat enim certò quicunque in hac nube grandinem sanguinis ante charam patriam propulsat,*

φλέγεται δ᾽. Laus est à literarum studio. q. d. λάμπει δὲ τῇ εὐμουσίᾳ. Nec sensum reddidit Aemilius Portus, *celebratur carminibus præstantißimorum poëtarũ, & ideo redditur illustris.* Nam verisimile est poëtam hoc non posuisse inter rationes, cur à Theba celebrandus sit Strepsiades: sed potiùs eum ab eruditione commendare. Vox ἰοπλόκαμος. Pyth. Od. 1. Musarum est epitheton: & Olymp. Od. 6. ἰοπλόκαμον Euadnen appellat. vide locos.

μάβωϊ δ' ὁμωνύμῳ. Laus ab auunculo Strepſiade,Diodoti filio. Hic θάλος eſt τῆ νίκης εὐδοξία, vt interpretatur Schol. Alia ſignificatione Ol. 2. & 6. occurrit.

χάλκασπις ῷ. Digreſſio in auunculi laudes,quòd pro patria occubuerit, quòd gloriam inde ſibi,ſuæque conſanguinitati pepererit. πότμον ἔμιξε,hoc eſt,θάνατον ἐπέβαλε. Pyth.Od.9.occurrit χάλκασπις. Obijſſe fertur in pugna contra Xerxem ad Salaminem.

τιμὰ δ'. Hoc eſt,ἡ δὲ τιμὴ τοῖς ἀγαθοῖς πλησιάζει.Ambiguum eſt vtrum de perſona,an verò de re intelligendum ſit ἀγαθοῖσι. Vtrouis modo ſumas,ſenſus erit optimus. Hæc laus eſt à conſequentibus honeſtæ mortis. In ἀντίκειμαι quod propriè ſignificat *oppoſitus ſum*,nunc præpoſitio ἀντὶ compenſationem ſignificat.q.d. τιμὴ δ' ἀγαθοῖς κεῖται ἀντὶ τῆ ἀρετῆ.

ἴσω γὸ.Gnome quæ eſt argumenti præcedentis ἔκθεσις.Eſt enim *Dulce & decorum pro patria mori.* Et εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης,& glorioſum hoc mortis genus Lacedæmonij in primis affectabant.

ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ. Subaudi vel τῦ ἄρεος,vel τῦ πολέμου. Alibi hanc phraſin expoſuimus : & hîc periphraſticè etiam ſumimus ἐν νεφέλῃ πολέμου,pro ἐν πολέμῳ. Deinde αἵματος χάλαζαν,intellige πολλῦ αἵματος ἔκχυσιν,ac proinde τῆ ἐν τῇ μάχῃ φθορὰν μεγάλην.Itaque grandinem ſanguinis interpretor,copioſam ſanguinis effuſionem in ſtrage,vt grandinis in tempeſtate. Simili allegoria vtitur Iſthm. ε. antiſtr.3 ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρῳ ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ.

πρὸ φίλας πάτρας.Rectè Schmidius legit πρὸ, potiùs quàm περὶς. Nam erat error in metro, & conſtructione. Non enim inuenias ἀμύνεσθαι conſtructum cum præpoſit. περὶς. Eſt χάλαζαν αἵματος πρὸ πάτρας ἀμύνεσθαι, *pro patria propulſare ſanguinis grandinem*, eodem ſenſu quo Plutarch. in Public. dixit, οὗτος ἑστὼς πρὸ τῆς γεφύρας ἠμύνετο τοὺς πολεμίους, *ſtans pro ponte arcebat hoſtes.* Nam Græcum πρὸ, & Latinum *pro* ſignificat *ante.* Ante patriæ autem mœnia fit conflictus.

παράφρασις.

aduerſarium exercitum hoſtibus opponens, quo imminens exitium à ciuibus arceat, certò ſciat ſe, ſiue viuat, ſiue moriatur, maximum gloriæ incremẽtum ſuæ ſtirpi adferre. Tu autem Diodoti fili Strepſiades,viros laudabiles tibi viſos imitatus,Meleagrũ videlicet qui contra Curetes, Hectorem qui contra Græcos, Amphiaraum qui contra Thebanos pro patria pugnauit,animam in florenti ætate exhalaſti,

ἐπῳδ. κῶλ. η.

λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ
ἀστῶν, γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων,
ζώων τ', ἀπό καὶ θανών.
τὺ δὲ Διοδότοιο παῖ, μαχατὰν
αἰνέων Μελέαγρον, αἰ-
νέων δὲ καὶ Ἕκτορα,
Ἀμφιάραόν τε, εὐαν-
θέ' ἀπέπνευσας ἁλικίαν,

μετάφρασις.

*exitium depellens cõtrario exercitu à ciuibus, ſtirpi maximã gloriam ſe accumulare,& viuentem, & mortuũ. Tu autem Diodoti fili, bellicoſum laudans Meleagrũ,laudánſque Hectorem, Amphiaraúmque, floridam expiraſti ætatem,*

λοιγὸν ἀμυνων. Putat Schmidius corruptum hunc textum, & ἀμυνεται & ἀμυνων ineptè ſeſe excipere. Sed per paronomaſiam hoc excuſari poteſt: præterea potuit poëta vna ſyllaba longa duas breues compenſare, vt & duabus breuibus vna longa compenſari poteſt.

αὔξων. Hoc participium eſt conſtruendum cum ἴςω. Et tota ſententia πεζῶς ita exponenda, ὅςις ἐν πολέμῳ πατρίδος φίλης προμαχόμενος τὴν τοῦ αἵματος ἔκχυσιν ἀμυνεται, ἐναντίῳ ςρατῷ ἀπὸ τῆς πόλεως ἀμυνων ὄλεθρον, ἴςω αὔξων τῷ ἑαυτοῦ γένει μέγιςον κλέος ζῶν τε καὶ ἀποθανών. Tmeſis ἀπὸ καὶ θανών, pro καὶ ἀποθανών.

τὺ ϑ. Apoſtrophe ad Strepſiadem, quæ laudem ipſius continet, ab imitatione trium fortium virorum, quorum exemplo pro patria fortiter pugnans, ætate florenti occubuit.

αἰνεων. Sic legendum hîc & paulò pòſt, metri cauſa: poëtæ enim αἰνεω pro αἰνέω communi vſurpant, vt & ὑμνειω pro ὑμνέω, aliáque id genus. Dicitur Diodoti filius Meleagrum, Hectorem & Amphiaraum laudare, non quòd linguæ elogio illos decorarit, ſed quòd ſimili facto comprobarit quod illi fecerunt: & ſit illos imitatus, viri autem boni eos imitantur quorum actiones laude dignas putant, & ſic eoſdem laudant.

Μελέαγρον. Primum exemplum honeſtæ mortis Meleager, qui patriam à Curetibus defendit, vt videre eſt Il. ι. v. 585. Secundum Hector: de quo idem Homer. Tertium Amphiaraus, qui in expeditione contra Thebanos abſorptus eſt à terra, de quo Nem. θ. & ι. Quum dicit εὐανθέ' ἀπέπνευσας ἡλικίαν, innuit Strepſiadem, ἐν εὐανθεῖ ἡλικίᾳ τελευτῆσαι πατρίδος προμαχόμενον. Durior autem phraſis eſt iſta & dithyrambica, pro ἐν εὐανθεῖ ἡλικίᾳ ψυχὴν ἀπέπνευσας. Vel ſi hîc ἀποπνέω abſolutè ſignificet, *animam efflo*, vt apud Chryſoſth. reperiri fertur, ante ἡλικίαν facilè ſubaudietur κατὰ, vt ſit hæc conſtructio κατ' ἡλικίαν εὐανθέα ἀπέπνευσας.

παράφρασις.

cùm intereſſes eorũ turbę, qui prima in acie pugnabant, vbi ſtrenuiſſimi quique viri extremam in morte ſpẽ ſibi ponẽtes, belli cõtentionẽ fortiter ſuſtinuerunt. Ego autem ob calamitoſam tui cædem luctũ pertuli quantum verbis exprimere non poſſim. Sed vt ſolet tempeſtati ſuccedere ſerenitas: ita Neptunus poſt luctum hunc lætandi anſam mihi præbuit, conceſſa Strepſiadi Iſthmica

ςροφὴ γ. κῶλ. ια.

προμάχων ἀν' ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι
ἔχον πολέμοιο νεῖκος, ἐσχάταις ἐλπίσιν.
ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν. ἀλλὰ νῦν μοι
γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν
ἐκ χειμῶνος. ἀείσομαι,
χαίταν στεφάνοισιν ἁρμόζων. ὁ δ' ἀθανάτων
μὴ θρασσέτω φθόνος,

μετάφρασις.

*prima pugnantium in acie in turba, vbi ſtrenuißimi ſuſtinuerũt belli contentionem extrema ſpe. Pertuli autem luctum non enarrabilem. Sed nunc mihi terram continens ſerenitatẽ præbuit à tempeſtate. Cantabo, comam coronis aptans. Immortalium autem ne conturbet inuidia,*

victoria: ita vt lætus hic fucceffus mœrorem illum obliteret. Quare hunc victorem celebrabo, & carminis encomiaftici corona caput eius ornabo. Quòd fi mortem pro patria laudaui,nec quemadmodum præftantiffimi illi viri ei me obtuli, ne mihi propterea fuccenfeant Dij.

προμάχων ἀν'. Amplificatio laudis,quòd ea fortitudine fuerit Strepfiades vt in prima acie fteterit cum præftantiffimis viris. νεῖκος πολέμοιο,periphrafticè τὸ πόλεμον vocat. Et νεῖκος fine adiectione Homerus pro bello vfurpat Il. γ. Μῦθον Ἀλεξάνδροιο τοῦ εἵνεκα νεῖκος ὄρωρε.

ἐσχάτας ἐλπίσιν. Schol.exponit, ἔσχατα ἐπελπίζοντες, ὅ ἐστιν ἀπολέσθαι. Et certè militis extrema fpes eft, videlicet mors:quia certius eft mori quàm feruari pugnando.

ἔτλαν δὲ πένθος. Continuatio apoftrophes vel chori,vel Pindari ad hunc Diodoti filium Strepfiadem,qua declarat affectum fuum ob calamitatem illam:& hîc digreffionem conclùdit. ἔτλαν autem hîc Doricum eft pro ἔτλην Aor. 2. Quidam minùs commodè connectunt cum prioribus ἄριστοι ἔσχον,&c. Et faciunt 3.perfon.plur.Dor.& Bœot.pro ἔτλησαν:ficuti ab ἔβην,ἔβαν.Verùm commodiùs cum fequentibus connectetur.

ἀλλὰ νῦν μοι.Regreffio ad Strepfiadem,eiúfque victoriam Ifthmicam,quam Neptuno refert acceptam. γαιάοχος,antonomafia pro Ποσειδῶν. Quod hîc εὐδίαν ἐκ χειμῶνος dicit poëta, dixit fimili metaphora εὐδίαν μετὰ χειμέριον ὄμβρον Pyth. Od.5.antiftr.1.Vide Adag. Iterum tranquillitatem video.

ἀείσομαι. Repetit propofitionem,q. d. τὴν νίκην αὐτοῦ ἀείσω. Per hypallagen autem dicit, χαίταν στεφάνοισιν ἁρμόζων,pro στεφάνοις ἁρμόζων χαίτῃ. Per coronas hafce, intelligo cum Schol. encomiafticum carmen.Dicit enim,de στεφάνοις,φησὶ δὲ τοῖς μουσικοῖς.

ὁ δ' ἀθανάτων. Occurrit obiectioni quæ ex ipfius verbis fieri potuiffet. Hoc pacto. *Siquidem tantopere laudas mortem quæ oppetitur pro patria, cur huiufmodi morti te non obtulifti; fed tranquillam potiùs vitam ad fatalem vfque diem fectaris?* Videtur excufare fe,primùm à vitæ genere ad quod eft natus, nimirũ ad fcribenda carmina,non autem proinde ad militiam.Deinde quia omnibus ex æquo, diuerfa tamen morte,è viuis eft excedendum. Tandem quia nihil quantunuis dulce affectandum eft,fi idem fit impoffibile, & inconceffum: ita vt militare vitæ genus à natura fua abhorrens affectare non debuerit : quod ipfi fuiffet infauftum: non fecus ac Bellerophonti affectatus ad cœlũ volatus.

θρασσέτω. Imperandi modi eft,pro ταρασσέτω. Nam θράσσω,vel θράττω quod vide in Lexicis,fit per fyncopen, & verfo τ. in θ.à ταράσσω,vel ταράττω. Hîc ἀθανάτων φθόνος,meo iudicio,eft θεῶν μέμψις feu νέμεσις: & hoc παρὰ τοῖς ῥήτορσι fignificare tradit Schol.Ariftophanis in Pluto,in voce φθονῶ,vbi authorem citat Euripidem, ἀποκτείνειν φθόνος γυναῖκας,vbi φθόνος, fubaudito ἐστί,fignificat μέμψεως ἄξιόν ἐστι.

παράφρασις.

Etenim quod in ſcribendis carminibus oblectationem quotidie perſequor, nec militiæ addictus, domi tranquillus ad ſenectutem & mortem contendo, id ad quod natus ſum facio. Deinde quanquam omnibus ex æquo eſt moriendum, diuerſa tamen, quæ & in alio vitæ genere etiam honeſta eſſe poteſt, morte è viuis eſt excedendum, quã, qualis futura ſit, diuina prouidentia non patefecit. Præterea quod præter indolem eſt non eſt affectandum. Nam quicunque maiora viribus, & impoſſibilia molitur, perinde facit ac ſi in cœlum firmam Deorum ſedem aſcendere contendat, quò per imbecillitatem peruenire non licet. Id verò Bellerophontis exemplo probatur: quandoquidem alatus eius equus Pegaſus excuſſit

ἀντιστρ. κῶλ. η.

ὅτι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων,
ἕκαλος ἔπειμι γῆρας, ἔς τε τὸν μόρσιμον
„ αἰῶνα. θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες.
„ δαίμων δ᾽ ἄϊσος. τὰ μακρὰ δ᾽ εἴ τις
„ παπταίνει, βραχὺς ἐξικέσθαι χαλκόπεδον Θεῶν
„ ἕδραν. ὅτε πτερόεις
„ ἔρριψε Πάγασος

μετάφρασις.

*quòd oblectationem quotidianam perſequens, tranquillus accedo ad ſenectutem, ádque fatale æuum. Morimur enim pariter omnes, ſors verò diuerſa* eſt. *Quòd ſiquis longinqua proſpicit, breuis* eſt *ad perueniendum æreum pauimentũ habentem Deorum* ad *ſedem: quandoquidem alatus excuſſit Pegaſus*

πτερπνὸν ἐφάμερον. Intellige τὸ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τερπνὸν ὄν. Quod in quo conſiſtat collige, ex paraphraſi.

ἕκαλος. Dor. pro ἕκηλος. μόρσιμον αἰῶνα, intellige τὸν μεμοιραμένον χρόνον, τὴν κατὰ μοῖραν τελευτήν.

δαίμων δ᾽ ἄϊσος. Legunt omnes ἄϊστος, hoc eſt, ἄγνωστος *ignotus*: ſed in metro σ. in ἄϊστος eſt diſſimulandum, vt maneat breuis media ſyllaba: præterea non agitur hîc de ignoratione ſortis, ſed de inęqualitate & diuerſitate mortis variorum hominum. Ideo lego ἄϊσος h.e. ἄνισος, ducta à Scholijs coniectura, quæ exponunt τὰ γὰρ τοῦ δαίμονος καὶ τῆς τύχης, οὐκέτι ἐστὶν ἴσα καὶ ὁμοῖα τοῖς πᾶσι. Porrò ἄϊσος etiam ab Heſychio exponitur ἄνισος, *impar, diuerſus.*

τὰ μακρά. Intellige τὰ ἀδύνατα: & βραχὺς expone cum Schol. ἀσθενής. q.d. εἰ δέ τις τὰ ἀδύνατα σκοπεῖ, ὡς τὸ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς τῶν Θεῶν διαίτης ἐφάπτεσθαι, ἀσθενής ἐστι πρὸς τὸ τῆς ἐπιθυμίας τέλος παραγίνεσθαι.

χαλκόπεδον Θεῶν ἕδραν. Periphraſis cœli, quod χαλκόπεδον non ratione materiæ, ſed ratione firmitatis vocat: vnde 6. Nem. ſtr. 1. ὁ χαλκεὸς ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕδος οὐρανὸς dicitur: & Pyth. 1. antiſtr. 2. ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔπω ἀμβατὸς αὐτοῖς. De Pegaſo & Bellerophonte vide Odam ιγ. Olymp.

παράφρασις.

dominum volentem in cœ-

ἐπῳδ. κῶλ. η.

δεσπόταν ἐθέλοντ᾽ ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς

μετάφρασις.

*dominum volentem*

ſi domos venire ad Iouis concilium, hoc eſt, impoſſibilia molientem, ſiquidem inacceſſum eſt cœlum. Ac ſanè triſtiſſimus exitus eum manet, qui rem iniquã quantunuis ſpecie iucundam aggreditur. Cæterùm ô Apollo cui floret aureum capillitium, quíque obliqua reſponſa das, huic Iſthmionicæ Pythicam victoriam præbe, vt tibi ſacris in certaminibus apud Pythonem florida corona donatum celebremus.

ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνται
" Ζηνός. τὸ δὲ πὰρ δίκαν
" γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.
ἄμμιν δ' ὦ χρυσέα κόμα
θάλλων πόρε Λοξία,
τεαῖσιν ἁμίλλαισιν εὐανθέα καὶ Πυθοῖ στέφανον.

*in cœli ſtationẽs venire ad concilium Bellerophontem Iouis. Quod verò præter ius dulce eſt, amariſſimus manet exitus. Nobis verò ô aurea coma florens prabe Loxia, tuis in certaminibus floridam etiam apud Pythonem coronam.*

τὸ δὲ πὰρ δίκαν. Gnome qua claudit ſuperiora, & docet nonnullis iucundum quidem eſſe res iniuſtas, quales ſunt inconceſſæ & impoſſibiles, affectare, ſed eos triſtem votorum euentum conſequi. Vide in Adag. *Lucrum malum æquale diſpendio.*

ἄμμιν. Epilogus cum voto ad Apollinem, vt huic victoriam Pythiam concedat. Antonomaſticè deſignatur Apollo, quum Λοξίας appellatur, & χρυσέα κόμα θάλλων, h.e. χρυσοκόμης vt Ol. Od. 6, & χρυσοχαίτας Pyth. 2. Ante τεαῖσιν ſupple ἐν: vel lege τεαῖς ἐν.

ΚΛΕΑΝΔΡΩ ΑΙΓΙΝΗΤΗ,

ΕΙΔΟΣ Η.

CLEANDRO AEGINETÆ,

ODE VIII.

## ARGVMENTVM.

*Cleandri laudes persequitur Pindarus ab Isthmiaca & Nemeęa victoria, à patre Timasarcho, à maiorum fortitudine, à patria Aegina. Hinc Aeginetarum originem altiùs repetit ab Asopo, Aegina, Aeaco, Peleo, & Thetide: de cuius matrimonio Neptunus & Iupiter litigarunt. Themis fata aperit, docens eam deberi Peleo. Hinc ad Achillem Pelei Thetidísque filium delabitur, tandémque ad Cleandrum rediens, ipsius laudibus hymnum concludit.*

παράφρασις.

Vestrûm aliquis, ô iuuenes poëtę, Cleandro, eiúsque iuuenili ętati qua fortiter se gessit, ad Telesarchi patris eius splendidas fores profectus, laborum pretium persolutoriū, quo gloria celebritásque nominis ipsi compararetur, hymnum videlicet excitet & componat: quod sit Isthmicę victoriæ pręmium, eiúsque quam ex Nemeęo certamine

διαίρεσις α. κώλ. κβ.

Κλεάνδρῳ τις, ἁλικίᾳ τε λύτρον
εὔδοξον, ὦ νέοι, καμάτων,
πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου
παρὰ πρόθυρον ἰὼν, ἀνεγειρέτω
κῶμον, Ισθμιάδος τε νίκας
ἄποινα, καὶ Νεμέᾳ
ἀέθλων ὅτι κράτος
ἐξεῦρε. τῷ καὶ ἐγὼ
καίπερ ἀχνύμενος

μετάφρασις.

*Cleandro aliquis, iuuentutíque eius pretium persolutoriū gloriosum, ô iuuenes, laborum, patris splendidum Telesarchi ad vestibulum profectus, excitet chorealem hymnum, Isthmiadísque victoriæ præmium, & in Nemea, certaminum quoniam*

tamine

tamine consequutus est. Cui ego etiam, etsi mœsto sim animo, ob recentem Græciæ metum à Persico bello incussum, poscor prę-claram Musam inuocare, & carmen encomiasticū con-texere. Quare cùm magno luctu liberati simus, ne, animi, non scribamus carmina, quæ sint victorum coronamēta: neque mœstitiam foueamus. Sed cùm infecta mala, consilio Xerxis imminentia, desierint exitium minari, dulce aliquod carmen laudatorium, præterito dolore in publicum proferamus: postquam supra caput impendentem Tantaleum illum lapidem, à lætitia nos aberrare facientem, imò laborem, cui ferendo par non erat Græcia, Deus aliquis à nobis auertit.

θυμὸν, αἰτέομαι
χρυσέαν καλέσαι
μοῖσαν. ἐκ μεγάλων
δ᾽ πενθέων λυθέντες
μήτ᾽ ἐν ὀρφανίᾳ πέσωμεν
στεφάνων, μήτε κά-
δεα θεράπευε. παυ-
σάμενοι δ᾽ ἀπρήκτων κακῶν,
γλυκύ τι δαμωσόμεθα
καὶ μετὰ πόνον. ἐπειδὴ
τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
τὸ Ταντάλου λίθον παρά τις ἔ-
τρεψεν ἄμμι Θεὸς,

*victoriam adeptus est. Cui & ego quanuis mœstus animo, poscor auream inuocare Musam. Ex magnis autem luctibus liberati, neque in orbitatem cadamus coronarum, neque mœrores foue: sed fine imposito infectis malis, dulce aliquid in publicum proferamus, etiam post dolorem: postquam supra caput Tantali lapidem* impendentem *aliquis a-uertit nobis Deus,*

Κλεάνδρῳ. Cleander Telesarchi filius, patria Aeginensis, Isthmiaca, Nemeæa, Pythica, Megarensi, Epidaurica victoria clarus. Titulus non meminit generis victoriæ, sed pancratij mentionem facit contextus.

διαίρεσις. Hoc εἶδος est μονοστροφικὸν, & præter morem à poëta in sectiones diuisum. Sic Nem. 2. octonarios: & 9. duodenarios habuit. Pyth. 12. strophen & antistrophen tantùm.

Κλεάνδρῳ τις. Exordium ducit author ab exhortatione, querimonia, & consolatione. Nam iuuenes poëtas hortatur, vt Cleandro epinicium scribant. Queritur ipse de luctu, à quo facilè impediretur quominus scribendi prouinciam susciperet, nisi rogatus fuisset: sese præterea solatur, quòd diuino beneficio liberata sit Græcia ab imminente iugo seruitutis.

ἀλικίᾳ τε. Subauditur hîc αὐτοῦ. λύτρον εὔδοξον καμάτων, est periphrasis hymni encomiastici. Dicitur λύτρον εὔδοξον, tum quia carmen ipsum est gloriosum, tum quia laudato viro gloriam parit.

ὦ νέοι. Adhortatoria προσφώνησις ad iuuenes poëtas. Hæc autem est legitima lectio, spuria verò ὠνέοι, quam habent quædam editiones, quasi sit optat. verbi ὠνέω. Sed hæc lectio per se corruit, quia turbat sensum.

ἀγλαὸν πρόθυρον. Synecdochicè *vestibulum* pro *domo* sumit. Epitheton hoc ἀγλαὸν, innuit opulentum fuisse Telesarchum.

διεγειρέτω. Sic lego compositum pro simplici ἐγειρέτω, quod in Scholijs legitur. Nam metro deest alioqui syllaba: præterea κῶμον ἐγείρειν aptiùs dicitur quàm ἀγείρειν. Ἰσθμιὰς adiectiuè sumitur pro Ἰσθμικὴ.

καὶ Νεμέᾳ. Post hanc vocem scribitur punctum, vel colon in alijs editionibus: sed omnis distinctio me iudice expungenda, sícque perspicuè construenda hæc verba, καὶ ὅτι κράτος ἄεθλων ἔξευρε Νεμέᾳ: sic nihil erit extrinsecus sumen-

dum, erítque planus ſenſus. Ellipſis eſt præpoſitionis ἐν ante Νεμέᾳ, niſi aduerbialiter ſumatur. Hæc autem Cleandro, non (vt quidam volunt) Teleſarcho, tribuuntur.

τῷ καὶ ἐγὼ. Hoc eſt, τούτῳ καὶ ἐγὼ καίπερ τὴν ψυχὴν λυπούμενος αἰτοῦμαι προσκαλέσαι τὴν τιμίαν μοῦσαν. Quæritur quæ cauſa dolendi fuerit Pindaro. Putat Schol. quia aliqui Cleandri neceſſarij, in nauali ad Salaminem prælio mortui ſunt: quod etſi veriſimile eſt, conſtat ex ſequentibus poëtam Perſici belli in genere rationem habere. χρυσέαν expono τιμίαν, quia per *aureum* poëta ſolet *pretioſum* ſignificare, & αἰτέομαι paſſiuè ſumo.

ἐκ μεγάλων. Apoſtrophe poëtæ ad ſeipſum, qua hortatur vt poſt luctum nõ foueat mœrores, ſed animum ad ſcribendum appellat. κᾶδεα Dor. pro comm. κήδεα, hoc eſt λῦπαι, καὶ πένθος. Et ἄπρηκτα κακὰ, intellige ἀνωφελήτους λύπας, καὶ ἄχρηστα πένθεα, cum Schol. aliíſque interpretibus. Sed puto tamen, *infecta mala* dici poſſe, quia Græciæ excogitatum malum à Xerxe, infectum abijt.

δαμωσόμεθα. Dor. & Aeol. pro δημωσώμεθα: à verbo δημόω, vel δημοῦμαι. h. e. εἰς τὸν δῆμον ἐκφέρω. Alij exponunt, δημοσίᾳ παίζειν. Schol. παίζειν, καὶ εἰς δῆμον κατάγειν. vide vulg. Lexica.

ἐπειδὴ expono *poſtquam*, ratione temporis. Beneficio diuino tribuit liberationem Græciæ, cui quod imminebat malum appellat *Tantali lapidem*, vt innuat illud fuiſſe ingens, à Deo immiſſum, ſicuti Tantalo lapis in pœnam imminebat, nec ab alio auertendum. Vide Adag. *Tantali lapis*. & Od. Ol. α. παρέ τις ἔβεψε. Tmeſis, pro παρέβεψέ τις.

παράφρασις.

Quamobrem cùm metuenda mala præterierint, ſedata eſt ſolicitudo qua diſtringebar. Conuenit autẽ vt præſentem ſtatum, nulla præteriti, nulla futuri habita ratione, amplectamur. Nam ætas humanæ vitæ curriculum incertis caſibus inuoluit & circunuenit. Quibus perſpectis: atque hoc etiam in conſiderationem adducto, quod libertatem noſtram barbaris inuiſam retinuimus, ſanabilis eſt ſuſceptus ille dolor, ob eam quam à Xerxe metuebamus ſeruitutẽ. Præterea, vt virum decet, bona ſpes de futuro eſt colenda. Nunc

διαίρεσις β. κῶλ. κβ.

ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. ἀλλ᾽ ἐ-
μοὶ δεῖμα μὲν παροιχόμενον
καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν.
τὸ δὲ πρὸ ποδὸς, ἄρειον αἰεὶ,
χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν,
ἐπ᾽ ἀνδράσι κρέμαται,
ἑλίσσων βίου πόρον.
ἰατὰ δ᾽ ἔστι βροτοῖς
σύν τ᾽ ἐλευθερίᾳ
καὶ τά. χρὴ δ᾽ ἀγαθὰν
ἐλπίδ᾽ ἀνδρὶ μέλειν.
χρὴ δ᾽ ἐν ἑπταπύλοι-
σι Θήβαις τραφέντα,
Αἰγίνᾳ χαρίτων ἄωτον
προνέμειν. πατρὸς οὕ-
νεκα διδύμαι γόνον-
τα θυγατέρες, Ἀσωπίδων

μετάφρασις.

*intolerandum Græciæ laborem. Quare mihi metus præteritus grauem ſedauit ſolicitudinem. Quæ verò ante pedes eſt, præſtantior ſemper eſt res omnis. Doloſum enim æuum hominibus impendet, voluens vitæ curſum. Sanabilia autem mortalibus ſunt cúmque libertate, etiã illa. Oportétque bonam ſpem homini curæ eſſe. Oportet autem in ſeptiportibus Thebis educatum, Ae-*

θ' ὁπλότατα, Ζηνί τε ἁδὸν βασιλέϊ. ὃ ταὶ μὲν παρὰ καλλιρόῳ Δίρκᾳ φιλαρμάτου πόλιος ᾤκισεν ἁγεμόνα.

*gina gratiarum florem tribuere: patris quoniã* eiusdem *gemina sunt filia, Asopidúmque natu minima, Iouíque placuerunt regi: qui alteram quidem apud pulchrifluam Dircen, curruum studiosa vrbis collocauit ducem.*

igitur composita illa animi ęgritudine, decet me postulatum concedere encomiũ: idque iure consanguinitatis ego ciuis Thebanus erga virum Æginetam facere teneor. Nam Thebe & Ægina filiarum Asopi natu minimæ fuerunt. Et cùm Ioui placuissent, ille Theben quidem Bœotijs Thebis, iuxta Dircæum fontem pulchris aquis manantem sitis, vrbi curruum, ac proinde certaminum bellorúmque studiosæ præfecit.

ἀτόλματον. Dor. pro ἀτόλμητον. h.e. ἀνυπομόνητον καὶ δεινὸν, *intolerabilem & horrendum*, vt rectè exponit Schol. Nam fit ex α. priu. & verbo τολμάω, quod non solùm significat *audeo*: sed etiam *tolero, fero, sustineo*: vt apud Theogn. Τολμᾷν χρὴ τὰ διδοῦσι Θεοὶ θνητοῖσι βροτοῖσι. Quare obscurè exposuerunt, qui *non audendum* verterunt ἀτόλματον. Ideóque explicarunt hoc, q.d. poëta, laborem hunc fuisse non audendum, quòd nemo ausus fuisset cum hoste congredi.

ἀλλ' ἐμοί. Hoc loco ἀλλὰ, non est aduersatiuũ, sed concludit superiora. Ideóque exponendum, *quare, quamobrem*, vt & ἀλλ' εὔχεται. Pyth. Od. 4. ep. vlt. colo. 1. videbis. Nam ex eo quod Deus calamitatem auertit, infert metum suum præterijsse, grauémque de euentu solicitudinem susceptam: vt attentiùs mentem poëtæ scrutanti apparebit.

δεῖμα παροιχόμενον. Sic lego ad vitandam hypallagen obscuriorem. Nam si retineas δεῖμα παροιχομένων, erit ὑπαλλακτικῶς exponendum, *præteritio timendorum*. Si verò legas δεῖμα παροιχόμενον, erit *præteritus metus*: & *metus* pro *re metuenda* ponetur, vt *spes* pro *re sperata* plerunque vsurpatur. Solet δεῖμα generare μέριμναν: illo sublato hæc cessat. Ideóque rectè dixit, *metus præteritus grauem sedauit solicitudinem.*

τὸ δὲ πρὸ ποδός. Ratio cur rerum præteritarum non oporteat solicitum esse: nempe quia præsentis status potiùs quàm præteriti habenda est ratio. q.d. τῶν δὲ ἐνεστηκότων ἀεὶ δεῖ ἀντέχεσθαι, καὶ τὸ παρὰ πόδας σκοπεῖν, καὶ εὖ διατιθέναι. Nec non præsentem statum amplecti oportet, quia futurum tempus est incertum. Itaque hæc sententia, tum antecedentibus, tum consequentibus inseruit. Rem autem perspicuè habes in paraphrasi. Hinc Horat. l. 2. Carm. Ode 16. *Lætus in præsens animus quod vltra est Oderit curare.*

δόλιος γὰρ. Gnome de incertitudine rerum futurarum. Rectè δόλιος αἰὼν, quia mutationes temporis insperatæ nos inuoluunt, & circunueniunt. Hîc legi solet βιότου: sed abundat syllaba: quò fit vt βίου legendum videatur. Et ἀνδράσι, pro ἀνθρώποις, vt fit passim.

ἰατὰ δ' ἐστι. Hæc quoque est ratio cur cessare debeat præteritorum malorum solicitudo: quia nimirum retenta libertate Græciæ hæc omnia mala sanari possunt. q.d. διασωθείσης δὲ τῆς ἐλευθερίας ἰᾶσθαι ῥάδιον ταῦτα.

χρὴ δ' ἀγαθαὶ. Alia ratio cur præteritorum solicitudo cessare debeat, quia ni-

mirum, viros decet bona ſperare, atque ita domito mœrore fortem animum bona ſpe fultum ſeruare.

χρὴ δ' ἐν. Ratio cur ſedato præteritorum mœrore, & dempta ſolicitudine, debeat ipſe qui eſt Thebanus, Cleandrum Aeginetam laudare ob Iſthmicam victoriam. Etenim inter Thebas & Aeginam eſt cognatio. Nam Thebe & Aegina ſunt ſorores, & Aſopi filiæ, & vrbium à ſe denominatarum Deæ tutelares. Hîc χαρίτων ἄωτον ſignificat ὕμνον, ſeu κῶμον.

παῖδος ἕνεκα. Hoc eſt, ὅτι δύο θυγατέρες νεώταται ἐγένοντο τοῦ Ἀσώπου. Aſopus habuit viginti filias, quarum has natu tradit minimas. Vide hac de re Natal. Comit.

ὅ. Poët. pro ὅς, vt ſæpe apud Homer. habéſque exemplum Od. Pyth. ϛ. ſtr. 3. τὰν μὲν nimirum Theben: quam Iupiter præfecit Thebis Bœotijs: quam vrbem vocat φιλαρμάτων, metonymicè, quia Thebani curruum, proindéque certaminũ & bellorum ſtudioſi fuerunt, in quibus currus erant in vſu. ᾤκισεν metri cauſa pro ᾤκισεν Aor. 1. verbi οἰκίζω.

παράφρασις.

Te verò, ô Ægina, Oenopiam in Inſulam detulit, cuius ibi concubitu grauida facta, illi Deorum hominúmque patri, grauiũ tonitruum ſtrepitum excitanti, diuinum filium, hominúmque in terris verſantium honoratiſſimum peperiſti: qui Deorum habita ratione lites ſubditorum iuſto iudicio dirimere ſolebat. Cuius quidem filij Telamon & Peleus, Dijs ob excellentiã æquiparandi, filiorúmque martiales filij Aiax & Achilles, bello vbi fit lugubris æneorum armorum ſtrepitus, fortiter gerendo præſtantiſſimi fuerunt: prę terea ſingulari temperantia, prudentiáque prędit: pręcipuè verò Peleus: cuius virtutẽ beatorum Deorum concilia meminerunt: quando inſignes Dij Iupiter & Neptunus, Thetidis amore flagrãtes, de nuptijs eius contenderunt, cùm

διαίρεσις γ. κῶλ. κβ.

σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγ-
κὼν
κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ πα-
τρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων, ὃ
καὶ
δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραι-
νε. τοῦ μὲν ἀντίθεοι
ἀρίστευον υἱέες.
υἱῶν τ' ἀρηΐφιλοι
παῖδες, ἀνορέᾳ
χάλκεον στονόεν-
τ' ἀμφέπειν ὅμαδον.
σώφρονές τ' ἐγένον-
το, πινυτοί τε θυμόν.
ταῦτα καὶ μακάρων ἐμέ-
μναν-
τ' ἀγοραί, Ζεὺς ὅτ' ἀμ-
φὶ Θέτιος, ἀγλαός
τ' ἔρισαν Ποσειδᾶν γάμῳ,
ἄλοχον εὐειδέα θέ-
λων ἑκάτερος ἑὰν ἔμ-
μεν. ἔρως γὰρ ἔχεν.
ἀλλ' οὔ σφιν ἄμβροτοι τέλεσαν εὐ-

μετάφρασις.

*Te verò in Inſulam Oenopiam cùm tuliſſet, dormiebat tecum: diuinum vbi peperiſti Aeacum grauiſtrepo patri honoratiſsimum in terra verſantium: qui & lites Dijs finiebat. Cuius quidem Dijs pares præſtantiſsimi fuerunt filij, filiorúmque martiales filij, fortitudine ad æreum lachrymoſum adminiſtrãdum* belli *ſtrepitum. Temperantéſque fuerunt, prudẽtéſque animo. Hæc etiam Deorum meminerunt concilia, Iupiter quando ob Thetidis, illuſtríſque contenderunt Neptunus nuptias, vxorem formoſam volens vter-*

| | | |
|---|---|---|
| vterque formoſam illam vxorem ducere vellet. Sed Deorum immortalium prouidæ mentes ipſis coniugium illud non perfecerunt, | καὶ Θεῶν πραπίδες, | *que ſuam eſſe : amor enim tenebat* eos. *Sed non ipſis immortales perfecerunt coniugium Deorum mentes,* |

Οἰνοπίαν. Quæ nunc Aegina dicitur, Oenopia priùs dicta eſt : vnde Ouid. 7. metam.

*Oenopiam veteres appellauêre : ſed ipſe*
*Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.*

κοιμᾶτο. Ellipſis eſt, & ſubaudiendum ἅμα σοὶ. Quo ex concubitu natum ait Aeacum, quem cum poſteris celebrat : vt à maioribus Aeacidis Cleandrum laudet.

βαρυσφαράγῳ. Hoc eſt, ἐριγδούπῳ. Βαρυσφάραγος, eſt ὁ βαρέως σφαραγῶν, βαρὺν ψόφον ποιῶν. *grauem ſtrepitum edens.* Iouis epitheton, ob tonitruum quæ mouet, ingentem ſtrepitum.

ὅ. Sic legendum pro ὃς, ob metrum, ſicuti præcedenti ſectione, ὅ καὶ μ. *Dijs non Deorum lites finiebat.* Non enim lites quæ inter Deos interceſſerint, eum diremiſſe conſtat : ſed conſcijs teſtibúſque Dijs lites dirimebat : quia ſubditorum cauſas iuſtè iudicabat. Neque enim ille, ſed Themis, vt ex ſequentibus colligere eſt, Neptuni Iouíſque contentionem ob Thetidis nuptias, quam ambiebat vterque, diremit. Eſt autem ἐπείραινε, Imperf. verbi πειραίνω, inſerto ι. pro comm. περαίνω.

τοῦ μ. Eiuſdem Aeaci laus à filijs & nepotibus, quos Dijs pares, bellicoſos, temperantes & prudentes : nec filios ſolùm ἀντιθέοις, nepotes ἀρηϊφίλοις, σώφρονας & πινυτοὺς vocat : ſed & nepotes & filios, συλληπτικῶς tales dicit. Telamon, Peleus, Aiax Achilles ſuis factis ſe bellicoſos demonſtrarunt, Telamon ſequutus Herculem, Peleus Acaſtum aggreſſus, quem expugnata Iolco debellauit. Aiax, & Achilles aduerſus Troianos progreſſi. Quum autem σώφρονες dicuntur, præcipuè reſpicit poëta ad Pelei caſtitatem celebrem.

ταῦτα καὶ μακάρων. Putat Schmidius authoris mentem eſſe, Deorum concilia meminiſſe Aeaci nepotes & filios fore tales. Sed puto poëtam dicere velle concilia Deorum meminiſſe illius filios fuiſſe σώφρονας & πινυτούς : ídque συλληπτικῶς, cùm hoc de Peleo ſit peculiariter intelligendum, cuius pietatem & caſtitatem remunerati ſunt Dij, vt ſequentis ſectionis 18 colo & ſeq.

ἔρισαν. Sic lego in 3. perſ. plur. Aor. 1. verbi ἐρίζω, & paulò pòſt θέλων : vt hæc ſit perſpicua conſtructio, ὅτε Ζεὺς, ἀγλαός τε Ποσειδᾶν, ἀμφὶ Θέτιος γάμῳ ἔρισαν, θέλων ἑκάτερος ἑὰν ἔμμεν ἄλοχον εὐειδέα. Alij legunt ἐρίσας, in particip. Aor. 1. ſed non poteſt conuenire cùm participium aliud θέλων ſtatim ſequatur.

ἀλλ' οὔ σφιν. Hoc eſt, ἀλλ' οὐκ αὐτοῖς, Ζηνὶ καὶ Ποσειδῶνι γάμον οὐκ ἐτέλεσαν οἱ Θεοὶ ἀθάνατοι τὸ ἐκβησόμενον συνιέντες. Vocem πραπίδες, vide Olymp. Od. 2.

παράφρασις.

audito Themidis fatidícæ, benéque cõsulentis oraculo: quæ medio illorum in cœtu dixit esse in fatis, vt Dea illa marina Thetis regem patre præstantiorem filium pareret: ita vt si vel Iouis, vel fratris eius Neptuni concubitu frueretur, futurum esset vt hinc nasceretur, qui impetuoso fulmine, & insuperabili tridente telum aliud potentius manu versaret & agitaret. Quare inquit missam facite istiusmodi contentionem. At illa mortalis viri coniugium sortita, filium suscipiat, Marti quoad manuum robur, fulguribus quoad vigorem & celeritatem pedum assimilem, quem in bello videat interemptũ. Ad me verò quod attinet, nuptias hasce, summæ pietatis præmium diuina voluntate destinatum, Aeacidæ Peleo concessi, quem Iolcum expugnasse dicunt.

διαίρεσις δ. κῶλ. κβ.

ἐπεὶ θεσφάτων ἤκουσαν. εἶπε
δ' εὔβουλος ἐν μέσσοισι Θέμις
εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρ-
τερον γόνον ἄνακτα πατρὸς τε-
κεῖν
ποντίαν Θεὸν, ὃς κεραυνοῦ
τε κρέσσον ἄλλο βέλος
διώξει χερὶ, τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Δίϊ μισγομέναν,
ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
φοῖσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν
παύσατε. βροτέων
δὲ λεχέων τυχοῖσα,
υἱὸν εἰσιδέτω θανόντ' ἐν
πολέμῳ, Ἄρεϊ
χέρας ἐναλίγκιον,
στεροπαῖσί τ' ἀκμὰν ποδῶν.
τὸ μὲν ἐμὸν Πηλέϊ θεό-
μοιρον ὄπασσαι γάμου Αἰ-
ακίδᾳ γέρας, ὃν
καὶ εὐσεβέστατόν φασ' Ἰαωλ-
κοῦ τράφειν πεδίον.

μετάφρασις.

*postquam oracula audiuerunt. Dixit enim consilio valens Themis in medio eorum, quòd fatale erat præstantiorem filium regem patre vt pareret marina Dea, qui fulmine potentius aliud telum agitaret manu, tridentéque inexpugnabili, Ioui commixta, aut Iouis cum fratribus. Sed hæc missa facite. Mortales autem lectos sortita, filium intueatur mortuum in bello, Marti manus similem, fulguribúsq; vigorem pedum. Quod quidem ad me attinet Peleo fatale dedi nuptiarũ Aeacidæ præmium, quem & piissimum aiunt Iolci expugnasse terram.*

ἐπεὶ. Non significat *quoniam*, hoc loco, sed *postquam*. Etenim Dij nuptias de quibus contendebant Iupiter & Neptunus perficere noluerunt, postquam Themis fata exposuit. Prima syllaba in ἤκουσαν longa, est pro duabus breuibus: quare retinenda hæc lectio. Porrò εἵνεκεν hîc æquipollet τῷ ὅτι. ποντίαν Θεὸν videlicet Thetidem. Διὸς παρ' ἀδελφοῖσι, nempe Neptuno: vbi plural. pro singul. Nam fulminis & tridentis tantùm meminit, quæ sunt Iouis & Neptuni tela. Hac de re vide Ouid. Metam. 11.

εἶπε δ' εὔβουλος. Cum Pindaro conuenit Apollon. Argon. 4.

Ἔμπης δ' οὐ μεθίεσκεν ὀπιπεύων ἀέκουσαν,
Εἰσότε οἱ πρέσβειρα Θέμις κατέλεξεν ἅπαντα,
Ὡς δή τοι πέπρωται ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο
Παῖδα τεκεῖν.

υἱὸν εἰσιδέτω. De Achille, eiúsque robore, pedúmque velocitate dictum

Nem. γ. ſtr. & antiſtr. 3. De Pelei nuptijs, & Iolci expugnatione eâdem Oda antiſtr. 2. τὸ μὲν ἐμὸν. Hîc ſignificat ἐγὼ, vide exempla in Lexicis in ἐμὸς. Conſtruitur autem cum prima perſona, ideóque lego neque ὀπάσαι in infinit. neque ὄπασε in 3. perſ. Aor. 1. ſed ὄπασα in 1. vt ſit hæc conſtructio, τὸ μὲν ἐμὸν ὄπασα Πηλέϊ γέρας &c. Hac ratione planus eſt locus.

τραπεῖν. Omnes legunt τραφεῖν. Vulgata verſio exponit *in Iolci terra educatum eſſe.* Schmidius, *educaſſe terram Iolci.* Sed neque ibi educatus eſt. Nam ibi non vixit à pueritia & adoleſcentia, cui conuenit educatio, ſed apud patrem: à quo tantum diſceſſit occiſo Phoco. Neque rectè dicitur *educare terram.* Ideóque conjicio eſſe graphicum errorem, & emendandum ſcripto π. loco φ. vt ſit τραπεῖν: & certè hoc conueniet cum hiſtoria, de expugnatione Iolci, quam Od. 4. Nem. ſtr. 3. πολεμίᾳ χερὶ προστραπὼν Πηλεὺς dicitur. Porrò Ἰαωλκοῦ πεδίον, periphraſticè dixit pro Iolco.

παράφρασις.

Itaque protinus ad incorruptum Chironis antrum eant nuntia quibus hoc ſignificetur. Nec Thetis Nerei filia, iterum ac proinde bis contentionis inter riuales Deos nobis dirimendæ occaſionem præbeat. Circa plenilunium autem veſpertinum, quo celebrari ſolent nuptiæ, heroi illi copulata, virginitatis amabile frænum ſoluat. Sic dixit Dea Themis, in Deorum concilio Saturni filios alloquuta: qui ſuperciliorum immortalium nutu ſignificarunt illius ſententiã ſibi probari, cuius irrita infectáque verba non abierunt. Nam aiunt Iouem regem Thetidis haſce cum Peleo nuptias vnà cum Themide curaſſe. Ex quibus natus eſt Achilles, cuius iuuenilem virtutem, docti poëtę apud indoctos & illiteratos homines laudibus nobilẽ reddiderunt, dixerúntque vt vitiferum Myſiæ ſolum, nigro cruore Telephi tranſitum Græcis Troiam petentibus prohibentis aſperſum cruentauit.

διαίρεσις ε. κῶλ. κβ.

ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐ-
θὺς
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι.
μηδὲ Νηρέως θυγάτηρ νει-
κέων πέταλα δὶς ἐγγυαλιζέ-
τω
ἄμμιν. ἐν διχομηνίδεσσι
δὲ ἑσπέραις, ἐρατὸν
λύοι κεν χαλινὸν ὑ-
φ' ἥρωϊ παρθενίας.
ὡς φάτο Κρονίδαις
ἐννέποισα θεά.
τοὶ δ' ἐπὶ βλεφάροις
νεῦσαν ἀθανάτοι-
σιν. ἐπέων δὲ καρπὸς
οὐ κατέφθινε. φαντὶ γὰρ συν-
αλέγειν καὶ γάμον
Θέτιος ἄνακτα, καὶ
νέαν ἀνέδειξαν σοφῶν
στόματ' ἀπείροισιν ἀρε-
τὰν Ἀχιλλέος, ὃ καὶ Μύ-
σιον ἀμπελόεν
αἵμαξε, Τηλέφου μέλανι ῥαί-
νων φόνῳ πεδίον.

μετάφρασις.

*Eant autem in incorruptum antrũ protinus Chironis nuntia. Neque Nerei filia contentionum folia bis tradat nobis. In dimidij autem menſis veſperis, amabile ſoluat frænum ſub heroë virginitatis. Sic dixit, Saturnios alloquuta Dea. Illi verò ſupercilijs annuerunt immortalibus. Verborum autem fructus non perijt. Dicunt enim ſimul curaſſe etiã nuptias Thetidis Regem. Et iuuenilem innoteſcere fecerunt ſapientum ora ignaris virtutem Achillis; qui & Myſium vitiferum cruentauit, Telephi atro aſpergens ſanguine, campum:*

ἰόντων. Imperat. Att. pro comm. ἰέτωσαν. Chironis antrum ἄφθιτον vocat, ob rectam disciplinam qua commissos discipulos imbuebat: ὀbque viri illius totiúsque familiæ bene moratæ incorruptam vitam. Vel legendum est ἀφθίτου Χείρωνος, hoc est, ἀθανάτου. Nam illi licebat esse immortali, si voluisset, vt Lucianus ait in Dialog. Mort.

μηδὲ Νηρέος θυγάτηρ. Hoc est, μηδὲ ἡ Θέτις ἅπαξ νεῖκος παρεχέτω ἐν ἡμῖν, πάλιν παρεχέτω, ὥστε δὶς παρέχειν. Properè mittendum nuntium censet Themis ad Chironem, vt ibi Pelei & Thetidis nuptiæ celebrentur: ne bis inter Deos immortales, innupta præbeat ansam contendendi.

πέταλα νεικέων. Folia contentionum dicit, quia folijs tanquam tabulis, contentiones inscriptæ iudicibus ad ferendum iudicium offerebantur. Sic φύλλ' ἀοιδᾶν, Isthm. 4. antistr. 2. dicuntur, quia carmina folijs inscribebantur. ἐγγυαλίζειν autem propriè est εἰς χεῖρας παρέχειν. Nam γύα sunt αἱ χεῖρες. Simpliciter παρέχειν, & ἐγχειρίζειν.

ἐν διχομηνίδεσσι. Locus nuptiarum notatus est, Chironis scil. antrum. Nunc tempus declaratur: nempe nox qua plena esset luna, dimidiúsque mensis: nam νουμηνία veteribus Calendas constituebat. Hîc διχόμηνις adiectiuè sumitur. q.d. ἡ μήνη ἢ μῆνα εἰς ἴσα δύο μέρη διχάζουσα. Vide hanc vocem str. 2. Od. 3. Olymp. Vtitur plurali numero, vel per enallagen, vel quòd nolit accuratè innuere ipsam vesperam qua plenilunium patefit, sed circiter illud tempus.

ἐρατὸν λύοι κεν. Honesta παρθενίας primi concubitus. ἐπὶ βλεφάροις νεῦσαν. tmesis pro ἐπένευσαν βλεφάροις.

ἐπέων δὲ καρπός. Metaphorica loquendi formula, pro οὐκ ἀνωφελὴς ὁ μάταιος ὁ λόγος ἐγένετο. Hîc συναλέγειν, est ἅμα ἀλέγειν. h.e. ἐπιμελεῖσθαι, φροντίζειν, éstque poëticum vocabulum. Porrò ἄνακτα, Iouem hîc κατ' ἐξοχὴν appellat, qui nuptias istas curasse fertur. str. 3. Nem. 5.

καὶ νέαν ἀρετάν. De iuuenili Achillis virtute vide Nem. 3. str. 3. σοφῶν στόματα, dicit τῶν ποιητῶν, qui cur σοφοὶ vocentur prima Olymp. Od. diximus. ἀπείροισιν, hoc est τοῖς οὐκ ἐμπειροτάτοις, vel ἀπαιδεύτοις. Nam videntur σοφοὶ & ἄπειροι hoc loco inter se opponi.

ὃ καί. Sume ὃ, pro ὅς. Primum Achillis facinus quod refert, est Telepho inflictum vulnus. De hoc facta mentio Isthm. ε. φόνος hîc est βρότος. Non enim occîdit, sed vulnerauit duntaxat Telephum Achilles.

| παράφρασις. | διαίρεσις ς. κῶλ. κβ. | μετάφρασις. |
|---|---|---|
| tutúmque Atrei filijs Agamemnoni & Menelao reditum in patriam parauit, Helenámque illis liberauit, quum strenuos illos viros, qui Troiam neruorum | γεφύρωσέ τ' Ἀτρείδαισι νόστον.<br>Ἑλέναν τ' ἐλύσατο, Τρωΐας<br>ἶνας ἐκταμὼν δορί, ταί μιν<br>ῥύοντό ποτε, μάχας ἐναριμβρότου<br>ἔργον ἐν πεδίῳ κορύσσοντ- | *& pontem strauit ad Atridarum reditum. Helenámque soluit, Troiæ neruis excisis hasta, qui ipsum auer-* |

insṭar

instar sustinebāt,&ipsi aliquando pugnam hominū interfectricem in campo exercenti obsistebant,hasta excīdisset, nimirùm Memnonem superbum & Hectorē Priami filium, aliósque, veluti Cycnum:quibus ad Orcum Proserpinæ domum missis Achilles Aeacidarum princeps & custos Aeginam patriā,propriámque stirpem illustriorem reddidit.Quem ne mortuū quidem laudatoria carmina defecerunt : sed ad eius rogum & sepulchrum Musæ virgines Heliconiæ steterunt,& lachrymas cum memorabili lamentatione afsuderunt. Quo exemplo docemur visum esse Dijs immortalibus, vt hæ Deæ virum strenuum etiam vita defunctum hymnis celebrent.

τα,Μέμνονός τε βίαν
ὑπέρθυμον, Εκτορά
τ᾽,ἄλλους τ᾽ ἀριστέας, οἷς
δῶμα Περσεφόνας
μανύων Αχιλλεὺς,
οὖρος Αἰακιδᾶν,
Αἴγιναν, σφετέραν
τε ῥίζαν πρόφαινε.
τὸν μὲν οὔτε θανόντ᾽ ἀοιδαὶ
ἔλιπον. ἀλλά οἱ
παρά τε πυρὰν, τάφον
θ᾽ Ελικώνιαι παρθένοι
ἔσταν, ἐπὶ θρῆνον τε πο-
λύφαμον ἔχευαν. ἔδο-
ξεν ἄρα δ᾽ ἀθανάτοις,
ἐσλόν γε φῶτα καὶ φθίμενον ὕ-
μνοις Θεᾶν διδόμεν.

*tebant aliquando, pugna hominum interfectricis opus in campo exercentē, Memnonísque vim superbam, Hectorémque, alióſq; proceres, quibus domum Proserpinæ indicans Achilles, custos Aeacidarum, Aeginam, suámque stirpem illustrauit. Quem ne mortuū quidem carmina defecerunt : sed & eius rogo & sepulchro Heliconiæ virgines adstiterunt, & lamentationem memorabilem affuderunt.*

*Placuit ergo immortalibus strenuum virum etiam mortuum hymnis Dearum tradere.*

γεφύρωσε. Verbum γεφυρόω significat *pontem sterno* : vt γεφυροῦν ποταμοὺς est *fluuios pontibus iungere*:& quoniam pontes firmum dant transitum : ideo nunc metaphoricè γεφυροῦν νόστον est *reditum firmare, tutum reditum parare*. Secundum Achillis specimen strenuitatis ad Troiam exhibitum hîc proponitur.

Ατρεΐδαισι. Suspicor hîc errorem esse graphicum,& legendum esse Αβρεΐδαισι,per dialysin diphthongi ει,quia debent hoc in loco duæ syllabæ breues esse: vel sine dialysi retinendum ει,vt per ἰσοδυναμίαν vna longa pro duabus breuibus legatur.

Τρωΐας ἶνας. Proceres qui pro Troia pugnabant, metaphoricè appellat neruos:quia vt nerui corpus animalis firmant & roborant:sic illi Troiam sua defensione roborabant.

ταί μιν. Hoc est, αἳ μὲν ἶνες αὐτὸν ποτε ἐκώλυον. Vox ἐναρίμβροτος occurrit Od.6.Pyth. Hîc ἔργον μάχας κορύσσειν,eodem sensu dicit,quo Il.β. Homerus, πόλεμον κορύσσειν, *bellum exercere*,vel *adornare*,vide βίον κορυσσόμενον Od.8.Pyth. De Memnone,Hectore,& Cycno ab Achille cæsis vide Ol.Od.β.str.ε.

δῶμα Περσεφόνας. Hoc est, *Orcus*,& δῶμα Περσεφόνας μανύειν, est quod dicit Homerus, ἄϊδι προϊάπτειν : vno verbo κτείνειν.

οὖρος Αἰακιδᾶν. Sic appellatur Achilles, vel quia princeps Aeaci posterorum erat,vel quia illorum gloriam sua fortitudine custodiebat : sic οὖρος Αχαιῶν sæpe ab Homero Nestor appellatur,quia suo consilio illos custodiebat.

τὸν μὲν οὔτε. Innuit Achillem etiam post mortem celebratum:ídque ex Homeri

Il. ω.v.58. videtur deſumpſiſſe. Eo enim in loco agit de Achillis exequijs. ἔσαν pro ἔστησαν. Deinde ἐπὶ θρῆνον ἔχευαν per tmeſin, pro ἐπέχευαν puto ſumendum. In metro autem colorum 18.19.20. videtur aliquis eſſe error: ſed quia nihil detrahitur ſenſui, nihil immutandum ſine authoritate exiſtimo: & agnoſcendum duntaxat abuſum quantitatis ſyllabarum.

ἔδοξεν ἄρα δ'. Exemplo Achillis quem defunctum Muſæ celebrarunt, infert Deos velle, vt vir ſtrenuus hymno laudatorio etiam mortuus cohoneſtetur. Atque hac ſententia viam ſternit ad laudandum Nicoclem qui iam exceſſerat è viuis. Ideo τὸ καὶ νῦν, ſequentis ſectionis non ad Achillem, ſed ad Nicoclem refero.

παράφρασις.

Ideóque etiam nunc à me celebratur Cleandri patruelis Nicocles, ad cuius ſepulchrum currus meus poëticus cum alacritate cōcitatur, vt ipſum etiam vita defunctum laudem quòd pugil inſignis fuerit, eundémque carmine cohoneſtem qui reportata Iſthmica victoria Dorici apij coronam eſt adeptus: poſtquā etiam finitimis in vrbibus alias minùs celebres victorias olim cum vicinis viris pācratio luctans, & ineuitabili manu illos concutiens ita vt non elaberentur, præclarè reportauit. Quēquidē eximius patrui filius, patruelis Cleander re bene geſta nō dedecorat. Itaque coætaneorum aliquis Cleādro ſplendidam ex myrto coronam nectat ob pancratium ſtrenuè decertatum: ſiquidem Alcathoia in honorem Apollinis, & ad Pythiorum exemplar ab Alcathoo Pelopis filio in memoriam Cithæronij leonis à ſe occiſi, eum virum Megaris, & Aeſculapia apud Epidaurum celebrari ſolita, iuuenem cum fœlici ſorte & ſucceſſu priùs exceperunt, & bono poëtæ laudandum præbent. Non enim in latibulis obſcuris deliteſcens iuuenilem ætatem præclarorum facinorum expertem triuit & conſumpſit.

διαίρεσις ζ. κώλ. κβ.

τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον, ἔσσυταί
τε
μοισαῖον ἅρμα Νικοκλέους
μνᾶμα πυγμάχου κελαδῆσαι,
γεραίρετέ μιν, ὃς Ἰσθμιόνικος
ὢν
Δωρίων ἔλαχε σελίνων.
ἐπεὶ περικτίονας
ἐνίκασε δή ποτε,
κἀκεῖνος ἄνδρας ἀφύ-
κτῳ χερὶ κλονέων.
τὸν μὲν οὐ κατελέγ-
χει κριτοῦ γενεὰ
πατραδελφεοῦ. ἁ-
λίκων τῷ τις ἁβρὸν
ἀμφὶ παγκρατίου Κλεάνδρῳ
πλεκέτω μυρσίνας
στέφανον. ἐπεί νιν Ἀλ-
καθόου τ' ἀγὼν σὺν τύχᾳ
ἐν Ἐπιδαύρῳ τε νεό-
τας πρὶν ἔδεκτο. τὸν αἰνεῖν
ἀγαθῷ παρέχει.
ἥβαν γὰρ οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χει-
ᾷ καλῶν δάμασεν.

μετάφρασις.

*Quare & nunc reportat celebrationem, & concitatus eſt Muſæus currus, Nicoclis ad monumentum pugilis celebrandum, honorandúmque eum qui Iſthmiorum victor exiſtēs, Dorica adeptus eſt apia: poſtquam finitimos vicit olim & ille viros, ineuitabili manu concutiens. Quem quidem non dedecorat eximij genus patrui. Coætaneorū ideo aliquis ſplendidam ob pancratium Cleandro nectat myrti coronam: ſiquidem ipſum Alcathoíque certamen cum fœlicitate, in Epidauróque iuuentus priùs excepit: quem laudandum bono præbet. Pubertatem enim non expertem ſub latibulo præclarorum facinorum conſumpſit.*

τὸ καὶ νῦν. Quia volunt Dij vt vir ſtrenuus à Muſis celebretur: ideo nunc Pindarus Nicoclis defuncti mentionem facit, eúmque laudat in laudem Cleandri patruelis. τὸ, ſumo pro διόπερ, vt Il. γ.

Ἀλλὰ τά γ' οὐκ ἐγένοντο, τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα.

*Sed hæc facta non ſunt, ideo flens contabui.*

Et hanc periodum hoc modo conſtruendam ſentio. τὸ καὶ νῦν μνᾶμα πυγμάχου Νικοκλέους φέρει λόγον, ἔσσυται τε μοισαῖον ἅρμα κελαδῆσαι, γεράραι τέ μιν, ὃς Ἰσθμιονίκος ὢν Δωρίων ἔλαχε σελίνων.

φέρει λόγον. Hoc eſt, *celebrationem reportat*, vt dicimus μισθὸν φέρειν, *mercedem reportare*. λόγον φέρεις habes Ep. 2. Od. 8. Pyth. ἔσσυται, dicitur per hypertheſin pro σέσυται. Et hoc non incommodè ſequitur præſens tempus φέρει, quanuis ſit præteriti. μοισαῖον ἅρμα, eſt *currus poëticus*. Muſis tribuitur currus, quum agitur de poëſi quæ eſt ſtyli ſublimioris. Νικοκλέους μνᾶμα hoc eſt, Νικοκλῆς θανὼν, καὶ ἐν μνήματι, τουτέστι τάφῳ κείμενος.

γεράραι. Conſtruo iſtud cum præcedente κελαδῆσαι. Nec obſtat quod huius coli tertia ſyllaba debet eſſe breuis. Nam poëtæ diphthongis aliquando abutuntur, & ſyllabas longas corripiunt, breues producunt. Meliúſque mihi videtur dici ἔσσυται γεράραι, quia de re loquitur quæ fiebat in præſentia, quàm ἔσσυται κελαδῆσαι, γέραρέ τέ μιν, etiamſi conſtrui poſſit γέραρε cum præcedente ἔσσυται. Iudicet æquus lector.

ὃς Ἰσθμιόνικος ὢν. Alij legunt, ὃς Ἰσθμιον αὖ ἀπὸ, & coguntur ἔξωθεν ſumere aliquid, vel ſenſum, non verba exponere; vt vulgata verſio, quæ exponit, *qui apud Iſthmum Dorica apia ſortitus eſt*. Schmidius ſubaudit στέφανον, vt ſit hæc conſtructio, ὃς Ἴσθμιον στέφανον ἀπὸ Δωρίων σελίνων ἔλαχε: & dicit ἀπὸ ſignificare materiam ex qua. Et cum vulgò legatur αὖ ante ἀπὸ, legit αὖ *rurſum*: quia ſcilicet denuo poſt περικτιόνων victorias, Iſthmia vicit. Sanè ſi verum ſit στέφανον ſubaudiri poſt Ἴσθμιον, τὸ ἀπὸ commodè materiam ex qua ſignificabit. Sed αὖ an hîc quadret dubito, imò etiam an στέφανον ſumere liceat ἔξωθεν. Quare τὸ αὖ, quod habent exemplaria, mendosè legi puto pro ὢν. & ἀπὸ reijcio quod conſtructionem turbat: & in Ἴσθμιον aliquid deeſſe ſentiens, ſic colon hoc reſtituo, & lego, ὃς Ἰσθμιόνικος ὢν, Δωρίων ἔλαχε σελίνων. Hæc autem Aretius de Cleandro dici putat, quia victoriam eius Iſthmicam celebrat Pindarus. At eam initio iam commemorauit: & de Nicocle hîc verba fieri ſat demonſtrat ſeries contextus.

Δωρίων σελίνων. Huc refer quæ in hæc verba annotauimus Iſthm. 2. Ep. 1. Hanc autem victoriam alias vulgares ſequutam eſſe ſequentia docent. De voce περικτίων vide Nem. ια. ſtr. β. & obſerua fere omnes editiones mendosè ſcribere περικτύονας, pro περικτίονας.

ἀφύκτῳ χερὶ κλονέων. Intelligit hîc ἀκροχειρισμόν. Certaminis genus, quum pancratiaſtarum alter alterum manu captat ante συμπλοκὴν: nec ſinit elabi priuſquam victoria potiatur. Ideo χεὶρ ἄφυκτος dicitur illius pancratiaſtæ, qui potior eſt & victoriam reportat. Hinc ἀκροχερσίτης dictus eſt quidam pancratiaſta Sicyonius, quòd ἄκρας χεῖρας aduerſarij comprehendere ſoleret, nec eum dimitteret priùs quàm videret deficere viribus, vt refert Pauſan. Eliac. 2. Iſtiuſ-

modi pancratiasta dicitur χειροκλονέων, quia aduersarium agitando concutiebat, vt fatigatus agitatione succumberet. Hîc non moror quòd nonnulli legunt ἀφύκτε: nam error graphicus est facilis cognitu: nec quod alij legunt ἄφικτω. Nam hoc reijcit sensus.

τὸ μὲ. Nempe Nicoclem: & hæc est regressio ad ipsum Cleandrum, qui cùm sit πατραδελφεῶ Nicoclis γόνα, Nicoclis est patruelis. Telesarchus itaque Cleandri pater, Nicoclis est patruus.

ἁλίκων τῷ τις. Epilogus cum apostrophe ad eosdem poëtas quos in exordio compellauit. Hîc illos ἅλικας, coætaneos non sibi, sed Cleandro intelligit: & iuuenes intelligit πρὸ τί: habita nempe sui ratione qui illis erat ætate multò prouectior. Illi enim siquidem Cleandro coætanei erant, virilémque ætatem attigerat Cleander, non amplius in iuuenili ætate versabantur.

Ἀλκαθόου ἀγών. Vide paraphrasin Latinam, vbi à quo, & cur fuerint instituta Alcathoia dicimus. νεότας πρὶν. Innuit hîc illum priùs Aesculapia, quàm Alcathoia vicisse, illa cùm iuuenilem, hæc cùm virilem ætatem attigisset.

παρέχει. Quæritur quis sit ille qui παρέχει τὸ αἰνεῖν, respondeo videlicet, ἀγὼν Ἀλκαθόου, καὶ νεότης, τοῦτον τὸ Κλέανδρον παρέχει. Cui? τῷ ἀγαθῷ nempe *poëtæ bono*. Quare *strenuo*, quo quidam exponunt vocem ἀγαθῷ, non admitto.

ἥβαν γὰρ. Hoc est, οὐ γὰρ ἐν σκότῳ λανθάνων, καὶ ἐν χειᾷ διάγων οἴκοι. τὴν ἥβην τῶν καλῶν πραγμάτων ἄπειρον διέτριψεν. Ratio est cur laudandus bono poëtæ præbeatur Cleander. Verba Pindari sic construe, ἥβαν γὰρ οὐ δάμασεν ὑπὸ χειᾷ καλῶν ἄπειρον. Est autem χειὰ propriè φωλεός, & ἡ τῶν ὄφεων κατάδυσις, παρὰ τὸ χέω, τὸ χωρῶ *capio*, *contineo*.

*Pindari Isthmiorum finis.*

## *ERRATA.*

pag.16.l.35.*ſcribe*.ΑΟΡ. 1. 30.37. ἠρεμίαν. 55.10.pœnæ.123.43. Eo fuit. 129. 34.αὐχοῦνται.135.27.ſua.167.2.ἐπφλέγων. 172.17.vino veteri.189.42.militarent. 192.ſtr.γ.col.8. Ἀλφεῦ.200.6.*dele* ου ante ὁ.219.42. *dele*. Iōn.pro γνοῦ. Nam eſt 2.perſ.opt.γνοίμην.248.3. τεύχης.272.l. vlt. ὅς.275.39.*dele* ἅρμασι,& *lege* στεφάνοις. 283.col.10.Ep.πίδεσσιν.11.λίν.313.Ep.col.8. ὑπέρτατον. 316.antiſtr.col.4. ὦρσεν. 327. 1.reddenda.356.23.Κρονίδαο Bœot.Dor. Κρονίδα.362.2.ἐνοσ.384.40. Tyndaridæ. 288.2.μεταμέλειαν.376.col.10.Ep.πατὴρ.389.38.*dele* it.

# INDEX RERVM ET VERBORVM IN HOC AVTHORE ET COMMENTARIIS.

memorabilium.

## A

Ατη. pag. 281
Abas quis fuerit. 423
ἀβοατὶ. 593
Acroceraunia vbi ſint 536
Acaſtus à Peleo victus. 315. eius vxoris in Peleum dolus. 536 Peliæ filius 537
Accipere, omnium dulciſſimum. 66
Achæus hiſtoricus. 129
Achæi ab Achæo dicti ſoli Lacones & Argiui olim. 664. in Achaiam poſtea pulſi ſunt ibid.
Acharnæ, ciuitas Atticæ. 508
Actæon Ariſtæi filius. 442
Acuſilaüs Diagoræ filius, quali ſtatua inſignis. 123
Achilles ingloriam vitam glorioſæ morti præfert. 26. eſt in fortunatis inſulis. 59. Hectorem, Cycnum, Memnonem interfecit. 60. eius haſta. 177. rapta Briſeide, ſeſe oblectat Muſica. 251. quo pacto educatus. 316. Pyriſous dictus. jbid. quæ præcepta à Chirone acceperit. 406. commendatur à forma, robore, & Chirone. 520. à velocitate. jbid. à venatione ſine canibus & inſtrumentis venatorijs. 521. Chironis diſcipulus. jbid. eius profectio, & facta ad Troiam prædicta. 522. eius nomen occiſo Memnone peruenit ad Aethiopas. 566. Cycnum, Hectorem & Memnonem occîdit, & Telephum vulnerauit. 713. 751. fuit velox pedibus, & bellicoſus. 750. Hectorem & Memnonem occîdit. 753. cur ἥρως Αἰακιδᾶν ibid. ἀδείμαντος. 627. 660
ἀδείμαντος. 627. 660
ἀδέω. 564
ἀδίαντος. 585
Adiectiua aduerbij naturam aliquando ſumunt. 163
ἀδόκαντος & δοκέων oppoſita quid ſignificent. 576. 577
Adraſti exercitus ad Thebas clades. 51. dictum de Amphiarao. 98. 99. cæſorum quot pyras fecerit, & quibus adiuuantibus. 100. Talai

filius. Ibid. Argos profugus Sicyone regnauit, fuítque Polybi gener & hæres. 608. Talai filiorum præstantissimus. 609. Nemea sub eius ditione fuit. 629. è bello rediјt socijs orbatus. 735
Adrastides, & Adrasteis. 51
Adriaticum mare, aliàs Ionium. 309
Aduersis rebus succedit fœlicitas. 42
in Aduersarium quiduis moliendum. 698
Adulatoribus non esse præbendam aurem. 288.289
Adulterium nouæ nuptæ intolerabile. 471
ἀδύγλωσσος. 234
ἀδυεπής. 491
ἀδυμελής. 426
ἄδυτον quid sit. 132.467. ex adytis responsa vates dabant. ibid.
Aeacus mortalium fœlicissimus, non tamen caruit aduersis. 313 siccitatis liberationem obtinet precibus. 546. Oenones rex, consilio & manibus præstantissimus. 592. Herculis familiaris. 586. ipsi ius hospitij, & fraternitatis intercessit cum Hercule. 587. Thebarum quî princeps dicatur. Ibid. Iouem pro siccitate exorauit. 593. Athenis, & Lacedęmone ad eum missi legati. 594
Aeacidarum parentes. 545.580. ortus, virtutes, fortuna. 546. cur Aeginam reliquerint. 547. studia. 572
Aeacea, ludi Aeginæ. 143
Aeetes in Colchidem migrauit. 224 filius Solis. ibid. & 370. Iasoni labores & præmium proponit. 366 367
Aegæ vbi sitæ. 552. hîc Neptuni erat templum. ibid.
Aegæi maris situs. 726
Aegialeus Adrasti filius, solus in bello secundo aduersus Thebanos est mortuus. 423
Aegidæ. 394.395
Aegimius. 264
Aeginæ ludi sacri. 143.427. δολιχήρετμος, δικαιόπολις. 149.150. 419. celeberrimum emporium, & populosa. 151. ibi Aeacea celebrabantur. 143. eam ab Aeaco primi Dorienses rexêre. 152. quî id factum. ibid. laudatur à iustitia, maiorum imitatione. 419. hospitalis & Doris 511. regionis decus. 513. antiqui nominis. ibid. eius laudes à pulchritudine, nobilitate, hospitalitate, iustitia. 530. iure hospitij cum Thebis vtebatur. 531. fortitudine, re nautica, hospitalitate claruit. 545. eius ciues omnes rebus præclaris certant. 555. amplum ad eam laudandam argumentum. 566. πόλις φιλόμολπος. 572. εὔνομος. 710. studiosa diuinorum operum. ibid. inter Aeginam & Thebas fuir cognatio. 748 Aegina & Thebe Asopi νεώταται filiæ. ibid. dicta priùs Oenopia. 749
Aegina Nympha Aeginæ insulæ cognominis. 430. eius & Iouis amores honesti. 592.593.748
Aeginetarum bellica virtus nauali prælio, & peritia nauigandi. 149. iustitiæ, & hospitalitatis amor. ibid. & 150. Apollinem & Dianam coluerunt. 425. sacrorum certaminum studiosi. 572. strenuitas aduersus Xerxem. 715.
Aegisthus interficere volens Orestē, interfecit eius nutricis filium. 470
Aegypti filios, Danai filiæ, eorum vxores occidêre. 450
ἀείδεσθαι pro ἀφικνεῖσθαι. 198

ἀελπτία.

ἀελπτία. 484
ἀελλόπους. 325.491
ἀέναος. 240.250.
Aeneas χορδιδάσκαλος. 118
Aeoles citharoedi inſignes. 289
Aeolides chordę. ibid. Aeolicus ſpiritus. 526
Aepytus Arcadum rex. 102
Aeſculapij præclara epitheta. 296. 297. mater Coronis. 298. alijs Arſinoe eius mater. Ibidem. coniux Epione. ibid. matre rogo impoſita quomodo ſeruatus. 304. quos morbos curarit. 305. quibus remedijs vteretur. 306. lucri amore captus Hippolytum ad viuos reduxit. ibid. & 307. Chironis diſcipulus. 521
Aeſculapia in Epidauro celebrata. 527.556
Aeſon poëta. 219
Aeſoni regnum ademit Pelias, eúmq; coëgit taurinum ſanguinem bibere. 342. vt agnouit, excepítque filium Iaſonem. 345. eius fratres. 346
Aetates tres. 525
Aetati vnicuique ſeſe accommodare laudabile. 525
Aetates tempeſtatibus reſpondent. 545
Aether cur deſertus. 5.232
ἀεθλονικία. 512
Aetna vrbs ab Hierone condita. 2. 257. alia Aetna. 248 Aetnæi à fortitudine & bonis legibus laudantur. 613
Aetnam occupat Iupiter. 85
Aetnæ montis deſcriptio. 253.254
ἀετὸς, & ἀέτωμα. 218
ἀζίγυος. 539
Afri equitandi artem inuenerunt. 320 cur dicti Nomades. 452
Africa arenoſa terra. 323. continentis pars tertia. 433
ἀγάθεος. 443.564
ἀγακλὴς. 664
ἀγακτίμενος. 396
ἀγάλλομαι & ἀγάλλω. 27
Agamemnon occiſus à Clytemneſtra 470. cur ab ea occiſus ibid. & 471
ἀγάνωρ eius duplex etymon & ſignificatio. 613
Agaue furioſa laniauit Pentheum. 315
ἀγάφθεγκτος. 118
ἀγγελία Mercurij filia. 160. 161
ἄγειν, ire. 464
ἀγέρωχος. 199
Ageſander Rhodius ſculptor eximius 137
Ageſias quis & vnde. 97. cum Amphiarao comparatur. 98. 99.100
Ageſidamus Locrus. 184. 185. formoſus. 202
Ageſilaus vt ſe gereret erga aduerſarios clandeſtinos. 494
ἀγεσίλαος Pluto. 169
Ageſimachus Aegineta Soclidæ pater. 560
ἀγήνωρ. 167.307
ἀγησιχόρος. 249
ἄγκειται. 205
ἀγκυλότοξος. 268
ἀγκὼν cubitus. 61
Aglaia vna Charitum dicta πότνια. 240. dicitur lætitia. 249
ἀγλαΐαι. i. ἀγλαὰ ἔργα. 181
ἀγλαΐζομαι. 7
ἀγλαόδενδρος. 166
ἀγλαόκαρπος. 522
ἀγλαόκωμος. 69
ἀγλαοτριαίνης. 15
ἀγλαόθρονος. 234
ἀγλαόθωκος. 624
ἄγλωσσος, non eloquens. 597

ἀγυιὰς. 113
ἄγνωστος, pro ἀγνοῶν. 113
ἀγορεύομαι. 668
Agragas vrbs dicta ab Agragante, Iouis filio. 37
Agragas mõs Siciliæ. 479. Ibidẽ oppidum eiusdem nominis. ibid.
Agreus Cyrenes Nymphæ filius. 442
Agrigentum vnde dictum. 37. sacra sedes fluuij. 41. centum annos ante Theronis ætatem conditum. 64. cur fluuiale dicatur. 404. eius honorifica epitheta. 418. 479. vbi situm. ibidem.
ἀγροτέρα. quid significet. 54. 432
ἀγυιᾶτις. 467
Aiaci Locro sacri ludi Oilei. 183
ἀιανής. 269. 369. 668
Aiax à Polypœte disco superatus. 197 Salaminius. 507. armis Achillis priuatus Græcorum iudicio sese confodit. 574. ab Achille secundus. 577 Achillis armis priuatus. 596. nunquam fuit vulneratus. 598. eius mors. 694 fuit priuatus Achillis armis. Ibid. Telamoni nasciturus vir bellicosus prædicitur ab Hercule, & ab αἰετὸς Aiax dicitur. 728. inuulnerabilis.
αἰγιαλὸς de mari dicitur. 253
αἰχμὴ pro στρατιά. 128
αἰχμητής. i. πολεμιστής. 118
αἴδης, pro τάφος. 398. 722
αἰδοιέστατος, poët. pro αἰδοιότατος. 82. 385
ἀΐδεις. 282. 502
ἀϊδροδίκης. 502
αἰγὶς quid sit. 229
αἰγλήεις. 277
αἱμακουρίαι. 29
αἰνέω, pro αἰτέω. 740
αἰολῆς μολπή. 33. αἰολέων ἦθος. Ibid.
αἰόλλω. 368
αἰολοβρέντης. 171
αἰὰν fœmin. gen. 618
αἰωρεῖν. 251
αἰπεινός. i. molestus. 551
αἰπύς. i. maximus. 191
ἄϊσος pro ἄνισος. 742
αἴτε. Dor. pro εἴτε. 337
αἰτία, causa materialis. 572
αἴθων epitheton vulpis. 207
αἰθός. 422
αἰθύσσειν. 145
ἀκᾷ. 353
ἀκαμαντολόγχης. 735
ἀκαμαντομάχης. 356
ἀκαμαντόπους. 68. 83. 89
ἀκάμας. 27
ἀκείομαι. 449
ἀκειρεκόμης. 659
ἀκέντητος. 9
ἀκέρδεια. 5. I. βλάβη. 18
ἀκίνητος. 169
ἀκμή. 445
ἄκναμπτος. 336
ἀκοά. 445
ἀκόνη vnde dicatur. 731
ἄκορος. 362
ἀκούω pro αἰσθάνομαι. 508
ἄκρα ἑσπέρα quid significet. 469
ἄκραντος. 26
ἀκροχειρισμὸς quid sit. 755
ἀκροθίνια. 39. 578
ἀκρόσοφος. 206
ἀκτῖνες. i. δρόσος ἀνθῶν. 108
Alæ in curribus & nauibus quid sint. 27
Alæ victoriæ. 452
ἀλαλά. 523
ἀλαλατὸς 266
ἀλαλάζω. 266
ἀλάομαι. i. ἁμαρτάνω. 20
Albuneæ domus. 41
Alcæa Arcadiæ sacra. 143
Alcæa Hypsei & Chlidanopes. filia. 435

# INDEX.

Alcæus pater Amphitryonis. auus Herculis 113. ipſe vocatus eſt primùm Hercules. 466
ἀλκήεις. 176.394
Alceis ſeu Barce, Antæi Iraſæ Regis filia præſtantiſſimo curſori vxor data. 449
Alcathoia à quo inſtituta. 755
Alcimede mater Iaſonis. 339
Alcimedes alius 558. cur aliquando à certamine prohibitus. 568
Alcimidæ laudes 557. & ſeq.
Alcmæon laudatur quod matrem interfecerit. 472
Alcmæon Athenienſis quis fuerit. 411.
Alcmæonidæ templum Apollinis Dephicum inſtaurarunt. 412
Alcmanica conſtructio. 358
Alcmaon Amphiarai filius 422. cur eius clypeus draconis figura inſignitus, ibid.
Alcmena filijs aduerſus dracones ſuccurrit. 499
Alcyoneus boues ſolis rapuit. 725
ἀλεκτὴς. 297
Aletes Corinthiorum Rex. 217
Aleuadæ dicti Theſſali. 454
Alexander Seuerus muneribus amicos retinere, inimicos ambire ſolebat. 494
Alexibiades. 390
Alexidamus qua conditione Barcen vxorem duxerit. 449
ἀλεξίμβροτος. 397.598
ἀλίθιος. 298
ἀλίπλαϛκτος. 323
ἀλιτόξενος. 186
ἀλλὰ *quamobrem*.381. 605.747.*autem*. 725
Aloëus filius ſolis. 224
ἄλπνιςος. 708
in Alpibus iumenta & homines à niuibus perduntur. 691
Alpheus Deus habitus. 193. Arethuſam ſeu Dianam inſequitur. 489 490
Iupiter ἄλπιος. 192
ἄλπις. 192
ἀμαιμάκετος. 253
ἄμαχον. i. ἀδιῴατον. 217
Amata conſequi iucundiſſimum. 464
Amathois fluuius. 407
ἀμάξιτος. 371.567
Amazones victę à Bellerophonte, & ſitus regionis quam incolunt. 232
ἀμβατὸς. 458
ἀμβολάδην. 631
ἀμβολὴ pro ἀναβολή. 249
ἄμβροτος. 625
ἀμείρειν. 407
ἀμέτρητος. 665
ἀμεύσασθαι. 260
ἀμευσίπορος. 473
Amicus experientia probatur, vt aurum à lydio lapide. 465. amici amicorum ſucceſſibus gaudent. 83. 84. amico amicus. 292. amicos muneribus retinebat Seuerus. 494. amicorum vſus in varijs rebus. 600. amicis orbati viri perit honor. 639. pauci fidi, ibid.
Amicitias & inimicitias colendas. 291.292
Amilcaris ſomnium. 112
Amenes fluuius. 266
Ammon. i. Iupiter Aegyptiaca lingua 323. ſub arietis ſpecie in Libya colebatur. 324
ἄμμορος pro ἀμέτοχος. 26
Amor inſanus & inter ſpecies inſaniæ. 280
Amores poſſibiles oportet ſectari. 338
ἀμὸς pro ἐμὸς. 186.304.326.512

ἄμπαλος. 138
ὀμφαδὸν. 438
ὀμφέπω. 7
Amphiarai filius Alcmaon.421.à terra abſorptus in Oropo. 423. Talai filios regno pepulit excitata inter eos ſeditione. 908. poſt eam ſeditionem conciliati quonam pacto, 609. eius obitus 612. vbi ſit abſorptus. ibid. pro patria pugnauit. 740
ἀμφϊάρης & ἀμφιάρηος. 423.612. Oiclei filius 610.fulmine occiſus. 624
Amphiaraus Oilei filius vates &c. 99 eius ludi. 143
Αμφιβάλλομαι. 5
Amphictyones Pythijs præerant, & ex duodecim Græciæ populis conſtabant &c. 334. Hi dicti quoque ἱερομνήμονες. ibid.
Amphictyonicum conſilium ex ſeptem Græciæ vrbibus conſtabat. 455
Αμφικυλίω. 597
Αμφιδέυτατα. 17
Αμφιλαφὴς. 178
Αμφίπεδος. 441
Αμφιπίπλειν pro ἀσπάζεσθαι. 202
Αμφίπολος. 103
Amphitryo ſuccurrit filijs quos inuadebant dracones. 500. Tireſiam conſulit quid portendat quod Hercules dracones in cunis ſuffocaſſet. 501
Αμφότερον & ἀμφότερα. 100
Αμπλακέω. 158
Αμπνευμα. 490
Αμπνοὰ. 147.361
Αμπυξ. 91
Amyclæ. 264.472
Amymone Danai filia à Neptuno corrupta. 450
Amyntor Pheretis filius. 129
Amythaon Aeſonis frater. 346. Melampus eius filius, ibid.
Αναβαίνειν pro ἀναβιβάζειν. 360
Αναβάλλεσθαι. 249
Αναβολὴ. 249
Αναβωλακία ſῆ. 367
Ανάδειν. 383
Ανάγκη ἐχθρὰ quid ſit. 55
Αναγινώσκειν pro ἀναμιμνήσκειν. 185
Ανακαλυπτήρια feſtũ Proſerpinæ. 120. 181
Anacreon dicebat ſe canere pueros quòd ſui eſſent dij. 675
Ἄναλκις. 26
Ἀναφαίνω illuſtrem reddo. 444
Ανάπτυαμένα. 699
Ἀναπτυάναι. 102
Αναπολίζειν. 404
Ανάπωσις. 173
Αναῤῥύειν. 231
Anaſtrophes exempla. 545
Ἀνατέλλω, i. ἀνατέλλειν ποιῶ, 732. 733
Αναξ pro ἄνασσα. 480
Anaxilaus à cœpto in Locros ab Hierone deterritus. 261
Αναξιφόρμιγξ. 38
Anchora nauis frænum, 326. eam ſoluentes ſuſpendunt è naui, ibid.
Anchorę duæ bonæ 121. vſus. 462
Anchorarum loco lapidibus olim vtebantur. 360
Ανδάνειν. 256
Ανδροδάμας. 519. 609
Ανεκὰς quid ſignificet. 45
Ανεμοσφάραγος. 432
Ανερύειν. 231
Animæ defunctorum in peregrino ſolo à veteribus in patriam reuocandæ putabantur ad piacandos ſubterraneos Deos. 353
ἄνιεται pro ἀνύεται. 147
Annuere capillis, i. capite. 492

ἀνηρέα. 158
ἀνορέω. 133
ἀντάεις. 448
Antæus Iraſæ rex 440. qua conditione filiam locarit ibid. eius crudelitas. 699
Ἀνταύω. 361
Antenor exciſa Troia ſedes in Libya poſuit Menelaum ſequutus. 396
Ἀντερείδειν. 328
Ἀνθεμον. 58
Antia Prœti vxor. 226
Αντιάνειρα. 212
Antias. 633
Αντιϐολέω. 220
Anticlea Bellerophontis vxor. 226
Αντικυρέω. 211
Antilochus pro patre mortem oppetit, à Memnone occiſus, alius dicit ab Hectore occiſum. 407
Anthiphemus Rhodius. 41
Αντιφερίξαι. 439
ἀντιφλέξειν. 75
Antiphus Herculis nepos naues duxit adverſus Troianos. 532
ἀντίτομος. 366
ἀντιξοεῖ. 221
ἀντλεῖν. 308
ἄντλος. 173
ἄντροθε. 328
ἀνωδυνία. 297
ἀνώνυμος. 26
ἀώσφορος. 693
ἄωτος quid ſoleat apud Pindarum ſignificare 7. eius etymon ibid.
ἀπάδις. 270
ἀπάλαμνος. 55
ἀπάλαμος. 21
ἀπάορος. 429
ἀπάτερθε. 141
ἀπείρατος. i. μέγας. 108. ignarus. 493
ἀπέχειν. 58
Apes cur Græcis dictæ μέλισσαι. 332
ἀπηλιώτης quid ſit. 90
Αφατος. 499
ἄφαντος. 17. ἀφίσαμαι. i. ἀπέχομαι. 18
ἄφθιτον pro ἀθανασία. 21
ἀφθόνατος. 205. 219
ἀφθονέστερος pro ἀφθονώτερος. 65
Απθέω. 328
Apium herba leonis 565. ἱερὸν καταχθονίων. 221. quali apio coronæ Iſthmiacę, quali Nemeææ pararentur. 220
Απλατος. 255
Αποκλαερος. 392
Αποινα. 686. 127. 128. 276. 573
Apollo in medio choro Muſarum eſt. 548. eius cithara ſeptichordis quid ſignificet. 549. cur τοξοφόρος. 110. Deli ſpeculator. ibid. eius oracula magna ex parte falſa & dubia 113. genitiuus, genitor. 140
Apollinis genitoris veneratio. 140. epithetorum congeries. 258. eius ſacerdos χρυσέων ἀεὶ πάρεδρος cur dicatur 321. quando adeſſe & abeſſe Apollo diceretur ibid. eius templum Delphis πολύχρυσον 331. 404. eius artes 393. 394. Carneus vnde dictus 395. χρυσάωρ 398. eius templum Delphicum à Piſiſtratidis incenſum, ab Alcmæonidis inſtauratum 412. Apollo in Lycia & apud Hyperboreos colebatur 155. gratias dextra, ſagittas ſiniſtra geſtans cur pingatur. 240. cur χρυσότοξος & Pythius, ibid. inuentor citharæ. quæ eius poſſeſſio eſt 248. Delphis præfuit. 469. aram communem cum Mercurio habuit & cur 248 Iouis filius 298. omnia ſcit, & eſt σκοπός. 300. 301. λοξίας. ibid. falli nequit 302. ei ſacra apud Cyrenæos conuiuia 381. eius templum παίδοκον 424. 425 Delius hoſ-

pes 433. fallere nequit, omniaque ſcit. 439
Apollonidæ Delphi dicti. 320
Apollonia vrbs ædificata à Cyrenæis 323.
Ἀπονέστεροις pro ἀπονιώτεροις. 55. 56
Ἄπορα pro ἄπορον h.e. ἄτοπον. 18
Ἀποσκίμπτομαι. 121
Ἀπότροπος. 429
Ἀπύρας. 351
Ἀπροσόρατος. 56
Ἀπτὼς. 17
Ἀπύω. 24. 94. 279. 454
Aqua optima 1. rationes tres, 3. 82. aquã igni contrariã ferre quid ſit. 494
Aquila Iouis auis. 63. auium regina 219. aquilæ dormituræ pathos elegans 250. eſt ἀρχὸς οἰωνῶν ibid. aquilę duæ aureæ in templo Apollinis cur conſecratæ 321. aquilæ duæ miſſę à Ioue vt medium orbem cognoſceret. ibid.
Aræ ſex duodecim Dijs dicatæ in Olympia. 90 ibidem fatidica ara Ioui ſacra. 97
Arcadia εὐάνωρ 115. εὔμηλος 120
Arcadiæ ſacræ. 143
Arceſilaus quis, & eius laudes. 319. 320 382 & ſeq. à Batto octauus 333. ab Argonautis & Lemniadibus oriundus. 373
ἀρχαγέτας. 393
ἀρχᾶθεν. 690
ἀρχεδίκης. 342
ἀρχεῖαι pro ἀρχαῖαι. 233
ἀρχέπολις. 440
Archilochia vulpes. 290
Archilocho malè ceſſit maledicentia 285. eius melos. 162
ἀρεταῖς πόροις quid ſit 617. ἀρεία. i. βλαβὴ, ἀπειλὴ 617
Arena innumerabilis. 65. arenam ſuperat, prouerbium. 66
Arethuſa. 308. in Ortygia eſt 489. 490
ἄρης, ξίφος. 472
Argantus mons. 356
Argia mater Therſandri, Adraſti filia. 51
ἀργικέραυνος. 146
Argiua certamina. 142. 143. 179
Argiui à Danao rege Danai dicti. 423
Argiui & Lacones, ſoli primùm dicti Achæi 664. Argiui breuiloqui. 728
Argo nauis vnde dicta. 359
Argonautæ per Libyam Argo nauim vectarunt. 323. eorum hiſtoriæ compendium cape ex tota Ode 4. Pythiorum, cur Minyæ dicantur. eorum nomina 355. & ſeq. quibus vſi ſint vatibus. 390
ἀργὸς tardus, piger. 228
Argos cur Danai vrbs. 623. Iunoni ſacrum 624. mulieres forma præſtantiſſimas habuit 625. dicitur ἱπποτρόφον ἄστυ περίτε 633 ἵππιον. 735
ἀργυρόπεζα. 433
ἀργυροῦσθαι argento donari. 634. & λαμπρύνεσθαι. 676. ἀρίγνωτος & ἀριγνὼς. 547
Arimaſpus borealis terræ rex. 73
Arimis educatus Typhœus. 417
Ariſtæi hiſtoria. 441. 442
Ariſtagoras præſes Tenedius. 642 & ſeq.
ἀειδάρματος. 388
Ariſtippus meliora quærens præſentibus erat contentus. 95
Ariſtoclidis laudes. 510. & ſeq.
Ariſtodemus dixit, pecuniæ, pecuniæ, vir. 676.
ἀριστόγονος cur dicatur Alcmena. 467.
ἀριστόμαχος. 453
Ariſtomenis laudes. 414. & ſeq. eius avunculi. 421
Ariſtopatira Diagoræ filia cur ad ſpectaculum gymnici certaminis admiſſa. 123.

ἀρισοπῖνος. 136
ἅρμα τέλειον & πωλικὸν quid. 389
ἅρμα dictus locus vbi abſorptus eſt Amphiaraus. 612
ἁρματινίκη. 405
ἀρνῳδοὶ qui dicerentur. 505
Arſinoe nutrix Oreſtis. 470
Arſinoe mater Aeculapij & Eriopidis. 298
Arte & natura coniunctis excelluêre Rhodii in artibus. 137. artium ingennarum ſtudium arduum. 183 artes aliorum aliæ. 493
ἄσκιος. 565
Aſini ab Hyperboreis immolabantur Apollini. 459. procera ſunt apud eos ſtatura ibidem.
Aſopicus. 238
ἀσφαλὲς pro ἀσφάλεια. 279
ἀσπιδόδουπος. 661
ἀστραβὴς. 61
ἄστρον pro ἀστὴρ eiuſque etymon. 5
Aſtydamia Amyntoris filia. 129
ἀστυνόμος. 614
Aſtyochia Tlepolemi mater & Philantis filia. 129
ἀσύμβολος quis diceretur. 15
Atabyrium Rhodi mons. 143
ἀταρβὴς. 391
ἀτάρβητος. 338
ἀτελὴς. 393
ἀτενές. 290
ἄτη quid ſit. 19
Athenienſium ad Salminem victoria. 268 dicti ciues Erecthei. 412. Erecthidæ. 678
Athenarum laus. 410. μεγάλαι dictæ 506. Athenienſes omnis ferè generis ludos & ſpectacula ciuibus & exteris exhibuerunt. 449. bonos artium magiſtros habuerunt. 556
Athenarum terra λεπτόγεως, 594. λιπαρὰ. 678
Athenodorus Rhodius ſculptor celeberrimus. 137
Athletæ ante certamen oraculum conſulebant. 147
Atlas cœlum ſuſtinet. 380
ἄτρυπος. 599
ἀθύρειν. 697
ἄθυρμα Ἀπολλώνιον quid ſit. 387
ἀτόλματος. 747
*Atreus & Thyeſtes.* 28
Attica certamina. 142
Attilius Regulus horrendum draconem 120. pedum occidit. 370.
ἀτύζομαι. 153.253
ἀυάτη. 281. 300
αὐγή. 648
Autuchus Cyrenes filius. 442
αὐὴρ pro ἀὴρ. 281
Augias cum Hercule bellauit. 190. eius patria dicta φύκτιον 191. per imprudentiam mortuus, ibid.
Auium dormientium ſitus. 250.251
in Aula ſeges eſt inuidorum & calumniatorum. 294
ἄυλακος etymon. 367
ἄυλειος, αὐλεία θύρα. 494
αὔω. 481
αὔως pro ἠώς. 281
Aurum inter diuitias præſtantiſſimum 82. Lydio lapide & igne probatur. 465. auri potentia. 705
Aureus pro inſigni 27.58 298.310.432
Aureis literis ſcriptus 7. hymnus Olympiorum & in templo Mineruę conſecratus. 123.124
Aurigæ laudes. 387
αὐτῆ. 615
αὖθι pro αὐτόθι. 153
αὖθις pro μετὰ ταῦτα. 522
αὐτόρρυτος. 482
αὐθώρης. 333
αὐτόθεν. 549
αὐτόματος. 333

Auxilium petentes manum tangebant. 594
Azani vita functo celebratum est ἱπποδρομίας certamen. 634

B

Bacchus intonsus, imberbis, Thebarum ornamentum, & cur Cereris assessor. 733
Bacchylides Iulieta familiaris Hieronis. 2. taxatur. 62. Pindari aduersarius. 260
Bagradas Atticorum fluuius. 370
βαίνειν pro βιβάζειν. 102
Barce præstantissimo cursori vxor proposita. 449
βαρύγδουπος. 116.154
βαρύκομπος. 392
βαρύκτυπος Iouis & Neptuni epitheton 24.541
βαρυόπης. 407
βαρύπαλαμος. 471
βαρυσφάραγος. 749
βασίλεια sacra Euboeæ. 669
βάσις pro ῥυθμός. 249
Bassidæ quinam essent. 563. reportarunt 24. victorias. 567
Bassus insignis vir apud Aeginetas. 563
βαθύδοξος. 265
βαθύκολπος. 252
βαθύκρημνος. 617.700
βαθύμαλλος. 354
βαθυμήτις. 521
βαθυπέδιος. 514
βαθύφρων. 570
βαθύστερνος. 612
βαθύζωνος. 80.432
Battidæ, i. Cirenęi. 388
Batti historia. 321. ex familia Semi, & decimus septimus ab Euphemo. 330. filius Polymnesti. 332 Phronima eius mater. ibidem. fuit suorum propugnaculum. 392. eius historia ibid. Battus est rex Libyca lingua. 321. quum viueret, & post mortem in honore habitus. 398
Batycles phialam sapientissimo dandam reliquit, 124
Beatorum sedes descripta. 55. 56. eorum ibi fœlicitas. 57. beatum reddit bona fama. 125
Bellerophontis historia. 226. Aeolides fuit, 228. Neptunus verus eius pater. Sisyphus putatitius. 228. res gestæ in Pegaso 231.232. eius mors 232
Belli & pugnæ differentia. 51. eius periphrasis 251. in bello prudentia & robur coniungenda 616. belli fortuna dubia 532. belli nubes quid sit. 625
Beneficentia cur sit exercenda. 495
Beneficium esse compensandum. 390
βιατὴς. i. ἀνδρεῖος 176. ι. βίαιος. 251
Bigas inuenit Castor. 384
Blepsiadarum tribus. 159
βοαθόος. 577
Bœbias Laceriæ lacus. 303
βοηδρομιὼν mensis, aliàs πάνεμος. 488
βοηλάτης. 218
Bœotiæ sacra. 143
Bœotica sus. 117.118
Bonum illud est summum quod quotidie obuersatur. 30. bonum vnum mala comitantur in vita. 311
Bonorum post vitam fœlicitas 55. cum bonis non contendendum 379.380 eos Dij curant. 401
Boreadæ populi. 358
Boreas rex ventorum, eiusq; filij. 358 alati ijdem finguntur ibid. vbi sint eorum alæ ibid.
βουβότης. 536
βουδιὼν quidam Aegineta. 563

Boues nigri Neptuno immolabantur. 228. 362. boues Aeetæ ignem ſpirabant. 366. 367. boues Epiri commendati 536. boues Larini præſtantiſſimi. ibid.
βοῦς. i. μήτηρ vel γυνή. 350. 636
βραχὺς. i. ἀσθενής. 742
βραχυσίδηρος. 520
βρέμεσθαι. 644
Breuiloquentia opportuna commendatur. 268. 269, 444
βρομία φόρμιγξ. 607
βρονταῖος tonitruus, tonitrualis. 171
Bunus Mercurij filius. 224

C.

Cadmi calamitas ob filias. 315. filiæ eius, ibid. in Thera templum quando condiderit. 322. eius filiæ. 4. 45. 466. cur in fortunatis inſulis degat. 56. etſi fuerit inter homines fœliciſſimus, tamen aduerſis non caruit. 313. eius fœlicitas, 314. dona in nuptiis accepta. 315. miſſus ad quærendam Europam. 315
Caicus Myſiæ fluuius. 714
Calcitrare aduerſus ſtimulos. 293. 294
Callianax ex Diagore maioribus. 144
Callimachus Alcimedontis auunculus. 161
Calliſta inſula dicta Thera. 330
Calumnia vt ferenda. 290. apud bonos nullius eſt ponderis. 291
Calumniari facilius eſt primum virtutis ſpecimen. 115
Calumniatorum natura. 240. inexpugnabile malum, ibid. ſubdola oratio. 291. multi ſunt in aula. 294
Camarina Siciliæ vrbs. 84. lacus. ibid.
Camarina filia Oceani. 89. 90. quando ædificata, vaſtata & inſtaurata vrbs Camarina. 91
Camirus Cercaphi filius. 140
Candoris eſt inimicitias & amicitias apertas colere. 292
Cani præmaturi. 87. 88
Capys & Hippocrates conſobrini Theronis, eum bello diuexarunt, ſed victi ſunt. 65. filij Xenodici in exilium à Therone pulſi. 404
Carmen recens veteri præſtantius. 171. 172. carmina res geſtas memoriæ tradunt. 234. victoriæ præmium. 511
Caſtalia fons Delphorum. 355. alius Parnaſſi, alius prope Antiochiam. ibid.
Caſtoreum melos quid ſit. 288. vnde dictum eſt. ibid.
Caſus inopini multi. 209. 210
Catane Naxiorum oppidum, &c. 248
Celox, nauis actuaria. 3
Celtoſcythæ & Scythæ olim dicti Septentrionales vniuerſi. 73
Centaurorum origo. 283. dicti φῆρες. 297
Ceos vna Cycladum. 659
Cephiſus Orchomeni fluuius. 239
Cercaphus Solis filius. 134. Cercaphi filij. 140. eius vxor Cydippe. 140
Ceres cur in Sicilia coleretur. 119. cur Sacerdotes eius dictæ Meliſſæ. 332. cur dicta χαλκόκροτος. 733
Cerua cornib[9] aureis. 78. ſit-ne cornuta. 78. ceruæ cornibus aureæ origo. 79
Certamina in Olympia quibus & quot diebus peragerentur. 91. in ijs eſſe periculum 93. Atticorum certaminum nomina. 142. quæ eſſent ſacra. 568. certamina nulla ante Herculem celebrabantur. 449. cum paribus fiebant 558. certamine propoſito quinam ſuas filias lo-

carint. 450
Ceſſatio in omni re bona. 580
χαῖρε ſalutatio. 288. χαίρετε valedicentis. 664
χαιτάεις. 432
χαλαζάεις. 716
χαλκάρματος. 339
χαλκεαπίς. 173.739
χαλκέλατος. 133
χαλκεντής. 493.649
χαλκοαράς. 702.713
χαλκοχάρμης. 724
χαλκοδάμας. 731
χαλκόγλυις. 326
χαλκόκροτος. 733
χαλκομίβας. 641
χαλκοπάραος. 259.584
χαλκόπεδος. 742
χαλκοτόξος. 351
χαλκῦς. 232
χαμαιπετέω. 534
χαμαιπετής. 166.408
Chariadarum tribus. 602
Charielo vxor Chironis, Apollinis filia. 341
χάρμη. 10.179 χάρματα pro εὐεργεσίαι. 66.
χατίζω, χατέω. 62
χεία quid ſit. 756
χέραι quid ſit. 405
χειάρας. 389
Chimæra ignem ſpirans à Bellerophonte victa. 232
Chiron κένταυρος ζαμενής. 438. eius domus dicta lapideum tectum. 521. Peleum liberauit. 537. Chironis parentes. 296.520. Pelij montis & vallium dominus, ibid. Centaurus erat, & medicus. 297 Aeſculapij magiſter, ibid. Magneſius Centaurus. 305. in Pelio monte habitabat. 36. quid doceret diſcipulos 341. eius vxor Chariclo, ibid. eius filiarum nomina, ibid. cur dictus φὴρ θεῖος. 345. eius autrũ non fuit informis ſpelunca, ſed magnifica domus. 436. σεμνὸν eius antrum cur dicatur, ibid. eius diſcipuli. 521. eius ἄφθιτον αὖβον. 751
Chirurgicæ eſt molliter contrectare. 521.
Chlæna pharmacũ aurarũ, &c. 180.181.
χλάζω. 163
χλιαρὸν χελῦν quid ſit. 438
Chlidanope mater Cyrenes. 435
χοιράδες quid. 462
χόρτος. 223
Chorus victorum ex quibus conſtet. 163. Chorus victorialem hymnũ in conuiuio canebat. 604
χρέος pro χρεία. 17. pro ὀφείλημα. 70. pro πρᾶγμα. 134.
Cretheis eadem quæ Hippolyte. 537. Hippolyti filia. 550. Peleum ſollicitauit & falsò accuſauit. 551
Chromius Aetnæus quis fuerit, eiúſque laudes. 489. & ſeq. 603. & ſeq.
χρυσάμπυξ. 313. epitheton Muſarũ. 674
χρυσάωρ. Apollo. 398
χρυσάρματος. 75.384
χρύσασπις. 657
χρυσηλάκατος. 122.552.564.
χρυσοχαίτας. 277
χρυσοκόμης Apollo. 105.132
χρυσοστέφανος. h. e. ἔντιμος. 450
χρυσότοξος. 240
Chthonius Spartorum vnus. 664
χυτός. 125
Cichyrus vrbis & viri nomen. 577
Cilicium antrum. 255
Cinyras Cypriorum rex. 276.277. ditiſſimus 596. Myrrham filiam vitiauit. 595
Cirrha oppidum. 310. 412. 418. 456. 469
Ciſſus Bacchi comes. 46
Cithara cur Δωρία dicatur Pindaro. 8.

Cithara & lyra Pindaro ſunt idem. 51 ſonat κρέκε. 171. cithara poſſeſſio Apollinis.248.eius vſus in muſica. 249.cithara ſepticordis Apollinis quid ſignificet. 549. cur βερμία dicatur. 607
Citharœdi inſignes Aeoles. 289
Ciues inuidia plerumque laborant. 98. ſunt maledici 471. ciues præclari patriæ decus. 660
Ciuitatem turbare cuiuis facile, ſed turbatam componere difficile.376. 377
Clari & obſcuri quomodo differant & conueniant. 577
Claudi conſolatio ab exemplo Philoctetæ. 262
Clauo ſuſpendere. 8. claui adamantini tribuuntur neceſſitati. 335
Cleandri Aeginetæ laudes. 744. & ſeq.
Cleitor ſeu Cleritorion vrbs Arcadiæ. 634
Cleonæ ciuitas. 190
Cleomenes rhapſodus Empedoclis. 505
Cleonicus Phylacidæ auus. 706
Cleonymidarum laus. 688
Cleonymus Meliſſi paternus auus. 687
Cliſthenes Sicyonem accepit dono. 604
Clypeus Alcmaonis cur draconis figura inſignitus. 422
Clytemneſtra maritum Agamemnonem occîdit. 470. occîdit Caſſandram, ibid. adultera. 471
Clytomachus Iſthmionica Ariſtomenis auunculus. 421
Cœli periphraſis. 16. cœlum æreum. 458.558
Columna firma prouerbialiter dicitur. 60. 61. columnæ Herculis. 82.
Comam nutrire veteribus Symbolum libertatis. 338. comam primam cur apud flumina veteres tonderi curarent. 338
Compotatio conciliatrix amicitiæ. 8
Concordia in ciuitate quantum valeat. 267
Conſenſum tangendo caput petebant 594
Conſilium à mentis ſolertia. 495
Contendendum non eſt cum præſtantioribus. 638
Contentus eſſe quis poteſt præſentibus & maiora capeſſere. 95
Contumelia gignitur à ſatietate. 216
Conuiuium amat pacem & modeſtiã 608. in conuiuio victoriali priùs lætitiæ crater apponebatur, deinde laus victoris carmine canebatur 619. conuiuium victoriale recente adhuc victoria celebrari ſolebat. 620
Coria Arcadiæ ſacra. 143
Corinthi Iſthmus cur Dorica vocetur 553. Iouis Corinthus. 590. Corinthi portæ Iſthmus. 179. eius laudes. 215 πρόθυρον Ἰσθμίας ποσειδᾶνος. 214. 215 in eam prouerbia 216. eius periphraſis. 226. Corinthiorum varia inuenta. 218
Coronæ cur ex gramine vel folijs arborum fierent. 370. eas auro præferebant victores. 493. ex auro, ebore, & rore marino fiebant. 585
Cranon, aliàs Ephyra. 462
Crateres tres in conuiuijs, quibus adhiberentur. 719. cur tertius Iouis ſeruatoris diceretur. 720
Cretheis Acaſti vxor falsò Peleum accuſauit. 315
Cretheus Salmonei frater vterinus.

350.mater horum Enárea, ibid.
Creusa mater Hypsei.434.Nais dicitur, ibid.
Crœsi honesta post mortem fama. 272.familiares Solonis.273.liberalitas in Alcmæonem. 411
Cronius collis. 35.mons Elidis.76.111 149.cur εὔδενδρος. 647
Cteatus & Eurytus ab Hercule occisi 189. quasi essent mole corporis ibid.
Culpa vnius est multis exitio. 303
à Cumis in Siciliam vsque sunt sulfureæ cauernæ. 253. quot sint Cumæ. 254
Currule certamen 25.Olympiade cœpit.37 in hoc primus vicit Pagondas Thebanus ibid. quomodo fieret hoc certamen, ibid. idem præstantissimum. 607
Currus inuentores Corinthij.218. currus quadrijugus bijugo præfertur 464. πλεῖοι duodecies, πῶλοι octies ad metam inflectebantur.669.currus cur tribuatur musis.675.currus musarum. 177
Cursor insignis Alexidamus.432.cursor armatus quis esset.432. cursori præstantissimo Barce seu Alceis vxor data. 449
Cursus certamen primum in Olympia. 30. primus victor cursus Corœbus, ibid.cursus armatus ἀσπιδόδρομος cur dictus.661.cursus δολιχόδρομος. 115. alius ἄνευ, alius μετὰ καμπῆς. 195
Cyaneæ insulæ, eædémque dictæ πλάγκται. 363
Cycnus Martis filius cum Hercule pugnauit.18. 188. Cycnus Neptuni filius ab Achille occisus. 60.61
Cydippe Ochimi filia Cercaphi vxor. 140
Cyllene mons. 115
Cynæthus Chius primus Homeri ῥαψῳδός. 505. idem hymni in Apollinem author, qui Homero tribuitur. ibid.
Cypria Venus. 24
Cyprum insulam tenuit Teucer. 534
Cyrenæi Apollinis filium Aristeum coluerunt.320. Apolloniam & Teuchiram ædificarunt. 323
Cyrene κῆπος Ἀφροδίτης dicitur. 387. Cyrene ciuitas Africæ. 320. cur ἔυιππος. ibid. eius situs. 322. Cyrene nympha. 374. 432. καλλιγύναιξ. 444. Cyrenes nymphæ genealogia.434.studia, ibid. mater Chlidanope.435. dicta ὑψηὶς 436. ab Apolline rapta.443. eius filius. 442. Cyrene διώξιππος.432.ei⁹ situs.441
Cyrus à cane nutritus. 106

D.

Δαιδάλλειν.i.κοσμεῖν. 95
Δαιδαλόω poët.pro communi δαιδάλλω. 33
δαίτρων. 446
δαΐζω. 407.429
Damagetus nomen patris & filij Diagoræ Rhodij.123.eius victoriæ, statua. ibid.
δαιμαῖος. 228
δαμαλίζω. 401.471
δαμασίμβροτος. 177
δαμασίτρων. 230
Danaus quomodo filias viris collocarit. 450. eius iussu maritos interfecerunt.623. Danai qui propriè dicerentur. 609
Dardanus Troiæ author.523. Dardani i. Troiani. ibid.
δ in fine, pro εἰς vel ἐπὶ vel πρὸς. 81. δ pro ἀλλά.503. δ pro δή. 299.636

δέχεσθαι vt gratum admittere. 530
Decretum siue lex extensa manu cõfirmabatur. 134
δέδορκα passiuè sumptum. 30. 617. ad defunctos quoque pertinet laus posterorum. 154.160
δέδμηος pro δεδμηκόος. 347
Deioneus à genero Ixione vt occisus. 281
δειρὰς pro δειρή. 660
δειρὴ & δειράς. 78
Delphi Apollonidæ dicti. 320. quinã essent. 579. Delphorum vrbs tripartita.404. Delphis erat heroum festum. 579. Delphis oraculo qui præfuerint. 469
δελφὶν genus nauis. 324
Delphinis ludi apud Aeginetas. 425
Delphinius mensis apud Aeginetas. 554.tum tẽporis sacra fiunt Apollini. ibid.
Delphis erat heroum festum.
Delubra donarijs fuerunt opulentissima. 114
Delus,eiúsque varia nomina.110. cur sic dicta,ibid.Apollonias. 658
Demareta à qua Demareteum numisma.37.Theronis filia, Gelonis vxor.43.postea vxorPolyzeli,ibid.
δέμας eiúsque etymon. 9
Demetria festum Cereris. 119.181
δημήτηρ vnde dicta. 119
Δημητριὼν mensis Cereri sacer dictus ἱερομηνία. 511
pro Demophilo intercessio.375. eius laudes. 378
δημοῦσθαι. 746
δεσποσύναις. 376
Deterior arte superat pręstãtiorẽ.694
δεύτατα. 17
Deus quem vult attollit & deprimit. 293.427. eius ira non irrita. 298. Deorum non reijcienda dona.316.
Deus omnis rei authòr.387.primo loco colendus. 406. res citò & facilè agit. 443. omnia potest. 461. 630. Deorũ & hominum idem ortus.557.Dij quid sint ex Heraclito. 558.Deus bonorum author.685.de Deo dicẽda honesta. 13.14.18.169. 170.eorum periphrasis.19. eos manifestè videre difficile.111.Dij duodecim reges. 193.Deus author omnium bonorum. 205. omnia difficillima potest, ad salutem promptior,ad noxam tardior. 240. omnium donorum author.259.omnia potest. 284. non pugnandum contra Deum.291. δαίμων γενέθλιος.235
δεξιόγυιος. 183
διαβολία. 299
Diagoras impius. 123
Diagoras Rhodius.123.eius filij & filia ibid. victoriæ & virtutes. 143.144
διαιτάω. 443
διαιτᾶν. 175
διαθύσσειν. 145
Diana culta est in Sicilia, & ad ostiũ Alphei aram habuit. 491. Dianæ periphrasis 77.78. ποταμία, Ἀλφειῶα cur dicta 276.equestris,ibid. ἰοχέαιρα παρθένος.ibid.Iouis filia. 298
διανίσσομαι. 484
διανοίας tres partes. 185
διάπειρα. 85
διαφέρειν.i.πανταχοῦ διάγειν. 477
δίκη. 249
διαυλοδρόμος. 220.453
δίαυλος quid sit. 221.453
διχόβουλος. 161
διχομηνίς. 75
δίδυμοι Castor & Pollux. 180
Dies Solis filius. 47
Quę difficilia pulchra. 98
Digressiones in encomijs fugiendæ, 533

δικαία, pro δίκη. 379
Δίκη Themidis & Iouis filia. 166. ἀσφαλής. 215
δίκη. i. βόπος. 249
δίκω. 452
Quæ Difficilia pulchra. 98
Diligentia commendatur. 380
Dinidis laudes. 591. & ſeq.
Dinomenes Hieronis ex filia Nicoclis filius. 263. Dinomeni Aetnam dedit adminiſtrandam pater, ibid. Dinomenes patris & filij Hieronis nomen. 2
Dioclea Megaris celebrabantur. 236. 427
Diomedes immortalitate donatus à Minerua 624. 625. Diomedes & Therſander Thebas oppreſſerunt exercitu. 50
Dioreus pugil Diagoræ filius. 123
Διοσκὐεια à Batto apud Cyrenæos inſtituta. 384
Dioſcuri ex Argonautis fuerunt. 356. vbi alternis verſentur. 477
διόσδοτος. 430
διώξιππος. 432
διφρηλασία. 81
διφρηλάτης. 445
Dircææ aquæ. 446
Dirce fons Thebanus vnde denominatus. 200
Diſcendum priùs quàm docendum. 156
δισκέω. 681
Diſcordia inter conſanguineos fœlicitatem tollit. 349. 350
Diſcus quid ſit. 197
Dithyrambus quid eſſet, &c. 218
Diues & bene audiens ſimul, ne quærat Iupiter fieri. 94 vulgo videtur ſapiens. 426
Diuinationis duæ ſpecies. 112. diuinatio per ſomnia, ibid. eadem multiplex. 424
Diuitiæ multos amicos conciliant. 384. non humana prudentia, ſed diuino munere parantur. 426. vulgi iudicium de ijs, ibid. quomodo ijs vtendum. 495. 496. diuitiarum effectus. 4. diuitiæ & virtus fœlicitatē perficiunt. 42. horum atque illorū ſimul commoditatem afferunt. 52. 53. eas augere licet ijs qui ſint præſentibus contenti. 95. diuitiæ cum ſapientia optima res. 285. earum cum virtute coniunctarum laus. 383. occultatæ inutiles. 672
δοκεῖν, eſſe in exiſtimatione. 577
Docere facile ei qui didicit. 156
Doctrina promouet vim inſitam. 188
δοκέων putatur dici ſenior, & cur. 577. & pro ἔνδοξος. ibid.
δωδεκάγναμπτος. 52. 80
δωδεκάκυκλος. 52
δωδέκατος δρόμος. 115
δολιχήρετμος quid ſit. 179
δολιχοδρόμος quis eſſet. 208
δόλιχος qualis curſus eſſet. 208
δολοφραδὴς. 599
δολόω. i. ἀπατάω. 272
δόλος ὀξυρεπὴς quid ſit. 179
Dominationis tres ſpecies. 291. 292
Dona varia varijs. 148
Dores in Aeginam ab Argis migrarunt. 418. quocunque migrarent nomen retinebant. 553
Dorica regio Hyllis ab Hyllo dicta. 264
Doricum encomium cur appellet hymnum ſuum Pindarus. 418
δρείκτυπος. 523. 572
Doridis vrbium nomina. 264. ſitus, ibid.
Dorienſes primi Parnaſſum incoluerunt, & Lyram compegerunt. 8. Aeginā primi ab Aeaco rexerunt. 152

Δωριεῖς. 264
Δώριον πεδίλον. 69
Dorus à quo Doris gens. 264
Doryclus Tirynthius pugilatu primus Olympia vicit. 195
Draco vellus aureum ſeruabat, íſque portentoſæ magnitudinis. 370. alius draco portentosè ingens. ibid.
Δρέπειν. 7
Ducis munus milites recenſere & ordine collocare. 359
Dymas à quo Dymanis gens. 264
Δυάσις. 369. 401. 436
δυωδεκαδρόμος quid ſit. 52. 389
δυσπαλής. 150
δύσφρονα & δυσφροσύνη. 53
δύσερος. 333

E.

ἐὰ pro ἀληθὴς ſeu ἔσαι. 575
Ebeni corona Plutoni dicata. 169
ἑκαβόλος, ἑκατηβόλος. 164. eſt epitheton Apollinis & Muſarum. ibid. 444
ἑκάεργος. 436
ἕκαλος. 174
ἕκατι. 85
ἑκατογκεφάλας. 85
ἑκατονταετὴς. 379
ἑκατοντακάρανος. 253
Echemus Thegeates lucta primus Olympia vicit. 195. Hyllum occîdit. 196
Echion Neptuni filius ex Iſſa nympha. 357. idem Argonauta. ibid.
Echion vnus Spartorum. 664
Echo ad inferos mittitur. 240. 241
ἔικων pro εἰκών. 234
ἐκνέω. 237
ἔκπαγλος. 337
ἔδνον pro φέρνη. 165. 315
ἡδυλόγος. 120
ἀδύπνοος. 679
ἐγγὺς pro ἐγγύθεν. 346
ἐγχείβρομος. 134
ἐγχεικέραυνος. 229. 360
ἐγχεσιμόρος. 523
ἐγχώρειος. 173
ἐγκώμιος pro ἐγκωμιαστικὸς. 51. 198. 491
ἐγκύρω. 273
εἰλαπινάζω. 460
εἰλειθυῖα. 105. 298
εἰνάλιος. 181
εἰρήνη Themidis & Iouis filia. 166. Etymon. 215
ἑκατόμπεδος, & ἑκατόμπεδον. 723
ἐλαχυπτέρυξ. 324
ἐλαία pro κότινος. 72. 85. 86. καλλιστέφανος. 146
ἐλάφυ etymon. 79
ἐλάσιππος. 397
Elatus Aegypti Arcadum regis pater. 102
ἐλάυνειν, ſimpliciter ſumptum. 115
ἔλδομαι poët. pro ἐπιθυμῶ. 4
Electra nomen vnius ex portis Thebarum. 701. prope hanc portam habitauit Amphitryo, & ibi Herculis fanum, & ſacra celebria. ibid.
Electryon Alcmenæ pater. 131
Elei ab Epeo Epei. 174
ἐλελίχθων. 275. 409
ἐλελίζειν. 250
Eleuſinia Atticæ certamina. 142. 181
Eleutherij ludi Platæis. 143
ἐλευθέρια certamina. 208
ἐλευθὼ. 105
ἡλικία. i. militaris ætas. 267
ἑλικοβλέφαρος. 356
ἑλικῶπις. 403
ἐλινύω. 544
ἥλιος vnde dicatur. 5
ἑλλανοδίκαι qui & quot eſſent. 71. eorum æquitas. 76
ἔλπομαι puto. 392

ἔλσαις pro ἐλάσαις. 192
ἐμβαίνω pro ἐμβιβάζω. 455
ἔμβολον. 128.360
Emmenidę tribus Theronis in Sicilia. 81. maiores Xenocratis. 404
Emmenides & Xenodicus Telemachi filij. 404
ἔμνασε pro ἀνέμνησε. 469
ἔμπαλιν. 210
ἐμπεδόμοχθος. 21
ἐμπεδοσθενής. 589
ἔμπης. 392
ἐμφύλιος. 280.281
ἔμπρακτος. 308
ἔμπυρα quales ſint victimæ. 702
ἐν pro εἰς. 277.292 374.389
ἔναντα. 169
Encomia durabiliora factis. 528. nolunt prolixas digreſſiones. 533. eorum antiquitas. 602. perennem famam reddunt. 85.86.203.204
Enarea Crethei & Salmonei mater. 350
ἀναφίμβροτος. 407.753
ἐνδαίω. 358
Endeis filia Chironis. 341. mater Telamonis & Pelei. 545
ἐνδομάχης. 212
ἔνδον cum datiuo iunctum. 521
ἐνδυκέως. 397
ἐνιπή. 186
ἐνίπτω. 186
ἐννέπω & ἐνέπω. 17
ἐνόπλιος ὄρχησις. 232
ἐνοσίδας & ἐννοσίδας. 328.356
ἔντεα. 126
Entimus Cretenſis. 41
ἐνθουσιασμός. 112
ἐντράπελος. 342
ἐντύω & ἐντυνώω. 78.442
ἐοικότα h.e. δίκαια. 281
ἐοικός. 711
ἑορτή cur vocetur τιμή. 141
ἕω pro καθίζω. 363
ἐπάκοος. 241
ἐπακτός. 404
ἔπαλπνος. 428
ἐπάμερος. 430
ἐπανατέλλω. 151
Epaphus. 323. Memphim condidit. 623
ἐπασκέω poët. pro κοσμέω. 607
ἐπαυρέω. 303.555
Epei & Elei ijdem. 174
ἐπέσσομαι. 348
ἐπέτης. 383
ἐπέτοσσε. 326
ἐφάπτομαι iunctum datiuo. 26.458. genitiuo. 424
Epharmoſtus. 162. eius victoriæ. 178. 179
ἔφεδρος. 542
ἐφέπω pro ἕπομαι. 42
ἐφημοσύνη. 406
Epheſtia Tireſiæ ſacra, eorúmque habitus. 734
Ephialtes filius Iphimedeæ. 338. in Naxo mortuus. ibid.
Ephyra vrbs Argiua. 562. Epiri vrbs Cichyrus à Cichyro Mermeri filio denominata. 577. Ephyræ plures. 462.463.577
ἐπιβαίνω pro ἐπιβιβάζω. 666
ἐπίβδη. 349.350
ἐπίβολος & ἐπήβολος. 239
Epidauri Aeſculapia quando celebrarentur. 527. Epidaurus vbi ſita. 110 Argolidis vrbs vbi Aeſculapia celebrari ſolebant. 556
ἐπικώμιος. 454.563
ἐπιδέξια χειρός. 406
ἐπιγουνίδιος. 442
ἐπίλασις. 260
ἐπίλοιποι ἁμέραι. 13
Epimetheus ὀψίνοος. 387. eius filia μεταμέλεια ſeu πρόφασις. 388


ἐπὶ μομφᾷ.

ἐπιμομφά. 187
ἐπινικίου periphraſis. 199
ἐπινόμιος. 468
Epione mater Podalirij & Machaonis 298
ἐπιφέρειν. 13
ἐπιφλέγειν. 167
in Epiro regnauit Neoptolemus, & Epiri commendatio. 535.536
Epirotæ cur dici poſſint Achæi. 583
ἐπίσταμαι.i. δύναμαι. 312
Epithalamium aliud κατακοιμητικὸν, aliud διεγερτικόν. 300
ἐπιτάσσω. 326.459
ἐπωνύμιος. 199.257
ἔψω. 26
ἑπτάγλωσσος. 549
ἑπτάκτυπος. 289
ἑπτάμιτος. 289
ἑπτάπυλος. 313.469
Equus Scyphius. 348. equos ab Agrigento ad ludos ſacros mittebant. 479. equus deſultorius 5. equorum varia nomina. 8. ἀκέντητος equus 9. equi à principibus ſtudioſè alebantur & exercebantur 10. equæ ad certamina præcipuè alebantur, ibid. equis coronæ dabantur 69. equi Neptunij. i. præſtantiſſimi. 95. equos alere tenebantur diuites. 681
Equeſtris lex in Olympijs. 33
ἔρανος quid ſit, eiúſque etymon. 15
ἐρασίμολπος. 241
ἐρασιπλόκαμος. 348
Eratidæ maiores Diagoræ. 144
ἔρχεσθαι ἐν δίκᾳ. 385
ἕρκος ἅλμας 291
Erechthidæ dicti Athenienſes. 678
ἐρείδω pro ἀντερείδω. 169
ἐρείπω eiuſq; etymon. 50
ἔρεισμα. 40
ἐρημόω. 315
ἐρέφω. 12
ἐρέπτειν. 370
ἐρεύγεσθαι. 255
Ergini hiſtoria. 87. Erginus Orchomeni tyrannus. 239
Ergoteles. 207.208
Eribœa ſeu Peribœa cuius vxor, mater, & filia. 727
ἐριβρεμέτας. 698
ἐρίβρομος, ἐριβρεμέτης. 207.404
ἐρικλάγκτης. 483
ἠρινός. 439
ἐριννὺς furia unde dicta. 50
Eriopis Arſinoes filia. 298
Eriphyle filia Talai, & vxor Amphiarai. 609. maritum prodidit. ibidem.
ἐρίπλευρος. 369
Erotidij ludi in Theſpijs. 143
ἕρπειν, pro βαδίζειν. 697
ἔρνος Metaphoricè ſumptum. 564
ἔσχατος pro πρῶτος. 630
ἐσλόν. 32
ἐσλός. 494. perſyſtolē pro Dorico ἐσλῶς.
ἔσοδος. 401
ἕσπομαι. 114.178
ἕσσαι. 377
ἔσσυμαι. 9
ἑστία quid ſit. 6
ἠθαῖος. 683
ἐθέλει æquiualet τῷ ἐπίσταται. 649
Eteocles primus Gratijs ſacra fecit. 239
Euadne Iami mater. 102. 103. vbi pepererit. 104.105
εὐαίνετος. 357
εὐαμερία, fœlicitas. 666
εὐάνωρ. 10.116
εὐάνθεμος. 22
εὐανθής. 272
εὐάρματος. 275.678
εὔαθλος. 720
Eubœæ Geræſtia celebrata. 236
Eubœæ ſacra βασίλεια. 669. item Ge-

ræſtia. ibid.
εὔχειρ, 183
Euchenor Corinthiorum dux aduerſus Troiam. 226
εὐκλεΐζω. 447
Euclon pugil victor. 123
εὔχομαι opto. 68. item dico. Laconum lingua. 108. pro καυχάομαι, 129
εὐδείελος. 34
εὐδία ſ.e. ἠρεμία.
εὐδιανὸς. 181
εὐηχὴς. 277
εὐήρατος. 92
Euentus penes Deum. 235. inſperati euentus. 484. ex euentu cognoſcitur quæ ſit cuiuſque fortuna. 553. euentus conſiliorum differri. 651
εὔμηλος. 121
Eumelus poëta. 224
Eumelus templum Delphicum diripuit. 321
Eumetis filia Pindari. 311
Eumolpus poëta. 219
Eunomia Themidis filia ex Ioue. 166
εὐώνυμος. 40. 476
εὐῶπις. 198
εὐπαρθος. 482
Euphanes Timaſarchi auus maternus 541
Euphemus Argonauta Neptuni filius. 325.356. in Tænaro habitauit. 329. ex Malache Lemniaca Leucophanem filium habuit. 374
Euphemi plures, ibid.
Euphemus Arceſilai auriga. 387
εὐφρόνη nox cur dicta. 570
εὔφρων metonymicè ſumptum. 361
Euphroſyne vna Charitum, 240. 241
εὐρὺ pro κρατερῶς. 219
εὐρεσιεπὴς. 177
Eurotas Laconiæ fluuius. 663.712.
εὐρυβίας. 110.356.434
εὐρύχορος. 635
εὐρυλειμών. 441
εὐρυφαρέτρας Apollo. 436
Euryſtheus ab Iolao obtruncatus. 445
εὐρύτιμος. 16
Eurypylus rex Cyrenes. 323. glebam dedit Argonautis, ibid. Neptuni filius. 325
Eurypylus Hyperochi filius Ormeni pater. 129
εὐρυσθενὴς. 230
Eurytus & Cteatus ab Hercule occiſi, eorumq́; corpus quale. 189
Eurytus Argonauta Mercurij, ex Iſſa nympha filius. 357
Eurytione virgo. 222
εὐστέφανος. i. εὐτειχὴς. 287
εὐτράπελος. i. αἰσχρός. 272
εὔθρονος. 45
εὐθυμάχης. 127
Euthymenes fortunatiſſimus pancratiaſtes. 553. πατράδελφος. 554
εὐθύγλωσσος. 292.718
εὐθυμία quid ſit. 48.95
εὐθύπνοος. 575
εὐθύπομπος. 506
εὐθυπορῆσαι. 718
εὐθύτομος. 397
εὐθύτονος. 195
εὐτεκνία pars fœlicitatis. 95
εὐτελαίνας Neptunus. 24
Euxenus Aegineta quidam à quo
Euxeni larum familia. 584
Euxinus pontus. 362
ἐξαίρετος. 281
Exercitatio naturam promouet. 187. 188. 525
ἐξερείπω. 376
Exitus ignotus. 650
ἐξωκεανίζειν. 516
ἔξορκος pro ὅρκος. 234
Exordia libera. 570
Exotica à pleriſq; patrijs præferun-

tur. 300
Experientia docet qualis quifque fit. 88
Extollit alios, alios deprimit Deus. 284.285.293

F

Fabularum vis. 9. & 112.574
Factum infectum reddi non poteft. 42.43
Factis noftris fimilia accidūt nobis.532
Fama bona diuitijs præferenda & cur 95. beatum reddit. 125. famæ feu nuntij Mercurius pater. 160. 161. fama bona pars fœlicitatis. 708
Famuli cur λυσίπονοι dicantur. 329
Fatum aliàs aliam fortem affert. 48. ineuitabile. 483
Fauouius ventus quibus faueat. 575
Fauorum periphrafis. 409
Febris θερμὸν πῦρ dicta. 306
Fictionum poëticarum efficacia.12.13
Filius luit fcelus patris. 20.22
Filius pro ciue dictus.166. filius ingenuus gaudet patris fucceffibus. 263 filij Deorum ipfi dicuntur Dij.688 filij Deorum inuulnerabiles. 687
Flammæ periphrafis. 4
Fœlicitatem perficiunt virtus & diuitiæ. 42. eam dat & conferuat Iupiter,ibidem. malorum præteritorum dolorem depellit.44 ei etiam magnę permifcentur calamitates. 313.413. inuidiofa 471. in Fœlicitate eft omnis gloriæ fummum. 491.ea fruentē exiftimamus prudētem.492. nemini perpetua contingit.580.à Deo plantata durabilior. 594. fumma in opibus & honore confiftit. 618. quorum fit durabilior. 684. quæ fit fumma. 707. 708
Fœmineum fubftantiuum cum adiectiuo Atticè iungi. 100
Folijs tanquam tabulis contentiones infcribebantur. 752
Forma inter ἀρετὰς σώματος. 149
Forma & fortitudo fimul præclara. 149
Forma & fortitudine præclarus Epharmoftus. 178. 179. formæ cum fortitudine coniunctæ laus. 514. formæ effectus. 592
Forma cùm fortitudine in Strepfiade. 737
Fortitudo in magnis & periculofis rebus neceffaria. 25. quid ei proprium ibid.
Fortuna vtraque quomodo ferenda. 19.eius variæ mutationes. 47.144. miniftra prouidentiæ diuinæ. 48. inconftans 310. variabilis. 429. 689. Iouis filia res humanas regit. 207.208.eius definitio. 209.de eius inconftantia. 687
Fortuna aduerfa quomodo ferenda. 310.312
Fortunam præfentem ferendam æquo animo. 317. fortuna dat opes. 383. mediocris tutiffima. 475. fortunæ bellantium incertitudo. 694
Fræni Bellerophon inuentor, & Corinthij. 218. item Minerua. 227.
Frenum cur dicatur ἵππειον φίλτρον 228 δαμασίφρων. 203. φάρμακον πραΰ. 231
Fulminis periphrafis. 199. Iouis telum. 250
Futurum ignotum. 209. 210. 463.650 incertum. 746

G

Ad Gades vfque. 458. Gades non licet tranfire. 538
Γαιάοχος Neptunus. 9.10. 230
Gallorum gallicaceorum antiquitus inftituta pugna. 212
γαμβρὸς,pro σύγγαμβρος. 552
Ganymedes Trois filius, eius ety-

mon, & raptus. 16.17.ob formam factus immortalis. 202
γὰρ interrogationi seruit. 335
γὰρ. i. equidem. 376.377.527
γὰρ οὖν. 4. 132.339
γαστειμαργος. 18
præ Gaudio Diagoras animam ef-flauit. 123
Gaudij effectus in sene 159. præ gaudio lachrymæ cientur. 345. gaudium cum dolore. 500.501
γελοῖος. 230
γελάω. 107
γελωτέω. 39
Gela vrbs fluuio homonyma. 41. à quibus eò missa colonia. ibidem.
γελᾶν χλιαρόν. 438
Gelon Hieronis frater indoctus. 2. inter Gelonem, Hieronem & Theronem dissensio. 43. 261. Gelon Hieronis frater hydrope labora-uit. 260
Generationes noualibus comparantur. 649
Genius quis fit. 235. alius bonus, alius malus. 303
Genuum tactu fœlicem successum petebant. 594
γεφυρόω metaphoricè sumptum. 753
Geræstia in Eubœa celebrata. 236
γεύομαι. 438.454
Gigantes victos pœna liberauit Iupiter. 380 illorum principes Porphyrio & Alcyoneus. 417. non potuerunt vinci sine duobus semideis, ijdémque in Phlegra cum Dijs pugnarunt. 503
γινώσκειν, pro γνωρίζειν. 118.2
γλαυκόχρως. 72
γλαυκοὶ. i. φοβεροὶ. 153
Glaucus Lyciorum dux aduersus Troianos. 226
γλαυκῶπις. 372
Gloriam inuidia sequitur. 65
Gloriari intempestiuè mera est insania. 169.170
γνήσιος, pro ἴδιος. 42
Gorgonum nomina & mater.227. pater Phorcus. 481. virgines inaccessæ, ibidem. ex illis duæ immortales vnica Medusa immortalis: vnico oculo tres vtebantur, earúmque nomina. ibid.
Gorpiæus mensis Septembris. 142
Graculi sunt coruini generis. 527
res in Græcia iucundæ quæ dicantur. 457
γεφυμὸν quid sit. 451
Gratiam parem esse referendam. 278 279
Gratia vetus dormit. 735
Gratiæ quid significent. 144. Gratiarum hortus appellatur poëtica. 168 earum facultates. 237. & seq. Eteoclex cur dictæ. 239. earum parentes ibid. cur prope Apollinem Delphis collocatæ. 240. filiæ Iouis 241.
Gratiarum terra. 403
γυαρκής. 297
γυῖον. 297. pro σῶμα. 585
γυιοδάμας. 717
γυιοπέδη. 283
Gymnicum certamen mulieri spectare non licebat. 123. nudis athletis fiebat. 661

## H.

absque Hærede mori molestum. 201.
Halirrhothius quadrigis Olympia primus vicit. 196
Harmoniæ plures. 8. harmoniæ

tres.94.Lydia suauissima.ibid.Harmonia,pro rhythmo. 426
Harmonia cur data Cadmo in vxorē. 315.eius filiæ. 468
Harpine mater Oenomai, Asopi filia. 235
Hebē Lucinæ soror ἀγκάογυος. 569
Hecatombæa, Argiua sacra. 142.427
Hector Troianorum columen. 60. claruit ad Troiam. 616. pro patria pugnauit. 740
Hedera Baccho sacra. 46
Hegesias Comicus Herodoti historiā in theatro egit. 505
Helena pulchricoma. 66.68
Hellotia, quæ panegyris. 222
Hellotis virgo: item Minerua. 222
Helorus fluuius cicures pisces habet. 617
Heraclea, Atticæ certamina. 142
Heraclidæ Laconiam tenuerunt. 264 in Peloponnesum coloniam deduxerunt. 736
Herba leonis, apium. 565
Herculea, Thebana sacra. 143. item Marathonia.149.427.eorum corona myrtea. 704
Hercules Olympia instituit. 36. 39. 75. oleastrum ab Hyperboreis attulit.73.eloquens fuit.ibid. Gallicus.ibid.ceruam aureis cornibus ex Istro in Græciam retraxit.78.Tyndaridis Olympia commisit cùm iret in cœlum.80.columnæ.82.primùm dictus Alcæus. 113. Iouis filius.ibid.χαλλίνικος.163. Trachinium occidit, & aduersus Neleum, quem Neptunus defendebat, pugnauit. 168.169.Apollinem vicit.169.Plutone repulso Cerberū eduxit.ibid. cum Cycno pugnauit.187.188. debellato Augia instituit Olympia. 191.Erginum occidit, & Thebanos ab eo liberauit. 239. vbi & cur ab Argonautis relictus. 356. quæsiuit Hylam in Arganto monte. ibid. dracones in cunis suffocauit. 498. quid hęc draconum suffocatio portenderet.502. Iphicle νυκτὶ νεώτερος. 497. in eos à Iunone irata dracones immissi. ibid. primum facinus hæc draconum cædes. 498. Tiresias eius labores prædicit. 502. balænam, Busirin, Antæum, & Gigantes in Phlegra cum Dijs occidit.ibid.eius laborum præmia.503. vltra eius columnas ire in mari non datur.514. cur columnas fecerit, & earum nomina, item aliquot labores. 515. Heros & Deus, ibid. expeditio contra Amazonas cur suscepta.519. cōtra Meropas, quòd Chalciopen amaret.532. Philippus & Antiphus eius nepotes ex filio Thessalo, ibid. Gigantūm domitor. 588.erat Deus ἀλεξίκακος, Geryonæ canem deterruit. 660. post labores cœlum conscendit, & Heben vxorem duxit. 700. eius octo ex Megara filijs diuini post mortem honores habiti. 701. filiorum ex Megara nomina.702.eius & sociorum ad Troiam expeditio. 724. Telamonem inuitat ad belli societatē. 725. Telamoni filium nasciturum prædicit. 728. Thebis fuit ornamento. 733
Hermæa Pellenes ludi sacri. 143
Herodium Iuno mittit Argonautis Symplegadas transituris. 364
Herodoti historia ab Hegesia in theatro acta. 505
Herodoti Thebani Isthmionicæ laudes. 657.& seq.
Heroum festum Delphis. 579
Hieronis domus diues. 2. Syracusa-

nus tyrannus. ibid. eius pater, fratres, filius, victoriæ Olympicæ, mors, cognomina, mores, &c. Ibid. alius Hieron. ibid. inter Hieronem Gelonem, & Theronem dissensio. 43. cum Agesia vate multa bella prosperè gessit. 100. Syracusarum & Ortygiæ rex purus, 119. Musices peritus. 120. cur dictus Aetnæus, 248. dysuria laborauit. 260. laudatur à fortitudine bellica. Ibid. Anaxilaum minis deterruit. 261. ex prima vxore nullos liberos suscepit. 263. Tyrrhenos vicit. 266. tripodes sacrauit. 268. Locros Epizephyrios liberauit. 279. filius Dinomenis. ibid. à diuitijs cum sapientia coniunctis laudatur, ab amplitudine imperij. 286. à fortitudine & consilio. 287. λιθουρία laborauit. 295. 296. eius laudum congeries. 309. eius auriga Chromius. 490. voluit proclamari Aetnæus. ibid.

Himera Siciliæ vrbs & fluuius. 208. 268

Hipparis fluuius. 92

Hippocentauri vnde nati. 284. fabulosum esse eorum ortum: & cur dicti διφυεῖς. ibid.

Hippocoontidæ. 196

Hippocrates & Capys, consobrini Theronis, eum bello vexarunt sed victi sunt. 65. filij Xenodici, & in exilium à Therone pulsi. 404

Hippocleæ Thessali laudes. 452. & seq.

Hippodamia cuius filia. 23. plures huius nominis. ibid.

Hippolochus Bellerophontis filius. 226

Hippolyte Acasti vxor Peleum accusat. 536. 537

Hippomedon Talai filius. 609

Historia versibus mandabatur antequam historiographi essent. 137

Historici præclarè gesta immortalitati tradunt. 562

Homeridæ qui dicti. 505. ijdem Homeristę. ibid.

Homerus σεμνότητα seruauit in scriptis. 575

Homo quàm sit fragilis æuíque breuis. 430. hominum & Deorum idem ortus. 557. homines quomodo differant à Dijs. ibid. Homo nihil est, & nescit quid sibi sit euenturũ 557. homines quid sint ex Heraclito. 558

Honoribus quærendis modus est adhibendus. 82. honos diuitijs potior 429

Horæ filiæ Themidis. 215. quid sint. 218. etymon. ibid. comites Deę Floræ. ibid.

Hospites iniuria non afficiendi. 40. ante omnia ad epulas inuitabantur simul atque venissent. 327. hospitibus vinum Deo libandum primùm offerebant veteres. 726

in Hostes mortem retorquere pauci queunt. 615

Hylas πένταθλος. 214

Hylas vbi ad Hercule quæsitus. 356

Hyllus Herculis filius vbi regnarit. 264

Hyllus occisus ab Echemo. 196

Hymenæi in nuptijs cani soliti. 299. 300

Hymni periphrasis. 159. 391. allegoricè dicitur οἶστος. 165. hymnorum ὕψος quid sit. 321. hymnus Ἀπολλω-

νιον ἄθυρμα. 387. λίθος μοισαῖος. 601. eius effecta. 602. idoneus maximè ad virtutis laudem. 606. hymno cur tribuat alas Pindarus. 718. χαρίτων καλλίστα θρέσος. 730
Hyperborei Apollinem colunt. 72. 74. 155. qui ſint Hyperborei. 73. via ad eos mirabilis. 457. 458. huc venit duce Minerua Perſeus. 459. aſinos Apollini immolabant. ibid. eorum fœlicitas. ibid. 460
Hypereia, fons. 346
Hyperenor Spartorum vnus. 664
Hyperetes Melantis filius. 346
Hypermneſtra Danai filia Lynceo pepercit. 450. 624
Hyperochus Eurypyli pater. 129
Hypſeus Cyrenes pater. 434. pater Alcææ. 435
Hypſipyle. 87. Thoanti patri funebre certamen inſtituit. 372

I.

ἰαίνω. 251
Ialyſus Cercaphi filius. 140
Iambus Apollinis filius in Olympica ara vates. 30
Iamidæ in Olympia vaticinabantur. 97. eorum hiſtoria, 101. 102. & ſeq. quomodo vaticinarentur. 113. diuites, celebres redditi, ibid. veridici. 146
Iamus Euadnes & Apollinis filius. 102. vbi natus, & educatus. 106. cur ſic appellatus. 109. vates optimus. 108. ab ineunte adoleſcentia quid egerit. 109. 110. Neptuni nepos. 110. vt venit in Elim. 112
Iaſon Aeoli nepos. 335. vnico calceo ad Peliæ conuiuium venit. 336. quo habitu geſtúq; eò venerit. 336. 337. à matre Alcimede Chironi traditus. 339. apud Chironem vſq; ad vigeſimum annum manſit. ibid. 341. Ibi quid edoctus. ibid. eius genealogia. 342. eius hiſtorię ſumma. 345. ἀπὸ τῆ ἰάσεως dictus. ibid. per anagrammatiſmum Ἰάσων dicitur ab Αἴσων. ibid. patrui & patrueles. 346. eius oratio ad Peliam pro repetendo regno. 347. & ſeq. nauigaturi vota. 360. edoctus incantationes à Venere. 365. Medeam volentem clam parentibus abduxit. 372. Chironis diſcipulus. 521
ἰχνεύω. 420
ἴχνω. 397
Ida mons Cretæ, vbi Idæum antrum. 94
Idas Apharei filius Lyncei frater. 636. huius & fratris ſponſæ à quibus raptæ. ibid. Idas fulmine interfectus. 638
Idmonis Abantiadæ exequiæ. 29. vates Argonautarum. 360
ἰὲν pro ἱερὸν. 662
ἱέρεια & ἱερεῖα. 321
ἱερομηνία. 511
ἱερομνήμονες qui eſſent. 334. ἱερομνημονεῖν. ibid.
Ignis periphraſis. 135. eius proprium. 167. eſt ἀγνιστικὸς. 255. παγκρατὴς. 537. ignem Aegyptij ſeruabant, venerabantur Perſæ, ſacer erat Delphis, à virginibus Veſtalibus Romæ cuſtodiebatur. 643
ἵκω & Atticè ἥκω. 282
ἶλαι quid ſint. 553
Ilas Ageſidami aliptes. 188
ἱλάσκομαι. i. ἱλαρὸν ποιῶ. 125
Ilium Ili vrbs. 576
Imberbitatis elegans periphraſis. 545
ἴμεν pro εἶναι ire. 111
Immortalitatē nominis præclarè factis cur capeſſerent veteres. 359

Imperitorum mentes leues. 156
Impiorum pœnæ in inferis. 55.56
Impoſſibile nihil Deo. 230.231
Impoſſibilium vana ſpes. 602
Impoſſibilium amor inſanus. 650
Incantationum vſus frequens ad morborum curationem apud veteres. 306
Infantes miro modo nutriti. 106
in Inferis ſunt iudices & pœnæ. 55
Initij boni bonus finis. 258
Initium ædificij, ſic & carminis & orationis debet eſſe ſplendidum. 97
Inimicitias & amicitias apertas eſſe colendas. 291.292
Inimicus præclara faciens omni animo collaudandus.447.448.inimicos munificentia ambire ſolebat Seuerus.494.Inimicus quauis arte vincendus. 698
Iniuſtas res ſequitur triſtis euentus. 743
Ino inter Nereidas relata. 46. Melicerten lacerauit. 315. ὁμοθάλαμος Νηρείδων 466.Leucothea. ibid.
Inſula beatorum. 57
Inuidia res in peius interpretatur.17. gloriam ſequitur.65.dictis & factis noxia.ibid.laudes obſcurat. 98. ea ciues plerunque laborãt. ibid.268. petit clarum virum. 114. verbis aſperis offendit.155.156. commiſeratione potior. 269. in eam remedio eſt patientia.294.res præclaras petit. 413. petit fœlicitatem. 471. viros bonos petit. 595. deteriores non oppugnat.ibid.Inuidiæ moleſta eſt longior laudum alienarum enarratio. 627.628
Inuidi virtutem vituperant. 113. non poſſunt emendari.293.ſibimet ſunt moleſti.ibid.294.eorũ in aula ſeges eſt. ibid. dolent quum vident fœlices inuiſos. 476. eorum conatus irriti. 533
ἰοβόστρυχος. 103
ἰοχέαιρα. 277
Iolaus Heraclidis tempeſtiuè opem tulit.445.reuixit.ibid. Euryſtheum truncauit capite. ibid.Herculis auriga. 518. præſtantiſſimus apud Thebanos auriga. 660. multas victorias ex certaminibus reportauit.661.àThebanis ſapientibus laudatus.712.equorum fuit peritus & ornamento Thebis. 734
Iolcus vrbs Magneſiæ 336.359. à Peleo capta. 517. occaſio illam oppugnandi. 536.537
Iolea Thebana ſacra.143.181. victorũ myrtea corona. 704
Iones multiloqui. 728
Ionium mare à quo dictum, aliàs Adriaticum. 309
ἰοπλόκαμος. 103.248.738
Iouis Corinthus. 590
Iphicli & Herculis natiuitas. 445
Iphigenia pro ſalute nauium vbi ab Agamemnone immolata. 471
Iphion pater Alcimedontis. 160.161
ἶπος, ἰπνὸς. h.e. κάμινος. 85
ἱππαιχμος. 493
ἱπποχάρμης. 10
ἱπποδρομίας certamen in Azanis honorem. 634
ἱππόμητις. 735
ἱπποσόα. 78
ἱπποσόας. 288.712
ἱπποτροφία principum virtus. 86
Iraſa vrbs Libyæ. 449
Ire, quid ſit. 473
Iſander Bellerophontis filius. 226
Iſchys Elati filius Coronidem vxorem duxit. 302
Iſmenus fluuius. 467. Iſmenus collis. ibid.

ibid. Ismenus Bœotiæ fluuius vbi conflixerunt Argiui cum Thebanis. 611
Ismenium oraculum. 467. hîc quales tripodes consecrati.ibid. hîc vaticinatus est Tenerus. 468
ἰσώνυμος. 174
Issa nympha, eiúsque ex Mercurio filij. 357
Ister & Danubius, idem. 72. vbi eius fontes ibid.
Isthmia celebrata Syracusis. 236. in Isthmo Corinthiaco in Melicertæ honorem. 509. Isthmiorum tempore iuuenes Neptunũ canebant. 553. taur⁹ immolabatur Neptuno, hinc τριετηρὶς ταυροφόνος dictum tempus Isthmiorum. 565 tertio quoque anno celebrari solita: alij dicũt quinto quoque anno. ibid.
Isthmi periphrasis. 178. 179. 564. 565
Isthmus Corinthi cur Dorica dicatur. 553. portæ maris. 629. Corinthi μυχοὶ 633. pons marinus. 692
Iudicare rectè difficile. 150
Iuno Parthenia. 128. eius periphrasis. 282. dracones in Herculem mittit. 497. cur dicatur μεγαλοσθενής. 570. τελεία. 627. Iouis ὁμόθρονος. 643
Iunonia sacra Argis. 142. in Aegina. 427. Iunonia seu Hecatombæa sacra Iunonis. 628. horum præmium χάλκεον ὅπλον. ibid. hîc de victoria & præmio iudicabat populus. ibid.
Iupiter dat & conseruat fœlicitatem 42. est Rheæ & Saturni filius, Olympum, Olympia, & Alpheum regit. ibid. tonitru vibrat. 83. incolit Cronium collem 93. Alpheum honorat. ibid. cur σωτὴρ, ὑψινεφὴς, & vbi educatus, & à quibus. ibid. sacra illi fatidica ara in Olympia. 97. stetit aureus & eburneus in Olympia. 114. cur dictus Aetnæus. 120. cur γενέθλιος. 149. ἄλπιος. 192. ἐλευθέριος. 208 ægide vsus. 229. Lycæus. 235. pater Olympius. 240. Θεῶν κράτιστος. 241. Νεῖλος. 332. γενέθλιος. 355. φύξιος. 370. vnus reliquis Dijs prælatus. 406. Aetnæus cur dictus. 491. cur Nemeæus. 506 cœli nubili rex. 513. πανελλήνιος & πατὴρ Ἑλλήνιος. 546. ἀφέσιος. ibid. penes eum est operum finis. 629. quando ad Alcmenam venerit. 626. omnium dominus hęc & illa tribuit. 715
Iupiter fieri ne quæras. 95
Iuramentum in re graui solet præstare Pindarus. 100.234
Iuramentum Deorum per Stygiam paludem. 139
Iuramentum vt euitarent veteres, nomina Deorum omittebant. 647
Iurantes olim manus attollebant. 139
Iustitiæ commendatio. 269
Iuuenis vir à mulieribus præfertur. 172
Ixion in rota. 278. 279. eius scelus & pœna. 280. & seq.
Iynx quid sit. 364. eius in veneficijs amatorijs vsus. ibid. huius inuentrix prima Venus. 365.533

## K.

κῆδος, seu κῦδος. 124.500
καὶ γὰρ. 251.439.499.502
καὶ μὴν, quinetiam. 635
καρχαρόεις. 19
καχλάζω. 124
καλλίκομος. 625
καλλίνικος. 163.257.514.530

καλλίπεπλος. 301
καλλίπλυτος. 236
καλλίπωλος. 239
καλλιστέφανος ἐλαία. 146
καλὸν.i. *ornamentum.* 667.733
καναχὴ. 460
καναχηδὰ. 594
κάπαι.i.præsepia. 77
κάπετον. 153
καφήσιος. 239
καπνὸς, *ignis.* 255.493.494
καπνόω. 396
κᾶτος, quid sit. 77
καρπὸς, quid significet, eiúsq; etymō. 522
καρταίποις.i.*bos.* 230
καρτεραίχμης. 726
καταβαίνειν, pro ἐλθεῖν. 310. pro παραγίνεσθαι. 360
καταβολὴ, i. ἀρχὴ. 506
καταινέω. 366
καταιθύσσω. 385
καταμάρπτω. 695
κατατρέψαι metaphoricè sumptum. 19
καταφημίζω. 108
καταφυλλορέω. 212
καθέζω. 390
καυτὴρ. 273
καύχη. 607
κεινὸς pro κενὸς. 56
κεκαδμύος. 11
κεχλαδὼν. 357
κεχλαδὼς, à χλάζω. 162
κῆλα. 251.252
κελαδῆτις. 541
κελαινεγχὴς. 640
κελαινεφὴς. 331
κελαινώπης. 251
κελαίνωψ. 364
κέλης. 3
κελητίζειν. 3
κελέομαι. 230.726
κέλομαι. 354
κενεόφρων. 648
κενεὸς. 287
κικλήσκω. 345
κινηθμὸς. 364
κισσοφόρος παῖς. 46
κλαΐς. 415.438
κλαῖστρον. 251
κλεεννὸς. 386
κλείζω. 34
κλέομαι. 711
κλυτόκαρπος. 539
κνήμη.i. ῥάβδος βοχῦ. 283
κνισήεις & κνισῶς. 703
κνισσήεσσα πομπὴ. 141
κνίζεσθαι.i. λυπεῖσθαι. 106
κνίζω. *molestia afficio.* 717. in bonam partem sumptum. 727
κνώδαλα. 459.499
κοιλόπεδον. 389
κοινάω, & κοινόω. 344. composit. παρακοινόω. 347
κοινὰν. 302
κοιρανέω. 239
κοιτάζω. 229
κῶμα, quid sit. 251
κωμάζειν, pro κῶμον ᾄδειν. 604. eius duplex significatio. 686
κομίζειν, pro ἀνακομίζειν. 226. 307. 254
κῶμος, quid sit. 85.120
κονία, pro κονιακὴ. 618
κωφὸς.i. ἀπαίδευτος. 446
κόρος. 19. eius effectus. ibid. 65.216
κόρις quid sit. 427
κορύσσειν, quid significet. 427
κραγέτης. 527
κρατὴρ, quid sit. 118
κρατησίμαχος. 446
κρατησίπολις. 456
κρατήσιππος. 605
κράτος, pro νίκη. 25
κρέκε sonat cithara. 171
κρήμνημι. 326

κρόκεος. 368
κρόνιον, mons Elidis. 76. 77. 93. 164
κρόνου πάγος. 193
κρυόεις. 336
κρυφᾶ. 17
κρύφον. 65
κτέανον. 249
κτιλεύεσθαι. 278
κτίλος. 278
κτίζω.i.παρασκευάζω. 189
κυαναιγὶς. 229
κυάνεος. niger. 105
κυλίνδομαι. 364
κυπρογενὴς & κυπρογένεια. 203
κύρω, & κυρέω. 211

L.

Labor & sumptus ad difficile negotium impenduntur. 92. 93. labor quantum valeat. 188. laborum nemo expers. 391. nulla fœlicitas absque labore. 483. laboris comes oblectatio. 585. labores cum iustitia in iuuentute suscepti tranquillam reddunt senectutem. 617. labor successum reddit iucundiorem. 584. labor & sumptus necessarij ad virtutem exercendam. 721
Lacedæmoniorum reip. politia præstantissima. 264. dictum eorum de studio suę libertatis. 265. eorum victoria ad Platæas. 268
Lacedæmonis principes Heraclidæ. 453
in Laceria habitauit Coronis. 301
Laceria, aliàs Larissa, vrbs Thessaliæ. 303
Lachrymæ præ gaudio cientur. 345
Lacones & Argiui primùm dicti ab Achæo. 664
Lætitia in senectute cur optetur Psaumidi. 95. argumenta lætitiæ. 460. lętitia laborum medicus. 528
λαγέτης. 28. 313. 342. 459
Laius à filio interfectus, eíque datum oraculum. 49
λαλαγεῖν. 65. 171
Lampon Aegineta belli Persici scriptor. 544. pater Phylacidę, & Cleonici filius. 706. filios ad φιλεργίαν hortari solebat. 730
λαμπουρεὶς. i. vulpes. 207
Lampromachus Epharmosti consanguineus. 178
Lanuginis periphrasis. 109
Laodamia Bellerophontis filia. 226
Laodamia nutrix Orestis. 470
λαοὶ vnde dicti. 172
λαοσεβὴς. 398
λαόσσοος. 483
λαοβόρος. 90. 110
Lapithæ cur ὑβρόπολαι. 434
λάβειος. 536
λάτειος. 190
λαῦρα quid sit. 429
λαῦρος. 292
Laurus dicta herba Parnassia. 418
Laus & virtus iniuêre fœdus. 204. laus post mortem manet. 272. laus virtuti debetur. 512. laudis falsæ suspicio quibus argumentis tollatur. 582. laus est virorum bonorum merces ibid. laudum longior narratio inuidis fastidiosa. 628. laus summum lucrum. 668. cur debeatur ob præclarè gesta. 669. laudes enumerare non decet ob inuidiam 670. laus breuis longa iucundior. 671. est præmium illustrium factorum. 685. eam lucrati sunt strenui bellatores. 710. Laus ab indigenis non à

peregrinis petēda.516. veluti thermæ corpus, sic animum laus refocillat. 528
Lebadeæ ludi Trophonij. 143
Leges bonæ conseruant remp. 166. sunt ciuitatis anima. ibid. legibus scriptis vsi sunt primi Epizephyrij Locri. 186
λέγομαι, pro compos. καταλέγω. 360
λείειος. 585
Lelegetes Olympionices. 123
λῆμα. 301
Lemniacæ mulieres occisis viris prolem ex Argonautis susceperūt.330. 371.372
Leonis herba apium. 565. leo κατ' ἐξοχὴν dicitur θηρ. 698. Leonis Nemeæi cædes primus Herculis labor. 727
Lerna fons prope Argos. 132
λευκανθὴς. 611
Leuce Insula.535.dicta Δρόμος Achillis. ibid.
λεύκιππος cur dicta Proserpina. 120
λευκόνοος. 343
λευκόπωλος. 264
λευρὸς.i. πλατύς. 575
Leucothea. 466
Liberalitas principem decet. 64
Liberos parentibus senibus adesse debere. 95
Libertatis studium. 265
Libya Heroine. 323
Libya nubibus & imbribus obnoxia. 331. πολύμηλος, & πολύκαρπος.433. Iouis hortus. 440. amœna, fertilis, feris abundans. ibid.
Libyes equestribus studijs dediti. 432
Licymnius à Tlepolemo occisus. 128. cædis huius circunstantiæ. 130. Alcmenæ frater nothus, 130.131
Lindus Cercaphi filius. 140
Lingua vulpina. 290
λιπαρόμπυξ. 573
λιταὶ preces, & Deæ. 60
Literarum studium maximè arduum. 183
Litem præstantior vir compescit. 608
λιτός. 116
Littora sunt tanquam maris septa. 253.254
λόχμη. 370
Locrorum differentiæ. 185
Locrorum Epizephyriorum laudes. 187.eorū legislator Zaleucus. ibid. primi legibus scriptis vsi sunt. ibid. ab Hierone liberati. 279
Locrorum Opuntiorum virtutes. 206
λόγιοι.i. historici. 272
λόγχη. hastata copia. 598
λοιβή, quid sit. 644
λοξίας Apollo. 301.466
Lucina Parcis assidet, est filia Iunonis, liberorum genitrix. 569
Lucro sapiens etiam capitur. 306. lucrum iniustum iusto præferunt homines. 349. illud est gratissimum quod à volente accipitur. 416. mediocre quærendum. 650
Luctæ proprium. 162. præmium vrceus. 631
Luctatores in sole diu commorari solebant. 585
Lunæ cur oculus tribuatur. 75
λύα. 609
Lycæa Arcadiæ sacra.143. in Parrhasia. 180
Lycæus mons Arcadiæ vbi Lycæa celebrabantur. 634
Lycæus Iupiter apud Arcadas cultus. 235
Lydia mitra. 594

Lydiæ tibiæ,& Lydia harmonia. 94. 241.534
Lydij mufices peritiſſimi. 534.594
Lygdos eſt lapis Parius. 540
Lynceus ab Hypermneſtra Danai filia non occiſus. 450. is occiſo ſocero regnum occupauit. 624.626
Lynceus omnium hominum perſpicaciſſimus.636. cum fratre Ida Caſtorem occîdit. 637
Lyra & cithara Pindaro ſunt idem. 51
λυρικὸς, λυρῳδὸς, & κιθαρισὴς ſunt idem. 52
Lyſidice Pelopis filia, mater Alcmenæ. 131
λυσίπονος. 329
λυτήριον. quid ſit. 399

M

μὰ particulæ vſus. 646
Machaon Aeſculapij filius. 298
Mænala mons Arcadiæ. 174
Magiſtratuum officium. 292
Magni alij ſupra alios. 35
Magnus inter magnos, paruus inter paruos debet eſſe vir fœlix. 317
μαίομαι quid ſignificet. 17. poët. pro ζητῶ. 147
μάκαρες Dij. 18
μαλακόχειρ. 521
Maledicentia noxia.18.fugienda. 285. nocuit Archilocho. ibid.
Maledici ſunt ciues. 471
μαλάσσεσθαι.i.ἰσχνᾶς γυμνάζεσθαι. 513
μαλερὸς. 167
μαλθακόφωνος. 675
μαλθακὸς. beneuolus. 64
quod Malum videtur, aliquando ad magnum bonum viam ſternit. 130
μαντεῖος. 394
μαντικὴ. duplex. 112
Mantinea Arcadiæ ciuitas. 196
Manuum tactu auxilium petebant. 594
μαψιλάκας. 590
in Marathone Heraclea certamina. 179.427
Mardonius ad Platæas victus. 208
Mare cur canum dicatur. 24
μάργος. 18.65
μαργοῦσθαι. 610
μάρπτω. 99.559
Mars pro bello. 176. æneus. 188 χαλκάρματος.339.Veneris maritus. 338
μάσσων. 236
μαστεύειν. 307
ματραδελφεὸς. 420
ματροδόκος. 586
ματρομάτωρ. 117
ματροπόλος. 298
ματρως. 175.554.729
μάτρωες qui dicantur. 115
Meciſteus Talai filius. 609
Medea quî Corinthia dicatur. 224 Corinthios peſte liberauit.225.eius vaticinium de colonia ex Thera in Libyam deducenda.322.323. liberos & fratrem occîdit.ibid.immortalis. ibid. quî pellecta ad amorem Iaſonis. 364. Iaſoni dat pharmaca aduerſus boum ſpiritum igneum. 366. in eoſdem boues conſilium Iaſoni datum. 368.lubens Iaſonem ſecuta eſt, & Peliam occîdit. 372
Medicus ἐπικουρέστατος. 376.377
Mediocris fortuna tutiſſima. 475
μήδομαι. 13. i. ἐργάζομαι. 637
Meduſa de forma cum Minerua contendit. 482. Phorci filia, vna Gorgonum mortalis à Perſeo occiſa. 481
Megaclis Athenienſis laudes. 410
μεγαλάτωρ. 261

μεγαλόδοξος. 166
μεγαλοκευθὴς. 282
μεγαλοπόλιες Athenæ. 410
μεγασθενὴς Neptunus. 10
Megaræ ex Hercule filios quis occiderit. 720
Megarici ludi vere ineunte celebrabantur. 527
Megaris Dioclea celebrabantur. 236. 427. item Pythia, ibid. 447. item Alcathoia. ibid.
Megaris Pythij ludi. 555. vbi. ibid.
μέγαρον. 348
μεγαυχὴς. 646
μεγιςόπολις. 415
μείλιχας quid vocarent. 563
μείων αἰτία. 14. μείων μῶμος. 268. 269.
μείων φθόνος. 472
μεὶς, Aeol. pro μὴν. 554
μελάμφυλλος. 256
Melampus Amythaonis filius. 346
Melanippe occiſa à Telamone. 519
Melanippus Thebanus Tydeum vulnerauit. Meciſteum occidit. 649. ipſe ab Amphiarao poſtea occiſus. ibid.
μελανοπλόκαμος. 103
μελαντειχὴς. 241
μῆλα, quid veteres dicerent. 351
Meleager patriam à Curetibus defendit. 740
Meleſias vnctor. 146. 155. 156. habuit triginta diſcipulos victoriam adeptos. 157. 542. eius laudes. 568
μελησίμβροτος. 323
Melia Iſmeni ſoror mater Teneri 467. fons. ibid.
Meliſſæ dictæ Cereris ſacerdotes. 332
Meliſſæus Cretæ rex. 332
μελίγαρυς. 204. 308
μελίγδουπος. 646
μελίκομπος. 680
μελίφθογγος. 675. 721
Meliſſi Thebani laudes. 684. & ſeq.
μελιτόεσσα. 30
Mellis periphraſis. 107
μηλοβότης. 668
μηλοδόκος. 301
μῆλον. 7
Memnon Auroræ filius ab Achille occiſus. 60. 61. 522. Aethiopum dux. 406. patruelis Heleni 522. eius periphraſis. 566
Memoria rerum antiquarum ſopitur, non obliteratur. 737
Menander vnctor Pytheæ. 555
Mendacium dulce. 282. odioſiſſimum. 340. mendacia poëtices, ſunt fictiones 575
Menecles σαδιεύς. 214
Menelaus Spartanorum princeps, Pelopis nepos. 594
Menœtius Actoris filius. 175. 176. pater Patrocli. ibid.
μενοινέω. 20
Menſę ſecundæ ſumptuoſæ veteribus. 17
Menſurarum inuētor Phidon Corinthius. 218
Mentis tres partes. 185. mens alba quid ſit. 343. quid mens pigra, ibid. mentis fructus quid ſit. 626
in Mente ſcribere. 185
Merces varia variorū vitæ generum. 668
Mercurius filius Maię in monte Cyllene natus. 115. ab Ageſiæ maioribus cultus. ibid. præſes certaminum, ibid. Arcadiam honorat. ibid. & 116. præco Deorum. ibid. luctæ inuentor. ibid. pater ἀγγελίας. 160. 161. Mercurio cur tribuatur virga. 169. inuentor lyræ. 248. πομπαῖος. 258. ἐναγώνιος. 276
Meropes qui eſſent. 532. cur aduerſus eos bellū geſſerit Hercules. ibidem.

ijdem Coi ab Hercule debellati. 725
μεσονύκτιον. 734
Messene Laconiæ ciuitas. 346. dicta Pylus. 407
μετὰ, pro πρὸς. 22. 87. 88. 333. 449 519
μεταβᾶσαι. Inf. Aor. i. verbi μεταβαίνω, pro μεταβιβάζω. 16
μεταΐσσω. 554
μεταλλατος. 355
μεταλλάω. 111
μεταμαίεσθαι. 527
μεταμέλεια Epimethei filia. 388
μεταμώνιος. 209
μεταvίσσομαι. 384
μετατεριπία. 457
Metempsychosis, illiúsque opinionis authores. 57
Metiri se suo modulo oportet. 282
Metope filia Ladonis,&c. 117
μητρόθεν. 129
Metus cur αἰδεσιδάμας dicatur. 519
Midas Agrigentinus tibicen. 479
Midea mater Licymnij, pellex Electryonis. 131
Midylidæ tribus in Aegina à Midylo dicta. 421
Minerua quãdo è vertice Iouis prosilierit.132.133.cur apud Atheniẽses habitare voluerit. 134. ἐγχείβρομος. ibid.res bellicas curat. ibid. Statuariã docuit Rhodios. 135.Hellotis, & Hellotia dicta. 222. χαλινῖτις à fræno inuento dicta. 227. κυαναυγίς. 229.ἱππία 231. cur παρθένος.482. Athenis Parthenium templum habuit. 483
Minotaurus lucta & pancratio victus à Theseo. 560
Minyas Orchomeni pater. 238. rex. 239
μιξοβάρβαροι qui dicti. 225
μναςὴρ. 483.493.494
Mnemosyne 573.χρυσόπεπλος. 731
Modus vbique seruandus. 223.224 in rebus honestis. 514
μοιρείδιος. 168
μολέω. 241
Moliones filij. 189.190.191
Molossia vbi sita, & à quo sic dicta. 578
Momus quis sit. 114
μομφὰν ἔχειν, quid significet. 695
μοναμπυκία. 91
μονάτορες equi. 3
Monile aureũ in Cadmi nuptijs à Venere datum habuit Polynices, & Eriphyle dedit dandum Amphiarao. 315
μονόδερμον φυτ. 390
μονοκρήπις. 335.336
μονοστροφικὸν εἶδος. 238
Mons,terræ frons. 257
Mopsus vates. 360
Morbi acuti qui sint. 161
Mores à natura insitos mutare impossibile. 206. eosdem occultare impossibile. 216.217
μορφάεις. 738
Mors omnibus communis. 576
Mortis ignotum tempus. 46. 47. cur mors dicatur dies tranquillus. 48. eius metum res cum honore gestæ tollunt.158.159.cur ἀναιδὴς.203. diuitem & pauperem promiscuè rapit.573.574. omnes, sed diuersa morte moriuntur. 742
Mortalia mortales decent. 95. 709. mortalia mortales affectare debẽt. 307
Mortuus præ gaudio Diagoras. 123
Motacilla. 364
μουσικὴ humanitas. 394
Mularis currus 87 Olympiade in usu esse cœpit. 89 desijt. 91.97

Olympia vicit. 195
ὠγύγιος. *antiquus.* 565
Ogygus antiquus rex Thebanorum. 565
οἰακοστρόφος. 704
οἴαξ *clauum* & *temonem* significat. 704
Οἰδίπους variè declinatur. 375
οἰκισταὶ medijs in ciuitatibus sepeliebantur. 29
οἰκούρειος. 435
Oilei ludi. 183
οἰλιάδης. 183
οἰνάνθη, *flos vitis.* 545
οἰνοδόκος. 726
οἰοπόλος. 326
ὀκχέω, & ὀχέω. 56
ὄκχος, & ὄχος. 56
ὠκυδίνητος. 706
ὄλβος, quid significet. 45
Oleastro victores in perpetuum coronari voluit Hercules. 71. eum ex Istro attulit. 72. per occasionem eum attulit. 79
Oligæthidarum tribus. 214.234
Olympia eadem Pisa vbi sita. 5. eius ara. 20. dicta πάγκοινος. 111. mater coronarum. 145. veritatis domina. ibid. εὔδενδρον ἄλσος. 147. ibi Iupiter regnat. 219
Olympia plenilunio celebrari solita. 75. cur dicta magna. 76. commissa Dioscuris. 80.81. φυλλοφόρα dicuntur. 159. quando instituta. 189. quum instituebantur astiterunt Parcæ & Tempus. 193. Olympiorum dies. 30. præmium. 31. ea Hercules instituit. 36.39. quales & vnde eorum iudices. 71. Olympijs peractis conuiuium instituebatur in quo victorum laudes canebantur. 198.
Olympia celebrata Athenis. 449. 509
Olympias, pro Olympico certamine. 30. 39. 672. pro quinquennio. 64.76
Olympicum certamen omnium præstantissimum. 2. eius rationes tres. 5. ex quibus constet hoc certamen. 80.81. cur summum. 84
Olympionicis ἀκρόθινα πολέμου primum præmium, oleastri corona postea data est. 75. Olympionicæ primi qui fuerint. 195.196. lex erat vt encomio publicè laudarentur. 220. eis statuæ erigebantur. 673
Olympus pro cœlo. 19.80.232
ὁμηγυρής. 468
ὁμόδαμος. 171.663
ὁμόκλαρος. 52
ὁμοκλή. 711
ὁμόφοιτος. 599
ὁμόσπορος. 554
ὁμοθάλαμος. 467
ὄναρ & ὕπαρ differunt. 227. vtriusque etymon. ibid.
Onchestus Bœotiæ ciuitas sacra Neptuno. 664. 692. à quo dicta. 664
ὀνοτὸς. 699
ὄντα, *bona.* 496
ὄπις. 426
ὀπισόμβροτος. 272
ὀπίζομαι. 279.339.685
ὁπλιτοδρόμος. 432
ὁπλότεροι. 409
Opportunitas præstantissima in omni re. 444
ὄψ eiúsque significationes. 39.40
ὀψίνοος. 387
quid sit Optimum futurum non possibile est homini nosse. 130
Opuntij à Deucalione & Pyrrha oriundi. 171
Opus quemque indicat. 113.114
Opus vrbs ab Opunte Locri filio dicta. 162. eius laudes. 165.166

Locrorum metropolis. ibid. vnde plerique incolæ venerint. 175.176
Opus Promethei filius. 171. idem eſt Deucalion. ibid.alius Opus ſecundus. 175
ὧρα, Dea pulchritudinis. 592. eius attributa. ibid.
Oracula alia vera, alia falſa. 113
Oratio effigies factorum. 114. breuis ſit & opportuna.269.qualis vir talis oratio. 114
Oratio verſuta claros opprimit, obſcuros euehit. 599
Ορχησις ἐνόπλιος. 232
Orchomenus Bœotiæ ciuitas, aliæq; eiuſdem nominis. 238. Charitum ſedes. 484
Orchomenus Minyæ filius. 238.669
Orchomeni plures.665.Orchomenus Bœotiæ ciuitas dicta Minyea. 669
Oreſtes Lacon amicus Pyladis. 469. eius nutrix Arſinoë. 470. alijs nutrix dicta Laodamia. ibid. vt à nutrice eſt ſeruatus Aegiſtho ipſum interficere volente. ibid. matrem interfecit, & ob id laudatur à Luciano. 472
ὀργά. i. τρόπος. 272. 290. 349. 551. 667. 681
Orionea ſtatura. 699
ὥρειος. 448
cur per Ορκον veteres aſſeuerarent. 647
Ormenus Eurypyli filius, pater Pheretis. 129
ὀρνιχολόχος. 668
ὄρνις, pro ſymbolo diuinationis. 325
Oropi Amphiarai ludi. 143
ὀρούω. 153
ὀρφανίζειν. 379
Orpheus Argonauta cur dicatur filius Apollinis. 356. Argonauticam expeditionem ſcripſit. 357.demulſit Symplegadas. 364
ὄρφνη. 24.229.255
ὀρσίκτυπος. 199
ὀρσινεφής. 552
ὄρσο. 111
ὀρσοτειαίνης. 155.541
ὄρθιος. 183.459
ὀρθόβουλος. 375.427
ὀρθοδίκης. 469
ὀρθόπολις. 40
ὀρθωσία Diana. 79
ὀρθοιῶν ὕμνον. 68
Orthus canis Geryonis ab Hercule deterritus. 660
Ortygia inſula ante Syracuſas 119. 275.eius tutelaris Dea Diana. 276. Ortygia reſpiramen Alphei. 489. 490. hic nata Diana. ibid. Deli ſoror. 491. Syracuſarum germen. 489
Orythia ſuſcepit ex Borea Calain & Zeten. 358
ὥς ὅτε, ſimul iunctum. 719
ὅθεν pro ἐξ οὗ. 505
Otus Iphimedeæ filius in Naxo mortuus. 338
οὐρανίδαι, cœlites. 361
οὐρανίδης Saturnus. 295.296
οὖρος *ventus violentus*. 682. *ventus* ſimpl. 689
ὀξεῖα aduerb pro ὀξέως. 50
Oxylus Aetolus. 71
ὀξυρεπής. 179
ὀξύτομος. 376
Ozolæ Locri ad Aetoliam. 185

## P

Πάγχρυσος. 124
παγγλωσσία. 63
πάγκοινος Olympia cur dicta. 111
παγκρατής. 537

πάγος quid sit. 680
παλαίγονος. 224.239
παλαιμονεῖν. 287
παλαίφατος. 508.563
παλίγγλωσσος. 724
παλίμβαμος. 435
παλιντράπελος. 49
παμβίας. 612
παμπειθής. 358
Pamphaës eiúsque cognati iusti. 635
Pamphylus à quo gens Pamphylis. 264
πάμπρεπτος. 344
πάμφωνος. 126.300.483.711
πάμφορος. 405
τὸ Πᾶν vulgus. 60.61
Pan Rheæ assessor, ad modulos carminum Pindari cecinit. 311
Panathenæa Athenis celebrata. 179. 142. Παλλάδος τελεταὶ singulis lustris celebrari solitę. 448. eorum præmium vrceus oleo plenus. 631
Pancratium quid sit. 157. cur μεγαυχὲς dicatur. 646
πανδόκος. 74.86
πανδοξία. 492
Πάνεμος, nomen mensis cuiusdam. 488
πανέτης. 254
Panhellenia Atticæ certamina. 142
Panici terroris vis. 613
παννυχίδες quid essent. 564
παραιθύσσειν. 271.197
παραμείβεσθαι. i. præterire. 516
παράμερος. 31
παραμένομαι. 645
παραπειρᾶσθαι. 146
παραθήγω. 197
παράτροπος. 282
Parcæ partui intersunt. 105. βαθύφρονες. 570
Pardali pellis aduersus imbres ab antiquis gestabatur. 337
παρέδρος. παρεδρεία. 59
παρέλκειν. 135
Parentes secundo loco colendi. 406. parentum virtus in liberis refulget. 421. 422. parentes boni quibusuis præferendi. 657.658
Paris à Philoctete occisus. 262
Parius lapis. 540
πάρμονος. 595
Parnassi incolæ primi Dorienses. 8. primi lyram inuenêre. ibid Parnassus mons Phocidis, & cur dictus ὑψιμέδων. 508
Paros Insula. 540
παρφάμεν. 139.439
πάρφασις. 599
παρπόδιος. 616
Parrhasia vrbs Arcadiæ. 180
παῤῥησία ad dicendum opus est. 178
Parthenia Iuno. 118
παρθένιος. 103
Parthenium templum Mineruæ. 483. parthenium herba. ibid.
Parthenius Arcadiæ mons. 118
Parthenopeus. 609
Partui præstitutus nonus mensis. 103. eius periphrasis. 104. 105. ei adsunt Parcæ. 105
pro Pateris Scythæ caluarias vsurpabant. 362
πάθη. 104.105.423
Patientia inuidiæ remedium. 294
πάτραθε. 584
à Patria abesse molestum. 380. patriæ officia quibusuis anteponenda. 658. patriam τοκέας nuncupat. ibid.
Patris scelus in filio punitur. 20.22
Patroclus Achillis socius. 175. 176. Opuntius Opuntijs in bello Troiano præfectus. 176. ei mandatum ab Achille, ne procul à se pugnaret. 176. 177. in armis Achillis vicit.

Troianos. 188
πατροπάτωρ. 445
πατρόθεν. 78.129
Pauper non eſt inuidiæ obnoxius. 472
παῦροί τινες, pro, οὐδένες. 189
Pax laudatur.414. 415. ὁμότροπος iuſtitiæ.215.Pax & iuſtitia ταμίαι πλούτου. 215
Peccare humanum eſt. 129
Peccatores non latent Deos. 20. 21. 22
Pecuniæ, pecuniæ vir. cuius dictum. 676
πέδα, pro μετ. 212.426
πεδαμείβω. 211
πεδάφρων. 426
πεδάω. 24
πεδέρχεται, pro μετέρχεται. 585
πέδιλον allegor. ſumptum pro hymno. 98
πεδόθεν. 138.713
Pegaſus ex Meduſæ ſanguine natus. 227. domitus à Bellerophonte fræno Mineruæ.ibid. equus alatus. 231.232. inter ſtellas poſitus. 233. Bellerophontem aſcendere in cœlum volentem excuſſit. 742.743
πήγνυμι, abuſiuè ſumptum. 97
Peierantium Deorum pœna. 139
πεισιχάλινος. 277
πειθέω. 343
πέλαγος, vnde etymon habeat. 137
Peleus liberatus ob innocẽtiam. 537. à Chirone liberatus. ibid. dona à Dijs allata eius in nuptias 538.eiuſdem ſoceri & ſocrus cum Neptuno gener. 552.in Phthiã abijt. 548. Muſæ eius in nuptijs hymnum cecinerunt.ibid. falsò accuſatus. 550. huius caſtitatem Deę coniugio donauit numen. 551. cur ſit in fortunatis inſulis. 59. fuit inter homines fœliciſſimus, nec tamen aduerſis caruit. 313. eius fœlicitas. 314. Deorum eius in nuptijs dona. 315. falsò accuſatus, & accuſationis exitus. ibid. eius ærumnæ alię. 316. Iolcum cepit, & Thetin duxit. 517. 521. 750. 751. cur Deorum gener. 724
Pelias Iaſonis regnum iniuſtè occupauit vt ex genealogijs apparet. 342. reſpondet Iaſonis repetentis regnum orationi. 352. quo animo Iaſonem miſerit ad vellus aureum. 353. genus ad Iouem refert. 355. eius facta deſcribuntur. 335. & ſeq. Aeſoni regnum ademit. 342. eius genealogia.ibid. Tyrûs filius. 348.350
Pelias haſta. 517
Pelinnæum oppidum Theſſaliæ. 454
Pelium mons Theſſaliæ. 284
Pellenes ludi Theoxenij. 143. 180. itẽ Hermæa.143. in his ludis qualis veſtis daretur. 634
Pelles ſibi dormituris veteres ſubſternebant. 368
Peloponneſus à Pelope dicta, olim Apia & Pelaſgia. 509
Pelops Lydius. 9. eius colonia.ibid. 10. amatus à Neptuno. ibid. lebete exemptus humerum eburneum habuit.ibid. 11. eius hiſtoria, ſeu fabula.ibid. raptus vt pincerna Neptuni eſſet. 16. Ganymede poſterior tempore.ibid. eius raptus quomodo ſit exponendus. 17. nuptias cum Hippodamia meditatur. 22. 23. cur Neptunum noctu ad mare inuocet. ibid. currum à Neptuno accepit, eiúſque vſum docuit primus. 27. ſenſus fabulę Pelopis.ibid quorum ope Oenomaum vicerit. ibid. ſex eius filij. 28. τύμβος ἀμφίπολος. 29.

Pelopis curſus. 30. genus ad Saturnum refert. 76. eius fabula, 162
Pelorus Spartorum vnus. 664
πέμπω. deduco, veho. 620
πεμπταῖος. 108
πεμπτάμερος. 91
Peneus fluuius. 348
Peneus Hypſeum ex Creuſa genuit. 433. 434
πενταέτηρις. 76. 194
πεντάεθλιον, idem ac πένταθλον. 425
πένταθλος. 214
πεντηκοντορίς. 371
πέφνω. 50
πέφρικω. 358
περαίτερον & περαιτέρω. 157. περαίτερος. 182
Pergamos arx Ilij. 154. 725
περίαλλα. 467
Periclymenus Neptuni & Chloridis filius. 612. Argonauta. 356
Periculum magnum fortem poſtulat virum. 25
περικτίονες. 646. περικτίων. 755
περιώσιος. 706
πέρναμαι. 706
Perſeus duce Minerua venit ad Hyperboreos. 459. inde attulit caput Gorgonis, quo conſpecto Seriphij in lapides ſunt conuerſi. 461. vbi educatus & ſeruatus. ibid. quid mali attulerit Polydectæ & Seripho Inſulæ. 481. Meduſam debellauit. ibid. ex auro natus. 482. Danaës filius. ibid. à Minerua liberatus cùm Meduſa eum perſequeretur. ibid. occidit Meduſam. 623. laudatus eſt à ſapientibus Argiuis. 712
πετεινός. 526
πέτω. 326
πεφάσαι Python. 107
πεύθομαι. 326. 342
πεζοβόης. 615
πεζομάχης. 288
φαεννός. 379. 535
Phæſana vrbs Arcadiæ. 104
Phalaridis odioſa fama. 272
φάος dicitur qui ſanitatem procurat. 310
Pharaonis ſomnium. 112
Pharetra vbi geſtaretur. 61
Pharmaca ἀντίτομα. 366
φαρμακόω. 366
φάσμα. 154
Phaſis fluuius. 364
φάτναι in cœlo. 232. 233
φαυσίβροτος. 134
φήμη, pro φωνή. 111
φὴρ pro θήρ. 297
Pheræ vrbs. 346
Pherenicus equus Hieronis. 8. 310
φερέπονος. 281
Pheres Aeſonis frater. 346. eius filius Admetus. ibid.
Pheres Ormeni filius Amyntoris pater. 129
φερσεφόνη. 479. 242
φιάλη quid ſit, eiúſque etymon. 124
Phidon Corinthius menſurarum inuentor. 218
φιλάγλαος. 479
Philanor Ergotelis pater. 211
φιλησίμολπος. 241
Philippus filius Theſſali Herculis nepos. 532
Philoctetæ hiſtoria. 261. 262
φίλος, pro ἴδιος. 4
φίλβον, quid ſit. 308
Philyra Oceani filia Chironis mater. 296
φίντις, quid ſit. 101
φλάω. Atticè pro θλάω. 638
φλέγειν. i. λάμπειν. 58. 198. 564. 391
φλέγομαι. 624
Phlegra Thraciæ vicus vbi pugnarunt Dij cum Gigantibus. 503

Phlegyas pater Coronidis. 298
Phliasij montes. 565
Phlius ciuitas Peloponnesi. 565
φόβη quid sit. 461
Phocidis rex Strophius. 469
Phocis sub Parnasso sita. 472
Phocus à fratribus cæsus. 152. 547. 548 Aeaci & Psamathes filius. 547
Phœnices mercatores. 288. prouerbia de illis ibid. Phœnicum bellum aduersus Siciliam. 613
φοινικανθεμος. 334
φοινικόκροκος. 105
φοινικόπεζα. 119
φοινικοστερόπης. 164
φοινικόστολος. 613
φοίνιξ. i. ἐρυθρός. 255
φοναὶ, quid. 472
φόνος pro βρότος. 752
φωνάεις. 61. 163. 697
Phorbas Atheniensis luctę inuentor. 560
Phorcus Gorgonum pater. 481
φορμικτὰς. 357
φορυτὸς quid sit. 405
φραδάζω. 516
φρέδη. 210
Phrastor iaculo primus Olympia vicit. 197
Phricias pater Hippocleæ quot victorias obtinuerit. 456
φείσω. i. φείσειν ποιῶ. 337
Phrixi anima Peliæ curanda. 352. 353. eius fabula quid significet. 354. ei⁹ nouercæ insidiæ ibid. arietem Ioui Phyxio immolauit. 370
Phronima Batti mater. 332
Phthia Thetidis vrbs. 536
φθινόκαρπος. 376
φθινοπωρεὶς. 401
φθόνος pro μέμψις. 741
φυγόξενος. 206
Φύκτεον Augiæ patria. 191
Phylace Protesilai patria. 670
Phylacidæ laudes. 705. & seq. 718. & seq.
Phylas Astyochiæ pater. 129
φύσις. i. statura. 699
φύτλα. 173
Pierides vnde dictæ. 201. Pieridũ currus dicitur poësis. 464. Pieridum ἀρόται dicuntur poëtæ. 562. 563
Pindarus Thebanus Hieronis familiaris. 2. eius statua ad aquas. 4. feruidum ingenium. ibid. non solus Olympionicas cecinit. 6. carmina sua cõmendat, eáque allegoricè denotat. 60. 61. 63. 233. obscurus indiget interpretibus. 60. 62. quæ Musa ipsum afflarit. 68. 185. cithara & tibia canere potuit. 70. iurare solet in re graui. 100. suã Musicen, & Lyricen commendat. 115. 116. eius carmina ad lyrã citharámq; canebantur. 117. fuit studiosus canendi viros fortes. ibid. ἱππόφωνος. 118. suam in poëtica facultatem numini fert acceptam. 168. eius filiæ. 311. Rheæ & Panos simulachra cur habuerit. ibid. Rhea illi propitia fuit, & Pan ad modulos eius cecinit. ibid. eius carmen perpetuum. 404. in laude veracem se profitetur. 492. 493. à Chromio mensa exceptus. 493. eius studium laudandi athletas. 492. eius carmina canebantur tibiis. 526. se aquilæ, alios graculis confert. ibid. 548. sui ingenij vim ad poësin cõmàdat. 548 suspicionẽ tollit Epirotis se obtrectasse Neoptolemo. 583. se prædicat cãdidum ibid. nõ asperũ ad prębendũ encomiũ, ídque nõ leue. 584. Musam suã dicit, aurum, ebur, & rorẽ marinum nectere. ibid. deprecatur inuidiã vt liberis post funera bonam famam

relinquat. 600. laudare laudanda, vituperare vult vituperanda. ibid. auaritiæ suspicionem à se amouet. ibid. Thebe eius patria dicitur ab ipso mater. 657. se excusat quod belli pro patria obeundi non fuerit studiosus. 741. se dicit promptum ad laudes fortium virorum. 585
Pindus vrbs Perrhebœæ. 264
*Pinguefieri* quo in sensu sumatur vulgo. 285
Pirene fons Corinthi. 226
Pisa est Iouis. 36. 39. hîc Olympia celebrata. 76. huius periphrasis. 92. hîc instituta Olympia. 189. ante Olympia fuit ignobilis. 193
Pisander Lacon. 648
Pisatis. 86
Pisidæ ijdem qui Solymi. 232
Pisirrhothius Olympionices. 123
Pisistratidæ ab Alcmæonidis pulsi. 411. Incenderunt Delphicum templum. 412
πιρὰ φρονεῖν. 74
Pitane Nympha, & ciuitas, &c. 102
πίθων. i. πίθηκος. 289
πιτνέω. 46. πίτνημι. 546. vt formetur. 102
Planetis singulis suum metallum tribuitur à Chymicis. 706
Platæenses Partheniam Iunonem coluerunt. 118
Platæis ludi Eleutherij. 143
ad Platæas Lacedæmoniorum pugna. 268
πλαξ. *æquor*. 255
πλάξιππος. 678
Pleïades Orionem comitantur. 507. Atlantis filiæ. ibid. mutatæ in columbas. ibid. etymon. ibid. sidus constans ex septem stellis, earúmque nomina. ibid.
πλειστόμβροτος. 113
πλόκαμος à πλέκειν. 103
Pluralis numerus in medio duorum singularium more Alcmanis. 358
Plutoni cur virga tribuatur. 169. ebeni corona ei dicata dictúsque ἀγεσίλαος. ibid.
Pluuia aurea cur Rhodo immissa. 132
Pluuiæ definitio, eiúsque vtilitas. 203. 204
πνέειν, pro πονεῖν sumptum, & cur. 201
Podalirius Aesculapij filius. 298
ποδαρκέω. 389
ποδάρκης. 221
τὸ παρ Ποδὸς quid sit. 307
Poëmata cur dicantur volucris machina. 575
Poësis Pieridum currus appellatur. 464. poëseos allegoria. 164. alato currui similis. 177. poësis præstantissima vocatur σοφίας ἄκρος ἄωτος. 737
Poëtæ Musarum filij. 511. poëtarum periphrasis. ibid. res præclarè gestas defunctorum laudant. 562. cur σοφοὶ dicantur. 6. σοφοὶ τέκτονες. 317. eorum esse Principes viros laudare. 318. versibus historias mandabant antequam essent historiographi. 137. cur Apollinis filij dicantur. 356. fœlices qui amplam canendi materiam habent. 566
Poëtarum ante Pindarum argumentum. 673. non semper fuit eorum Musa mercenaria. 676. primus Simonides mercedem poposcit. ibid. σοφοὶ appellantur. 751
Poëtices gratia quantum valeat ad fidem faciendam suis fictionibus. 12. 13. in ea pauci excellunt. 318. eius laudes.

laudes.572.dicitur Gratiarum hortus. 168
ποιάεις. 556
ποικιλάνιος. 276
ποικιλόγαρυς. 70
ποικιλόνωτος. 372
ποικιλοφόρμιγξ. 84
ποινὴ *præmium*. 263. λύσις, ἀπάλλαξις. 333
ποιπνύω. 464
ποίτινος. 279
πολεμαδόκος. 456
πόλεμος quid ſit. 51
πολιάοχος. 92
πολίαρχος. 587
πολλὰ aduerb. quid ſignificet 217
πολυάνθεμος. 218
Polybulus frater Hieronis. 2
Pollux Iouis filius. 640. laudatus à ſapientibus Spartanis. 712
Polycrates Samius ſine labore fœlix. 189
Polydectes Seriphiorum rex. 461
quid ei fecerit Perſeus. 481
Polydorus Rhodius ſculptor peritiſſimus. 137
πολυγηθής. 281
Polyidus vates Cœrani filius. 229
πολυκτέανος. 417
πολυκέφαλος. 483
πολυμηλός. 7
Polymneſtus Batti pater. 332
πολύμυθος. 445
πολυνεφέλης. 513
πολυώνυμος. 706
πολυτίμων. 305
πολύφατος. 5. 586
πολύφιλος. 383
Polypœtes Aiacem diſco ſuperauit. 197
πολύθυτος. 395
Polyzelus gener Theronis: & frater Hieronis. 43
πομπαῖος. i. ἥρως. & Mercurij epitheton. 258
πομπὴ κυιοσάεοσα. 141
πομφολύσσω. 345
πόμπιμος *proſper*. 516
Pontes penduli quî aperiantur. 102
ποντιὰς. 533. 692
πορεύω. 25. 77
Porphyrio Gigas. 416. Gigantum alter princeps. 417. telis Apollinis confoſſus. ibid.
πορσαίνειν. 103
πόρσιον, à πόρσω. 35
πόρσιστα. 613
πορσύνειν. 352. 379. 701
Portæ pendulæ quî aperiantur. 102
Ποσειδάνιος. Dor. pro Ποσειδώνιος. 95
Poſitionem non facit λλ. geminum. 583
Poſſeſſio iuſta Deo placet. 418
Poſſeſſiui pro genit. ἰσοδυναμία. 592
Poſterorum laus ad defunctos pertinet. 159. 160
ποταίνιος. 195
ποταυγάζω. 637
ποτ' ἰωὸς. 400. 420
Potentiam à Deo acceptam eſſe virtute ornandam. 385
Potentiori non reſiſtendum. 191
ποτινίσσομαι. 121
ποτίφορος. 517
ποτιστάζω. 115. 348
Præclara tentanda ſemel morituro. 25
Præclarè geſta multi meminerunt. 98
inuidiæ & reprehenſioni ſunt obnoxia. 113. 114
Præco victorē proclamare & coronare in publico cœtu ſolebat. 718
Præficarum mulierum vſus. 344
Præſens pro futuro ad rei certitudinem denotandam vſurpatur. 154
πραπίδες vnde deducta vox. 64.

Rhodus marina Solis ſponſa. 126. 127.conſtat tribus vrbibus.128. imber in eam aureus.132. 133.quomodo in ſortem Apollini ceſſerit.136. 137
Rhodus Nympha ſeptem ex Sole filios peperit. 140
ῥόμβος. 233.698
ῥυσίδιφρος. 678
Robur ad res agendas opitulatur. 495
Romulus & Remus à lupa nutriti. 106
Ros æſtiuus. 124
Ros marinus quid ſit. 585

S.

Sacerdos dictus ταμίας βωμῦ. 97
Sacra mane Dijs, veſperi Heroibus fiebant. 703
Sacrificia Rhodij cur ſine igni facerent. 134. veteres à Veſta cur inciperent. 644
Sagittis cur inferantur pennæ. 165
σαίνω. 84.261.291
Salamis laudatur à ciuibus præclaris. 507.ad Salaminem Athenienſium pugna. 268
Salamis vrbs Aiacis, vbi Xerxes cladem accepit. 715
Salmoneus & Cretheus Enareæ filij. 350. hic eſt Salmoneus qui Iouis tonitru imitabatur. ibid.
Saltantibus ludis in ſacris foſſæ fiebant tranſiliendæ. 549
Saltatio armata in equo. 232
σῆμα, pro τάφος. 574
Sanguinis grando, quid ſit. 739
Sanitas aurea. 309.310
σαώζω. 354
τὸ σαφηνὲς, pro σαφήνεια. 194
Sapientia Deo accepta ferenda. 205
Sapientes quandoque animi perturbationibus capiuntur. 130. 131
Sapientiſſimo Batycles phialam in munus reliquit. 124
Sarpedon Lycius carmine celebris factus. 317
Satietatem pariunt res iucundiſſimæ. 580
Saturni vrbs. 57. 58. pater Cœlum 296
σχεδὸν. i. ἐγγὺς. 194
σχερῷ. 530.649.723
σχῖνος & σχοῖνος. 108
Scholæ periphraſis. 409
Scientiæ acquiſitio moleſtiarum cauſa. 20
Scintilla magnam incendit ſyluam. 303. cur ſcintilla dicatur σπέρμα. ibid.
Scopæ opera, Mercurius & Minerua. 467
Scortatio non impunè fertur. 282
Scribere in mente. 185
Scyphius equus. 348
Scyrota via. 397
Scyrus inſula quando ab Achille capta. 577. Pyrrhi Neoptolemi natale ſolum. ibid.
Scytales vſus apud Lacones. 118
Scytale Muſarum, quid ſit. 118
Scythæ & Celtoſcythæ, Septentrionales vniuerſi olim appellati. 73
σεβίζω. 396
σεισίχθων. 669
σήματα 249
Semele fulmine interempta viuit in cœlo. 44. paſſis crinibus pingebabatur. 46. amata à Ioue, Pallade & Baccho. 44. 46. Thyone dicitur. 314. 315. Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις. 466
Semidei qui ſint. 323
Semus Olympia curru vicit pri-

mus. 197
Sententiosa dicta vocantur κορυφαὶ λόγων. 312
Septembris dictus Gorpiæus. 142
Septentrionales vniuersi olim appellati Scythæ, & Celtoscythę. 73
Sepulchri periphrasis. 169.170
σεσωπαμένον, pro σεσιωπημένον. 670
Sicilia πολύμηλος.6.7. Proserpinæ sacra.479.491. fertilissima. ibid. vrbibus magnifica. 492. studiosa rei militaris. ibid. studiosa sacrorum certaminum. ibid.
Sicyonis situs, & cur dicta sacra. 621
σιδηρείταις. 549
σιδηροχάρμαις. 275
Simia pueris semper pulchra. 288. 289
Simonides Ceus Hieronis familiaris auarus. 2. composuit bellum inter Hieronem & Theronem. 43. primus pro carmine mercedem accepit.676. eius cantilenæ in prouerbium venerunt. ibid.
σιὸς Aeol.pro Θεός. 224
Sipylus mons & vrbs Lydiæ. 15
Sisyphi laus. 223.224
σκᾶπτρον, pro ῥόπαλον. 131
σκηνοπηγία, festum Iudæorum. 396
σκιαρὸς. 72.74
σκίμπτομαι, à σκίμπους. 121
σκύρον, quid significet. 397
σκυρωτὴ, via Cyrenes vrbis. 397
σκυτάλη, pro ῥόπαλον. 169
Soclides Agesimachi filiorum natu maximus. 560. fuit certaminum expers, & propter filium inclaruit. 561
Socus Hippasi filius Vlyssem vulnerauit. 598
Sogenes Aegineta laudatur. 569. & seq. fuit ex familia Euxenidarum. 584
Sol lucidissimum sydus. 2. ignitum ferrum, vel lapis.19. cur dictus castus Deus. 138. acutorum radiorum pater. 139. ignem spirantium equorum dominus. ibid. equorum dominus. ibid. equorum eius nomina. 140. eius ex Rhodo Nympha filij. ibid. omnia audit & videt. 302. ἀστὴρ ἐρήμιος. 310
Solon Crœsi familiaris. 273
σόλος quid sit. 197
Solymi qui populi & vbi siti. 232
Somni accedentis poëtica descriptio. 250. 251. cur σύγκοιτος dicatur. 435
per Somnia diuinatio. 112
Somnium Pharaonis: item Amilcaris. 112
σοφία, i. tractandi ratio artificiosa. 575
σοφοὶ dicti poëtæ. 6.667
Spartani cur Pelopidæ dicti. 594
σπαρτῶν γένος Thebani. 445. qui superfuerint. 664
Sparti Thebarum decus & bellicosi. 734
Spes vanæ.208. 209. spes impudens. 650. spes bona semper curanda. 746
σπεῖσαι, pro ἐσπεῖσαι. 722
σφάλλω, deÿcio. 61
σφὸς. 398
σπομένων, pro ἑσπομένων. 329
σφονδοφόρος. 679
σταδιεὺς. 214
σταδιοδρόμος. 214
στάδιος, pro σταδιαῖος. 93
Stadium ἀπὸ τῆς στάσεως dictum & cur. 195. quàm longum esset. ibid.

Stare recto talo. 736
στάθμη. 264.294
Statuariæ peritiſſimi Rhodij. 135
Statuæ viuis animalibus ſimiles. 136
Statuarij inter Rhodios celeberrimi. 137
στέγειν & στέγεσθαι. 337
στεφαναφορεία. 147
στέφανος. i. περιτείχισμα. 152. i. *murus*. 287
στερεῆς etymon. 164
στόλος.i.*populus*.430.i.ὁρμὴ. 514
στρατὸς.i.λαὸς.92.180.270. 287. 660. i. *cœtus*. 455.468
Strepſiadæ Thebani laudes. 732. & ſeq. Strepſiades Diodoti filius. 739. eius laudes, & vbi obierit. ibid.
Studia varia variorum.463. 569. 570 580.cur varia. 570.571
Stymphalus ad Ladonem ſita. 117. 121. vrbs Arcadiæ præſtantiſſima. ibid.
Suadelæ flagellum. 366
Suber immerſabile. 290
Subſtantiuum loco adiectiui. 647. 661
Succeſſus effectum. 429. ſucceſſum fœlicem petentes genua tangebant. 594
Suffragia quomodo ferrentur. 597
Sulphure fiebant purgationes. 255
Sumptus & labor in difficilibus negotijs impendendi. 92. 93. item in virtute. 666
Superbias ingrediuntur homines futuri neſcij, & opera multa moliuntur. 650
Sus Bœotica. 117.118
Syllabam longam Pindarus aliquando corrumpit. 607.601
σύμβολον. 210
σύμπειρος. 572
Symplegades petræ. 363
συμποσία. 381
συνάορος. 529
σύνδικος.i.*teſtis*. 181.248
συνευνάζεσθαι. 373
σύνευνος. 28
σύνομος. 687
συντελέθειν, & συντελεῖν. 441
συντυχία. 258
Συράκοσσαι. 309
Syracuſarum laudes. 274
συρίττειν draconum proprium. 153

T.

τὰ καὶ τὰ. 413
Tacere opportunè ſapientis eſt. 547
ταχύποτμος. 22
Tænarus Laconiæ vrbs.329.promontorium. 356
Talaus Adraſti pater vbi regnarit. 100. eius filij paterno regno per ſeditionem inter ſe exciderũt.608. eius filij. 609
Talorum vſus ad diuinationem. 360
ταμίας βωμοῦ i. ἱερεὺς. 97
Tantaleus lapis pro ingenti malo diuinitus immiſſo. 746
Tantali & Pelopis fabula.13.14.Tantalum ſummè honorarunt Dij. 18. eius pœna,& cur. ibid. quid ſit lapis illi imminens. 19. alia pœnæ cauſa ex Euripide. ibid. etymon. 20.eius pœnæ quatuor.21. quid ſit eius furtum. ibid.
τανυέθειρα Semele. 46
τάφε. 340
τάρταρος. 253
ταξιόω. 177
Taygete in ceruam mutata. 79
Taygetus mons Laconiæ. 264
Tegea vrbs Arcadiæ. 196
τέγγειν.i.βρέχειν. 86
τεκμαίρω. 113.114
τεκνόω. 661

Telamon Laomedontem superauit & Iolam aurigam habuit. 517. Herculem aduersus Amazonas est sequutus, Melanippen occidit. 519. comes Herculis aduersus Troiam, Meropas, & Alcyoneum. 532. 724. in Attica Insula habitauit. 548. filium Aiacem nasciturum Telamoni prædicit. 728
τηλέβολος, & τηλεβόλος. 305
Teleclus rex. 346
τελεία dicta Iuno. 627
Telemachus Agrigentinorum tyrannus. 81
Telemachi filij, Emmenides, & Xenodicus. 404
Telephus Græcis restitit. 175. 176. ab Achille in Mysia vulneratus. 713. 714
Telesiades Melissi pater. 687
Telesicratis Cyrenæi laudes. 431. & seq.
τελέθω. 281
τελευταί, substant. pro adiect. 645
τέλλειν. 58
τέλλομαι. 24. 204
τέλος φέρειν quid sit. 196
τέλος νόστου, i. νόστος. 516
Templum Delphicum πολύχρυσον. 331
Tempus, testis sapientissimus. 13. 14. veritatem reuelat. ibid. 193. 194. non potest facta infecta reddere. 42. 43. est omnium parens. ibid.
τενάγη, quid. 516
τήνελλα, vox ficta. 162
Tenerus, à quo solum Tenericū, Thebis vates erat. 467. in adyto Ismenio vaticinabatur. 468
τεὸς Dor. pro comm. σός. 34
τέρας quid sit. 153
τερασκόπος. 362
Terillus tyrannide à Therone deiectus. 37
τερπικέραυνος. 15
Terpsichore Musa Lyricorum poëtarum. 676
Terra mater. 133. terra nigra fœcunda. 173. ei color albus proprius. ibid. cur dicatur ἐρίβρομος. 404
Terræ certamina Athenis celebrata. 449. prima Delphis præfuit. 469. mater Themidis. ibid.
πιτάομαι, poët. pro στερέομαι. 639
τέθμιον. 647
τετράκναμος. 283. 364
τετραορία. 39. 275
Teucer patrem metuens habitauit in Cypro. 534. Teucri duo. ibid.
Teuchira vrbs à Cyrenæis ædificata. 323
Teuthras. 175. 176
θαητός. 81
θάλαμος, quid sit. 92
θαλεία, pro θαλερά. 635
θαλλέω, pro θάλλω. 541. 633
θάλπεσθαι ἀλίῳ. i. viuere. 530
θαλπνὸς, quid significet. 5
Theander athleta præclarus à quo Theandridæ. 539
Theandridarum familia Aeginæ. 528
Theario ætate prouectus filium impetrauit. 571. eius fœlicitas. 581. 582
Θεάριον Aeginę templum Apollini sacrum, in quo qui habitabant θεωροὶ seu Θεοφύλακες dicebantur. 525
Thebanum bellum secundum, eiúsque euentus ab Amphiarao prædictus. 422
Thebana sacra. 143
Thebani dicti σπαρτῶν Καδμείων γένος. 445 Cadmei. 500. Herodotus Isthmionicarum Thebanorum sextus. 660. cur dicti Cadmi populus. ibid.
Thebæ equorum studiosæ. 117. λιπαραί. 274. ἑπτάπυλοι. 313. ὠγυγίαι. 565. multis ornamentes patrijs claræ,

eorúmque exempla.733.inter Thebas & Aeginam fuit cognatio.748
Thebe χρύσασπις Pindari mater. 657
θεμίπλεκτος. 620
Themis Iouis coniux,eius filiæ. 166. 215 216.Terræ filia prior Apolline Delphis regnauit & reſponſa dedit. 469
θεμισκέρων. 388
θεμίσκοπος. 579
θεμίσσομαι. 350
θεμιστεῖος. 7
Themiſtins maternus auus Pytheæ. 556
Themiſtocles cur Hieronem arcuerit ab Olympiorum ſpectaculo. 2
θέναρ quid ſit. 362.363.700
θένω,& θείνω. 131
θέω.i.τίθημι. 546
θεόδματος. 70.264.434.721
θεόδοτος. 711
Theogamia Proſerpinæ feſtum. 120
Theognetus Olympionica Ariſtomenis auunculus. 421
θεόμοιρος. 384
θεόπομπος. 334
θεόφρων. 104.105
θεωροὶ ſeu θεοφύλακες Apollinis templi cuſtodes. 525
θέορτος. 49
θεόσδοτος. 385
θεότιμος. 722
Θεοξένια.67.dicta ξενίαι τράπεζαι.81.ludi Pellenes.143.præmium. 180
Thera cur ſacra Inſula. 322. ibi. conditum à Cadmo templum.ibid. ſic dicta à Thera duce coloniæ, cùm priùs Calliſta vocaretur. 330
Therapne patria Caſtoris & Pollucis 477.cur ἕδος ὑψίπεδον. 664
Therapnæi dicti Caſtor & Pollux. 477
θερμὸς *ferox*. 308
Theronis laudes. 36. quis & cuias fuerit:eius facta nonnulla, progenies.37. maiorum hiſtoria. 40. 41. ortum à Laio ducit.42.Inter Theronem, Hieronem, & Gelonem diſſenſio.43. Theronis gener Polyzelus. ibid. Theron Aeneſidemi filius.50.51.eius victoriæ.52.liberalitas.64.vicit Capyn & Hippocratem.65.eius equi vicerunt. 69
Therſander quis fuerit. 50. Thebas exercitu oppreſſit.ibid.naues.50.aduerſus Troiam duxit. ibid.
Theſeus luctam à Minerua didicit: lucta & pancratio Minotaurum vicit. 560
θέσφατος. 335
Theſpijs ludi Erotidij. 143
Theſſalus Herculis & Chalciopes filius. 532
Theſſalus.69.Olympiade vicit. 214
Theſſali cur Aleuadæ dicantur. 454
Theſſaliæ principes Heraclidæ. 453
Thetis in varias formas ſe mutat fugiens Pelei nuptias,ſed tandem capitur.518.eius nuptiæ cum Peleo à Chirone procuratæ. 521. ἀγλαόκαρπος.522.à Vulcano arma petijt Achilli.536.in talo cur læſa.ibid.eius templum Thetidion dictum. ibid. ægrè tulit mortalis hominis nuptias.537.eius nuptias Ioui & Neptuno diſſuaſit Themis.748. in fatis erat vt qui eã duxiſſet vxorem filium ſe præſtantiorem gigneret. 750
θεύμορος. 70
Thia Solis mater. 705. eius effecta. ibid.aurum eius ſymbolum. 706
Thiæi Vliæ filij laudes. 622. & ſeq.
Thiæi cognati Thraſyclus & Antias. 633
θίγειν conſtructum cum datiuo. 419. 439.

439. vt construatur. 533
Thoantis in honorem instituta certamina. 372
Thorax Aleuadarum vnus. 464
θράσσω, pro ταράσσω. 741
θράσος. i. *fortitudo*. 287
Thrasybulus Hieronis frater. 2. filius Xenocratis, eiúsque virtutes. 406
Thrasyclus. 633
Thrasydei Thebani laudes. 466. & seq.
θρασύγυος. 421
θρασυμάχης. 537
θρασυμήδης. 350
θρασύμυθος. 216
θρασύπονος. 30
θρῆνοι. 434
θυάδες. i. Bacchæ. 315
θύειν. 462
Thyone quænam fit. 315
θύσθλα. i. thyrsi. 315
Tibiæ Lydiæ. 94. tibiarum cantus in Pythijs antiquissimus. 479. tibias quis inuenerit. 480. & seq. materia ex qua. 484. tibiarum vsus ad choros, &c. 484
τιμάεις. 690
τιμαλφεῖν & τιμαλφής. 621
Timasarchus quis & qualis fuerit. 527. 528
τιμὴ pro βασιλεία. 261. 341. 351
τιμάορος. 178
Timidas à certamine aliquando prohibitus. 568
Timidus animus vt noceat. 647
Timocritus ob Musices scientiam laudatur. 530
Timodemidæ stirps præclara. 508
Timodemus Atheniensis pancratiastes, eiúsque laudes, 504. & seq. Salamine educatus. 507
Timosthenes. 146
τινάσσω. i *moueo*. 169
Tiresias Thebanus vates Iouis veridicus. 501. prædicit Herculis fortunam. 502. Thebis fuit ornamento. 734. Ephestia sacra ei instituta. ibid.
τίς, pro μέγας. 430
Tityus à Diana interfectus. 338
τλάθυμος. 508
Tlepolemia cur instituta. 142
Tlepolemus occiso Licymnio Rhodum iuit. 128. filius Astydamiæ vel ex Homero, Astyochiæ & Herculis filius. 129. cur Licymnium occiderit. 130. coloniam oraculi monitu Rhodum deduxit. 131. & diuini honores ibi habiti. 141. Tirynthiorum dux. ibid.
τόκος. 186
τολμάω sustineo. 57
τόλμη medium vocabulum. 216
τολμήεις. 339
Tonare faustum. 325
Tonitru periphrasis. 199. ei φθέγμα tribuitur. 361. eo suam voluntatem Iupiter solebat significare. 610
Tonitruus, & Tonitrualis. 171
τοσάδε, pro τοσούτοις. 35
τόθι. i. *ibi*. 80. 425. i. ὅπου. 433
τουτάκι & τουτάκις. 326. 373. 434
τόξα in plurali, quid. 298
τράφουσα *nutrix*. 284
τρέφειν. i. αὔξειν. 626
Tria verba iustæ causæ sufficiunt. 579. 580
Tria verba, prouerbialiter, pro, paucis, & simpliciter. 580
Triacon Aeginam occupauit. 152
τρίαινα Neptuni insigne. 155. dicitur τριόδους. 169
τριόδους, & τρίαινα idem. 169
τρίπολις. 128
Triton Africæ fluuius. 325

Triton Deus. 325
Tritonia palus. 325
τροχὸς κεραμεικὸς mensuræ genus. 218
Troianum bellum susceptum in gratiam Menelai. 574
Troiæ conditores.152.cur homo mortalis cum Dijs eam condiderit ibid. portentum cùm conderetur. 152. 153. delenda per Aeaci posteros.154.Troię periphrasis.225.226. nõ poterat vinci sine sagittis Herculis. 262
τρῶμα definitur. 305
τρώμη. 377
Trophonij ludi in Lebadea. 143
τύχη medium vocabulum. 209
Tydeus pater Diomedis à Melanippo occisus. 51.625
Tyndaridæ hospitales. 66. sunt Castor & Pollux. 67. dicti λευκόπωλοι. 262
τύφειν.i.καίειν. 254
Typhœus centiceps. 252.253.417
Tyro filia Salmonei, mater Peliæ & Nelei. 342
Tyrrhenorum cum Hierone conflictus. 266

V.

Vana gloriationis cogitatio à præclaris factis auertit. 647
Vaticinandi ars gemina. 112
Vdæus Spartorum vnus. 664
Vellus aureum Iasoni qua conditione promittatur. 367. à dracone custodiebatur. 369.370
Veneris terra.403.Venus nuptiarum satagit. 433
Venerea teste carere volunt. 438
Ventorum vtilitas. 203.204
Verecundia fingitur Dea. 616. plures ob eam seruantur, quàm occiduntur. ibid. eam expugnat aliquando lucrum. 614. fert bonam existimationem. ibid.
Verisimilia magis quàm vera quandoque persuadent. 12
Veritatis simplex oratio. 12. filia Temporis. 14. 186. filia Iouis. 186. ejus commendatio. 269. non est semper opportuna. 548. vix sciri potest. 574
cur à Vesta veteres auspicarentur sacrificia. 644. ab eâdem & à Iano precationis initium ducebant. ibidem. sortita est prytanea. 643. ei erat statua in prytaneis. ibidem. quibus sacris eam colerent. ibidem.
Via pura quid sit Pindaro. 102.
Vicini inuidi. 17. vicini boni commoditas. 587. 588.
Victimæ tenues. 116. earum vis erga Deos ibidem. victimæ tenues & frequentes esse debent. ibid.
Victoriam Olympicam sequens fœlicitas. 30. 31. 32. lætitia. 33. victorias numinis fauori tribuere solet Pindarus. 158. victoriam consequentia. 166. 189. victoriæ fructus. 447. victoriæ alæ. 452. victoriæ sacrorum certaminum summè fœlicem reddunt, ita vt victoribus non fit vlterius progrediendum, quia cœlum inaccessum solum superest conscendendum. 458. victoria certaminum sacrorum extollitur. 491. victoria carmen amat. 511. est laborum consolatio. 514. eam sequuntur lætitia, poëtarum encomia, vulgi laus. 528

Victi in certaminibus quo dedecore afficerentur. 158.428.447
Victorem amici domum deducebant 69. Hellanodicæ. 16 die Lunæ victorem pronunciabant. 91. eum proclamantes, victorem, patrem, & patriam simul nominabant. 91. victorum chorus ex quibus constaret soleret. 163. ornabant victimis & coronis aras. 183. victorum laudes nihil humile admittunt. 585
Vinũ, ros vitis, periphrasticè. 124. Vinum vetus nouo præfertur. 171. 172. Vini effectus in poëtis & cantoribus. 618. 619. eius periphrasis. 620
Violarum duo genera, item tertium genus. 108
Violentia superbo tandem noxia. 416 417. eadem odiosa Deo. 418
Virtus & diuitiæ fœlicitatem perficiunt. 42. virtus non docetur. ibid. virtus cælata paulum distat inertiæ. 95. virtus periculi expers non habetur in pretio. 98. virtutes dat Deus. 168. virtutis veræ comites diuitiæ, & laus : at inuidia per accidens. 114. sola virtus nobilitat. ibid. facile est primum virtutis specimen calumniari. 115. virtus viuit post funera. 160. an doceatur. 181. an acquisititia. non digna laude. ibid. eius ordines. 182. virtus & laus iniuère fœdus. 204. quæ sint magnæ virtutes. ibid. virtus carmine commendata fit immortalis. 317. 318. magnę virtutes amplum dant dicendi argumentum. 444. virtus parentum refulget in liberis. 421. 422. laudata crescit. 600. eam laudandam, vetus est sententia. 606. virtus experientia cognoscitur. 525. indiget tantùm encomio. 572. carmen ad virtutem laudandam maximè idoneum. 606. sumptibus & laboribus exercetur. 666. virtus virorum Dei ope probatur. 707
Visa meliùs quàm audita narrantur. 542
Vita non longa sed clara quærenda. 26. nauigationi comparata. 122
Vitium cur Principi, magnísque viris in primis sit fugiendum. 271
Vlceris definitio. 305
Vmbilicus terræ Python. 336. 402. 424. 469
Vmbrę somnium homines. 430
Vlyssis fama cur sit maior, quàm eius res gestæ. 574. sua eloquentia obtinuit à Græcis arma Achillis. 596. 597. cum Aiace comparatur. 597. à Soco vulneratus. 598
Vnus non obtinet omnigenam fœlicitatem. 580
Voto certum finem petendum. 95
Vrbes sunt morti obnoxiæ. 479. sunt locorum recessus. 562
Vrceus erat præmium victoris Panathenæorum. 631
Vulgus veritatem non agnoscit. 575
Vulpes nõ potest mutare mores natiuos. 206. quomodo excipiat aduolantes aues. 698. λαμπυεὶς dicta. 207. Archilochia. 290
Vulpina lingua. 290

X

Χανθοκόμης. 610
ξεινοσυνη. 635
ξεναπάτης. 191
ξεναρχὴς. 530
Xenarces Aristomenis pater. 418
ξενία, hospitalitas. 86
ξενίαι τράπεζαι dicta Theoxenia. 81
ξένιος Ζεὺς. 40.150
ξενισμὸς sacrificium Theoxeniorum. 81

Xenocrates & Theron ex eadem fuêre familia .52.81 Xenocrates Agrigentinus Pythionica. 402. & seq. eiusdem laudes. 673
Xenodici pater, frater, & filij. 404
Xenophon Corinthius. 213. 214
ξένος.i. φίλος.33.300.i. *hospes.* 40
Xerxis in Græciam expeditio. 267. 268
ξυνάων. 305
ξυνεῦνα. 550
ξυνὸς.i.κοινὸς. 75.352

Y

Y Aeoles interserunt duabus vocalibus vt pro ἀὴρ, dicunt ἀυὴρ. 281
Yαντες. populi. 118
ὑδροφόρεια sacra Apollinis. 554
ὑγρὸς.i.εὐδιάχυτος. 251
ὑεὺς. 176
ὕμνος, pertinet ad Deos. 5
ὑμὸς. 413.425
ὑπαίθειος. 110
ὕπαρ, & ὄναρ vt differant, & vtriusque etymon. 227
ὑπάργυρος. 473
ὑπασπίζων quid significet. 615
ὕπατος. 219
ὑπέραλλος. 517
ὑπέρβιος. 190
ὑπέρδικος.i.*vltor, supra modum iustus*. 561
ὑπερήφανος. 281
ὑπειονίδης. 134
ὑπέροπλος. 19
ὑπέρφατος. 175
ὑπέριατος. 84
ὑπέρτατος.i.πρεσβύτατος. 561
ὑπὸ pro μετὰ. 508. i. *cum, sub præsidio*. 598
ὑπόχευμα. 398
ὑπόκειμαι. 26
ὑποκνείζεσθαι. 300
ὑποκρέκειν. 171
ὑποφῆτις. 290
ὑπόπτερος. 167
ὑπωρόφιος. 273
ὑποθεύσομαι. 292
ὑψίβατος. 634
ὑψιχαίτος. 356
ὑψίζυγος. 93
ὑψιλόφος. 236
ὑψιμέδων. 508
ὑψινεφὴς. 93.94
ὑψίπεδος. 664

Z

ζαμενὴς 323
ζάθεος. 76
ζηλωτὸς. 125
Zetes & Calais Boreæ filij ab Ergino superati. 88.358
ζωὸς.i.*viuus*. 364
ζωθάλμιος. 126

FINIS.